16 a 7
15.

Nº 1
14-3163

...a Universitaria
a
33
210

4
21-278

al Collegio dela Compañia de Jesus Granada
R 11765

# NOVAE DECISIONES SACRI SENATVS PEDEMONTANI

Authore, & Collectore

ANTONINO TESSAVRO FOSSANENSI
SARMATORIS DOMINO,

*IN EODEM SENATV PRIMARIO SENATORE,*

Aſtenſiſq; Comitatus, & Marchiæ Ceuæ Præſide, Sereniſſimorumque Ducum Sabaudiæ Conſiliario.

*Adiecto duplici indice, vno Deciſionum, altero Notabilium copioſiſſimo.*

*CVM PRIVILEGIIS.*



VENETIIS, MDXCIX.

Ad Signum Concordiæ.

## CLARISS. I.C. IVVENALIS CAPELLI FOSSANENSIS, SERENISSIMI DVCIS SABAVDIAE SENATORIS.

THESAVRI illuſtris uenerandos conſpice vultus,
Ex ære expreſſit quos manus artificis.
Quòd ſi animus fingi potuiſſet, clarius illo;
Vel mage tu ſanctum nihil aſpiceres.
At quod non valuit pictor celeberrimus ARDENS,
Ipſius Authoris nobile fecit opus.
Hic ſophię quiuis THESAVRVM agnoſcat, & ipſum
Innumeris dignum laudibus eſſe ferat:
Qui priſcos legum patres æquauerit, atque
Omnem qui tandem vicerit inuidiam,
Sed quod ſiue fide, aut præſtet pietate tacebo,
Materia eſt noſtris viribus apta minus.

## D. PHILIBERTI CVFFII I.C. VIGONENSIS.

Qui abſtruſas legum cauſas, qui dogmata quæris,
Quæ populis tutò reddere iura ſolent,
Accipe Teſſauri dotes, veneranda Seueri
Ordinis, aurata dogmata ſcripta manu.
In pretio pretium eſt, ipſum ſe prodidit aurum.
Area ſunt nullo hæc deperitura ſitu.

NOMINA

# PERILLVST. PRAESIDVM ET SENATORVM, QVI IN HOC PEDEMONTANO SENATV HODIE SEDENT.

Amedeus à Ponte primus Præſes.
Antoninus Teſſaurus Præſes Aſten.
Lazarus Baratta Præſes Salutiarum.
Carolus Cacheranus Ozaſcus.
Gotofredus Balbus.
Antonius Cerua.
Alexander Guerrillus.
Hieronymus Maynus.
Io. Franciſcus Crauetta.
Manfredus Goueanus.
Bernardinus Brocardus.
Vincentius Fauzonus.
Nicolaus à Ponte Capitaneus Iuſtitiæ.
Euangeliſta Appianus.
Franciſcus Ferrerius.
Antonius Sola.
Cęſar Cortina.
Annibal Saldiglianus.
Io. Baptiſta Humolius.

Alexander Brolia vicarius Iuſtitiæ.

SERE-

# SERENISSIMO AC POTENTISSIMO CAROLO EMANVELI ALLOBROGVM DVCI.

AC SVBALPINORVM PRINCIPI DOMINO ET PATRONO COLLENDISSIMO

Antoninus Teſſaurus Sal. & Fœlicitatem.

*VBI Primũ poſt occaſum Sereniſſ. Emanuelis Philiberti Patris tui, (cuius clariſſimã memoriã tanquam aliquod Iuliũ Sydus poſteritas omnis uenerabitur) heroicæ tuæ uirtutes tenebris noſtris illuxerunt, inter cætera cæleſtis genij, & ingenij tui decora, & ornamẽta, quibus orbi Chriſtiano exoriẽs omnium populorum, & Principũ oculos in te conuertiſti, vel verius perſtrinxisti, effloreſcentẽ quandam in illa tenera ętate prudentiæ, & iuſtitiæ indolẽ maximam omnium uirtutum frugem pollicentem, ego præcipuam agnoui, colui, atque ſuſpexi. Principibus enim coronam nõ minus iuſtitię, quàm bellicæ fortitudinis inſigne maiores noſtri eſſe voluerunt. Coronã verò, (vt inquit Seneca,) ſi diuiſeris arcus militaris uirtutis ſignum, ſi direxeris uirgam iuſtitiæ ſymbolum efficies. Atque ita regiũ diadema eò nobilius, & fælicius iuſtitiæ togatæ, quàm armatæ fortitudinis hieroglyphum, & omen cõtinet: quo nobilius, & fælicius eſt, coronam dirigere, quàm diuidere. Hinc illę tuæ de uiris, quorum religioni, & eruditioni tutò iudiciũ de capite, & de fortunis ſubditorũ tuorum credi poſſet, ad ſupremum iuſtitiæ ſacerdotiũ promotiones, non minus ipſis, qui iu-*



dicium

dicium tuũ promouerunt, quàm tibi, qui tales iuſtitiæ, & æquita-
tis tuæ miniſtros, & quaſi collegas aſſumpſiſti, & illis ipſis dignita
tum cingulis, & ſacris inſulis, honorificentiſſimę. Licèt enim omni
bus in rebus innatæ cuiuſdam æquitatis, & probitatis ſpecimen
edideris, illuſtriſſimũ tamen eius numen tum effudiſti, cum inte-
gerrimos, & eruditiſſimos quoſque ad Senatoriam dignitatem ex
tuliſti, Siquidem innocentia magiſtratuũ non ſolùm prudentiam
eius, qui hos elegit, indicat; ſed etiã mores eius, qui talibus utitur,
comprobat. Optimo iure Demoſthenes iniquiſſimæ plebis Athenië
ſis ſententia in exilium relegatus, Mineruã urbis, & fori illius
præſidem accuſabat; quòd cùm omniũ Dearũ eſſet ſapientiſſima,
nihilominus Noctua, qua nihil ſtolidius, Gorgone qua nihil ſęuius
plebe Athenienſi, qua nihil iniquius delectaretur. Tu uerò cùm ſan
ctiſſimam, & candidiſſimã uitam inſtitueris, eiuſdẽ colorũ mores
à magiſtratibus tuis exigis, quibus innocentiæ tuæ exemplũ, non ſo
lùm ab omni crimine, ſed etiam criminis ſuſpitione abſtinẽdi legẽ,
& neceſſitatẽ indixit. Multum huic tuo æquiſſimo animo, ad quẽ
tãquã ad lapidem Lydium, Vel Heraclium omnium miniſtrorũ
tuorũ proditur, & exploratur actio, populi tui debẽt; plura Sena-
tus, cuius amplitudinẽ dignitate Senatorum auguſtiorẽ feciſti: plu
rimũ Verò ipſe tibi leges, ipſa iuriſprudẽtia debet: cùm enim intel
ligeres hãc diuini, atq; humani iuris ſcientiã, quæ ad cõtrouerſias
mortalium dirimendas cęlitus eſt cõparata, diſſonis diſſentientiũ,
& diſſidentiũ doctorũ cõtrouerſijs litigioſam, & ſeditioſã effeſtã
eſſe, atq; ingenti ſcriptorũ, & librorũ mole oppreſſam, atq; obrutã
iacere; diuino quodã ſpiritu ad hanc cæcitatẽ diſcutiendã, & com-
mune malũ auertendũ accenſus, Clariſſimis & diſertiſſimis Iuriſ
conſultis MANFREDO GOVEANO magni illius Anto-
nij Goueani conſiliarij, & Senatoris tui filio; ac IOANNI MA
NVTIO in hac Taurinẽſi uniuerſiate anteceſſori hanc prouinciã
deman-

demandaſti: qui tanquam noui Theophili, & Dorothei clamoſas
in ſcholis, & in foro quæſtiones uagè diſperſas, atque diſiectas
principali deciſione egẽtes colligerẽt: quę de cõſilio Senatus deciſæ,
& ſub tui nominis authoritate promulgatæ fluctuãtẽ iuris dicẽdi
regulã ſiſterẽt, eamq; certã, & exploratam nõ ſolùm inditione tua
ſancirent; ſed etiam alios Principes ad eiuſdem facinoris gloriã ma
gno mortalium cum beneficio excitarẽt. Sed neſcio quo fato tibi tã-
tæ laudis palmam, & huic luctuoſo ſeculo tam pręclarũ beneficiũ
inuidẽte illorum alterum ſuperueniẽtis dignitatis occupationes, al
terum ingraueſcẽtis ætatis moleſtiæ in medio curſu à tãto opere re
uocarũt. Te uerò influẽtia grauiora, negotia quibus dies, & noctes
ſumma cũ gloria tua, & utilitate noſtra cõdis, ad aliàs curas his
proximè adſcitas, atq; ẽt toto cęlo ab his diſſitas auerterũt. Quam
obrẽ ne penitus tã ſancti, & glorioſi cõſilij, & propoſiti memoria
conſeneſceret, & cęptus labor irritus concideret, hoſce deciſionũ li
bros quadraginta annorũ, (quibus aui, & patris tui beneficio, at
que etiã benignitate tua in hoc Senatu Ciſmontano audiendis, diri
mendiſque litigantiũ controuerſijs ſum uerſatus,) ſtudio compila
tos, induſtria elaboratos, adhibita matura conſultatione elucubra-
tos hoc tuũ deſideriũ, & incæptũ ſecutus, è tenebris in lucem ex ſi
tu, & ſqualore, quo iampridẽ obſiti erant, in ſolem profero: futu-
rũ ſperans (niſi ſpes mea ſuo fallitur augurio) ut aliquis exemplo
meo inuitatus, uel ex hoc ampliſſimo, & eruditiſſimis uiris ferociſ
ſimo Senatu, uel ex cineribus, & oſſibus meis tãti operis uindex, et
aſſertor ſub fęliciſſimis iuſtitię tuæ auſpicijs exoriatur, qui leuiori
bus iſtis principijs ſupremã manum, & ſummũ faſtigium impo-
net. Quoniam uerò hanc mihi tumentẽ, & cogitationem inieciſti;
iniquus ſim, niſi tibi hũc, partum acceptum fuerã cuius gignẽdi de
ſiderium, & ſtudiũ ab hoc diuino inſtituto concepi. Quinetiã cùm
multa nobiliora, & auguſtiora ea tantũ ratione uideãtur, quòd tẽ

plis,

*plis, & i[illegible]ſe ſint [illegible], non dubito, quin hæc ſtudiorũ meorũ primordia craſſiore Minerua cõtexta præcioſiora, & cultiora videantur, ſi auguſto nomini, & numini tuo fuerint cõſecrata. Tu igitur, quem ciuilibus, & forenſibus curis depoſitis.*

Non indecoro puluere ſordidum
Maioribus ire per altum
Auſpiciis, Fortuna iubet,

*hiſce meas otioſas, & vmbratiles cogitationes inſita animi tui ſũma æquitate, & regia benignitate accipito, atq; ſuſcipito. Nihil enim à te niſi maximè regiũ, & generoſum ſperari põt, qui à maximis Cæſaribus, & potẽtiſſimis Regibus longo ordine, lõgaq; ſeculorũ ſerie deſcendis: reſtat enim in te ipſo magnarum, et ſplẽdidarũ rerũ quaſi igniculi ab* EMANVELE PHILIBERTO *patre prudentiſſimo: reſtant & à magno rege* FRANCISCO VALESIO *auo tuo, cuius & in armis generoſitatẽ, & in bonis litteris doctrinam, & ſtudiũ, & ad omnẽ pietatis, & bonarum artiũ incrementũ procliue ingenium uerè imiteris: reſtat ſanctiſſimæ genitricis tuæ* MARGARITÆ VALLESIÆ *ſpecimẽ clementiæ, & religionis, quo fit, ut in dies maiora, & ſummo Rege Deo auſpice futura ſint opera, & armis, & litteris præclara. Accipe igitur*

O Princeps atauis edite Regibus,
O & præſidium, & dulce decus meum.

*puſillum hoc munuſculum, magnæ tamẽ meæ in te obſeruantiæ, & hæreditariæ ſeruitutis pignus, meq; in tuorũ chariorũ numero ſi placet adſcribe. Sic Deus Opt. Max. tuas ſanctas dignetur actiones ꝑpetuò dirigere, & larga manu fouere, teq; ac Sereniſſimã cõiugẽ tuã prudẽtiſſimã, & pulchrã, quæ te fecit iã prole parentem, ad Neſtoreos annos incolumes conſeruet, & augeat. Ex tua Taurinorum Auguſta. viij. Kalen. Martias. MDXC.*

SVPER-

# SVPER ILLVSTRIBVS, ET ECCELLENTIS. PRAESIDIBVS, AC SENATORIBVS SENATVS PEDEMONTANI

## *DOMINIS, COLEGISQVE COLENDISS.*

*Antoninus Teſſaurus Salutem precatur.*

AGITVR iam quadrageſimus annus, Patres Eccel. quo in hoc loco celebratiſſimo Pedemontano Senatus Sereniſſimorũ Principũ, & Dominorum noſtrorum glorioſiſſimæ memoriæ Caroli II. & EMANVELIS PHILIBERTI, & demum CAROLI EMANVELIS clementia & benignitate verſor, in quo per tot annorũ curriculos innumere propemodum, & arduæ iuris quæſtiones propoſite, & me præſente in eodem Senatu reſolutæ fuere, nõ ſine magno labore, & ſtudio grauiſſimorum virorum, Præſidum plurium, & Senatorum plus quinquaginta, qui pro tẽpore me Senatore, vel Præſide extiterũt. Quarum permultas tam in prima mea iuuenta, quàm in virili, & demũ ingraueſcente iam ætatẽ multis vigiliis, & laboribus ad mei ipſius commodum, & memoriæ adiumentum collegeram, non eo tamen animo, vt in lucem vnquam prodirent: Neq; enim plus mihi de facultatibus meis pollicebar, quàm in eis eſſet, & quòd mallẽ otioſum in hac vita fuiſſe, quam nihil aut perperã aliquid egiſſe. Verùm cùm ſuperioribus annis ab aliquibus amicis meis in iure noſtro verſatiſſimis, qui lucubrationes noſtras quandoq; deguſtarent, hortarer, vt eas ederem, aſſerẽtes noſtratibus Iudicibus, & Aduocatis in tãta iuris ciuilis perplexitate haud modicum profuturas, poſſeq; non ſine omniũ applauſu proferri, cæpi egomet facile credendũ, & ad ea quæ cuiq; placent impelli, ac (vt ait Catullus) meas etiam eſſe aliquid putare nugas, & ſi quid otii daretur à priuatis publicisq; actionibus, quibus aut Sereniſſimorum Principũ noſtrorum, aut populorum gratia continuò præmor illud omne quamuis exiguũ in his componendis, & ruminandis impendere Verum, & id mihi vix permittebatur, cum ferè integre dies, & noctium quandoq; partes agendæ eſſent in noſtro omnium conſeſſu audiendo, & iudicando, quæ in eo ordine referebãtur, ciuiles, & criminales cauſas, aut in publicarum rerum Magiſtratu, aut etiam priuate ipſius Principis conſilio Procuratiũ tamẽ vt id mihi eueniret, quod de Scipione inquit Cicero, ut nunquã

minus

minus otioſus, neque minus ſolus, quàm cùm ſolus eſſem. Itaque factũ eſt, vt his duobus proximis annis ſcripta mea multorum annorũ reuoluens (neque enim Iuriſconſulto, his pręſertim tẽporibus librorũ copia exuberãte, calamo parcendum eſt) ex innumeris penè, quas adnotarem Deciſionibus, has paucas, quæ luce digniores, & publico vſui Magis ꝑ futuræ mihi viſæ ſunt, collegerim, præloq; mãdari nõ negarim. Eas igitur qualeſcunq; ſint eo libẽtius vobis Patribus, & Dominis meis colendiſſimis exhibeo, tum quod illis tanquã ab eorum pœnu hauſtas gratiores futuras ſperarẽ, tum etiam, vt eorum laboribus ſuccurrerẽ, quibus animaduertebam multas reſurgere in dies diſputãdas quæſtiones, q̃ licet aliàs diſcuſſæ fuerint, nouo tamẽ eorũ labore, & ſtudio examinarentur, ignorantes, quid in eodem themate aliàs idem Senatus iudicaſſet: Quinimmo euẽturum exiſtimabã (ita fert omnium rerum viciſſitudo, & humana fragilitas, ac ad diſſentiendum naturalis quædã facilitas,) vt in Præfatione noſtra diximus, ut varia, & inter ſe pugnãtia plerunq; ꝑferrentur iudicia, quibus mirum in modum aures Sereniſſimi Ducis, & Domini noſtri prudẽtiſſimi offendi, aut iudicũ, & aduocatorum huius patriæ animos ꝑturbari cõtingeret. Quapropter honori, ac commodo huius ampliſſimi ordinis me ſatisfacturũ putaui, ſi has operas meas nõ abſconderem, & dubias quæſtiones, quæ à Senatu me audiẽte tractatæ, & deciſæ ſunt, adnotarẽt, & ſuper illis, quæ fuerit ipſius Senatus ſententia, & quibus authoritatibus, & rationibus ſuffulta facilè omnes ĩtelligerent. Fateor quidem ingenue multa ineſſe hic admodum trita, & peruulgata, ſiquidem (vt inquit Comicus.) Nihil dictum quin dictũ ſit prius; Verùm poterat nihilominus in pendenti eſſe aliquorum animus, qui tamẽ facile his, q̃ à Senatu ſemel aut pluries iudicata sũt, acquieſcerẽt: nec mirum, tantus enim eſt huius Collegij ſplendor, tãta doctrina, atq; integritas, vt quod illi placitum eſſet, clauſis (ut aiunt) oculis approbandum ab omnibus uideretur, Conueniẽs eſſet hoc loci de eiuſdem ordinis excellẽtia, prudentia, & dignitate aliqua honorificè, & pręclarè ſcribere; ſed quoniã pro merito, & dignitate illum illuſtrare, & dignis laudibus extollere non ſatis valeo, ſatius eſſe exiſtimaui nihil, quàm parcè de hac re dicere. Reliquũ itaque erit, vt his noſtris, uel potius veſtris ipſorum laboribus beneuolè vtantur, fruanturq; & æqui boniq; conſulãt, & omnia à me ita exiſtiment dicta, vt illorũ ſẽper ſaniori iudicio ſubiecta eſſe velim. Quod ſi has noſtras vigilias, & lucubrationes gratas (vt cupio) illis eſſe cognouero, procurabo quamprimum ipſorum etiã auxilio, & fauore alia edere, quæ vel adhuc apud me ſcripta latẽt, vel in futurum Deo auxiliãte ſcribentur. Interea bene ualeãt Excellen. VV. Et me ita ament, vt illos ego omnes, & ſingulos colo, & obſeruo. Taurini vii. Kalen. Martij. M D X C.

INDEX

# INDEX PRIMVS; IN QVO MATERIAE IN ſingulis hiſce Deciſionibus contentæ per capita, & epitomen ſubijciuntur.

## AD MAIOREM COMMODITATEM

*Per ordinem Alphabeti accomodatus.*

ABORTIONI cauſam præſtans qua pæna puniatur, & quibus in caſibus. Examinatur Doctorum diſtinctio de animato, & inanimato ab ortu, & de pœna matris infantem in utero occidentis, Deciſio. 12.

Accuſationi quanto tempore præſcribatur. ad materiam. l. querelam. C. de fal. Deciſio. 208.

Adiunctus qualiter, & quando detur commiſſario examinanti, & an iudici ordinario, vel Senatori dari poſſit. Deciſio. 255.

Alimenta filio naturali, & ſpurio regulariter per fratres debentur, & quando id locum habeat, magiſtraliter ampliationibus, & limitationibus propoſitis declaratur. Deciſio. 211.

Alimenta præterita an mulier ab hæredibus viri petere poſſit, cum durante anno luctus pro illorum præſtatione non interpellaſſet hæredem. Deciſio. 44.

Alluuionis accrementum, ſeu augmentum an ad fundi emptorem, an uerò ad uenditorem ſpectet in retractus conuentione. Deciſio. 140.

Aquam, quæ naſcitur in ſuo, an poſſit quis diuertere in præiudicium vicini inferioris, in cuius pręddiis illa deſcendit. Deciſio. 245.

Ardua cauſa, quando dici poſſit pro iuramenti oblatione ſuper altari. ad declarationem decreti antiqui Sabaudiæ libro 10. capitulo 2. item quod iuramenta. Deciſio. 61.

Arma, & cognomen differte alicuius an quis grauari poſſit, & multa, de inſignibus, armis, & cimeriis. Deciſio. 270.

Aſſignatione cum comminatione ad iurandum facta, à qua non fuit reclamatum, an pars poſſit expectare aliam aſſignationem cum iterata comminatione. Deciſio. 11.

Attentata an dicatur ſententia, quæ poſt appellationem interpoſitam, ante tamen præſentatas literas inhibitoriales lata fuit, & quid in dubio ſit præſumendum, quiſue actus pręceſſiſſe præſumatur, an ſententia, an uerò inhibitio, ſi ſub eodem die notatæ reperiantur. Deciſio. 49.

Augmentum dotis conſtitutum à ſocero, qui dotem recepit, an cenſeatur donatum filio, ſeu nurui, ita vt in diuiſione fienda inter fratres id in primis filius detrahere debeat. Deciſio. 46.

Augmentum monetæ cuius ſolutio fieri debet inſpecto tempore obligationis, non autem ſolutionis, an procedat in debito vſurario. Deciſio. 174.

Augmentum pecuniæ an in gabellis debeatur. Deciſio. 214.

Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcriptor. an habeat locum, quando per ſtatutum,

tutum, uel decretum contra delinquentem bonorum publicatio decreta eſt, & quando proceditur in contumaciam, & quanta tunc filiorum legitima eſſe debeat. Deciſio. 198.

Authen. res quæ. C. commu. de fideicom. an procedat, quando mulier ſciebat eſſe fideicommiſſum. Deciſio. 151.

Auus maternus patruum à nepotis ſucceſione an excludat. Deciſio. 5.

Auus paternus, qui vnà cum auo materno ſuccedit ad hæreditatem nepotis præmortui, facta diſtinctione bonorum paternorum, & maternorum, an totius hæreditatis habere debeat vſumfructum, ad materiam auth. item hæreditas. C. de bo. quæ lib. Deciſio. 156.

Baculo aliquem percutiens qua pæna puniatur, & quid ſi percuſſus fuerit Eccleſiaſticus. Deciſio. 244.

Beneficii reductio ad manus Domini. uide infra Princeps.

Beneficiati immiſſio in poſſeſſionem beneficii a Pontifice obtenti, ſiue, ut uulgo dicitur, aſſociatio, qualiter per Senatum ſit facienda, & concedenda. Deciſio. 110.

Bona filii ab inteſtato morientis qualiter inter patrem, & matrem, & aſcendentes ſint diuidenda: Examinatur Bart. diſtinctio, inter bona ex linea paterna, uel materna acquiſita. Deciſio. 27.

Cap. fraternitas. de teſt. diſponens, ꝙ publicatis atteſtationibus non poſſint recipi teſtes ſuper eiſdem capitulis, an habeat locum in cauſis criminalibus. Deciſio. 262.

Captura an dicatur nulla, ſi fiat à iudice incompetenti, & quando id locum habeat. Deciſio. 220.

Cauſa poſſeſſorii matrimonialis. infrà. Poſſeſſori cauſa.

Cenſui, ſeu penſioni emphyteoticæ quanto tempore præſcribatur. Deciſio. 114.

Cenſus an emi poſſit. Et de Bulla Martini Papæ Quinti circa hoc, & alia ad materiam. Deciſio. 154.

Ceſſio bonorum an admittatur in delictis, & in ſumma parti debita per ſententiam ex cauſa delicti. Deciſio. 182.

Ceſſioni bonorum an ſit locus ſtante renunciatione etiam cum iuramento facta. Et quid in milite. Deciſio. 36.

Clauſula codicillaris an operetur rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi ignoranter prceteriti. Deciſio. 141.

Clauſula codicillaris, teſtamentum fratris, quod per querelam a fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an &c. infra Teſtamentum fratris.

Coloni Eccleſię an ſint immunes à collectis ratione partis colonicæ, latè diſcutitur, & diſputatur in vtranque partem Deciſio. 116.

Colonus Eccleſiæ, aut Eccleſiaſticæ perſonæ, an in cauſa contra ipſum mota, fori obtineat priuilegium. Deciſio. 22.

Compendioſa ſubſtitutio à pagano facta verbis communibus, &c. infrà. Subſtitutio compendioſa à pagano facta.

Compenſationis exceptio an poſſit obiici ceſſionario agenti uirtute ceſſionis, & quid in debito poſt factam ceſſionem contracto. Deciſio. 221.

Confeſſio dotis, & promiſſio à marito facta. infra. tis Do confeſſio.

Cofeſſio, quæ abſente parte facta non ualet, an ad liberationem faciendam proſit. Deciſio. 109.

Conſtitutum an tranſeat ad hæredes conſtituarii ipſo iure. Et quid ſi lapſum ſit decennium. Deciſio. 105.

Conſti-

Conſtitutum collatum in tempus mortis uel poſt mortem, conſtituentis an valeat, & operetur. Et quid addita illa clauſula, ex nunc, prout ex tunc, uel contrà, Deciſi. 38.

Contractus quando dicatur in ſcriptis celebratus, & quando non, variæ opiniones referuntur, & examinantur, ad declarationem text. l. contractus. C. de fide inſtru. Deciſio. 197.

Contumacis pœna quæ ſit in criminalibus, & an procurator, vel coniunctus pro ipſo comparens ſit audiendus; anque illi procuratori, uel coniuncto actorum copia ſi petat danda ſit, quid ſi pro ſuo intereſſe petat. Deciſio 265.

Contumax an quis dicatur tam in ciuilibus, quam in criminalibus, ſi in die cadentis citationis contumacia non accuſatur. deciſio. 19.

Correo ſoluente inſolidum per ſententiam debitum communi creditori, an habeat regreſſum pro releuio contra alios. Deciſio. 191.

Credita conditionalia, uel in diem an veniant in legato vniuerſali omnium nominum debitorum. Deciſio. 235.

Datione in ſolutum facta de certis prædiis creditori quatenus intra tale tempus debitor non ſoluat, an poſt temporis lapſum poſſit creditor pecuniam petere, & predia, reſpuere. Deciſio. 147.

Debitor pecuniæ an poſſit in inuito creditore in alia reſoluere. Examinatur textu. in auth. hoc niſi debitor. C. de ſolut. Deciſio 1[illegible]3.

decretum antiquum Sabaudię, ſub rubrica ſufficit appellanti apud acta, &cæ. perpenditur, & examinatur. Deciſio. 54.

decretum antiquum Sabaudiæ diſponens, quod à tribus conformibus ſententiis non liceat prouocare, & de nullitate dicere, multis modis ampliatur, & declaratur. Simulque quando tres ſententiæ conformes dicantur examinatur. Deciſio. 122.

decretum Sabaudiæ, quo cauetur eſſe faciendam excuſſionem, an procedat in caſibus, vbi de iure communi non requiritur excuſſio, vt in conſtituto. Deciſio. 53.

denunciatio ſterilitatis intra annum an requiratur ut remiſſio mercedis obtineatur. Et qualiter remiſſio fiat. Deciſio. 108.

diſponere in uita, qui ſibi ius reſeruauit an poſſit teſtari. Deciſio. 205.

Diuiſio inter fratres quando præſumatur ſequuta, declaratur. Deciſio. 205.

donatio abſenti facta eo inſcio, & notario ſtipulante, quando teneat latè, & magiſtraliter diſcutitur. Refutatur opinio Domino Ozaſco. Deciſio. 33. Deciſio. 70.

donatio abſenti facta notario ſtipulante, an in odium fiſci ſubſiſtat. Deciſio. 124.

donatio facta concubinæ per militem cum iuramento an uiribus ſubſiſtat. Deciſio. 111.

donatione facta cum reſeruatione facultatis diſponendi de florenis quinque centum ſuper bonis donatis, ad quem ſpectent illa quinque centum donatore non diſponente. Deciſio. 97.

donatio inter uirum, & vxorem quæ iure prohibita reperitur, an conualidetur iuramento. Et quid ſi donator ſuper uixit, donatariuſque præmortuus fuerit. Deciſio. 32.

donatio omnium bonorum alicui facta, cum reſeruatione, &c. an porrigatur ad bona futura, & poſt factam donationem acquiſita. Deciſio. 199.

donans omnia bona an poſſit poſtea cedere ius redimendi alteri in præiudicium donatarii. Deciſio. 201.

Dona-

Donatio,quæ ex diſpoſitione.l.ſi vnquam.C.de reuocant.donat.natiuitate filiorum reuocatur,an per tacitum donantis non reuocantis conſenſum poſt natos filios confirmata cenſeatur.Deciſio.121.

Dos à patre profecta ad patrem redit, quando prædecedit maritus,& inde moritur vxor,etiam ſi extent liberi.Deciſio.138.

Dos à patre profecta an ad patrem redeat mortua filia in matrimonio cum liberis, latè examinatur diſcutitur.Deciſio.190.

Dos congrua quomodo dici poſſit, & an frater ſororem alere, & dotare teneatur, & quid hoc caſu contribuere debeat.Reſoluitur præterea ſatis ardua queſtio, an Auth.res,quæ habeat locum in filiis nondum conceptis, & ad materiam taxationis dotium.Deciſio.191.

Dos data filiæ an imputetur nepotibus in legitimam, ipſis agentibus mortua matre ad hæreditatem aui.Deciſio.237.

Dotata, ſeu maritata quæ à ſtatuto excluditur, an ſuccedat cum innupta, & indotata fratri dotanti de bonis paternis, & mortuo poſt additam hæreditatem. Examinatur ſtatutum Aſten.ſub colla.16.c.65.Deciſ.63.

Dotis confeſſio, & promiſſio à marito facta reſtitutionis tempore, quæ per errorem maior ipſa dote ſoluta reperitur, an teneat, & illud augmentum debeatur in præiudicium confeſſionis.deciſio.112.

Dotis dimidiam an maritus retinere poſſit mortua uxore cum liberis, pro lucro, an vero tota uti frui poſſit cum cautione de reſtituendo poſt mortem, & de conſuetudine huius patriæ circa hoc.deciſio.183.

Eccleſia,quæ regulariter non tenetur ad collectas, an teneatur quando priuatorum prædia aliquo titulo in eam ſunt tranſlata.deciſio.234.

Emphyteota,cui regulariter propter ſterilitatem non fit remiſſio,an propter caſum fortuitum,vel deuaſtationem maioris partis rei emphyteoticæ a ſolutione liberetur. deciſio.20.

Emphyteota ceſſans per triginta annos continuos a ſolutione canonis nulla facta interpellatione, an perdat rem emphyteoticam, an verò præſcribat. deciſio. 179.

Empheota quando valeat,& poſſit petere retractari canonem, quem pro re emphyteotica ſoluit.deciſ.220.

Emphyteota uendens rem emphyteoticam non reſeruato,nec obtento aſſenſu Domini an perdat emphyteoſim deciſio.169.

Emphyteoticæ penſioni quanto tempore præſcribatur.ſupra Cenſui.

Error calculi an poſſit opponi,etiam poſt tempus a partibus contrahentibus oppoſitioni præfixum.deciſio.260.

Euictione per venditorem promiſſa,an vt de illa agatur,ſufficiat latam eſſe ſententiam,an uero rei ablatio,& realis euictio requiratur,deciſio.102.

Euictione per venditorem,ſeu reſtitutione pretii promiſſa,quotieſcunque lis ſuper re vendita moueatur,an expectandus ſit litis euentus, ſi lis emptori mota fuerit. deciſio. 85.

Exactor talearum an teneatur exigere ab eo,qui eſt in quinterneto,an vero poſſit à poſſeſſore ipſarum talearum ſolutionem petere,deciſ.164.

Excuſſio an, & quando de bonis extra territorium ſitis fieri debeat. deciſio. 40.

Excuſſio an requiratur, quando apparet mendacem eſſe fideiuſſorem. deciſio. 50.

Excuſſio an requiratur,quando quis habet ſuper re, quæ debitoris fuerat,ſpecialem hypothecam deciſio.51.

Excuſſio an requiratur, quando agitur ſummariè, & ſola facti ueritate inſpecta. deciſio.52.

Excuſſio

Excuſſio an requiratur de bonis debitoris ſtante conſtituto, & quid ſi moriatur conſtituens poſt factum alienationem,an ceſſet remedium.l.ſi.C.de acq; poſſeſſ. deciſio.215.

Executio an tempore feriarum fieri poſſit,infrà Feriarum tempore.

Executio, quæ fit in odium debitoris ad formam decreti Sabaudiæ cum tertio pluris,an poſſit fieri eo modo in odium fideicommiſſarij.Deciſio 149.

Expenſæ factæ ante reperta inſtrumenta an per uictum debeantur. deciſio. 73.

Expoſitum alere quis teneatur.Infra infantem.

Fatalia in cauſa appellationis an,& quando poſſint pacto litigantium prorogari.deciſio.244.

Feriarum tempore, quæ in honorem Dei indicuntur, ſed a populo, & clero non obſeruantur, ut ſunt dies hebdomadæ ſanctę, an fieri poſſit executio. deciſio. 95.

Feriis ſi fuerit renuntiatum, an teſtibus noceat iſta renunciatio, ita vt poſſint compelli inuiti ad deponendum Obiter q; non nulla de feriis deciſio.39.

Feudum emptum à fœmina liberis carente, & ſexagenaria quæ fuit inueſtita pro ſe, & hæredibus capacibus, an eius qualitatis eſſe poſſit, vt ad hæredes inueſtitæ tranſeat, an uero illa mortua ad Dominum deuoluatur, & illi aperiatur. deciſio.146.

Feudum ex cauſa neceſſaria alienatum ſolennitatibus ſeruatis, an poſſit per proximiorem agnatum,ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, oblato pretio recuperari late diſcutitur,& declaratur.deciſio 99.

Feudum propter homicidium confiſcatum an ad Luminum, an verò ad agnatos pertineat,& quid uita delinquentis durante deciſio.167.

Feudum quando rectum, & proprium dicatur, & quando in eo fœmina ſuccedere poſſit, late examinatur, adiectis aliquibus ad materiam deuolutionis fendi pertinentibus reſolutionibus deciſio.227.

Fideiuſſor an liberetur ab obligatione, ſi ipſo inſcio, & non vocato creditor proroget tempus ſolutionis principali debitori obligato.deciſio.125.

Fideiuſſor iudicij in prima inſtantia datus in caſum ſuccumbentia pro expenſis, an teneatur in ſecunda poſt latam ſententiam latè diſcutitur, & declaratur multis caſibus propoſitis.deciſio.202.

Fideiuſſor, qui ſe principaliter, & inſolidum obligauit cum iuramento an poſſit vti beneficio excuſionis.deciſio.166.

Filia excluſa per ſtatutum an faciat partem in ſupputatione legitimæ. deciſio.159.

Filia familias vidua an poſſit teſtari de dote ita ut teſtamentum ab ea factum patre uiuente uiribus ſubſiſtat.deciſio.150.

Filij in conditione poſiti an cenſeantur uocati, uel grauati, & quæ coniecturæ uocationem uel grauamen iure dubia inducant. Declaratur conſil. Oldrad. 21. deciſio.90.

Filii duorum fratrum an ſuccedant patruo in ſtirpes,an in capita,deciſio.162.

Forenſes, qui bona in loco, ubi non habitant, poſſident ad quæ onera teneantur. deciſio.149.

Frater an pro debito ciuili poſſit ad inſtantiam fratris carcerari, & detineri. deciſio.119.

Fraternitas inter extraneos contracta an ſubſiſtat, & an iſti fratres iurati non extantibus filiis inuicem ſuccedant.deciſio.113.

Fructus an computentur in ſortem ſi pacto conuentum ſit inter patres, an uerò illud pactum uti uſurarium de iure Canonico damnetur.deciſio 78.

Fructus bonorum paraphernalium an maritus ſuos faciat, ita ut ad illorum reſtitutio-

ſtitutio-

ſtitutionem non t cogendus ab aliquo.deciſio.187.
Fructus pendentes, cum pars fundi dicantur, an emptoris lucro cedant, & quid de parte colonica iudicandum ſit.deciſio.55.
Fructus pendentes tempore cadentis retractus cuius lucro cedant, & an pro rata temporis diuidantur. Defenſa Cumani opinio ab Alexandri impugnatione. deciſio.56.
Furnorum, & molendinorum conſtructionem an vaſſallus ſubditis ſuis in feudo prohibere poſſit.deciſio.16.
Furtum ſi fuerit à pluribus factum, an omnes in ſolidum de furto teneantur. deciſio.254.

Gabellarius, qui libros ſuarum rationum lacerauit, & combuſit, an incidat in crimen falſi, ita vt pœna falſi ordinaria puniatur.deciſio.171.
Gratia, & remiſſio delicti à Principe facta, an ſit ante obtentam ab offenſo pacem interinanda.deciſio.21.

Haeres condemnati, qui ante condemnationem defunctus eſt, an teneatur ad pœnam. Declaratur tex. decreti antiqui Sabaudiæ. lib. 2. rubri. Hæredes defunctorum.deciſio.144.
Homicidium animo deliberato commiſſum, ſed in alterius perſonam, cui homicida nocere nolebat, an puniatur uera pęna homicidij deciſio 243.
Homicidium à pluribus animo deliberato commiſſum, qualiter in re dubia ſit puniendum.deciſio.31.

Incendium à quibus in dubio immiſſum in domo, uel prędio iudicetur, & quæ indicia hoc caſu ad torturam ſufficientia ſint.deciſio.24.
Inceſtus pœna quæ ſit, tam quando cum aſcendentibus, quàm ſi cum deſcendentibus, uel tranſuerſalibus crimen committatur.deciſio.100.
Inducias utrum de iure Princeps concedere poſſit debitoribus, & quid in debito iurato.deciſio.186.
Infantem expoſitam alere quis teneatur, & quis ei ſuccedat. deciſio. 118.
Inſtantia cauſarum appellationum quibus in caſibus non perimatur, & quid iuris ſi cauſa dietim ſit aſſignata.deciſio.10.
Iniuria an ſolo actu, & nutu ſine uerbis fieri poſſit, & de eo, qui fichas Iudici fecit, qualiter puniatur.deciſio.229.
Iniuriarum actio ciuilis an excludat criminalem, & quando ciuilis cauſa cum criminali concurrere poſſit.deciſio.18.
Inuentarij confectio, quę ex parte abſentis fieri debet, an requirat ſpeciales mandatum. deciſio.155.
Inſtrumenta quando habeant paratam executionem, & quid ad impediendam executionem guarentigiati inſtrumenti opponi poſſit deciſio 26.
Intereſſe an debeatur per emptorem pro fructibus perceptis in re uendita dum pendet illius æſtimatio.deciſio.258.
Iræ motus an minuat pœnam, ita ut homicidium calore iracundiæ factum ſit aliquo modo excuſabile.deciſio.188.
Iudæis uſuram exercere nunquid liceat, & an Princeps ſecularis tale exercitium expreſsè ſuo priuilegio concedere poſſit.deciſio.57.
Iudeus blaſphemans qualiter ſit puniendus, & per quem iudicem, & quibus uerbis blaſphemia dicatur.deciſ.241.
Iudex laicus cognoſcit in poſſeſſorio in cauſa beneficii, & quid in poſſeſſorio adipiſcendæ.deciſ.82.
Iudex originis an poſſit punire originarium ſubditum, qui in alio territorio reliquit.Deciſio.90.
Iudex, qui in ſententię prolatione de intereſſe nihil dicit, an poſſit poſtea iterum illud adiudicare parte actrice petente, & quid in fructibus, & expenſis. deciſio. 135.
Iudex recuſatus ut ſuſpectus, an in cauſa ſuſpitionis interrogari poſſit, ut ueritatem dicat. Et quando id locum habeat.Deciſio.6.
Iuramentum à maiore præſtituo ſuper donatione facta, an propter enormem lęſionem nullum cum ipſo contractu reddatur, ita vt donatio à donante maiore facto reuocari poſſit.Deciſio.66.
Iuramentum an poſſit recuſari, ſi probatio ſit per ſcripturam neceſſariò facienda. Deciſio.25.
Iuramentum, vt ſolenniter præſtitum dicatur, an requiratur tactus ſcripturarum, & quando, & quid in dubio præſumatur, & quæ ſcripturæ tangi debeant. Deciſio.47.
Iuramenti oblatio poſt concluſum in cauſa, & poſt examinatos teſtes an admitti poſſit. Deciſio.95.
Iuramento præſtito an poſſit minor ope reſtitutionis teſtes producere, qui de nouo reperti ſunt.Deciſio.240.
Iuramentum, quod ex cauſa extraiudiciali defertur, an ſit uocata parte præſtandum. Deciſio.68.
Iuri offerendi, quod poſteriori creditori competit, quando ſit locus, & an præſcribatur. Deciſio.157.

Laudimium an debeatur ex venditione facta cum pacto retrouendendi. deciſio. 75.
Laudimium an debeatur pro alienatione neceſſaria, quæ fit ex præcepto iudicis qui leuauit bona de gagio.Deciſio.136.
Laudum dubium eſt per iudicem ordinarium declarandum, & quando per arbitros declarari poſſit, & quid ſi reſeruata facultate declarandi per arbitros, ipſi in declaratione diſſentiant, an laudum nullum reddatur.Deciſio.253.
Legatum factum perſonę, cui inſtitutionis titulo aliquid relinqui debeat, an ad inſtitutionem extendi poſſit, & an talis extenſio per notarium in inſtrumento cęterato poſſit.Deciſio.58.
Legitima matris mortuo filio cum fratribus, quibus aliquid relictum eſt extraneo vniuerſali hærede inſtituto, quanta eſſe debeat. Butrigarii, & Bartoli inuicem pugnantium ſententiæ examinantur.Deciſio.172.
Legitima, ſeu verius portio, quam lex defert filiis damnati, uel proſcripti, quota ſit. Deciſio.104.
Legitimatio per ſubſequens matrimonium requirit inſtrumenta dotalia, & quid de iure Canonico, Deciſio.83.
Leuatio de gagio, quæ iuxta diſpoſitionem nouiſſimorum decretorum Sabaudiæ fit in odium debitoris cum tertio pluris, an procedit in odium tertii, & concurrentibus lis creditoribus, & quid in vxoræ, & minore.Deciſio.158.
Lex prima.C.quando Imperat.inter pupill.& uid.& c.quibus in caſibus locum habeat. Et an in terris vaſſalorum ſit illius diſpoſitio ſeruanda.Deciſio.177.
Lex venditor.ff.de iud.an habeat locum, quando fiſcus, vel patrimonialis in iudicio pro defenſione iurium priuati euocatur.Deciſio.213.
Litis denunciatio, quando ſit per emptorem venditori, vt de euictione teneatur, an ſufficiat fieri per demonſtrationem copiæ citationis ſibi factæ. Deciſio. 218.
Lucrum, quod alicui per ſtatutum defertur, an per vltimam voluntatem, vel aliam diſpoſitionem auferri poſſit. Et quomodo ſit intelligendum tale ſtatutum, & an valeat. Deciſio.34.

MAſculinum quando fœminium concipiat in ſtatutis, ita ut filiorum appellatione veniant filię. Et quid ſi ſtatutum dicat, quòd verba illius ad literam intelligantur, Deciſio. 269.

Materia contraria per partem in die cadentis termini ad publicandum, aſsignata danda eſt & an ſi poſt factum examen breuis terminus aſsignetur idem dicendum ſit. Deciſio. 8.

Mater infantem iam natum occidens, qua pœna plectatur. Deciſio 13.

Mater, quę tranſiuit ad ſecunda vota, an poſsit in teſtamento plus relinquere filiis ſecundi matrimonii, quam primi, latè declaratur. Deciſio. 170.

Matrimonium an, & quando ſæuitia viri, ſeparetur, ſeu magis cohabitatio. deciſio. 130.

Mediam viam in ambiguis eligendam eſſe, variè diſcutitur, & declaratur. deciſio. 89.

Meloramentorum æſtimatio, ipſorum ordinata ſolutione, qualiter faciendę ſit, & quale tempus inſpici debeat. Deciſio. 251.

Menſura fundi empti intra quod tempus per partes fieri debeat, & quid ſi conuentum ſit, ut intra tale tempus menſuretur. Deciſio. 185.

Minor aduerſus contumaciam ſuam reſtitutus in integrum, an expenſas contumaciales ſoluere teneatur. Deciſio. 9.

Minor in delictis an mitius puniatur. Et iudex teneatur de neceſsitate pœnam minuere. Deciſio. 161.

Mobilium appellatione an veniant pecunię, ita vt in legato mobilium generaliter factæ comprehendantur. Deciſio. 160.

Monachus an poſsit virtute ceſsionis ſibi à monaſterio factæ querelare teſtamentum fratris turpem perſonam inſtituentis. Deciſio. 129.

Mora purgatur etiam ſi ſit dies & pœna, ſi incontinenti aliquid fiat, & quando quid incontinenti factum dicatur. Deciſio. 77.

Mulier an dicatur de loco, vbi eſt nupta. Infra, Vxor.

Mulier an teſtari poſsit ſtante ſtatuto de lucro dotis. infra, Statuto.

Mulier pro marito intercedere non poteſt, & quid ſtante iuramento. ad materiam auth. ſi qua mulier. C. ad Senat. Velleia. Deciſio. 223.

Mulieres, quæ in iudiciis perſonaliter comparere non deberent, qualiter iudiciale iuramentum præſtare teneantur. Deciſio. 210.

NOtarii duo rogati de teſtamento, uel alio in inſtrumento, an cenſeantur rogari inſolidum. Deciſio. 145.

Nouum opus annuncians an media cautione excludatur à ſua petitione, ita ut nunciatus illa præuia poſsit opus cęptum perficere, an vero teneatur expectare trimeſtre. Deciſio. 240.

Numerus librorum an, & quando parentes ab oneribus liberet. Deciſi. 267.

Nundinas in oppidis, vel ciuitatibus ut concedere ſolus Princeps poteſt, an illarum exercitium per longisſimi temporis ſpatium præſcriptum auferre etiam poſsit. Deciſio 264.

OBiectus an dari poſsit contra perſonas teſtium in ſecunda inſtantia, ſi in prima dari non fuerunt, & an dari in prima poſsint poſtea in ſecunda probari. Deciſio. 250.

Obligatio generalis an comprehendat bona hypothecari prohibita, ita vt ſequuta hypotheca generali hæres amittat bona ſibi ſub hac conditione relicta. Deciſio. 193.

Oppoſitio de iure tertii quando valeat, & an in petitione hæreditatis inſolidum per cohæredem facta poſsit opponi de iure alterius cohæredis. Deciſio. 4.

Pactum

PActum de futura ſucceſſione an valeat, & quibus in caſibus ſubſiſtere poſſit. Deciſio. 225.

Pactum de non diuidendo, quod de iure infirmatur, an per iuramentum interpoſitum confirmatur. Deciſio. 142.

Pactum in præiudicium dotis promiſſæ factum an ſuſtineatur. Deciſio. 230.

Pactum inter contrahentes factum, vt fructus rei pignoratæ in ſortem non computentur, an vti vſurarium damnetur, non obſtante iuris ciuilis diſpoſitione. Deciſio. 78.

Paries, quando communis dicatur, & quando in dubio ad altius eleuandum deſtinatus videatur, poſſitque inuito ſocio eleuari. Deciſio. 23.

Paries quibus ſignis communis iudicetur, & præcipuè ſtantibus in muro tignis. Deciſio. 219.

Paſcui diuiſio qualiter inter plures communitates fieri poſſit. Deciſio 72.

Petens plus debito in quam pœnam incidat. & an liceat conuento tunc debitum totum negare. Deciſio. 231.

Pæna adiecta quantitatis dationi non debetur vti infraudem vſurarum poſita, & quid ſi a iudice, vel ſtatuto adiecta fuerit. Deciſio 79.

Pęna conuentionalis adiecta quantitatis dationi per iudicis confirmationem, an ſi fiſco ſtipulata fuerit, vti vſuraria debeatur. Deciſio. 98.

Pęna delicti minuitur ob temporis diuturnitatem. Declaratur tex. in l. ſi diutino. ff. de pęn. Deciſio. 76.

Poſſeſſorii cauſa matrimonialis an coram laico iudice tractari poſſit. deciſio. 117.

Poſitionibus an per procuratorem litis reſponderi poſſit domino ita abſente, vt de illius vita dubitetur. & de facili habere non poſſit. Deciſio. 16.

Poſt dictio, quid importet, & an teſtis dictum ponentis Titium poſt Caium poſſediſſe, concludat. Deciſio. 30.

Pręſcriptio conuentionalis, quæ cæpit currere cum maiore, currit etiam minori abſque ſpe reſtitutio in integrum, & quid ſi aliquid geſtum ſit cum ipſo minore, & ſtante ſcientia tutoris. Deciſio. 103.

Præſcriptionis interruptio, quę proponitur in l. fi. C. de duob. reis. an procedat facta petitione partis debiti contra vnum ex reis debendi. deci. 203.

Præſidis votum in pari numero uotorum. infra Votum Præſidis.

Princeps, & Dominus ſecularis an poſſit facere reductionem beneficij vacantis ad manus ſuas, donec de beneficio fuerit per Pontificem prouiſum. deciſio. 131.

Principis poteſtas quotuplex ſit, & qualiter illa uti poſſit, & an in modico ius partis aliquando lædere poſſit, deciſ. 91.

Principis reſcriptum an valeat, ſi petitorii cauſam ante cognitionem ſpolii, & poſſeſſorii cognoſcendam committat. deciſ. 15.

Princeps, ſupremus an poſſit diſpenſare, vt impubes contra legum ſanctionem teſtari poſſit. deciſ. 136.

Probans ſemiplenè, ita vt ſit locus iuramento ſuppletiuo, an obtineat in expenſis. deciſio. 236.

Procurator conſtitutus ad omnes cauſas generali mandato, deinde ad vnam ſolam per ſpeciale mandatum, an poſſit virtute generalis mandati in ſecunda inſtantia comparere. deciſio. 107.

Procurator, ſeu actor vniuerſitatis ad ſingulas, & omnes cauſas conſtitutus, an etiam pro futuris cauſis conſtitutus cenſeatur. deciſio. 59.

Prohibita extractione granorum ab aliquo loco, vt conſeruetur vbertas, an poſſint cæteri extrahere fructus bonorum propriorum. deciſio. 152.

Promittens vendere certo pretio,an vendidiſſe dicatur, ita vt ad traditionem compelli poſſit.deci.233.
Proximiores in teſtamentis , & ſubſtitutionibus vocato , an ſuccedat qui proximior eſt teſtatori , an vero proximior grauato , & ſic vltimo decedenti . deciſio. 64.
Proximioris nomen an intelligatur ex iuris diſpoſitione & fictione , an verò ex ueritate, ut repreſentationi non ſit locus ad ſucceſſionem nepotis cum patruo . deciſio. 65.
Pupillus an teneatur ad intereſſe creditori patris à die moræ paternæ . deciſio 247.
QVitatio generalis de aliqua bonorum adminiſtratione an peti poſſit . deciſio.74.
RAptus pœna quæ ſit, & an rapere dici poſſit, raptuſque pæna plectatur, qui volentem,& conſentientem è domo ſua abduxit deciſio.217.
Ratificatio tacita an idem,quod expreſſa operetur,ita ut inanis ſit oppoſitio, quæ contra ſalſum procuratorem fit,cum iam in meritis proceſſum eſt.Declaratur tex.Decreti antiqui Sabaudiæ Philippi.c.j.§.item,quod ſi interuentus.deciſio.7.
Reductio à laudo ad arbitrium boni uiri apud quem iudicem petenda ſit , an apud iudicem ordinarium ipſius conuenti , an vero apud iudicem ipſius arbitratoris . deciſio.14.
Reductio ad æqualitatem an fieri poſſit, ſi multo tempore fuerit facta uno modo oneris diſtributi ſolutio.deciſio.239.
Reductio contractus ad æquitatem quando per iudicem facienda ſit.dec.226.
Regula.l.altius.C.de ſeruit.an procedat,quando quis acquirit partem ædium ab eo , qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo uendita,ita ut non poſſit emptor altius tollendo luminibus officere,deciſio.216.
Regula,ꝙ dotis cauſa,& donationis propter nuptias dominium transferatur ſine traditione,an habeat locum etiam ratione poſſeſſionis.deciſio.48.
Relata in Senatu cauſa,quę collata dicitur, an poſt data dubia poſſit interrumpi deciſio.33.
Remedium Canonis Reintegrandæ an contra titulo poſſidentem detur, & quanto tempore: vtrumque bonę fidei poſſeſſor, contra quem hoc remedium intentatur , omnes fructus reſtituere ſit compellendus à die poſſeſſionis,an uerò à die motę litis.deciſio.29.
Remedium.l.2.C.de reſcin.uend.an habeat locum,quando uenditor promiſit cum iuramento non contrauenire uenditioni.165.
Renunciatio facta à ſorore pacto adiecto,ꝙ mortuo Titio,& Sempronio ſine liberis liceat qui redire ad bona ſua,an ſubſiſtat mortuo uno iſtorum ſine liberis,ita ut altero ſuperuiuente à mortui hæreditate excludatur.deciſio.189.
Renunciatio facta per mulierem Velleiano an teneat,ſi non interceſſerit certioratio , & quid ſi iuramentum interponatur.Deciſio.222.
Reſtitutio ex capite ignorantiæ an aduerſus pręſcriptionem triginta,uel quadraginta annor.decurſum peti poſſit.Deciſio.134.
Reſtitutio,quæ ex capite ignorantiæ conceditur, an lapſo quadriennio poſt pręſcriptionem decurſum peti poſſit.Deciſio.133.
Retinendæ poſſeſſionis remedio intentato a pluribus,quid facere iudex debeat , ſi uel nihil probant,uel utriuſque probationes in dubio ſunt.Deciſio.206.
Reuiſio reuiſionis an ſit per Principem parti petenti concedenda.Deciſio.246.
SAluaguardiæ fractę pæna , & cognitio an ad ſupremum Dominum,an ad uerò uaſſallum ſpectet , ſi per ſubditum uaſalli,& in ſuo territorio rupta fuerit. Deciſio. 132.
Saluianum interdictum in quo ſit pinguius hypothecaria,& an illo intentato remedio ſit neceſſaria dxcuſſio.Deciſio.175.
Saluia-

Saluianum remedium an competat cuilibet creditori agenti contra tertios poſſeſſores de alia cauſa,quam locationis,& de pluribus remedijs ad pignoris, ſeu hypothecæ conſuetudinem ſpectantibus.Deciſio.176.
Sanguis profluens e vulneribus occiſi aſtante inquiſito an faciat indicium ad torturam, & vnde hoc procedat.Deciſio.173.
Senatus ac Senatorum origo,authoritas,& munus.In Præfat.
Senatus an poſſit poſt latam ſententiam commutare pænam pecuniariam in corporalem ad inſtantiam fiſci.Deciſio.232.
Sententia an dicatur attentata, quæ poſt appellationem interpoſitam , ante tamen præſentatas literas inhibitoriales,lata fuit,& quid in dubio ſit præſumendum, quiſue actus præceſſiſſe præſumatur an ſententia , an vero inhibitio, ſi ſub eodem die notatæ repetiantur.Deciſio.49.
Sententia lata de conſilio periti in arte , vel ſapientis, an tranſeat in rem iudicatam.Deciſio.25
Sententia nulla,quæ ex nouiter deductis fuit confirmata, an faciat numerum, ut tres ſententiæ conformes dici poſſint.Deciſio.228.
Sententiam,per quam abſoluitur reus alio non edocto , vel ſtantibus actis prout ſtant, an ſint diffinitiua.Deciſio.81.
Sententia Senatus, quæ ex voto Præſidis præualet,an cæterarum exemplo media cautione executioni mandari poſſit.Deciſio.2.
Sententiæ Senatus, (quæ media cautione habet executionem paratam,) an per intentatam reſtitutionem in integrum poſſit executio impediri.Deciſ.181.
Sententiæ tres quando conformes dicantur.vide ſup.Decretum.
Societas,quæ morte finitur,quando in hæredem ſocij durare poſſit.Deciſ.242.
Socio contrahente nulla facta mentione ſocietatis , & non apparente de utilitate ſociorū ex eo contractu,an alij ſocii remaneant obligati.Deciſio.136.
Socius inuito ſocio quando utatur re communi, magiſtraliter cum ampliationibus, & limitationibus declaratur pluribus deciſionibus adiectis. Deciſ.41.
Spuria legitimata per Comitem Palatinum, an ſuccedat in præiudicium agnatorum deciſio.69.
Spurius ex fratre an dicatur turpis perſona,ita ut a patruo inſtitui non poſſit,& ſit locus.l.fratres. C.de inoffi.teſta.deciſio.126.
Statutum Ciuitatis Taurini diſponens , quod agnati ſuccedant in domibus, an excludat etiam filias ab earum debet ſucceſſione mortuo patre ab inteſtato.deciſ.163.
Statutum de dote per maritum lucranda an habeat locum in iocalibus , & paraphernalibus,ita vt illa cum dotis parte mariti commodo cedant.deciſ.195.
Statutum excludens cognatos admittendo agnator, an includat fœminas agnatas ita, ut proximiores ex eis remotiorem agnatum excludant.deciſio.37.
Statutum excludens matrem a ſucceſſione filii, an includat patruum , ita ut ipſe matrem a Trebellianica excludat,ſi per ſtatutum legitimam conſequatur.deciſ.228.
Statutum excludens dotatam,ſeu maritatam a ſucceſſione bonorum, an cenſeatur excludere a bonis dotantis tantum , an uero ab hæreditate etiam aliorum nominatorum in ſtatuto. Plures caſus in hac materia pro examinatione ſtatuti conſiderantur. deciſio 62.
Statutum excludens maritatam a ſucceſſione patris, uel matris, an ut locum habeat requiratur, quod filia tempore mortis partis maritata reperiatur, uel dotata . deciſio.101.
Statuto de lucro dotis diſponente,an mulier teſtari poſſit, & an ad forenſis illud porrigatur deciſio.106.

b 3 Statu-

Statutum, uel conſuetudo deferens lucrum dotis marito, an intelligatur detracta prius per filios legitima. Deciſio. 184.
Statutum vt rectè conditum dicatur, quæ requirantur, & quando publicatum dicatur, & plura circa materiam condendi ſtatuta. Deciſio. 249.
Sterilitatis denunciatio intra annum an requiratur, vt remiſſio mercedis obtineatur. Vide ſupra. Denunciatio.
Subſtitutio a pagano facta uerbis communibus an contineat pupillarem, & quid ſi mater ſit in medio, & an illa clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in prima ſubſtitutione poſita cenſeatur in ſecunda repetita. deciſ. 220.
Subſtitutio facta in eum caſum, ſi Titius hæres non erit, vel aliquo caſu hæres eſſe non poterit, quæ vulgaris dicitur, an inſtituta turpi perſona faciat locum ſubſtituto an uero fratri quærelanti, adita per inſtitutum hæreditate. deciſ. 127.
Subſtitutio plures gradus continens deficiente medio tranſit ad vlteriorem. deciſio. 86.
Subſtitutio facta in eum caſum, ſi ſine filijs filii mei deceſſerint, excluſa, per teſtatorem propria filia an deficiat moriente ſubſtituto cum filia, ita ut neptis teſtatoris ſubſtitutum excludat. Deciſio. 188.
Subſtitutio vocans filios filiorum veros, & non fictos, an extendatur ad legitimatos propter matrimonium ſubſequutum. deciſio. 196.
Subſtitutione facta filiis in eum caſum, ſi deceſſerint ſine liberis, an hæc ſubſtitutio ſacerdotis, ſeu monachi perſonam comprehendere poſſit. deciſio. 163.
Subſtitutione facta in eum caſum, ſi Titius ſine liberis deceſſerit, an reducatur res ad caſum inteſtati, & an hoc caſu liberi primi inſtituti ſuccedant. deciſ 60.
Subſtitutus, ſeu illius filius an excludant matrem à ſucceſſione filiæ, quando teſtator proprias filias excluſit, ſubſtituendo fratres, aut alios de agnatione mortuo ſine hæredibus filio inſtituto. deciſio 248.
Succeſſor in beneficio an lucretur fructus beneficii maturatos etiam ante mortem prædeceſſoris. Deciſio. 143.
Taleam, ſeu collectam impoſitam pro liberatione loci ab infeudatione an teneantur foreſes alibi habitantes ſoluere, & quibus ſolennitatibus collecta imponi poſſit. deciſio. 257.
Teſtamentum a patre factum an propter ſequutam legitimationem rumpatur deciſio.
Teſtamentum fatui ac ualeat, & quando ſubſiſtere poſſit. Deciſio. 92.
Teſtamentum fratris, quod per querelam à fratre interpoſitam nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur uirtute clauſulæ codicillaris, ita ut ſubſtitutioni factæ locus ſit. Deciſio. 128.
Teſtamentum imperfectum, quod inter liberos valere dicitur, an inter liberos naturales tantum, & ſpurios ſubſiſtat Deciſio. 94.
Teſtamentum tempore peſtis factum an ualeat, ſi minor numerus teſtium adhibitus ſit, & quid in codicillis. Deciſio. 180.
Teſtis interrogatus, an aliter eſſe poſſet, quàm prout ipſe deponebat, an teneatur tali interrogatorio reſpondere. Deciſio. 161.
Teſtes pro rei ueritate eruenda quando tam in ciuilibus, quàm in criminalibus torturæ ſubiiciantur. deciſio. 42.
Teſtium repetitione ob nullitatem examinis conceſſa, an alii teſtes ultra iam examinatos produci poſſint. deciſio. 28.
Tex. in l. magnam. C. de contrah. & comm. ſtipulat. declaratur, & quando moræ purgatio admittatur. deciſio. 212.
Transſ-

Tranſmiſſio, quæ ſi ex potentia ſuitatis, iuxta l. ſi infanti C. de iure deliber. an habeat locum in matre, ita vt ſuperſtite auo paterno ipſa hæreditatem infantis obtineat. Deciſio. 88.
Trebellianica an detrahatur de fideicommiſſo conditionali, quando legitima filiorum excedit trientem, & importat ſemiſſem hereditatis. dec. 252.
Vaſſalli an poſſint conſtituere officialem, qui ſit de loco, & an poſſint ipſi in caſtro ius dicere, etiam vbi ſunt plures conſortes. deciſio. 268.
Vaſſallo, cui competunt emolumenta iuriſdictionis etiam priuatiuè quo Dominum, an ſpectet emenda, in qua ſubditus temerè appellans fuit condemnatus per Senatum. deciſio. 250.
Vaſſallo inueſtito de iuriſdictione an ſpectet cognitio, & emolumentum pœnarum, quando offenditur in iudicio ſupremus iudex, vt in præſentatione falſæ ſcripturæ, uel depoſitione falſi teſtis. deciſio. 266.
Vicinus volens propè communem parietem ædificare, an teneatur ſeruare formam. l. ſi. D. fin. regun. deciſio. 115.
Victus victori expenſis condemnatus, quas expenſas ſoluat, & an damna in tali condemnatione debeantur. deciſio. 67.
Virginem corrumpens qua pœna puniendus ſit, & qualiter in dubio quis alicuius filius prohibetur, & quis partum alere teneatur. deciſio. 3.
Virginem non viripotentem ſtuprans, qua pœna puniendus ſit. deciſio. 148.
Vis publica an eo caſu dicatur facta, quando quis ſolus, & armatus alium vulnerat, & de pœna l. Iuliæ de vi publica. deciſio. 35.
Votum Præſidis in pari numero uotorum an præualeat, & quando. deciſ. 1.
Vſufructu bonorum legato an veniant bona poſt teſtamentum acquiſita, & quid ſi relicta fuerint omnia bona tam mobilia, quàm immobilia, deciſio. 168.
Vſufructu veſtium, & aliorum mobilium vxori legato qualiter indemnitati hæredum conſulatur, & finito tali vſufructu quomodo fiat reſtitutio, & quando per vxorem cautio ſit præſtanda, & quid ſtante minori ætate hæredis. Deciſio. 80.
Vſumfructum totius dotis an filia patri relinquere poſſit ſola proprietate filii reſeruata. deciſio. 137.
Vſuræ an debeantur mulieri pro mora heredum in reſtitutione augmenti dotalis Examinatur deciſio. Afflict. 291. deciſio. 45.
Vſurę dotis an debeantur ab hæredibus poſt annum, ſi ſint in mora dotis reſtituendę. Deciſio. 43.
Vſus paſcui, ſiue ipſius paſcui diuiſio an peti, & fieri poſſit. deciſio. 71.
Vxor an dicatur de loco ubi nupta eſt, & unde eſt maritus, & an ſtatutum foreſes excludens ad dotem extendatur. deciſio. 123.
Vxor an poſſit ſe opponere executioni, quę fit ſuper bonis viri per ſecundum creditorem, allegando vergentiam mariti ad inopiam. deciſio. 207.
Vxor pro marito intercedere non poteſt, & quid ſtante iuramento. vide ſupra. Mulier pro marito.

FINIS.

 Deci-

# DECISIONVM SINGVLARVM CAPITA, ET PRINCIPIA.


A

Abigens partum. 12
Adiunctus dari ſolet. 255
Aggredior tertium. 128
Alimenta debentur. 44
Altera ſuccedit. 127
Altius tollere. 216
Alluuio accreuit. 140
Appellatum fuit. 49
Aquam, quæ naſcitur. 245
Augmentum dotis. 46
Auth. res quæ. 151
Auth. item hęreditas. 156
Auth. bona damnatorum. 198
Auus maternus. 5

B

Baculo aliquem percutiens. 224
Beneficiatus compatet. 110
Bona filiorum. 27

C

Calculo facto. 260
Capitulum fraternitatis. 28
Capitulum fraternitatis. 262
Cedere bonis. 36
Cenſus, ſeu penſio. 114
Cenſus emi. 154
Clauſulam illam. 141
Colonus, ſeu maſſarius. 22
Coloni eccleſię. 116
Collectas imponere. 257
Compendioſa ſubſtitutio. 200
Compenſationis exceptio. 221
Conditio ſi ſine filiis. 188
Condemnatus ratione delicti. 182
Conductor allegauit. 108
Confeſſio abſente parte. 109
Confiſcatis bonis. 104
Confiſcatis bonis vaſſalli. 167
Conſtitutum. 38
Conſtitututum quod tranſeat. 105
Contractus in ſcriptis. 197
Contracta fuit ſocietas. 242
Contumax quis non eſt. 19
Contumax legibus. 265
Creditore ad executionem. 207
Credita omnia. 235
Cum alias. 195

D

Datione in ſolutum. 147
Dattum fuit. 258
Debitor die dicta. 247
Debitor pecunię. 153
Decreto antiquo 54
Defuncto accuſato. 144
Dies, & pœna. 112
Diſponere in uita 209
Diuiſio inter fratres. 205
Dixi alias. 98
Dixi ſupra. 134
Domini Philippus & Antonius. 99
Donatio inter uirum, & uxorem. 32
Donatio abſenti. 170
Donatio facta. 111
donatio omnium bonorum. 199
donatio reuocatur. 21
donator omnium. 201
donauit quis bona. 97
donauit frater. 114
dos a patre profecta 138
dos a patre promiſſa. 190
dos data filię. 237
dotis cauſa. 48
dotis nomine. 112
dotium taxa. 192
dubitabatur ulterius. 92
duo, uel plures. 192

E

Eccleſia regulariter. 234
Emphyteotæ regulariter. 20
Emphyteota retractari. 120
Emphyteota uendidit. 169
Emphyteota, uel cenſualis. 176
Emptor, cui mouetur. 218
Excuſſio multis in caſibus. 51
Excuſſionis autem. 52
Excuſſio an fieri debeat. 40
Excuſſio bonorum. 215
Extat in ciuitate Aſten. 63
Extat in loco Scarnafiſii. 123

F

Fatalia in cauſa. 144
Fatus teſtatus eſt. 92
Feriis meſſium. 39
Feriarum tempore. 50
Fideiuſſor conuentus. 125
Fideiuſſor an liberetur. 125
Fideiuſſor haber. 160
Fideiuſſor quadam fuit. 202
Filij in conditione poſiti 69
Filij duorum fratrum. 162
Filifamilias vidua. 150
Filia excluſa. 159
Filio naturalit. 211
Forenſes poſſidens. 149
Foſſanum Ciuitas. 269
Frater fratrem. 119
Fraternitas. 113
Frater teſtatus e ſt. 126
Fructus pendentes. 55
Fructus feudi. 56
Fructus rei pignoratæ. 78
Fructus ex rebus dotalibus. 187
Furnus in ſuo facere. 16
Furtum factum fuit. 254

G

Gabellarius a tertio. 171
Gratiam, & remiſſionem. 21

H

Haerus intentauit. 73

I

Incendium commiſſum. 24
Inceſtus pœna. 100
Induciales literæ. 186
In eadem cauſa. 65
Infans filia. 88
Infans expoſitus. 118
In fideicommiſſo. 252
Iniuria quęlibet. 18
Inquirebatur quidam. 229
In pariete communi. 115
In patria iſta. 164
In retinendæ. 206
Inſtantia cauſarum. 10
Inſtrumenta regulariter. 26
Inſtrumenta dotalia. 83
In termino aſſignato. 8
Interdictum Saluianum. 176
Interrogatus teſtis. 261
Iræ motus. 178
Iudex recuſatus. 6
Iudex laicus. 82
Iudex originis. 90
Iudex condemnauit. 135
Iudæis vſuram facere. 57
Iudęis blaſphemiæ. 241
Iuramenti de ſubſtantia. 47
Iuramentum ſuper altari. 61
Iuramentum an faciendum. 68
Iuramento oblatio. 93
Iuramenti oblatio recuſari. 256
Ius offerendi. 157

L

Laudimium, quod debet. 75
Laudimium, ſeu tertia vendi. 139
Legitima matri debita. 172
Legitima, ſicut relinqui. 58
Legitimatione. 84
Leuatio de gagio. 158
Lex ſi diutino. 75
Lex hac conſultiſſima. 94
Lex. 1. C quan. Impera. 177
Lucrum quod alicui. 34

M

Mandatum ſpeciale. 155
Maritus mortua uxore. 183
Maritus lucrante. 384
Maritus legat. 194
Maritus poſt contractum. 230
Mater, quæ tranſiuit. 137
Mater inſtituit. 137
Media uia. 89
Melioramentorum æſtimatio. 251
Menſura fieri. 185
Minor aduerſus omiſſam. 9
Minor 20. 66
Minor, ſeu impubes. 87
Minorem in delictis. 161
Mora non purgatur. 77
Mulier mortuo uiro. 43
Mulier quod non poſſit. 106
Mulier nobilis. 146
Mulieres in iudiciis 210

N

Nomen, & arma. 270
Notarii duo. 145
Nundinæ dicuntur. 264
Nunciatur ædificanti. 204
Numerum liberorum. 267

O

Obiectus qui dantur. 250
Occidens Titium. 243
Oppoſitio de iure tertii. 4

P

Pactor hæreditatem. 142
Pactum de non diuidendo. 142
Paries communis 32
Paries allegabatur. 219


Pecuniam

| | | | |
|---|---|---|---|
| pecuniam rem mobilem. | 160 | Sententia Senatus habet. | 181 |
| pecunia credita. | 174 | Sententia arbitrorum. | 253 |
| pecuniæ augmentum. | 214 | Si aſſignata ſi pars. | 11 |
| plures ex propoſito. | 31 | Socios mutuo ſocio. | 41 |
| plus debito petente. | 331 | Socii unius negotiationis. | 136 |
| pœna appoſita. | 79 | Spuria quędam. | 69 |
| poſitionibus per principalem. | 17 | Statutum extat. | 37 |
| poſito,quod Decretum. | 53 | Statutum dotatam. | 62 |
| poſſeſſorii cauſam. | 13 | Statutum Ciuitatis Hyporediæ. | 238 |
| poſſeſſorii cauſa. | 117 | Statutum Ciuitatis Cunei. | 249 |
| poſt dictio. | 30 | Statutum extat in hac Ciuitate. | 268 |
| pręſcriptio conuentionalis. | 103 | Stylus Senatus. | 33 |
| pręſcriptio interruptio. | 203 | Subſtitutio plures gradus, | 86 |
| præſcribitur accuſationi. | 208 | Subditus cuiuſdam vaſſalli. | 266 |
| principis poteſtatem. | 91 | Succeſſor in beneficio. | 143 |
| principis reduxit. | 131 | Supraſcriptis caſibus. | 13 |
| priuatus emit. | 213 | T | |
| probans per vnum teſtem. | 236 | Tertio prouocare. | 122 |
| procurator priuati. | 59 | Teſtator inſtituit. | 60 |
| procurator conſtitutus. | 107 | Teſtamentum peſtis tempore. | 180 |
| prohibita extractione. | 152 | Teſtator prohibuit. | 180 |
| promiſſio de vendendo. | 233 | Teſtator vocauit. | 196 |
| proximior quis dicatur. | 64 | Teſtator excluſis. | 248 |
| Q | | Teſtes cogendi ſunt. | 42 |
| Quidam mulio. | 220 | Tres ſententiæ. | 228 |
| Quittatio generalis. | 174 | Tutor obtulit. | 240 |
| R | | V | |
| Raptus pœna. | 217 | | |
| Ratificationem partis. | 7 | Vallis peruſiæ. | 239 |
| Reductio a laudo. | 14 | Vaſſallus inueſtitus. | 260 |
| Reductio contractus. | 226 | Vaſſalli an poſſint. | 268 |
| Remedium c.reintegranda. | 29 | Venditor non tenetur. | 85 |
| Renunciatio facta fuit. | 189 | Venditor de euictione. | 102 |
| Reſtitutio conceditur. | 133 | Venditor lęſus. | 165 |
| Reuiſio reuiſionis. | 246 | Velleianum.S.C. | 222 |
| S | | Victus in cauſa. | 67 |
| Sacerdos,ſeu monachus, | 163 | Virginis ſtuprator. | 3 |
| Sæuitia uiri. | 230 | Virgo non viripotens. | 148 |
| Saluaguardiatus fuit. | 132 | Vis publica. | 55 |
| Saluianum remedium. | 175 | Vltimus ſupereſt. | 129 |
| Sanguis profluens. | 173 | Vocati fuerunt. | 217 |
| Senatus circa montes. | 1 | Vſurę augmenti. | 45 |
| Senatus in arbitrariis. | 232 | Vſus paſcendi. | 171 |
| Sententia Senatus. | 2 | Vſufructus veſtium. | 80 |
| Sententia lata. | 25 | Vſufructu bonorum. | 168 |
| Sententia per quam. | 81 | Vxor pro marito. | 213 |


NOVAE

# NOVAE DECISIONES SACRI SENATVS PEDEMONTANI.

## ANTONINO TESSAVRO ASTENSI PRAESIDE COLLECTORE.

### PRAEFATIO.

1 *Subiectum totius operis.*
2 *Nouæ Deciſiones quare inſcribantur.*
3 *Deciſionum liber quales Deciſiones contineat.*
4 *Senatus Pedemontani Præſides ab anno 1549 uſque ad annum. 1590.*
5 *Cauſa impulſiua præſentis operis.*
6 *Deciſionum diuerſarũ uarij compilatores.*
7 *Senatus quare ſacer dicatur.*
8 *Senatus antiqui origo.*
9 *Signore Italico ſermone idem eſt, quod ſenior.*
10 *Senatus iudiciarius differt ab antiquo Romanorum Senatu.*
11 *Senatus iudiciarius quid ſit.*
12 *Principum munus proprium eſt iudicare.*
13 *Senatum conſtituere quis poſſit.*
14 *Dux Sabaudiæ habet in ſuo ducatu Imperialem authoritatem.*
15 *Vaſallus quilibet an poſſit Senatum cõſtituere.*
16 *Senatus iudiciarij origo.*
17 *Decemuiri & centumuiri qualis magiſtratus antiquitus, & nu. 18.*
19 *Decuriones iudicabant antiquitus.*
20 *Senatus Pedemontani origo.*
21 *Decreta Sabaudiæ a quibus condita.*
22 *Senatus quantitas, & numerus.*
23 *Senatorũ numerus uarius apud antiquos.*
24 *Quales debeãt eſſe Senatores, et iudex quis dicatur.*
25 *Iuuenis, an ſenes eſſe oporteat Senatores.*
26 *Ad Senatum qui admittendi.*
27 *Timor Dei in iudicibus neceſſarius.*
28 *Veritatis amatores debent eſſe iudices.*
29 *Auaritiam odio proſequi iudices debent.*
30 *Senatus ad quid fuerit inſtitutus.*
31 *Senatus noſtri authoritas.*
32 *Senatus utrum poſſit leges condere.*
33 *Variationis cauſa in ſententiis Senatus.*
34 *Senatus an iuriſdictione utatur ordinaria, uel delegata.*
35 *Patientes Senatores in cauſis audiendis eſſe debent.*
36 *Vbi iudicare debeat Senatus.*
37 *Senatus quo tempore conueniat.*
38 *Quomodo Senatus iudicet.*
39 *Senatorum habitus qualis hodie, & qualis antiquitus fuerit.*
40 *Pedemontanæ regionis deſcriptio.*
41 *Taurinenſis Ciuitatis ſitus.*
42 *Viri Illuſtres I. C. qui in hac patria floruerunt.*
43 *Antonini nomen laudabile.*
44 *Teſſaurorum familia antiqua.*
45 *Aſtenſis prouinciæ latus, & Senatus.*

AT eorum, quæ in hoc opere noſtro dicturi ſumus, facilis intellectus habeatur operæ pretium me facturum exiſtimaui, priuſquam ad ulteriora progrediamur, pauca de ſubiecto ipſius operis, & iuris noſtrarum prouinciarum origine præfari,
1 † quod & multos bonos authores feciſſe comperio, præſertim Plinium ſecũdũ in clariſſimo illo ſuo opere naturalis hiſtoriæ,

ſtoriæ, cuius materiam priuſquam ingrederetur, integrum librum de operis ſubiecto præpoſuit. Sed ut exteros taceam, idẽ elegãtiſſime feciſſe legimus Caium, Iuriconſ. lib. 1. in ſua ad leges xij. tabu. præfat. Igitur ſingulorum uerborũ, quæ huius libri titulum cõtinent, interpretationẽ adijcienda duxi, ut moris eſt Vlpiani in l. itẽ ueniunt. §. aptanda igitur. D. de peti. hær. & in l. 1. §. uerba itaque. D. ad Velleia.

2 NOVAE dicuntur† initio tituli hę noſtrę Deciſiones ea primum ratione, ut cãdidos, & ſtudioſos Lectores ad earum lectionẽ inuitemus, noua enim omnia pulchritudine ſunt decorata, ideoq; dicit in Apocalipſi; *Ecce noua facio omnia*, quod admonet Iuſtinianus in Prooemio Digeſtorum. §. 2. autem. & ſolent noua omnia placere, ut ibi. dicit gl. ex. §. quantuncunq; ergo in auth. de cõſulibus, & plerunq; omnes nouis rebus delectantur. ꝙ tamen qñque nõ conuenit, neque enim ſemper nouis rebus ſapientes fidunt, ut noſtris Allobrogibus euenit, qui noua Catilinę facinoroſa coniuratione cõmoti illam Senatui Romano prodiderũt, ut eſt apud Sal. ideoque dixit Horat. in epo. ode. 19. *Nouiſque rebus infidelis. Allobrox.* quãquã, & interpretari poſſimus Allobrogem in rebus nouis, ut erat illa coniuratio infidelem, ideſt Populo Romano, ualde fidelem ut dictio illa, *in*, nõ neget, ſed ampliet, ut alibi apud eundem Horatium li. 3. Carm. ode. ultima *Quod nec imber edax, nec Aquilo impotẽs*, ideſt ualde potẽs, ut ibi exponit Porfirius l. Gallus §. ille caſus. C. de lib. & poſthu. Iuſtinianns uero ſuas ultimas græcas conſtitutiones Nouelas uocauit quæ (ut ait Harmenopol.) tãquam poſthumorum natiuitas reperunt ueterum teſtamentorum diſpoſitiones, ſicut in ſacris literis noui teſtamenti lex antiqui teſtamenti diſpoſitionẽ in multis abrogauit. Qua forte ratione dici poteſt Pub. Ouidiũ in ſuo illo digniori, & elegãtiori opere trãſformationũ, ad auditorum attentionem captandam carmẽ illud operi toto præpoſuiſſe.

*In noua fert animus mutatus dicere formas Corpora &c.*

Sed, & alia ratione has a nobis collectas Deciſiones. Nouas appellauimus, ꝙ annis iã plus uiginti aliæ antiquiores ab hoc Excellentiſſimo Senatu noſtro proditæ ſit autore Octauiano Cacherano, q̃ poſtea ipſius uirtutibus ita promerentibus, ad ſummam, ut Iuſtinianus uocat, Patritiatus dignitatem euectus, magni Sabaudię Ducis Cancellarii nomen meritus eſt, cuius doctrina, & ſcientia in illis ſuis elucubratiſſimis Pedemontanis Deciſionibus, & conſiliorum libro demonſtratur. Eaſq; etiã ita uocamus exemplo earũ, quæ in Romana Rota a Faſtolo factę ſunt, quas ſequutæ ſunt aliæ antiquæ dictæ, & exinde aliæ a Gulielmo Hortror, quas communi nomine nouas uocamus, ad differentiã antiquarum, quę à Faſtolo, & ab alio innominato emanarunt. Poteramus & nouiſſimarum nomine illas inſcribere, cum hactenus nouiſſimę ſint, & quas adhuc aliquæ non ſubſequuntur, ſed quoniam nouiſſimum

3 † illud dicitur, ꝙ ultimum eſt (iuxta illud Virgilij in 6. *Dixitque nouiſſima uerba*) & nihil aliud poſt ſe admittit, ſicuti proximus eſt, quem nemo antecedit. l. proximus 92. D. de uerb. ſig. noluimus hac dictione uti ꝙ ſperandum ſit futuros poſt nos, qui melioribus etiã auſpiciis, & clariori ſtylo hũc eundem a Domino Cacherano primum, mox a nobis ſuſceptum laborẽ eadẽ qua nos ratione ſubibũt. Et ut dicebat Ioãnes ueniet forte poteſt me, cuius nõ eſſem dignus ſoluere corrigiam calciamẽti, tãtum enim fui prædeceſſorum Principum noſtrorũ, & Sereniſſimi Ducis noſtri in digendis magiſtratibus maturum iudicium ut nõ niſi doctrina, prudentia, & integritate uiros, pręſertim ĩ hoc Senatu elegerint atque eligant, quod & eorum poſteros facturos ſperandum eſt ipſiſque Principibus id facile eueniet, & eueniet cum ſoliti ſemper fuerint doctiſſimis, & laborioſis iuriſperitis abundare, unde ſperandum ſit etiã in poſterum id euenturum, quod inquit Iuuenalis.

*Surget aliquis de gente togata*
*Qui iuris nodos, & legum ænigmata ſolet.*

Cumque hęc Deciſionũ Senatus adnotatio, & principi noſtro prudentiſſimo ſummopere placeat, & populis utilis ſit conſulerem Principem, ut ſecundum Senatus Præſidem ſemper illam conſtitueret, qui huic operi uacaret, omneſq; dubios caſus qui Imperiali quodammodo Deciſione

egent



egent, adnotaret, & Senatus ſententiã, & motus, ſeu rationes ſcribere, quæ ſingulo ſaltem decennio in lucem darentur. Hinc fieret, ut ante centũ annos omnes fere dubii caſus a Senatu reſoluti eſſent ſine magno labore, & qđ Sereniſſim. Dux. noſter ab initio ꝓcurabat, ut in liminari epiſtola diximus, illius felix poſteritas cõſequeret.

3 DECISIONES. † Continet hic noſter libellus Deciſiones, ideſt reſolutiones dubiarum cauſarum, & magis illuſtrium quæſtionũ Deciſione Cæſarea Principaliue egentium, ut Doctores dicunt, (quales illæ præcipue, q̃ proponuntur Deciſio. 64. 88. 96. 121. 128 134. 141. 162. 170 180. 200. 137. & aliæ multæ, quæ ab anno 1549. quo gratia Sereniſſimi Ducis, & Domini mei Caroli Tertii Ducis Sabaudię ĩ Senatu iuuenis ſedere cępi; quo tẽpore Senatus occupata Pedemõtana patria Gallis cũ ipſo Duce Vercellis morabatur uſque in præſentem annum 1590. quibus Ducum, & Dominorum meorum gratia primum conſiliarius, mox Senator, poſtremo Comitatus Aſtẽſis, & marchiæ Cenæ Præſes licet indignus ſedeo, ) tractatæ, & diſcuſſæ in cauſarũ relationibus fuerunt.

4 Quibus annorum curriculis† primum ſuo Exccellentiſſimo Præſide Nicolao Balbo. Franciſco Balbo fratre multo doctiore, & ſubtiliore, qui multa ab eo cępta opera in iure noſtro perficere non potuit ob bellorum ſtrepitus, qui hanc patriam totam ab anno 1536. uſque ad annũ 1559. cõtinue detinuerũt, & turbauerũt, & quod ad ſcribendum otium illi non dabatur, cum eo tempore nõ ſolum munere præſidis in ipſo Senatu, ſed ẽt magni Cãcellarii, & Procuratoris Principis ſeu ut nos vocamus Cameræ computorũ Præſidis officio fungeretur; cui in eodẽ magiſtratu Pedemõtani Præſidis ſucceſſit iiſdem bellicis temporibus Eccellentiſſimus Iuriſconſultus Caſſianus Puteo Bugellen. qui per uiginti annos huic Senatui ſummo cum honore, & laude præfuit, maximæ integritatis, & doctrinæ uir, & qui multa uolumina quæſtionum, quæ ſuo tempore in hoc eodem Senatu obſeruauerat, manu ſua ſcripta reliquit, quas in lucem dare tum Principis, tum publicis negotiis impeditus non potuit, & cum hanc prouinciã Carolus Antonius nepos inter Iuriſconſultos doctiſſimus peragendam ſuſcepiſſet, in ipſo limine defecit, dum in Thuſciam a Magno Hetrurię Duce Coſmo euocatus, & patrimonii illius magni Ducis procurator factus, deinde Sereniſſimo Franciſco requirente ad Archiepiſcopatum Piſarum, Corſicæ, & Sardiniæ primatum euectus, nunc etiam Magni Ducis Ferdinandi ab intimis cõſiliis ita Principum, & publicis ac demum propriarũ eccleſiarum negotijs occupatus, ad cœptum opus patrui aut ad ipſius propria, quæ parabat doctiſſime ſcribenda, pręſtitum tempus non fuit. Eodem tempore ſedit in Senatu Franciſcus Cacheranus Aſtenſis Præſes, Octauiani frater prædeceſſor meus, omnium bonarum litterarũ peritiſſimus, & in iuris prudentia excellens, qui etiam multa in iure ſcripſerat, præſertim libros tres de Duello, q̃bus ultimam manum apponere nõ licuit, quod à Sereniſſimo Duce Emanuelle Philiberto in Belgicam Galliã euocatus multis annis illum in bellicis expeditionibus ſequutus fuit. In Caſſiani autem locum ſucceſſit Ludouicus Puteus eius ex fratre nepos, adhuc iuuenis, mira tamen doctrina, & iuriſprudentia, & publicarum rerũ experientia conſpicuus, qui dũ multa, & grauia de ſeipſo polliceretur, fato immature ceſſit, quem in eadem dignitate ſequutus eſt Cęſar Cãbianus magnæ integritatis, & doctrinæ, ac morũ candore, a quo pariter multa ſperabãtur, niſi mors nimis propera omnia euertiſſet. Illi ſucceſit Excellentiſſimus Amedeus a ponte, uir ſummi ingenij & profundæ ſciẽtię, qui prius Senatoris munere ꝑ multos annos, deinde Patrimonii, ſeu Camerę præſidis, poſtremo uirtute, & doctrina ſua ita promerẽte, proprio motu Principis, huius Senatus primi Pręſidis dignitatem accepit. In quo etiam Senatu ſecundi Præſidis locũ obtinet Vigilantiſs. conciuis noſter Lazarus Baratta Foſſanen Sub q̃ bus eruditiſſimis Præſidibus, & doctiſſimis Senatorib. ad numerũ 50. & ultra, qui ab anno 1549. vſque in præſens collegæ mei fuerunt, nõ potui nõ multa diſcere, & cum pro tenui mea facultate ab initio ĩ hoc maximę elaborauerim, ut magis illuſtr. & præcipuas quæſtiones, q̃ in Senatu diſputabãtur, adnotare, & earũ reſolutiones obſeruarem

uenit

euenit ut pluſquã mille Deciſiones colle
gerim quarum aliquot in mundum redi-
gere,& expolire mihi uix licuit, tũ quod
Senatoribus ſcribẽdi imo nec fere in iure
ſtudenda otium non datur(uſq; adeo ma-
gnorũ uoluminum actorum iudicialium,
& tenebricoſa,& inani teſtium, & inſtru-
mentorum uiſione, ſed & ſuplicationum
relatione,& litigantiũ audiẽtia opprimun
tur,& quod reliquum eſt tẽporis in Sena
tu frequenti reſidentia illi impẽdere opor
teat; ita ut uerum ſit,quod inquit Iuſtinia
nus in §.ſedebũt.in auth.de iudicib. opor
tere iudices ĩ auditorio ſedere a mane uſ-
que ad ueſperas, ut uix corporali neceſſa-
riæ recreationi ſit locus, ut ibi dicit Ac-
cur.)tum etiam,quod poſtquam Aſtenſis
Præſidis munus mihi demandatum fuit,
quod temporis relinquebatur a cõuiua iu
dicandi prouincia, illud publicarum rerũ
pertractationi,ſeu Cõſilio ſtatus, & priua
to Principis conſiſtorio(id uocant ſignatu
ram) dicare neceſſe fuit,neq; id ſolum in
commodi animũ meum ab hoc negotio
ſeparauit, ſed corporis etiam infirma uali
tudo decem fere annorũ ſpatio adeo me
occupauit, & unius integri anni a libris
meis,& Senatus abſentia, dum in Hetru-
riã a Sereniſſimo Magno Duce Franciſco
uocatus & Lucenſi inclita Republ.ad illo-
rum de finibus cõtrouerſias antiquas diri
mendas incubui anno 1577.ut quomodo
operi huic uacare, & paucas has deciſio-
nes cõponere licuerit,uix ſciã,Quod neq;
etiã feciſſem,niſi filij mei Gaſparis Anto-
nij iuriſperiti laborioſa opera ſuccuriſſet.
Deterrebat uerbo a ꝑiculoſo hoc ſcribẽdi
genere,& in publicum ſcripta producen
di, ꝙ ſcirẽ nõ poſſe me eximiæ illius lau-
dis partem aſſequi, quam in hoc eodem
ſubiecto obtinuit prædeceſſor meus Do.
Ozaſcus,& quod tam immenſum librorũ
iuris noſtri pelagus cõſpicerem, ut iam iã
a ſcribendo nõ mihi ſolum, ſed omnibus
I.ſtudioſis receptui canendum eſſe exiſti
marem,magis.n.librorum copia profeſſo
res huius ſcientiæ onerat quam honorat,
Neq; n.ut æquum erat, paritum eſt a Do-
ctoribus Sanctiſſimæ Iuſtiniani Conſtitu-
tioni in l.1.§.fina.C.de ueter.iur.enucleã.
q prudentiſſimo iudicio poſt innumera,
ll. uolumina ius noſtram obſcurantis abo
lita,& perempta pręſagiebat non defutu-
ros,qui antiquorum ueſtigia immitati cõ
mentaria cõmentariis ſupperadentes iu
ris noſtri copioſiorẽ farraginem ederent,
ita ut pluſquam illius temporibus ſancta
hęc iuris diſciplina,quę certos,& claros fi-
nes habere deberet in ambiguum,& incer
tũ quæſtionum abiſſum inciderit, & ſi in
una tantum quæſtione quidã ex noſtris
ob DD.varietatem,& diſcrepantiam eſſe
illã mare ſine fundo auſus eſt dicere,ut ad
notauimus infra Deciſ. 200.nu.4. quid cẽ
ſendum de inumeris, & prope infinitis
quarum hincinde doctores ueritatẽ inue
nire uis poſſunt; Quare has meas lucubra
tiones,& vigilias in lucem minime profer
re decreueram ſed his potius tãquam la-
borum meorum promptuario uti,ad leuã
dam ſeneſcẽtis ætatis meæ imbecillitatẽ.
5 Impulit me † nihilominus ad ſcribendum
& publices eas qualeſcunque ſint proferẽ
dum quorundam doctiſſimorum uirorũ
& amicorum authoritas; & Senatorũ cõ
legarumq; meorum aſſidua flagitatio, qu
bus ſẽper curæ fuit alias obſeruata in cau
ſis dirimendis perſcrutari,ne ſuper iã de
ciſis ĩ poſterũ litibus via aperiatur immu
dicis laboribus cõtinuo reſurgentibus, &
in hac ꝑſertim patria,quæ ex Platonis ſen
tẽtia ortus noſtri aliquid ſibi vẽdicare de
debebat.Idq; illa nõ magis ſuadebat ꝙ ne
conſilia aut tractatus ſcriberem, quorun
iã prope infinitus eſt numerus, & quibu
nõ magna eſt adhibenda fides,cum alij lu
cri gratia clientibus inſeruiant,alii oſte
tionis cauſa,& cõtradicendi ſtudio diſſe
tiant,ut fuit moris, Beluiſii a Butrig. Ba
a Bart.Barbat.ab Alexan.Decii a Iaſon
ſed in medium proferrem Deciſiones n
meas ſed noſtras,i. quæ nõ ꝓ unius uo
ſed multorum Senatorũ ſnĩa, qui in iu
cando multis annis uerſati ſũt,emanar
Neq; n.poſſunt quæ multorũ cõſilio g
rũtur eſſe minus cõſiderata, ſiquidem
inquit Salomon,ubi multa conſilia ibi
lus Præſertĩ uero in hoc numeroſo,& a
pliſſimo Senatu, in quo multi magnæ e
ditionis experientæ uiri ſederunt, &
dẽt retẽto eiuſdẽ Senatus nomine, iu
Alpheni ſnĩam in l. ꝓponebatur,D. de
di.quã exornat. Alex.ab Alexandro ge
dier.lib.3.c.1.Quo fit ut monendos p
iuuenes noſtros ut poſt diurnam, noc
namq; uerſationem textuum, & gloſſa
Barto-

PRAEFATIO

Bartoliq; & Baldi,Alexan.Abba.& Felyni
(poſtpoſitis omnibus aliis conſiliorum,&
repetitionum ſcriptoribus)Deciſionib.in
uigilãte.in quibus pro unius multorũ ſen
tentias legent,& bene digeſtas,& mature
ſancteq; reſolutas iuris ambigui quæſtio
nes(quarum ẽt iam magnus eſt ſcriptorũ
6 numerus.)Extat†enim Faſtoli antiquio-
res Rotæ Romanę deciſiones,anno 1336.
inde antiquæ cuiuſdam innominati anno
1575.nouę a Gulielmo Hortrot.1381.Bel
lamerę.1390. Toloſanę a Ioãne Corſerio
1483.Neapolitanæ ab Afflicto.1490.a Ca
pitio.1519.a Caſſiadoro Romanæ.1519.a
Grammatico pariter Neapolitanę.1520.a
Boerio Burdegalenſi.1519. Guidon Papæ
Delphinatus. 1460.Alię eiuſdẽ Senatus a
Frãciſco Martio.1520.Mohedani Roma-
næ.1538.Bononienſes a Petro Benintẽdi
1546. Putei Romanæ.1550.Veralli.1552.
Hieronimi Laurenti Auenionenſes.1557.
Ozaſci Pędemontanæ. 1569.Obſeruatio
nes Cameræ Imperialis per Andreã Cail.
1578. Fiuizani a Borgni.Caualcano.1580
Imperialis Cameræ a Ioachino Miſinge-
rio 1560.Peruſinæ Ioſephi Ludou.1582.
Ianuenſes incerti authoris 1582. Vincẽtij
Franchi Neapolitanæ.1580.& 1588. Cre
ſcentij Romanæ. 1589.Magonii Lucẽſes
1586.Gorumnos ueſtigia ſequuti procura
uimus iſtas ita cõtexere, ut prodeſſe ſiue
faſtidio lectoribus poſſent, neq; Rotę Ro
manæ breuitatem ſequuti, q̃ obſcuritatẽ
parit,neque Boeri(doctiſſimi quidem ui
ri)dicacitatem, quæ confuſionem produ
cit, ſed aliorum præſertim Afflicti,qui in
Deciſionib. meo iudicio primas obtines,
& quãdoque breuitate qñque prolixitate
uſus eſt, prout res ipſa expoſcebat, neque
ſemper magiſtrali argumentatione ad par
tes deducta,& a Platone laudata,ſed ad rẽ
ipſam aut.ll.ipſarum allegatione aut ſcri
ptorum enumeratione prout tẽpora iſta
fuerũt,quam breuiſſime potui acceſſi, ne
lectorem cũ tempora iactura fruſtratoria
lectione(ad alia properantẽ)detinerem,&
(quod ab aliis hactenus factam non eſt)
cum mihi multorum annorũ hæc ſcriben
di ſpatia data fuerint,in una eademq; De
ciſione multas ſub uariis tẽporibus Deci
ſiones factas adieci ꝓ ampliationibus,aut
limitationibus, ut eãdẽ materiam quo ad
potui ſimil cõnecterem;ne ex vno eodẽq;
ſubiecto in diuerſas partes re diſtracta ma
teriam confunderem habebiſque lector
hinc non ſolum. 270. ſed pluſquam ſexcẽ
tas Deciſiones ſimul collectas.
7 SACRI. †Solent ſcriptores omnes de
Senatu. ſeu conſilio iuſtitiæ loquentes uti
hoc epitheto,& ſacrum ordinem Senatũ
appellãt. Theodoricus apud Caſſiod.ep.
25.li.4.& paſſim ſcriptores, uel ꝙ nos q
iura dicimus Sacerdotes appellãdi ſimus
ut Vlp.ſcribit in l.j.ff.de iuſt.& iu.& apud
Aegyptios iidem erant iudices,& ſacerdo
tes, & quaſi ſacra tractantes nos antiſtitũ
noĩe decoramur in l.j.C.de decretis decu
rionum li.1.uel quod in locũ ubi Senatus
cõgregabatur,ſtatuerit Auguſtus,ut prius
thuere;meroq; ſacrificaret,vt teſtat̃ Suet.
& apud Ge.li.14.c.7.quẽ morẽ, & nos ob
ſeruamus, nã in loco Senatus antequã ad
cauſarũ propoſitiones deueniatur, a ſacri
ficio Miſſæ exordimur qui laudabilis mos
ẽt alibi obſeruatur, ut dicit Cur. piſana.li.
1.c.4.Facit ꝙ ex hebręis traditũ teſtat̃ do
ctiſſimus Io.Bodinus in ſua Demonoma
nia li.3.c.4.Angelos ĩtereſſe iudiciis, & iu
dicũ mentes ad ueritatẽ dirigere.Ideoque
Aegyptos ſolere in loco iudiciorũ aliquot
ſedes uacuas relinquere,in quib. Angeli iu
diciis aſſiſtẽtes reſident.Seu ꝙ antiquitus
Senatores,& iudices qui ſimul cõgregati
iudicabãt, ex ſacro loco iudiciũ ferre con
ſueuerant,ꝙ reum omnium peritiſſimus
Homerus li.18.Iliad.his uerſibus indicat.

*Populi autẽ in cætu erant denſi illicque*
*contentio.*
*Orta eſt,duo autem uiri contendebant gra*
*tia mulctæ.*
*Viri interfecti, hic quidẽ cõfirmabat om*
*nia redidiſſe.*
*Populo declarans.Ille uero negabat quic*
*quam accepiſſe.*
*Ambo uero cupiebant ſub teſte finem acci*
*pere.* c
*Ciues autem utriſque acclamabant hin*
*inde auxiliatores.*
*Præcones autem populum continebant, at*
*SENIORES*
*Sedebant in politis lapidibus SACRO*
*in circulo.*
*Scepatra uero præconũ in manibus geſta*
*bant uocalium.*
*His poſtea rubeant, alternatim autẽ iud*
*cabant.*

*Iacebant*

*Iacebant autem in medio duo auri talenta*
*Huic ut darentur, qui inter hos ſententiam*
*rectiſſimam diceret.*

Quod etiam adnotauit Plutarcus in ui
ta Periclis, ubi Atheniēſes iudices cū de
cauſa graui iudicaturi eſſent, ex Ara iudi
cium ferre iuſſi ſunt ĩ ſacra. n. edæ Martis
conueniebant Areopagitæ ad iudicia ferē
da, ſed & ſacramento, & iureiurando, qui
futurus erat iudex, ſicut apud nos quoti
die ſit, ita etiã antiquitus promittebat, nō
per gratiã cuicunq; libuerit cōdonare, ſed
iudicare ſecundū leges, vt eſt apud Plato
nem in Apologia Socratis circa finē, quo
fit ut inde exiſtimè ductum prouerbium
inſeruiēdum eſſe amicis, ſed uſu, ad Aras,
ideſt ne amicorum gratia a recto deflecta
mus in iudicijs, ut ex Theophraſto late diſ
ſerit Aul. Gel. noct. Atic. li. 1. cap. 3. neque
odio uel amore a iuſtitia recedamus, imo
nec pauperis (ut inquit Salomō) in iudicio
miſerendum eſt nec proximo magis quã
peregrino fauendum. Deuteronom. ca. 1.
adeo ſancta res eſt iudiciorum ratio. Quã
uis Eraſm. Adagiorum lib. Centur. 2. Chi-
liad. 3. Adag. 10. dictum illud intelligat de
iureiurando, eum iuſiurandum illud dice
ret firmus, quod Aris tractis fiebat, unde
Cic. *Is ſi arma tenes iuraret, crederet nemo.*
Vel a ſubiecto in quo is magiſtratus verſa
tur, ſacri nomen obtinere debet, ſacrorum
iurium ſcilicet intellectu, ac reſolutione, &
ita forte intelligendus eſt Virg. locus. li. 2.
Aeneid.

*Fas mihi Graiorū ſacrata roſoluere iura.*

Iudicium enim officium in iuſtitia admini
ſtranda conſiſtit, lege interpretando quæ
Sacræ dicuntur, uti Deorum inſtitutū, &
diuinarum rerum ſicut humanarum Regi
næ, ut dicitur in. 1. D. de legib imo, & ſa-
cratiſſimæ uocãtur in l. leges ſacratiſſimę
C. eod. ad ꝙ alludit Solon. apud Plutarcū
illa lege. *Sacræ Partes cuſtodium*, & ob id
idem. Plutar. in Solone Senatum regū cu
ſtodem eſſe dixit. Et leges diuino quodã
ſpiritu etiam a Paganis, & Gentilibus fa
ctas teſtatur Iuſtinianos in l. fin. C. de præ
ſcrip. lōgi tempo. uerſic. ideo enim maio
res noſtri Leges autem a Deo Opt. Max.
primum Moyſi datas oſtenditur Exod. c.
20. & alibi ſæpius in ſacris literis Sed & an
tiquitas infidelium id admittebatur, ut te
ſtať clemens Alexan. Stromma. lib. 2. in fi
ne ubi hos Heſiodi antiquiſſimi poetarū
uerſus citat.

*Humano generi nãq; lex eſt ab Ioue lata*
*Piſces atq; fere uolucreſq; per area nãtes*
*Se ſe edunt, cum illis nulla haud ſit notio*
*iuris.*
*Aſt hominum generi iuſtum, eſt res quæ op*
*tima ceſſit.*

Et hinc deductū exiſtimo morem Gallo
rum, qui in extrinſeca adminiſtratione iu
ſtitiæ, & formalitatc, & dignitate omnium
populorum excellentiores uidentur eorū
enim maiores magiſtratus, Præſides, & Se
natores ſacerdotali, & pileo, & veſte quo-
damodo utūtur, ut dicemus infra in uerſi.
Habitus Sanctuſque Senatus ſæpenumero
a ſcriptoribus uocatur, præſertim uero a-
pud Virgilium.

*Iura magiſtratumque legũt, ſanctumque*
*Senatum.*

SENATVS. Magiſtratum hunc qui
8 dam putant a Moyſe primum† inuentū an
no a creatione mūdi 3859. qui Ietro ſoce
ro conſulente ex omnibus Tribubus nobi
liores, & ſapientiores elegit ut cum eo iu
dicandi munere fungerētur, Exod. cap. 18.
& Deuternom. cap. 1. Sed locus ille parum
ad rem facit, quia ibi illi a Moyſe ita electi
non collegialiter. & coniunctim, ſed ſepa-
ratim quilibet ſuas Tribus iudicabant.
Aptius adhoc induci poteſt, quod habetur
in libro Nume. capit. 11. ubi Deus mandat
Moyſi, ut eligat ſeptuaginta Seniores, qui
cum eo onus rerum omnium, & guberna
tionem illius populi ferrēt. Alij exiſtimãt
ordinem hūc a Theopompo Spartanorū
Rege originem habuiſſe, qui Ephoros inſti
tu canno a mūdo creato 3188. eumq; ma
giſtratum etiam Senatum appellauit, cu-
ius rei author eſt Plutarchus in Licurgi ui
ta referentes Tyrtæi carmina.

*Conſilij teneant reges, & iuris habenas.*
*Quis cura eſt Sparta cōſpiciēda domus*
*Grãdeuique Senes, et qui de plebe creati*
*Sanctarum legum ciuibus inſtar erunt.*

Seu uerius ab ipſo Lycurgo, ut idē Plutar-
chus teſtatur his uerbis, *Seniores, ut dictū*
*eſt Lycurgus cōſtituit primum ex his, qui cō*
*ſilij participes extitiſſent, poſt ea uero inde*
*mortui locū ſtatim eum aſſumi, qui uirtute*
*cæteris præſtare iudicatus eſſet, ex illis ſcili-*
*cet qui annū ſexageſimum trãſegiſſet.* Quod
cōtigere potuit circa annū. 3100. ab orbe
conditio



conditio, quo idē Lycurgus regnare cæpit.
Alii vero putanť Romulū in Italia primū
Senatum collegiſſe Cētū electis, qui rerū
publicarū curã gererent, & a Senioribus
Senatū vocatum notat idem Plutar. in o-
puſ. an Seni gerenda ſit republica, & im-
probatis cæterorum ſnīs diſputat Ferrã.
Adduē li. 1. explic. c. 7. ꝙ ēt iudicat Cice.
in libro de Senectute: Et hac rōne forte
factum dicit Plutar. in Probiema ꝙ Sena-
tores in calceo Lunæ ſignū deferebãt, ꝙ
Magiſtratum hunc antiquiorē Luna ſigni
ficarent Seniores autem eligebanť, ꝙ ſe-
nes maiori iudicio, & experientia polleãt
vt inq̃t Ariſ. Ethi. 1. & in auth. de iudicib.
§. uetus igiť verſic. q̃a vero & qđ ſenibus
maior reuerentia, & authoritas debeatur
eſt text. in l. ſemꝑ. D. de iur. immuni. late
Aul. Gel li. 2. c. 15. ſed latiſſime Tiraquel.
de primogen. in præfat. n. 75. iōq; factum
puto, vt nomen id Senior honoris cauſa
7 dicatur de his, qui ſuperiores, † & domini
nobis ſunt, quos Hiſpani *Señores*, & nos
*Signori*, & *Signor*, i. ſenior, & ſeniores dici
mus. Sic in hunc ſenſum ſeniorem etiam
mentio apud Hebræos. Exod. ca. 3. Leuit.
cap. 8. Machab. 1. cap. 11. & ibi accipitur
pro ſummo Hebręorum conſilio, Apoca.
ca. 4. De authoritate uero Romano. Sena
tus origine, forma, incremento, ac decre-
mēto, & omnina ferè abolitione, & reliq̃s
ne rem actã agamus, abunde ſcripſit Bud.
in pandect. in l. ult. D. de Senatorio, Cagn.
in l. 2. ff. de orig. iur. Franc. Hotom. poſt di
ctionar. uer. iur. Petr. Grego. Syntagm. iur.
par. 3. li. 47. c. 25. VVolfang. Lazius in cō-
ment. Reipub. Romana. lib. 2. Valent. For
ſter. in Hiſtor. iur. ciuil. li. 1. tit. de Senatuſ-
conſul. Abbolitum vero omnino fuiſſe il-
lius antiqui Senatus authoritatem digni-
tatem poteſtatem, & formam ſatis docet
lectura illarum legum, q̃ in tit. de Senato
rib. poſitæ ſunt ubi nihil minus q̃ de his,
quæ ad Senatum ſpectant, tractať, ſed no
men ipſum ab illo antiquo nomine deſcē
dere nō debito. Sed qūocūque originem
duxerit hic de quo nos agimus iudicia-
10 rius Senatus lōge differt† ab eo quē Romu
lus inſtituit, & etiam ab illo, q̃ florēte Re
publica Romana ſummã rerū ptãtem ha
bebat, & ꝑut & tꝑibus noſtris Senatus re
rū publicarū sūt, q̃ ſuperiorē nō recogno
ſcūt, vt in Italia Venetorū, Ianuēſiū, Lucē
ſiū, Raguſeorum, & ſimiliū, & apud Vltra
montanos Sueuorū, ac aliorū, q̃ ſupremū
nō habēt Principem, nec Monarchia, ſed
Poliarchia gubernantur, hi enim omnes
Senatum habent nō ad hoc præcipue, ut
iudiciis vacent ciuilibus, ſe criminalibus,
ſed potius rebus, quæ Reipub. gubernacu
la, ſummam rerum adminiſtrationem, &
legum condendarium poteſtatem cōcer
nunt. Cæterum in iis, quæ ad iudicia ſpe-
ctant alios Magiſtratus decernunt, quas
Rotas, aut Conſilia, aut Senatus, aut alio
diuerſo appellãt nomine, quo vtuntur ēt
q̃dam Princeps ſimiles Magiſtratus habē
tes vt eſt Romæ, & Florentiæ. Senatus au
tem nomen, vt apud nos eſt, & authori-
tas fere eadem eſt in Rotis, prædictis, & in
Italia Senatus ante omnes hoc ſpeciali no
mine fuit Mediolanenſis in Gallia vero,
& in Hiſpania unaqueque prouincia hoc
magiſtratu vtitur ſub nomine Curiæ, uel
Conſilij, ad iudicandas lites in ſupremo,
& vltimo iudicio, & ad alia peragenda ſe
cundum diuerſos etiã Principum, & pro-
uinciarum mores, & authoritatē illis plus
minuſue tributam. Quamuis autem diuer
ſo nomine is magiſtratus vocetur; ſecun-
dum regionum diuerſitatem, tamen ue-
re Senatus vocari poſſunt omnia ſiue Cō-
ſilia, vt in Hiſpania, & Gallia, ſiue Cameræ
vt in Germania, ſiue Rotæ, vt Italia nun-
cupantur. Ideoque & Cameræ Imperialis
Cōſilia Hiſ. & Parlamenta Galiæ & Rota
Italiæ, & Cōſiliū Neapolis vbiq; a ſcripto
ribus Senatus uocantur. Sed cum de hac
materia Doctiſſimorū virorū copioſa ex
tent volumina, ſatius erit ſi me conferam
potius ad aliqua dicēda de Senatu noſtro
cum de ipſius Deciſionibus promulgãdis
munus ſuſceperim, quod Dialecticorum
ordine per prædicamenta ſeu ut græci uo
cãt καθηγορίας procedēdo clarius, & ac
commodatius me facturum puto, ut pri-
mo de ſubſtãtia, uel eſſentia Senatus no-
ſtri, tum de qualitate quãtitate, & aliis ad
noſtrum de quo agimus Senatum ſpectã-
tib. diſſeramus, qua in re, & in quo cū Ro
mano antiquo cōferat in quoque differat
cognoſcere lecto poterit.

Eſt autem, vt cum Cicerone a diffinitio
11 ne initium faciamus Senatus† multorū iu
diciū collegiū, ꝓ ſupremo Magiſtratu ad
cauſas omnes tam ciuiles quam crimina

ſes coniunctim decidendas propoſitum à Principe, uel Republica ad hoc ptãtẽ habẽte *Multorum* diximus dñam magiſtratu unius ſolius iudicis, ut erant Prætores Præfecti, aut Preſides antiqui, & Romanę Reipub. tpe, quorũ poteſtas, & authoritas ſuis locis, & titulis Digeſtorum, & Codicis deſcribitur, & a multis aliis, præſertim uero apud Feneſtellam, & Pompo. Letũ in libro de Magiſtratibus Romanis, & in l. 2. D. de orig. iur. uel etiã duorum, ut erãt apud Rom. Duumuiri, quibus a Rege Tullo Hoſtilio capitales cauſę cõmittebãtur ut eſt apud eundem Pompo. Letum in c. de Duumuiris.

*Collegium*, quod ſimul collecti nõ autem ſeparatim iudicent, nec minus tribus eſſe debent. l. Neratius Priſcus. D. de uerbo. ſignifi. ubi Alciat. Maior autem numerus ꝑ arbitrio Principis aut Reipublicæ ut infra dicã, augebit. Collegium uero maximum appellari Senatum dici Bodin. *li. 3.* ſuæ republicæ ca. 7. ubi de collegis tracta.

*Pro ſupremo Magiſtratu*, ut demonſtretur ſupra Senatum nullum eſſe magiſtratum, cum ad eum tanquã ad Principem ab omnib. aliis magiſtratibus gradatim appelletur, ut in nouis Conſtitutionibus li. 3. de appella. ab ipſo autem Senatu appellatio nõ detur, ſed reuiſio, quæ ab eodem fit. l. 1. D. de offic. præfec. præt. & dicã infra Dec. 246. & eſt apud nos ĩ nouis cõſtitutionibus Ducalibus, tit. de modo & forma ſupplicationum *Magiſtratus.* nomen ad omnes iudiciarias ptãtes refertur, licet alias nomine magiſtratus de Pretore ĩtelligeretur, ut no. Zaz. in l. 2. D. de orig. iur. §. eodem tpe in uerbo magiſtratus, nã & Vlpianus eum, qui iudicare iubet (inquit) magiſtratum eſſe oportet. l. eũ q D. de iuriſd. om. iud. *Ad cauſas oẽs tam ciuiles quã criminales* cum hoc ſit pręcipuum munus Senatus a Principe (ſiue is ſupremus ſit. qui ſuperiorem non recognoſci ut ſunt noſtri tpis Cæſares, aut ſupremi Reges uel Republicę Regũ poteſtatẽ obtinẽtes nemineemq; in ſuperiorem recognoſcentes ſiue ſuperiorem habeat, a quo ſtatum fiduciario, (ut aiunt nomine poſſideat, ita latũ tamẽ, & amplũ, ut pro cauſarũ deciſione, & recurſu ſimili magiſtratu ægeat cõſtitutum, ut iura litigãtibus reddat, & omnibus uice Principis iuſtitiã miniſtret malefactores ſeuero iudicio caſtigando.

*Ad cauſas omnes* diximus ad dñam quo rundam magiſtratum, in quibus licet plures ſint iudices collegialiter iudicantes, tamen non omnibus, ſed certis cauſis ꝑpoſiti ſunt, ut erat exemplum apud antiquos de Triumuiris qui incendiis, ac nocturnis criminibus præerant, de quibus apud Pla. in Amphitr.

*Iuuentutis mores qui ſciã, qui hoc noctis*
*ſolus obambulem.*
*Quid faciam nunc ſi Treſuiri me in carcerem compegerint.*
*Inde quaſi e promptuaria cella depromar*
*adflagrum.*

De quibus Triumuiris loquitur Pau. in l. prima. ff. de offi. præfec. uigil. & in l. 2. §. poſt aliquot deinde annos, de orig. iur. Itẽ & Quatuoruiri, qui uiarum curã agebant. dict. l. 2. §. conſtituti ſunt. & Quinqueuiri qui eis Tiberim, & ultra Tiberim ius reddeerent, ut in d. §. conſtituti, qđ ẽt noſtris tpibus uidere eſt obſeruari ab aliquibus ex ſupradictis magiſtratibus, q cõiunctim pluraliterq; ius dñt in qbuſdã in tãtũ cauſarum gñibus, pręſertimq; in Italia apud Venetos, Florentiæ, & alibi ob cãtũ multitudinem, quæ ob ciuium abundantiam in vnoquoque tam perſonarum q̃ rerum gñe, & ſtatum oriuntur Ciuiliũ aũt & criminalium cauſarum notionem habet hic noſter Senatus, cum iuriſdictione merum & mixtũ imperium continente utaĩ, imo & ipſius Principis ſupremam iuriſdictionẽ cauſis dirimendis hẽat, cõicatam nõ in ijs tantum, q̃ ad ius ſuum cuique tribuendi officium ſpectant, ſed etiam ad perpetrata facinora ſanguine mulctaue corrigẽda, qua facultate multi ex ſupradictis in iudiciũ collegijs carent in Romana Rota, aliiſq; cõſpicere licet *Coniunctim decidendas* qa ſimul cõſedẽdo vnuſquiſq; ſnĩam ſuam dicere debet iuxta ordinem de quo dicam infra. Dec. prima. Non. n. ſeparatim in ſe deq; priuata ut diximus, iudicare põt, niſi ꝑ cauſis delegatis uel a principe, uel ab ipſo Senatu. Bal. in l. nõ ambig. ff. de legib. gl. in c. cũ oẽs de conſtitut. dẽnt .n. ſimul collegialiter cõgregati iudicare P. de Baiſio. in director. elect. 3. par. ca. 21. n. 5. Quinimo ſi ex tribus coniunctim delegatis unus ſeparatim ſnĩam ferat nihil agit, debent. n. ſimul negotiũ tractare, & iudicare



iudicare, cũ poſſit unus aliũ in ſnĩa ſuiam trahere. l. duo ex tribus. ff. de re iudi. & l. ſi in tres. ff. de recept. arbit. & diximus infra Deciſione pri a. *Præpoſitũ a Pricipe.* Proprium. n. Principum munus eſt iudicare

12 † ideoque, ut inquit Paul. ad Roma. ca. 13. nõ ſine cã gladium portant, in ca. nõ ſolũ 23. quæſt. 5. & apud Hebræos principes iudices uocabãtur, ut hr̃ in lib. iudicum, & regum officium eſt propriũ facere iudiciũ, & iuſtitiã. cap. Regum. 23. quæſtio. 5. Sed quoniã ut de Moyſe ſupra dicebamus grauioribus negotijs impediti litibus itereſſe nequeant, & iudicandi munus iuris maximam peritiam requirat. §. 1. in authen. de iudicibus, in ſui locum Magiſtratus proponunt, qui tali officio uacẽt, qui ſi neque à Principe, neq; à Republica quæ loco Principis ſit non pręponerentur, legitimam iudiciorum ptãtem nõ hr̃ent. l. Magiſteria. C. de iuriſdi. om. iud. etiamſi priuatorum cõcenſus accedat. l. priuatorum. C. eod. ti. Imo ſi quis iudicandi quouis modo nulla prӕcedẽte principali authoritate officiũ aſſumeret, in capitale crimẽ incideret offi cio magiſtratus utẽs, quod eſt ſpecies lęſę maieſtatis, ut in l. 1 C. de priua. carcer. l. 3. in fi. D. ad l. Iul. maieſta. & in titu. de collegiis illicitus. l. 3. §. in ſumma. ff. eod. tit. *Ad hoc ptãtem habente.* Nam unuſquiſque eã facultatem, non hẽt, ut iudices conſtituat, niſi quibus lex expreſſe concedit. l. prima DD. D. de officio eius cui mand. de iuriſd.

13 Ideo talem magiſtratum poterunt † cõſtituere, qui iura imperialia, & iudicis dandi ptãtem habent Lancellot Conrad. in ſuo templ. iudicũ, lib. 1. ca. 7. de Præſide. & Sena. n. 1. & ſeq. prout habet Sereniſs. Dux noſter, cui ĩ ſuis ſtatibus regalia omnia Cęſareaq; iura pectant, & Vicarius imperii perpetuus nuncupatur. Quo attento oĩa, quæ ipſe Imperator faceret, illi in ſuo Do

14 minio facere licet & in hoc ſupremam † illum iure merito exercere poſſe iuriſdictionem affirmare poſſumus Illudque priuilegium Vicarij Imperij perpetui cõcenſum eſt principibus noſtris primum a Sigiſmũdo Imperatore, confirmatumque fuit ab aliis omnibus ſubſequentibus Cæſaribus, nec immerito, cũ Duces noſtri latiſſimas & ampliſſimas puincias poſſideãt, & ſub eis ſint Comites. Marchiones, & ẽt Duces ipſos Sabaudiæ Duces recognoſcẽtes, idque ab antiquiſſimis tpibus, ut Sabaudiæ hiſtoria demõſtrat, ac etiam ratione nobilitatis, & originis; cum deſcendant ab imperiali ſtipite, ut dictum eſt. Vnde procul dubio dicẽdũ eſt Ducibus, & Principibus noſtris in ſuo ſtatu competere iura Imperii, & Maieſtatis, & omnimodę poteſtatis. Abſurdũque eſſet dicere, ſi quis in Ducis noſtri perſonã aut ſtatum moliretur, eũ in crimen lęſæ maieſtatis non incidere, ꝑſertim cũ hęc omnia a Cæſaribus illis cõmunicata ſint, quæ ſentẽtia proculdubio uera, & communis eſt ex his quæ dicit Caſtren. conſil. 34. ſuper primo dubio libr. 2. Angel. cõſi. 217 in cauſa accuſationis. colum. 2. Soc. ſen. conſi. 4. libro 3 Iaſ. conſil. 227. lib. 2. Brũ. conſil 45 Iacobin. de Sancto Georgio in ſua inueſtitura. ĩ uerſ. Dux verſi. dubitatur etiã, in fi. & pulchre. Natt. in cõſi. 608. Pro deciſione præſentis quęſiti. colu. 1. D. Ozaſ deciſ. 101. & 155. Lãcell. Corra. in ſuo. tẽplo. titu. de Duce. nu. 11. lib. 1. capit. 4. Nam licet Imperator ſolus habeat illam ſupremam, & abſolutam ptãtem, quæ eſt ſupra ius, nec eã poſſit a ſe abdicare, poteſt tamẽ aliquibus incertis prouinciis eã communicare, ut cõiter facit Regibus, Ducibus, Marchionibus, quos Imperii Vicarios conſtituit. Bal. in cõſilio incipien. Rex. Romanorum, quem refert Ioã. Baptiſta de Sãcto Seuerino in l. impe rium. q. 14. ff. de iuriſdict. omn. iudi. Angel. in l. ſi certarum ff. teſtam. milit. late Natta dict. cõſi. 608. col. 1. Anton Peregrinus de iur. fiſci. lib. 1. tit. de his, qui iura fiſcalia habẽt. nu. 78. & 79. Nec intereſt an talis princeps uocetur Dux, uel Rex, quia nõ eſt facienda uis in nomine, ſed in qualitate regiminis, & in magnitudine poteſtatis. Natt. dict. conſi. 608. num. 7. poſt Bal. cõſi. 328. colu. 2. lib. 1. Nec obſt. quod dicit Bodin. libr. 1. cap. 9. ſuæ reipub. aſſerẽdo tale ius Duci Sabaudiæ nõ competere, quoniam fallitur, & in facto, & in iure, ſiquidẽ in facto cum non uiderit priuilegia Ducum Sabaudię a Cęſaribus conceſſa, in iure aũt ex eo, quod communis omniũ Doctorũ ſententia ſit contra ipſum. Nec ualet ratio ab eo allegata, quia Imperator nõ abdicat à ſe imperii poteſtatem, ſed communicat ſolum in illis prouinciis, prout etiam dicitur, quod ille, qui infeudat nõ uidetur alienare. Nec etiam obſtat authoritas Felini à

 Bodino

Bodino citati, quia Felinus ſeipſum decla
rat, dicens, ꝙ Imperator iura imperij non
transfert, niſi ita ſpecialiter diſponat, ꝓut
eſt in caſu noſtro. Minus etiam obſtat alia
Bodini ratio, quòd Dux Allobrogum nõ
Maieſtatis, ſed Serenitatis, & Celſitudinis
titulis vtaꝰ, tum quia in his nõ titulos, ſed
rem ipſam inſpiciamus, vt ait Natt. dicto
conſi. 608. tum quòd ipſorũ Ducum mo
deſtia illis officere non poteſt, uoluerunt
.n. Maieſtatis titulo vti ut Cæſari, & maio
ribus Regibus aliqd relinqueretur. Cęte-
rum ſi Ducibus Maieſtatis titulis uti lice-
ret, cui magis id licet quàm Allobrogum
Ducibus, qui Reges alias dicebanꝰ, & mul
tos amploſque Ducatus ſub ſe habent? Et
forte attentari poſſet quòd iuſtiori titulo
vtaꝰ Dux Allobrogum. & ſimiles iure im
perij in ſuis prouincijs, cũ id faciat ex cõ
ſenſu, & uoluntate Cæſaris, qui eſt Dei Vi
carius in temporalibus, vt dicit Lancello.
in tit. de Imperatore. quæſtio. 2. num. 3. &
nu. 8. & 9. quam aliqui principes, quid id
faciũt ex vſurpatione, cum nolint Cęſarẽ
recognoſcere ſupremum Dominum, q &
iure diuino, & iure ciuili mundi Dominus
eſt, iuxta illud Euangelicum, Exijt edictũ
a Cæſare Augusto, ut deſcriberetꝰ uniuer
ſus orbis, & alibi, Reddite, quę ſunt Cęſa
ris Cęſari, & quę ſunt Dei Deo. l. depreca
tio D. ad legem Rhodiã de iact. cum alijs
multis abunde cumulatis per Lancellot. in
dict. tit. de Imperat. ubi uult, quod nec lõ
giſſima ſæculorum pręſcriptio eos iuuet,
quod uerum putarem ſaltem, ꝙ eas mun
di partes ab Imperatore recognoſcere de
beãt, quę ab Augusto Cæſare pacifice poſ
ſidebantur. Cæterum, quòd Reges poſtea
ſua uirtute ex nouo, & ĩcognito orbe ade
pti ſunt, ut eſt in ſummo, & maximo om
nium Regũ Philippo Auſtriaco, cuius Re
gnis nouus adijcitur orbis, id legitimè ſi-
ne aliqua Imperiali recognitione poſſide
re ſuo iure poſſe crederẽ ex Dei ſentẽtia,
quicquid calcauerit pes tuus, tuum fiet, &
cœlum cœli Domino, terram autẽ dedit
poſſidẽtibus. & quę in nullius bonis ſunt,
occupãti conceduntur. §. ferè uerſi. quod
enim ante. §. inſula. Inſtit. de rerum diui
ſio Quod adeo uerũ eſt, ut nõ poſſit Im-
perator hoc ius auferre. Rui. cõſ. 19. lib. 1.
An autem quilibet uaſſallus, qui iuriſdi
15 ctionẽ, & iudicio inſtitutionẽ † habet ab
Imperatore, uel alio Principe conſtituerẽ
poſſit Senatum? quęſtionem hac formaꝰ
Guid. Pap. quęſ. 43. De anno Domini, &c.
& Guliel. Benedic. ĩ c. Raynutius. §. & uxo
rem nomine Adelaſiam li. 2. nu. 432. ubi
concludunt, quod Senatus, ſeu ut Galli di
cunt Parlamentũ dicitur ſupremus magi
ſtratus, qui iudicat in ultimo reſortu, & á
quo non appellatur, & ideo talis magiſtra
tus, & poteſtas iudicandi in ultimis appel
lationibus dicitur eſſe de regalibus. cap. 1.
Quę ſint regalia, & licit in hac patria Pe-
demontana, ac etiã ĩ patria Sabaudię mul
ti ſint Vaſalli, Duces, Marchiones, & Co-
mites q plura oppida habent recognoſcẽ
tes Ducem Sabaudię, uel Principe Pede
montium, tamen nullus eſt, exceptio ipſo
Duce, q habeat Senatum, & quamuis Illu
ſtriſſimus Dux Nemortij, quia Duce no-
ſtro recognoſcis ꝓuinciã Gebẽnẽſem, ſeu
Beaugiaci in feudum, habeat Cõſilium, in
quo adeſt unus Præſes cũ aliquot Senato
ribus pro adminiſtratione iuſtitiæ, tamẽ il
lud non appellatur propriè, parlamẽtum,
uel Senatus, ſed tãtummodo Conſilium,
uel iudicum Collegium, neque dici poteſt
ſupremus magiſtratus. Curia Piſana lib. 1.
cap. 11. num. 3. præſertim cum ab eius ſen
tentiis apelletur, (ut audio) ad Senatum
Sabaudiæ.

ORIGO Huius magiſtratus iudicia-
16 rii non a Moyſe ducta eſt, is. n. non † col
legium iudicium ſimul iudicantium, ſed u
numquenque ſeparatum ſuæ tribui præfe
cerat, ut ſupra diximus, ea tamen cõditio
ne, ut grauiores lites ad ipſum Moyſẽ tan
quã principem, & Ducem deferrentur, ne
ipſe dum omnibus iudiciis intenderet ni
mio labore fatigaretur, & partium iura mi
nus perciperentur. Sed credo primũ hunc
iudiciarium multorum magiſtratũ apud
Athenienſes fuiſſe, a quibus leges duode
cim tabularum, & iudicandi formas Ro-
manos accediſſe fertur, q hos iudices hoc
modo cõgregatos Areopagitas uocabãt
quorum conſilio lites explicabãtur, & diri
mebantur, ut teſtatur Alexan. ab Alexan.
Gen. Dier. li. 4. cap. 11. Bea. Aug. lib. 18. de
Ciuita. Dei, Polidorus Virg. de rerum in-
uent. libro ſecundo. capitu. ſecundo. in fin.
Fuit & ſimilis magiſtratus Romanis, qui
17 † Decemuiri uocabantur, dic. l. 2. §. & cũ
placuiſſet. de quo ẽt magiſtratu iudiciario



Decemuirorũ loquitur Feneſtella, & cla
rius Z il. in dicta l. ſecunda. §. deinde cũ eſ
ſent. & illi Quinqueuiri, de qbus ſupradi
ximꝰ. Sed magis Senatui noſtro cõuenie
bat alius magiſtratus, quos Centumuiros
18 † uocabant, qui in cauſis grauioribus ciuili
bus, & capitalibus iudicabãt, quãuis male
Accurſius de Romano Senatu dici exiſti
mauerit, ut etiã notauit ĩ dicta l. 2. §. dein
de. ubi tex. de hoc Magiſtratu loquitur
Quintil. libr. 5. capit. ſecundo. Tul. pro Ro
ſcio & in ſecũda in Verrẽ. Suet. in Augu
ſto, quique manente ſemper eodẽ Centũ
uiralis iudicij nomine primũ in duas ha
ſtas, ſeu duo cõſilia, uel claſſes, tum in qua
tuor diuiſi fuerunt, teſte Plinio. li. 33. cap.
2. Dione lib. 43. Plin. Iun. lib. ſexto. Epiſto
larũ. Epiſt. penultim. Quintil. inſti. orato-
ria. lib. 12. capit. 5. Pet. Greg. Sintag. iuris,
parte tertia. li. 47. cap. 23. Fuerunt, & De
19 curiones † qui iuriſdicẽdi poteſtatem ha-
bebãt, magiſtratuſq; iſte dicebatur, vt ſcri
bit Alciat. diſpun. lib. 3. capitu. 5. quamuis
Ioã. Cora libro tertio. Miſcelan. ca. ſexto.
nume. ſeptimo hoc non admittat, ſed ſi in
teligamus Alciati opinionem de illis [De
curionibus, qui ſuæ curię dicebantur Sena
tores, ut nunc apud nos ſit in nouella Iuſti
nia. 38. & in l. omnes iudices. l. exẽplo. C.
de decur. li. 10. qui ſportulas accipiebãt. l.
ſpurij. §. minores. D. de decurio. opinionẽ
illius erroneam nõ eſſe cõtra Coraſ. dice
re poſſimus Declinãte autem Romana
Republica poſt legem regiam tẽpore Au
guſti latã, cum paulatim illius antiqui Se
natus decreſceret, & minueretur authori
tas, eoq; Domitiani temporibus uẽtũ eſ
ſet, ut congerẽtur Senatores illi antiqui in
ipſius Imperatoris ſententiã pedibus ire,
& ut inquit Tacitus in uerba Imperatorũ
iurare, cuius moris. Pli. iun. in Panegirico
ad Traianum meminit illis uerbis, *At quis*
(inquit) *antea loqui, quis hiſcere audebat
præter miſeros illos, qui primi interrogabã
tur, cæteri quidẽ defixi, & attenti ipſam il
lam naturam, ac ſedentariam adſentiẽdi ne
ceſſitatẽ quo cũ dolore animi, quo cũ totius
corporis horrore coripiebãtur; unus ſoluſq;
cẽſebat, ꝙ ſequerẽtur omnes.* Cęperunt Se
natores đ reis iudicare, & literis dirimere
& iudices dare, Senatoria illa dignitate in
Romana Repub. gubernanda poſthabita,
Sueto. in Domitiano. ca. 3. & in cauſis ap
pellationũ cognoſcere ex edicto Neronis
Sueto. in Nerone. Declinãtis uero Imperij
temporibus authoritatem iuriſdicẽdi nõ
amittẽs, quaſi legum cuſtos, legum præce
pta obſeruari curabat, ut ex Symachi, &
Caſſiodori clariſſimorum uirorũ ſcriptis
legitimus, horũq; iudiciũ exemplo Sena
tus, & collegia iudicũ inſtituta procul du
bio fuere, uti quiſque populos illorũ uſũ
neceſſarium habuit, mutata ſepius omni
iudiciorũ forma ab ea, quæ & antiquo, ac
medio tẽpore fuerat, vt teſtatur Iuſtinia-
nus in authẽ. de iudicibus in princip. Quã
obrem nihil mirum eſſe debebit, ſi hũc no
ſtrum Senatum, licet finibus anguſtiorẽ,
antiquo Romanorum nomini, notioni, &
iuriſdictioni, quatenus ille iuriſdicundi
officio fungebatur, in aliquo conuenire,
in multis uero mutatum dixerimus, ne
quę tamen æquitatis ſtudio inferiorem,
ac ueræ iuſtitiæ cognitione, (quæ pieta
te in Deum, & æquabilitate in proximũ
a Firmiano difiniꝰ) deteriorẽ aſſeremus,
quod quidem ex eius tot deciſionibus, &
rebus recte iudicatis fit notorium omni
bus, indieſque ex tot iuris luminibus præ
clariſſimis, quibus nunc illuſtratur, factu-
rum ibi ſperamus.
20 Huius autẽ Senatus noſtri origo † adeo
antiquitatis tenebris obruitur, ut nõ faci
le perſcrutari poſſit. Illud tamen, ꝙ nobis
tanquam nebulis eruptus ſolis radius in
noteſcit, ut recẽſeã operæpretium eſt ab
Illuſtriſſimo, & diuino propemodũ illius
reformatore Amedeo eius nominis ſepti
mo Sabaudiæ comite exordiri, q ab anti
quiſſimo, nobiliſſimoq; Saxonum ſtipite
ꝑ tot claros, & immortales anteceſſores
ab Henrico Romanorũ Imperatore, qui
Anceps cognomento dicebatur, annũ cir
ca. 920. regnante, Auguſtam originem tra
hens Othones duos Cæſare, Vgonem, Be
roldumque Saxonię Duces inclitos, Hũ
bertum, & Amedeũ primos, Humbertũ,
& Amedeum ſecundos, Humbertum III.
Themam primum, Amedeum III. Boni
facium, Petrum, Philippum, Amedeum
IIII. Odoardum, Aymonem, Amedeum
V. aliumque Amedeum VI. patrem, a-
uos, & proauos Sabaudiæ Comites ha
buit mira quadam, & ĩ nulla alia Regum,
& Principum deſcendentia amplius audi
ta ſucceſſione, ĩ qua ꝑ duodecim gradus

nunquã interruptos filius patris legitime ſucceſſit, i alijs uero nõ niſi fratris, aut ad ſummũ nepotis perſona intermixta, cõperit. Is optimus, omniq; heroica uirtute p̃ditus princeps equeſtrẽ ordinẽ Annuntiatæ Vir. Sacratiſſimæ ab eius auo Amedeo V. inſtitutũ reſtaurauit: rebelles quoſcunque repreſſit. Saluciarum Ciuitatẽ expugnauit, Vercellas, Clauaſſiũ, aliaq; oppida plura auitæ ditioni adiunxit, Mauritianã miliciã erexit, Romanos Pontifices grato hoſpitio accepit, ac taliter demum multorũ officiorũ gratia de Apoſtolica ſede bene meritus, tãtæq; iuſtitię, & integritatis, religioniſq; uir creditus extitit, ut in Baſilienſi Cõſilio (ipſo reſpuẽte,) Pont. Max. creatus fuerit, & Fælix Quintus nuncupatus; cui (in diuerſas partes Catholica auctoritate eo tẽpore diſtracta) Gallia, Germania, Aragonia, Longobardia, & maior Chriſtianæ Reipu. pars paruit. Cardinales plures, eoſq; ſanctitate, moribus, ac doctrina cõſpicuos creauit. Et per nouenniũ obtenta Tyara eã demum Nicolao V. (paci conſulens) ſponte cõceſſit, & oĩbus q̃ Pontificio nomine geſſerat approbatis Cardinalis, ac Legati contentus dignitate ſeculi pertęſus, ſolitudinẽ complexus reliquũ vitæ religioſiſſime i ſedandis ſuæ ætatis cladibus cõſumauit. Hic igitur nunquã ſatis celebratus heros inter alia præclara cœleſtis illius ingenij opera cũ Sabaudiæ, ſed Allobrogũ ditionẽ, quæ quondã Regnũ fuerat, ſolo Comitatus nomine lõgo tẽpore cõtentus obtinuiſſet, tandẽ reſurgentibus titulorũ dignitatibus, Ducatus Stẽmate, & Vicarij Imperialis perpetui Sigiſmũdi Cęſaris fauore inſignitus fuit, firmataque ſãcta, & pacata iuriſdictione Cablaſij, Auguſtę, Gebennenſiq; Comitatibus Nitiæ, Forcaquerij, Valentiæ, Friburgi, ac aliarũ Ciuitatũ dominijs, & Pedemõtano Principatu, Ludouico filio ex Maria, genita Philippi Ducis Burgundię, Caroli Romanorũ Regis fratris, ſceptro Ducali conceſſo, nouas, & uere ſanctas leges, & ſtatuta, (quæ Decreta uocant,) tam circa religionis cultũ, q̃ pro reformanda republ. a uarijs eius ſeculi tẽpeſtatib. deprauata, diuino dictamine promulgauit. Huius vero Magiſtratus duplicẽ ordinẽ compoſuit, unũ nẽpe, q cũ ipſo Principe reſideret, cuius caput eſſet Cancellarius, vt habetur lib. 2. ſuorũ Decretorũ c. 5. 6. & 7. Alterũ ex uno præſide, & duobus collateralibus conſtantem Camberiaci iudicare diſpoſuit, anno circa 1430. vt colligit ex eo. lib. c. 36. 37. & 38. Ludouicus uero eiuſdẽ filius cum ad Ciſmontanas prouincias tutius cõſeruandas regendaſq; in hac Pedemontium regione degeret, in hac ipſa Taurinorum Auguſta aliud cõſilium ad formã illius, quod Camberiaci reſidebat, ſtatuit, cui ad tollendas tot cauſarum appellationes, & pro ſententiarũ executionibus Præfecti Prætorio p̃rogatiuã cõceſſit, anno 1459. ut patet ex hic quæ adnotauit D. Philibertus Pingonius in ſua Taurinorũ Auguſta, pagina mihi 61. 65. quod etiã aperte conijcimus ex Præſidum, & Collateralium denominationibus i decretorũ calce poſitis, & ex pluribus illius libri locis, nulla inde facta horũ magiſtratuũ uariatione ad Amedeũ octauum, Filibertũ, Carolumq; filios. Carolũ nepotem, & Philippum aliũ Amedei octaui fratrẽ, ex eoq; genitum Philibertum ſecundum oẽs Sabaudiæ Duces, ac Pedemõtii principes p̃uenit, cui poſtea Philiberto II. Carolus III. ſuccedens Camberiacenſi, Taurinenſiq;, ſeu malimus dicere Vltramontano, & Ciſmontano conſiliis tres Senatores cũ uno Præſide aſſignauit, iunctis duobus aduocatis, altero fiſcali, alio uero pauperum, ac iudice criminalium, ut habetur i ſuis decretis ca. 3. ac poſt modũ duos præſtantes uiros, quorum alter eccleſiaſticus alter miles exiſteret dictis conſiliis intereſſe immediate poſt Præſidem uoluit, ut legitur ca. 6. eorundẽ decretorum; ſic igitur ordo iſte ampliſſimus adoleuit, ac deinde ſub Sereniſſim. Ducib. Emanuele Philiberto, & CAROLO EMANVELE filio, nunc fœliciter regnante, in iuſtã excreuit formam, & magnitudinem, ut infra dicemus. Qui quidẽ principes multas conſtitutiones, ac ſanctiones, introduxe-
21 runt. † Amedeus nempe ſeptimus ſtatutorũ quinq; uolumina poſteris reliquit, religionis cultũ, magiſtratuũ, & iudiciorũ rõnem, Camerales res, & publica officia, ſcripturarum taxas, & perſonarum ſtatum ad amuſſim pertractantia. Illuſtriſſima uero Duxiſſa Yolant. Caroli X. Francorũ Regis filia, atq; Amedei octaui uxor, Philiberti filii adhuc infantis tutrix, ſuper bonorũ feudaliũ alienatione, & pro cauſarũ expe-

ditione



ditione, ac idem Philibertus vir effectus, ſuper iuramentis, & iudicij ſeruãdi formis leges promulgarunt. Poſtea Illuſtriſſima Blanca Caroli Tertij mater tutoria authoritate de feudorũ alienatione, & pęna. l. ſi quis maior. edixit. Philippus aũt Amedei ſeptimi nepos, nepotũ ex Amedeo fratres ſucceſſor, pro breuiori cãrũ expeditione noua veteribus ſtatuta adiũxit, nec minus piè Philippus eius filius decreuit ſup cauſarum inſtãtijs, & foro cõpetenti. Quorũ veſtigia ſequutus Carolus Tertius celeberrimas edidit ordinationes, magiſtratuũ officia, lites, falſariorũ, & blaſphematorũ pœnas continentes, & cum iudiciorum ordo longo bellorũ ſtrepitu, & vniuerſi huius dominii reuolutione turbatus fuiſſet, Sereniſſimus Emanuel Philibertus ꝓpria virtute, atque induſtria (Deo adiuuãte) in integrum reſtitutus, eundẽ anno 1560. nouis legib. reſtaurauit, mutato in litibus diſcutiendis, ac omnib. actib. iudicialib. & extraiudicialib. diplomatib. inſtrumentiſq; cõſcribẽdis ſtylo, e Latino in Italicũ idioma, ac duos libros de procedendi forma, tã in ciuilibus, q̃ in criminalibus cauſis edidit, conſtitutiones pragmaticas, aliaſq; de Catholica fide profitenda, de vagabũdis, & medendi curandiq; arte, ac artificibus, & Farmacopolis, de conſilio criminaliũ, de quæſtoris officio, ac de cauſis patrimonialibus, promulgauit. Poſtremo aũt Sereniſ. CAROLVS EMANVEL Dux noſter, optimas leges de iudicijs, de ſupplicationib. à Senatu, & cauſis dubiis, de modo decidendi, de diſtractionibus minorũ, & mulierum ac eorum ſublato iuramẽto, de alienationibus bonorum feudaliũ, & fideicommiſſis ſubditorum, de cõtractuũ ac vltimarum voluntatum ſolẽnitatibus, necnon & de ipſius Senatus de quo nunc agimus authoritate & poteſtate cõdidit. Atque hęc de Senatus noſtri ſubſtantia, & origine dicta ſufficiant.

QVANTITAS autẽ in hoc magiſtratu cõſideratur tum ratione amplitudi-
22 nis, cum † ampliſſimus ordo Senatus vocetur, vt inquit Cicero pro domo ſua ad Põtifices; *Quid cum Senatum pro me non modo propugnare ampliſſimum ordinem ſed ẽt probare, &c.* & vt variis authoritatibus firmat Budeus in Pande. ſ. per l. vlt. ff. de Senatorib. tum ẽt ratione numeri, & quãtitatis, quæ primum ex eius diuiſione inſpicitur, conſtat. n. ex capite, & membris. Caput igitur Senatus eſt ipſe Princeps, qui ẽt Senator dicit. l. ius Senatorũ. C. de dig. lib. 10. Lauden. de Princ. Conſi. q. 1. ſicut & Senatus pars Principis dicitur. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. & multoties in cauſarum diſputatione ſumma cum maieſtate cũ eo aſſidet, exẽplo antiquorũ Cæſarum prout de Imperatore Antonino habet in l. Emilius Largianus. de minor. & in l. pen. ff. de his, qui in teſta. delen. & alibi de aliis legitur, cuius Principis (cum tanto tanq; continuo oneri operã dare ob grauiora negotia nequeat (uices ſuſtinet Præſes, quẽ prudentia & experientia,) cum ad eam dignitatẽ non niſi antiqna ſenatorii ordinis ſucceſſione deuehatur,) cæteris p̃ſtare æquũ eſt, & quia aliqñ euenit, ut ipſe præſes, aut infirmitate, aut alio impedimẽto Senatui intereſſe, aut officio uacare non poſſit, ne corpus illud acefalũ reſtet Gallorum more triginta ab hic annis a Sereniſſ. Duce Emanuele Philiberto introductum fuit, ut ẽt alius ſecundus Præſes ex ipſis Senat. deputaret, qui præſente primo locum primi Senatoris tãtũ obtineret, & in illo abſẽte primi Præſidis officiũ gereret, quo fit, ut ceſſet quod inquit Purpurat. in l. 1. ff. de off. eius, &c. non poſſe in eodem corpore duo eſſe capita, nec duos Præſides in eodem Senatu, ſic enim non ſunt duo, ſed vnum caput, & iuxta Virgilianum illud,

*vno auulſo non deficit alter.*

Membra vero ipſius corporis ſunt Senatores cæteri, quorũ numerus ad Principis arbitrium (pro dominii amplitudine, & cauſarum negotiorumq; copia) augeri, minuique ſolitus fuit, & p̃ variis temporũ, & rerum mutationibus nõ eandẽ ſeruauit normã: Ab Amedeo. n. ſeptimo ſiue Ludouico eius filio ſupra memoratus Ducibus, uſq; ad Carolum tertium quatuor tantũ, aut ad ſummũ quinq; Cõſiliarii, ſeu vt tũc uocabãt Collaterales cum uno Præſide in Taurinenſi conſilio (illud tunc ita appellabant) fuiſſe conijcio: quibus à Diuo Carolo tertio iudex criminalium (qui nunc Capitaneus iuſtitiæ uocatur) adiunctus fuit, ac poſtea ab eodem ſtatutũ extitit, vt duo uiri alter eccleſiaſticus, alius vero miles rerũ experientia, & uitæ probitate inſignes d. conſilio cum Præſide, & illis Collaterali-

 bus

bus iuriſperitis intereſſent: quem quidem numerū ex decretis Amedei, Yolant, Philiberti Caroli primi, Blancę, Philippi, Philiberti ſecundi, & ſupranominati Caroli tertii colligo: Auctum vero conſtat a Sereniſſimo Emanuele Philiberto, qui duos alios creauit Præſides, alterū nempe quo Aſtenſi prouincia, alium uero, qui ut ſupra diximus primi uices gereret illo abſente: Senatores vero octo conſtituit, atque licet poſtea (ob ſuccreſcentem negotiorū copiā, cauſarumq; abundantiam) per nouas conſtitutiones ad duodenarium redactus ſit, ut in titulo. *Della qualità, & numero de Senatori*. nihilominus aucto poſtea eius uirtute, & Diuino auxilio Principis noſtri ſtatu, ac aliis adiectis prouinciis ad maiorem etiam extenſus eſt numerum, Euangelico ſymbolo docente, ꝙ ubi plurima eſt meſſis, plures meſſores eſſe oportet, & iō nūc ſedent ultra tres Præſides qndecim Senatores pręter Capitaneum, Vicariūque iuſtitiæ, qui etiā ea dignitate ſunt decorati: pluriū autem numerus reiicitur ex rōnibus à Bodino citatis lib. 3. Reipu. c. 2. col. 8. Antiquorū etiā Senatorū numerus varius fuit, legitur n. Iuliū Cæſarem ad mille numerum Senatorum auxiſſe, q poſtea ab Auguſto diminutus fuit, ſicq; aliqñ tercentum, aliquādo plures, ac quādoq; pauciores fuiſſe cōſtat, ex qbus tamen eligebātur Centumuiri, qui cauſas oēs ciuiles, & criminales dirimebāt, atq; illud in hac materia notandum exiſtimo, ꝙ Romani oēs magiſtratus à quodam certo numero denominare ſoliti fuerunt, atq; eos unicuiq; virorum, aut iudicum numero eā rerum, aut negotiorum curam cōmiſiſſe, quæ ab ea quātitate perfecte, tractari, geriq; poterat, ut Duumuiros carcerum cuſtodię prępoſitos conſtat ex l. ſi quis vxori. §. fi. quis fugitiuum. D. de furtis, & uectigalibus in ſuo municipio locādis, ut teſtatur Liuius. primo. ab u. be. Triumuiros, vt ſup. meminimus, vigiliis præfectos, erant & Triūuiri capitales, & ſic monetales, ſic Quatuoruiros, q curā uiarū hrent. Quinq; uiros, q ſup vſuris cognoſcerent. Fen. c. 20 Septem uiros epulonū, q ſacris præerāt miniſterii. idem Feneſtel. c. 24. Decemuiros legibus promulgandis, & alios quāplures a numero magiſtratus ſiue iudiciarios, ſiue non iudiciarios appellabāt, uel ꝙ (ut dicebamus) tot uiros unicuique Reipublicę parti aſſignarent, quot illi bene gerēdæ ſufficerēt, atq; ab eodem numero eum magiſtratum denominarent, uel econtra quot vnicuiq; operi pro tpis, & ei neceſſitate præficiebant, eum poſtea ordinem a tali quantitate appellarēt. Legitur quoq; Crotoniates
23 mille Senatores habuiſſe, ut apud Val. Max. lib. 4. Maſſilienſes 600. Guidios 60. Athenieſes 500. Argiues 80. Hebræos 70. & ſic in hoc uarii variis moribus vſi ſunt, prout uel paucorum, vel multorum uirorum conſtabat Reſpublica, & de his latè ex diuerſis authoritatibus colligi pōt, ꝑſertim verò ex Ale. Gen. Dier. lib. 4 c. 11. Hæc aūt de Senatu ad Reipublicę ſtatū, & ſupremū dn̄ium deputato (ut hodie Veneti obſeruant) intelligenda nō dubito. Sed cum hic agamus de Senatu tantū iudiciario, de alio numero q̄renda erunt teſtimonia, ſiquidem in iudiciis ferendis non adeo magnus requiritur numerus, cum (vt dici ſolet) ueritas in paucis cōſiſtat, & ubi multitudo magna ibi confuſio, & quemadmodum quādo tractaē de rebus ad oēs ꝑtinētibus, ab oībus aut ſaltem a maiori parte populi deliberari neceſſe eſt, ex reg. l. qđ oēs tangit, ab oībus dēt approbari. l. quod maior. D. ad municipal. ita quando agitur inter priuatos deferendo iudicio, & tunc iudicem ſcripta tā lege uti oportet (ita vt quaſi legis miniſter a Principe uel populo ſit deputatus) pōt a paucis uel ēt ab uno res expediri. Ideoq; minor Senatorum numerus requirit, & ꝑꝑea in tali iudicū collegio fuerunt in magna illa Repub. totius orbis domina ad ſummū Centumuiri de qb. in l. 2. §. deindē. ff. de orig iur. & ꝑ tali munere Cretēſes decē tātū Senatores habebār, ſed ut ꝑpriora uicinioraq; exempla noſtræ tempeſtatis afferamus, in Gallia ꝑ unoquoq; Senatu, quem Parlamentū nomināt, ad dirimendas lites in vrbibus Metropolitanis prouinciarū conſtituto uiginti, aut vigintiquique ad ſummum Senatores cum duobus Prę ſidis, aut ēt tribus ſedere ſolent, & in magno Pariſienſi Conſilio numerum cōplent centenarium, & ſingulo ſemeſtri quinquaginta tātū iudicādi muneri incumbunt. In Mediolanenſi uero Senatu vigintiquatuor extant, ex quibus aliquot ſunt eccleſiaſtici, atq; alii non iuriſperiti, ſed equites. Quare illud cōcludēdū

cen-



cenſeo, Senatorum numerū de iudicia ferēda pro ratione numeri cauſarum, & negotiorum illis cōſtitui dre. puto. n. ꝑ ciuilibus cauſis tātum dijudicādis duodecim ad plus ī quouis magno auditorio ſufficere, ut ī Romana Rota obſeruari uidemus.

QVALITAS aūt Senatus noſtri demonſtrabitur, ſi quales ſint ſinguli Senato
24 res, aut eſſe dēant ex poſuerimus. eos aūt, cum iudices futuri ſint, q̄ iudici cōueniāt ī primis cōſiderar oportet. Eſt igit Iudex, Vir bonis, iudicandi peritus, & ad id ꝑtātem habēs. *Vir* dicitur a uirtute, uiros .n. illi ſe demonſtrare debēt non fœminas uel effœminatos, ſed animū uirilē, & fortem habentes, qui calamitoſorum precibus non collacrimetur, id enim nō eſt cōſtantis, & recti iudicis, ut ait Caliſtratus in l. obſeruandum D. de offic. præſid. & non conueniat ipſius, quod inquit Ennius.

*Vos etenim iuuenes aios geritis muliebres*
*Illaque Virgo uiri, &c.*

*Bonus*, quia bonum oīno eſſe iudicem neceſſe eſt, & quāuis dixerit Saluator noſter quid me uocas bonū nemo bonus niſi ſolus Deus, & D. Plato in Protagora bonū eſſe (ait) difficile, perſeuerare aūt in bonitate impoſſibile, tñ intelligitur hæc iudicis bonitas nō de uniformis bonitate, q̄ ſoli Deo ſpectat, ſed de ea, quæ iudicantis muneri ꝓpria eſt, de qua in l. cōgnit. D. de offi. ꝓſid. & ideo dicebat Paulus, Manete ea uocatione, in qua uocati eſtis, ī eā uocationē, ad quā uos Deus direxit. ꝑfecte cōſtanter, & cum oī bonitate exercere, ꝙ qui iudices faciunt (prout oēs facere dēt) nō hoīes, ſed quaſi Deos cœlo miſſos oēs uenerātur, ut inquit Cic. in ep. 1. ad Quintum fratrem, Rebuf. in l. quod iuſſit. de re iudica. num. 156. in fin. Menoch. de arbit. li. 2. centur. 5. caſu. 457. num. 10. Ozaſ. in prooœm. Dec. & ut nihil peius eſt malo iudice, ita bono iudice nihil melius. quare, & ſi aliquod aliud in moribus leuius crimē patiatur, ꝙ prope humanū eſt, dummodo in iudicando ab ea recta intētione & iuſtitia, quæ iudicem decet, nō recedat bonus iudex erit, ut in ſimili pulcherrime dicit Caius ī l. ſi quid uenditor. §. fi. D. de ædil. edi. q. a, ut inquit Homerus in Illiade

*Non omnia Dij tribuūt mortalibus æque*

Et moralis Cato.

*Nemo ſine crimine uiuit.*

Et apud Horatium.

*Nam uitiis nemo ſine naſcitur.*
*Optimus ille, qui minimis urgetur.*

Atque a D. Iacobo ſcriptum extat in ep. *Si quis in uerbo non offenderit perfectus eſt uir.* Quare bonitas iudice circa eius officiū cōſideratur, & Plato in Alcibiade eos bonos uocat, qui ī ciuitatibus præeſſe poſſunt, & is, qui a Principe (cuius cor in manu Dei eſt, ad hoc eligitur, ut iudicet, in eo iudicādi actu perfecta bonitate uti dēt & ſi in eo dolo, aut craſſa ignorantia, uel lata culpa peccat, exiſtimarem illū nō ſolū peccare, ſed ēt in Spiritum Sāctum pecare: quia cum a Principe Diuino ſpiritu moto electus ſit, nō dēt Spiritus ſancti uocatione abuti, & iō nō ſine cā lex ubique uocat iudicem uirum bonū, ut in l. uir bonus. ff. iudic. ſol. & alibi ſępius, præſertim apud Dec. in Apologia. c. 22. nu. 2 & 5. Iudex. n. eſt ad imitationē Dei, qui iudex eſt hominum oīum, & dēt iudex ad Dei imitationē eſſe iuſtus, fortis, & patiens, ut hr Pſal. 7. *Iuſtus*, ut iuſte & ſancte iudicet, tandiu. n. quis iudex dr̄ quandiu iuſtus putaē ut ſcribit Caſſiodor. epiſt. 29. li. 3. Sed nec nimis iuſtum oportere eſſe iudicem dicit Eccleſiaſt. ca. 7. quod repetitur ab Auguſti 23. quæſti. 4. non poteſt, & 2. quæ. 7 §. his ita reſpondetur. ſub nimia. n. iuris ſubtilitate pernicioſe qñque erraē. l. ſi ſeruum. 91. §. ſequitur. D. de uer. obl. & in ſumma uerę iuſtitiæ ſimbolum eſt DIMIDIVM PLVS TOTO, ut ex Heſiodo, & Platone tradit Eraſm. Adag. 96. cētur. 9. pulchre Ferrar Montan. in §. fi. Inſtitu. quibus ex cau. manumi. nō lic. Facit ad hoc illud Cic. 1 Offic. c. 14 eſt Terent. ſumptū *Summum ius, ſumma iniuria*, ꝙ intelligēdum eſt de iure nimis ſtrictio, & ſubtili. l. ſi quis cum alter. ff. de uerb. obl. & l. fideiuſſor. §. quædam. ff. manda. alioquin eſſe non poſſet, ut idem eſſet ius, & iniuria, ius. n. eſt ars boni, & æq. l. 1. ff. de iuſti. & iur. niſi dicamus, ꝙ aliud ſit ius, & aliud ſummū ius illa. n. qualitas ſummi, q̄ adijcitur alterat nomē iuris, ita ut uerum ſit dicere, ꝙ ius uere eſt ius, ſed ſummum ius nō eſt ius, & ſic nimis iuſtus nō eſt iuſtus, ſicut hō mortuus nō eſt hō, ut dicit Bo dec. 316. & ſic hō pictus, & ſimilia iſta. n. qualitas ſūmi egredit limites iuris, & ad extremum declināns ī uitium cadit, cum oē extremū uitio-

ſum

ſum ſit. Ang. in l. quidã lberus. D. de ſeru.
ex uulgato adagio. *Ne quid nimis*. de quo
Eraſmus Adag. 96. centu. 6. & amare exigi
dř, ꝙ nimis exacte exigitur. l. ſi quid uen
ditor. D. de ædil. edic. In quã rẽ occurrit,
quod dicit Sabel. in lib. de off. præt. c. 3. de
matura cauſæ cognitio, & c. ſeq. ubi uř de
clarare dictum Teren. procedere, qñ calli
da iuris interpretatione uidet id eſſe ius
cum tamẽ aperta ſit iniuria, ut in exẽplo
poſito per Cicceronẽ d. c. 14. de qua re ui
de late Budeũ in l. 1. col. 1. & ſeq. de iuſt.
& iu. ubi eleganter concludit maiores ma
giſtratus, ut eſt Senatus, nõ ex præſcripto,
nec ſtricto iure, ſed ex bono, & æquo iudi
care debere, & ſecundum eorum conſciẽ
tiã. Crau. cõſ. 680. nu. 12. & conſ. 949. n. 2.
Rigor autẽ iuris, an ſit ius, ponit Abb. in
c. ſi clericus laicum. co. 1. de fo. cõp. *Fortis*
ẽt debet eſſe iudex, ut nulla paſſione, aut
affectu moueat, ut habet in Leu. c. 19. *Non
facies quod iniquum eſt, neque iniuſte iudi
cabis. Nõ conſideres perſonam pauperis, nec
honores uultum potentis, iuſte iudica proxi
mo tuo*. Ita ut neq; prece, neq; pretio a iu
ſto ſeparetur, nullaq; ſit perſonarũ acepta
tio, ſed ut inquit Iupiter apud Virg.

*Tuos Rutulusue fluat, nullo diſcrimine
habebo.*

Quod adeo obſeruandũ eſt, ut ẽt Princi-
pi iniuſta imperanti iudex parere non de
beat, cum præſumatur id facere per imp̃ſ
ſionẽ, & nõ ex certa ſciẽtia, ideo Aegyptii
Reges Magiſtratus ſuos adigebant iureiu
rando, ne Regũ iniquo mandato parerẽt
de qua re ſatis ſuperq; & eleganter more
ſuo ſcripſit Bodi. l. 3. de Rep. c. 4. Sed nos
in Senatus noſtri Archiuio habemus Di
ploma Sãctiſſimũ & iuſtiſſimũ Sereniſ. &
glorioſiſſimi Emanuelis Philiberti, quo
exp̃ſſe mandat Senatui ne quid cõtra ius
uel iuſtitiã faciat, etiamſi literis ipſius ma-
nu ſignatis, & geminatis id mãdaret, tãta
fuit illius Principes iuſtitiæ obſeruãtia, ꝙ
& Iuſtinianus præcepit in auth. de iudi. §.
pen. Quare idẽ Dux noſter oẽm Senatũ
quotannis in prima iuridica poſt feſta
Natalitia Menſe Ianuarii iuramẽto adige
bat ut ſinguli tactis Sacroſãctis Euã. de re
cte adminiſtrãda iuſtitia ꝓmitterẽt, quo
laudabili more ẽt nũc utimur quinimo &
ab aduocatis, & patronis cauſarũ idẽ fere
iuramentum in Aula magna, ubi publica
audiẽtia datur, eadẽ die p̃ſtatur. Sic, & con
ſules, & Senatores iudicaturos. in leges iu
raſſe, ſcribit. P. Faber. in l. 2. D. de ori. iur.
melius certe q̃ ſi ĩ uerbo Impatorũ iuraſ
ſent, cuius moris teſtis, ubiq; eſt Corneli
us Tacitus. *Patiẽs* erit etiã iudex ex Daui
dis cõſil. ut patiẽter audiat ambas partes
prout ẽt innuit text. in l. fi. D. de his, q̃ in
teſta delen. Et inquit Pli. lib. 6. epiſ. 2. iudi
cem plurimã religioni ſuæ patientiã debe
re, quod ea pars magna ſit iuſtitiæ *Iudicã
di peritus* dicitur in definitione Iudicis, qa
requiritur in iudice ad recte iudicandum
ſumma peritia, & caſuũ experiẽtia. §. quia
uero. auth. de iudic. Bal. in proœm. inſtitu.
in prin. Nam ut inquit Phocylides.

Μηδέποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας
ἐάσῃς.

Ideſt

*Nunquam iudicare imperitos homines per
mittes.*

Plus autẽ in iudice ualere prudentiã q̃
doctrinã ſcribit Quinti. inſtiora. li. 6. c. ult.
*Poteſtatẽ habens*, Neceſſe eſt, ut iudex po
teſtatẽ habeat iudicãdi a Principe, uel Re
pub. ut ſup. in hoc uerbo dicebamus in de
finitione. Senatus nã ſi a priuatis litiganti
bus potius arbitri nomẽ ſortitur q̃ iudicis
& lõge differt ab eo, qui a Principe, aut
Rep. ordinariã, delegatã, aut ſubdelegatã
facultatẽ habet, ſed de hac materia alio lo
co latius diſſeremus. Alias iudici ſpectan-
tes qualitates, q̃ Senatorię huic dignita
ti maxime cõuenire mihi uĩr, ꝓponit ſe
nex Ietro ſocer Moyſi dũ gñro cõſuleret
quales iudices deligeret Exo. c. 18. illis uer
bis. *Prouide tibi de omni plebe uiros ſapiẽ-
tes et timẽtes Deũ, in quibus ſit ueritas, &
qui oderint auaritiã Viros*. Quia ſumma ui
rilitate, & cõſtãtia celebris nõ fęminas iu
dices eſſe oportet. Hincq; merito repre
hẽdẽdus Heliogabalus q & fæminas in Se
natu adeſſe uolebat, & feminarũ Senatũ
cõſtituerat. Ideo ſenibus magis q̃ iuueni
bꝰ ĩ hoc Magiſtratu iudicãdi officiũ demã
25 dabatur. Sed an expediat † Senatores oẽs ĩ
Senatu iudiciario ſenes eſſe, an uero ẽt iu
uenes admittendi ſint, q̃ri poſſet. Et qdẽ
ſi de Senatu Reipublice gubernãdæ aga
mꝰ exiſtimarẽ iuxta Primã inſtitutionẽ ſe
nes eſſe debere, cũ id munus conſiſtat in
iudicio, & experiẽtiaq; ſine longa ætate
eſſe



eſſe nõ pñt, ut inquit Philoſophus. j. Ethi.
& lib. 3. Topicor. ubi ſcribitur. *Nemo eligit
iuuenes iudices, aut Duces, quia non conſtat
eos prudentes eſſe, ſed eligit ad fortitudinem.*
Qđ quidẽ ĩtelligo, ut ſint ſenes nõ ætate,
ſed moribus: unde pulchre Sacerdos Aegi
ptius apud Platone exclamat, *O Solon So-
lon, uos Græci ſemper eſtis pueri, nullus aũt
eſt ſenes*. Quod ẽt refert Clem. Ale. Strõ.
li. j. col. ult. Si uero de Senatu mere iudicia
rio tractemus cum iure ſcripto utatur, at-
que ĩfinita ſint hodie ſcriptorũ uolumina
reuoluenda, cui labori uix ſenes ſupereſſe
pñt quinimo ſi 60. annum excedant, à Se
natu licite uacare poſſint, ut apud Alex.
Genial. li. 4 c. 11. & Plin. in epiſ. exiſtimarẽ
in Senatu cũ ſenioribus ẽt iuuenes admit-
tendos eſſe qui hos labores ferant, admix
tis tñ omnino ſenibus, qui qñq; iuuenilẽ
ardorem contemperẽt, ſemperq; ita eue-
nit in Senatu perpetuorum iudicũ, ut ma
ior pars ſit ex ſenibus, cũ hi, qui poſtremo
loco creati ſũt licet iuuenes, ſenes poſtea
fiant, ut mihi uenit, qui Sereniſſimi Caro-
li Tertii benignitate adhuc iuuenis 23.
ann. ĩ Senatu admiſſus fui, & iã nũc ad 63.
ann. deueni ideoq; ẽt cõuenit, ut iuniores
admittantur, tũ ob id quod dicit Prophe-
ta *Beatus uir, qui tulerit iugum ab adoleſcẽ
tia ſua*, tum etiã quia Senatus iuniore, ad
mittens eſt tanquã Seminariũ iuſtitiæ, &
lõgiori tempore huic oneri uacare pñt, &
cęteros ſupueniẽtes de ſtylo Senatu quis
illis lõgi tẽporis obſeruantia innotuit, ad
monere, Secũdo ſapientes iudicis eligẽdi,
ut ſciant qualiter iuſtitia adminiſtrãda, &
cuſtodiẽda ſit ſolus. n. ſapiens iuſte iudi-
cat populũ ſuũ. Eccl. c. 10. ſapientia. n. om
nibus dominatur, & ut ait Horatius.

*Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Ioua, di
ues,
Liber honoratur, pulcher, rex denique re-
gum.*

Idem optimus ille Imper. Mar. Aur. Anto-
ninus ſemper id Platonis in ore habebat,
florere ciuitates, ſi aut Philoſophi impera
rent, aut inperantes philoſopharentur, ꝙ
quidem nõ ſine magna peritia iuris effici
poteſt, ideoq; non eſſent ad hanc dignita
26 tem admittẽdi, niſi ſaltẽ † quinquennium,
aut ſexẽnium profeſſionem iudicãdi, aut
publice elegendi, aut in iure reſpondendi
exercuiſſent, ut cõſtitutionibus Rotarum
Ianuę, Lucæ, Bononiæ, ac aliarũ Ciuitatũ
cautũ eſt. Hoĩe in imperito nihil iniquus,
teſte Comico in Adel. c. ſi in laicis 38. diſt.
Propterea non ſolũ fama celebres uiri, &
bonarũ literarũ ſtudioſi ĩ hũc ordinẽ ſũt
adſcribendi, ſed potiſſimũ in iure peritiſſi
mi admittendi, & hi præſertim, qui per ua
rios gradus iudicãdi munus exercuerint,
nẽpe qui prius iudicaturas ordinarias, &
poſtea Pręfecturas, ſiue ſecũdæ cognitio-
nis officia geſſerint, ac prius minoribus de
inde maioribus ſingulis bene uſi ſint, vt
inquit Iuſti. in uer. uetus igĩ. §. quia vero,
in auth. de iudicib. atquæ ita geſſerint ut
de ipſius bonum ab omnibus iudiciũ factũ
ſit, conſueti. n. iudicio melius, & ſincerius
iudicãt quam iis, qui perpetua aduocatio
ne uſi ſunt, quod & Pallas Græcus Poeta
oſtendit eo Epigrãmate, quod nos, ut ad-
uocatorum honori parcatur, aliquo muta
to. cum Alciato ita uertimus.

*Officium quæ ſerua fuit, ne ſumat herile.
Hoc uetus eſt, aliud nunc tibi dico no-
uum.
Quisquis cauſidicus fuit, is haud iudicet
unquam.
Rhetore ſit quamuis doctior Iſocrate.
Venali uir lingua, & cauſis ſeruire ſuetus
Iudicium libero uix feret arbitrio.*

Nõ tamen negarem, quin etiam docti, &
multorum annorum aduocati, ſi & doctri
na, & bonitate polleãt admittendi ſint, ꝙ
fecit Iuſtin. in d. auth. de iudic. §. uerius igi
tur, & cõtra illud Pallad. epig. inuehitur.
Decia. in Apolog. contra Alcia. c. 19. n. 29.
& ſeq. procurabunt. n. perſonam aduocati
exuere, & boni iudicis induere, qđ & nos
experimur, cũ in Senatu noſtro Principis
prudentia electi ſępe ſint ſeniores ex ad
uocati, qui tamen magna cũ laude iudicis
officium induerũt. In primis autem Princi
pi conſulendum exiſtimo, ne imperitis ta-
le munus cõferãt, pręſertim uero per pe-
cuniã, homine enim imperito nihil dete-
rius, & ut inquit Philoſophus, omnis ignõ
rãs malus, dixitq; eleganter Cic. l. b. 2. offi
ciorum. Malè ſeres habet, cũ quod uirtute
effici debet id tentatur pecunia, laudan-
duſque mos eſt ex Principum noſtrum
prudẽtia inductus, ut nemo in Senatu ad-
mittatur, niſi de eo in ipſo Senatu fiat exa
men tã de religionis, & fidei profeſſione,
quam de bonis moribus ac doctrina, &
hoc

**hoc** iure perpetuo uſi ſumus,& veteribus
nouiſque conſtitutionibus id cautum eſt,
ut in decretis antiquis D.Amedei,lib.2.c.
4.& in nouis de auth.Senat. & in ſumma
nihil tam ere,& ſalute publica eſſe põt, q̃
ut non niſi gradatim,& nõ præpoſtere ad
dignitatis culmẽ hoc Senatores ꝓmoueã
tur,ita ut ſint Conſilii publici diu ſpectato
res priuſquam conſortes , vtque iuuenes
prius remis quam gubernaculo admoueã
tur,quod dictum fuit Mario iuniori , non
autem tranſcendendo media ſumma imis
continuentur.vt Q.Flaminio ex quæſtura
conſulatum petenti fuit a Trib.pleb.ex ꝓ
bratum teſte Liu.lib.39.& plura in hãc rẽ
reſcribit Io.Montaigne in tracta.de Parla.
par.1.§.2.facit.nu.17.
27 Tertio oportet Deũ timere iudices† hoc
eſt iuſtitiæ illius zelantes,& amatores eſſe
timore quodam reuerẽtiali pręcepta eius
cuſtodientes,ac bonæ conſcientiæ,hoc.n.
poſito in iudicibus principio omnia ꝓſpe
re ſuccedent,inquit.n.Propheta , *Initium
ſapientiæ eſt timor Domini*,& Salomon ait,
*Qui timet Deum,ut eius uoluntatem in re-
cto iudicio faciat,omnes homines mundi con
temnet*,quod iudici in iuſtitia adminiſtran
da perneceſſarium eſt,quia ut inquit Apo
ſtolus,*obedire oportet Deo magis quam ho
minibus*,& in timore Domini fiducia forti
tudinis eſt. Prouer.14 & ut Greg.mor. li.
6.c.23 ſcribit,*Anchora cordis eſt pondus ti
moris*,qui enim timet Deum omnia bene
aget,& Deum timens Dei ſapiẽtia plenus
eſt,nam ut idem Greg.li.19.c.7 inquit,*Ti
mor Domini ipſa eſt ſapientia*.Et Diu.Bern.
in ſerm.*Sicut ſecuritas,vel deſidia*(ait) *cau
ſa,& mater eſt omnium delictorũ, ſit timor
Domini radix,& cuſtos eſt omniũ bonorum*.
Et Iſid.in ſinodo *ubi timor non eſt, deſſolu
tio uitæ eſt*,& beatus homo,cui donatũ eſt
habere timorem Dei,unde Salomõ Prou.
28.de iſto timore loquẽs,*Beatus homo*(in-
quit)*qui ſemper eſt pauidus*, & qui timet
Deum faciet bona inquit Eccl c.15.& La
ctan.epit. Primum iuſtitiæ officium eſſe
ſcribit Deum cognoſcere ut parẽtem,me
tuere ut Dominum,diligere ut Patrem,&
licet timor inter animi paſſiones pro uiliſ
ſima reputetur,nam Degeneres animos ti
mor arguit,tamen timere Deum laudabi
le proficuum,& glorioſum eſt.
28 Quarto in iudicibus† oportet eſſe uerita
tem,ideo dicitur,*in quibus ſi ueritas*, quia
ueridici Deo aſſimilantur,quia eſt uia ueri
tas,& uita,& eam qui cõtemnit,Deũ pro
dere uĩ.ca.abiit.1.q.2.& ueritatem diligit
Deus,præſertim in ore iudicum,quia iuſti
tia non ambulat ſine ueritate,unde Dauid
*Iuſtitia,& ueritas obuiauerunt ſibi.Veritas
de terra eſt,& iuſtitia de Cælo proſpexit*. In
pectore.n.Magiſtratus utriuſq; fori mani
feſta debet eſſe cognitio ueritatis.c.qui ec
cleſiaſticis.diſt.36.cuius ueritatis encomiũ
ſi adferre uellem,non aliis verbis vti poſ-
ſem quam illis,quibus utitur in eius laudẽ
beatus Augu.in lib.de libe.arbi.*Non aliam
putes*(inquit)*eſſe ſapientiam niſi ueritatẽ,
in qua tenetur,& cernitur ſummum bonũ,
nullo loco eſt,nuſquã de eſt,foris admonet,
intus docet,dementes in ſe,omnes in melius
commutat,a nullo in deterius cõmutatur,
nullus de illa iudicat,nullus ſine illa bene iu
dicat*.unde & olim Pręſes D.Vidum , qui
Pontifices & iudices erant Gallorum, ap-
pẽſam collo ueritatis effigiem deferebat,
teſte Bodino.li.6 Reip c.vlt.& apud He-
br.ab eorũ Sacerdot.obſeruaĩ. Exo. c.28.
Cętera ad ueritatẽ pertinẽtia uide ex Sto
beo de uerita.ſer.9.Dec.in l.2.C.de edẽ.
& de modis ad eã aſſequendã neceſſariis
tractat P.Greg.Syntag.arti.mirab.ca.8.A.
Gel.noc.att.li 1.c.3.Veritas autẽ in iudice
dẽt dupliciter ineſſe,primo , ut ſit amicus
ueritatis,& illã quęrat,qa ut dicit Eleuiter
oportet iudicantẽ cuncta rimari,ſecundo,
ut in iudicio,& uoto ſuo utaĩ ueritate , &
proferat uotum nulla paſſione,aut affectu
motus,ſed iuxta merã ueritatẽ conſciẽtię
ſuæ,neq;.n.aliis aſſentiendum eſt in uoto
& dicere eum Terentii Paraſito,aiũt aio,
negant nego,ut ſunt pleriq; Principũ aſsẽ
tatores,qua nulla maior eſt peſtis,& hoſti
um loco habẽdi ſunt,ut apud Stobeũ ſer.
12 extatq; ad hoc pulchra Fileſi.epiſt. ad
Philibertũ Sabaudiæ Ducẽ. Quoniã uero
ueritas in paucis conſiſtit,& fuco nõ ęget,
ideo debent,ut ait Bodi.Senatores in ſuis
notis Laconica breuitate uti,nec qñq; lõ
go ſermone prudẽtioribus dicẽdi locũ au
ferre,& fabulas narrare , & tẽpus in votis
cõterere.Rebuf in l.fœminæ.§.Senatores
nu 1.de Senat.Foreſt.in Hiſto.iur.ſciu.tit.
de Senatuſc.poſt Cic.li.3.de leg.latiſſime
Philip.Barbaranus.lib.3.ſuę officinæ c.de
adulat.Debent ẽt Senatores libere uotare
&



& ueritatem dicere tã inter ſe , q̃ ẽt Prin-
cipi,ſi expediat,& dicere,ut apud Profetã
Regium,*Loquebar de teſtimoniis tuis in cõ
ſpectu Regum,& non confundebar*, Nec ti
mẽdum,quod in prouerbio eſt. *Obſequiũ
amicos,ueritas odium parit*. Vltima quali-
tas,quæ in iudice deſideratur eſt,ut auari-
29 tiã† odio proſequatur,neq; immerito,cũ
auaritia ſit omnium uitiorum radix, & fo
mentum , ut Iuſtinianus ait in auth. ut iu
dic.ſine quoquo ſuffra. fiant, & furti ſolũ
cauſa iudices puniendos dicit ĩ §.illud. qđ
in eo maxime cognoſcetur , donum mu-
nerave iudices non recipiant, nam ut legi
tur Deutero.c.27.*Maledictus, qui accipit,
munera,ut percutiat animum innocẽtis*, &
in Eccleſiaſt.c.20.*Xenia, & dona excecant
oculos iudicum*,& in hoc ſeruanda erit di-
ſpoſitio.l.ſolet.D.de offi.procõſ.bene au
tem dicitur in d.c.18.Exodi,*& qui oderint
auaritiam*,quaſi iudici nõ ſolum auarum
non eſſe conueniat , ſed etiam auaritiam
odio habeat, quanquã enim hoc auaritię
deteſtabile uitium quoſcunque ad ipſum
plus æquo procliues excitet ad per plura
quotidie facinora perpetranda, non tamẽ
tantum damni mortalibus illi,quãtum iu
dices hoc uitio laborantes,poſsũt afferre,
ut docet Iuſtinã.auth.ut iud.ſine quoque
ſuffrag.§.quapropter.Ideoque multũ con
cinne doctiſſim.Stobeus ſerm. 8. auaritiã
cum iniuſtitia cõiunxit.quaſi ꝗ iniuſtitię
comes ſit auaritia, ibiq; ex Menandro ait
*Nullus continuo iuſto uiuens dicatus eſt* &
ex Bione,*Auaritia eſt omnis improbitatis
metropolis*,& ex Iſocrate,*Elemẽta ſunt ma
lorũ omnium auaritia , atq; ambitio*, mul-
taque cõtra auaritiã ſcribit Harmenopol.
in pręfa. epito.iur. ciuil.Ad effugiendũ au
tem huius generis auaritiam.l. Iulia, repe
tun.lata fuit,qua damnati nõ ſolum infa-
mes fiebant.ſed etiam a quibuſcunq; offi
ciis in poſterum exercendis arcentur.l.ea
dem.& toto tit.D.& C.ad l.Iul.repe. Cũ
igiĩ talibus ornatos qualitatibus Senato-
res noſtros eſſe oporteat,nõ mirũ eſſe de
bebit ſi imperatores illi antiqui id maxi
mo ſtudio curabunt , & Senatores bonis
moribus ornati ĩ eũ ordinẽ cooptarẽtur,
Ideo ſcribit Dio.li.54.Auguſtum corpora
Senatore inſpexiſſe , & facultatibus, atq;
omni ratione uitę ipſos , alioſq; teſtes in
terrogaſſe,ne ulla parte deciperetur, & ꝓ
decreta noua in ti.de authori Senatus ca.
j.caueĩ.ne quis in Senatu recipitur quin
prius ſummantur in formationes de illius
ſtato,moribus,doctrina & uita,illos.n qui
iura cæte. reddunt, omnes integritate ui-
tæ præcellere neceſſe eſt , ut ſint aliis quę
ſpeculum ſine macula,nam ut de antiquis
Senatoribus Tullint dicebat lib.3. de legi
bus.*Ordo Senatoris iubetur omni carere ui
rio*.Illaq; xij.tab.lex in Senatorũ manibus
ſemper eſſe debet , *Is ordo uitio uocato,
cæteris ſpecimen eſto*.facit l.74.de Dec. in
C.Theodoſ.Grauitatem uero quandã hu
manitati coniunctam continere debet Se
natores noſtri.l.congruit.D.de off.pręſid.
quales Aeropagitas illos extitiſſe , ſcribit
Auth.Dipnoſoph.li.13 c 7.& li.14.c.3 &
Theodoric.Rex apud Caſſiodor.lib.1.ep.
41.ait admittendum reuerẽdo cœtui exa
minari debet ſolicite,ob honorem Sena-
tus,quod etiam Bodinus affirmat,& cæte
ris paribus nobiliores in Senatu admitten
dos dicit Tiraqu.de nobil ca.20.nu.1.Cę
tera q̃ ad bonorũ iudicem.uel Senatorem
ſpectant tum ex libris Iuriſconſultorũ p̃-
ſertim in tit. de offic. Præſidis & in tit.de
offic.Proconſ.& ſeq. & in authen.iuſiurã.
quod præſt.ab iis & in authen.ut iud.ſiue
quoquod ſuffra tum etiã ex aliis bonis au
thoribus præſertim ex Cicero.ĩ epiſto. ad
Quint. Fratr. videri, & colligi poterũt.Et
ex Ioan.de Deo in ſua doctrina aduoca.li
bro 1.cap 4.Specu.de offi. iud.§.deſeruit
quoque,nume.23.24.& ex Lancell. Cor-
ra in titu.de Pręſid.& Senator. libro 1.ca,
7.ſed latius ex Bodin.ſuæ Reipub.li.3. ca,
5.& per Curiam Piſanam,li.1.c.12.Ozaſ.
in proœm.Decis.

AD quid autem ſpectet Senatus offi-
cium id uarie diſponitur , ſecundũ uarias
30 † prouincias, quinimo & in eadem ꝓuin-
cia ſecundum diuerſa tẽpora. Id aũt ĩ pri
mis eſt Pręſidis,& Senatꝰ offẽsũ,vt ius ſuũ
cuiq; reddaĩ,& prouincia quieta,& paca-
ta ſit a malorũ iniuriis,& oĩa eiuſdem Se-
natus prouidentia corrigantur ; ut præfat
Tertul.orator.ad Pręſidẽ Felicẽ ĩ act.Apo
ſto.24.& ut habebatur in leg.12.Tabula,
*Ollis ſalus populi ſupremo lex eſto*. Alia.n.
fuit authoritas huius Senatus nĩi antiqs tẽ
poribus,q̃ nũc ſit,ut facta collatione anti
quorũ,decretũ,& nouarũ conſtõnũ appa
ret, Huius uero magiſtratus authoritas,
&

& officium & iuriſdictio deſcribitur in eiſ
dẽ decretis antiquis fol.97.100.129.133.
& 134.& nouiſſime in cõſtitutione nouel
la moderni noſtri Duces ad aperte eſt ex
planatum titul. *Dell'authorita del Senato*,
qua in re collatã vr̃ hr̃e authoritatẽ, qua
antiquus Romanorũ,& inde Imperatorũ
Senatus vſus fuit,in quibus Senatum no
ſtrum antiquo comparare non immerito
poſſumus,nam tantus illius ordinis ſplen
dor fuit,tanta integritatis præſumptio,tã
31 taq; authoritas,ut ab illius ſniĩs appella
tio nõ admitteretur.l.j.D.a qb.appel.nõ
lic.Nat.in conſi.608.n.10.& ſequ.ac ue-
lut a iudicibus ad Populũ erat antiquitus
prouocatio,& ad Principem poſt l.Regiã
ſic & ad Senatũ ab inferioribus iudicibus
appellatur, cũ ſupremam loco Principis
exerceat iuriſdictionem,quinetiam mori
bus noſtris dum appellatur ad Senatũ, ap
pellari cẽſetur ad Principem,quia ille Se
natus pars eſt,& illius etiam pars Senatus
vt ſupra dicebamus. Vnde fluxiſſe exiſti-
mo nomen illud cõſiliariorum,& collate
ralium,quaſi Principis collegæ, & iudicio
rum aſſeſſores ſint, & tanquam lateribus
eius cõſedentes,ut in Senatu ſit ſedẽte a-
liquãdo Principe.l.pe.ff.de off.aſſeſſor.l.
conſiliarios.& l.ult.C.eo.tit.Itẽ reſcripta
aduerſus eius ſniam a Principe impetra-
re nõ licet.l.1.C.de ſenatuſcõſ.l.reſcrip.
C.de precib.imperat.offeren.;Itẽ poterit
mutare ſententiam iam latam de ciuili in
criminalem ex cauſa,vt dicam infra Dec.
232.Senatus poteſt dare licentiã ædificã
di in publico Martin.Lauden.de cõſ.Prin
cipis,q.3.col.2.Inſtantia coram eo non ex
pirat,ut dixi infra Deciſ.10.num.16. Põt
iudicare ultra petita, cũ iudicet ex bono,
& æquo ſola facti ueritate inſpecta. Ozaſ.
Deciſ.1.Guid.Pap.q.29.quod aliis nõ eſt
permiſſum cum non niſi ex l.præcepto iu
dicent.ad quod videndus.Nat.cõſil. 341.
num.7.Benedic.in c.Raynutius.in uerbo,
& uxorem.nu.480.& ſequ.Illa autẽ præ-
cipua fuit huius ordinis prorogatiua,ut nul
la lex,nullaque cõceſſio,uel cõſtitutio ge
neralis in poſterum ualere cenſeatur ſine
Senatuſconſulto , ꝙ internatio uocatur,
& niſi Patres auctores facti ſint vt legitur
in d.tit.de Author.Sena.§.*Apertenera Al
Senato*. Ideoq; Auguſt.non leges quidem
ſed legum authoritatẽ Senatus ꝓtati per
miſit Sueto.in Aug. & in Tiber.Vopiſcus
in Probo quod & Impe.Theodoſ.& Valẽ
tinia.edixerunt in l.humanum.8.C. de le-
gibus; Alia multa ſpecialia refert late Re
buf.in ſuis cõcordat.in verbo Summas in
procem.Io.Montaig.in trac. de Parlamẽ.
32 Nunquid autem Senatus † noſter legẽ
facere poſſit? Multa allegantur hincinde
quæ ſcribit Cagnol.in l.2.§. His legibus.
a.15 1.ff.de orig. iur.& in regno. Neapol.
dicit Franciſ.in proœm.ſuarũ Deciſ.illius
ſacri Cõſ.Deciſiones,hr̃i pro legib. & idẽ
Mediolani obſeruari teſtat̃ Clar. in pract.
crim.§.fin.q.38 col.3.uer.vidi aliqñ.Ego
aũt legẽ facere Senatum noſtrũ non poſ-
ſe exiſtimo,niſi ei a Principe hoc cõcede
retur cum ipſi ſoli ſpectet legẽ condere.l.
1.& fin.C.de legib.& eſt expreſſum in no
uell.Imper.Leon.78.Rebuff.per Bart. &
alios.in l.nõ ambigitur.ff.de legib. Deſiit
n.eſſe Senatus hodie,& facta potius vr̃ cu
ria iudicũ vt inquit Bod.lib.3.c.1 col. pe.
uide Ioã.Mõtaigne in tract.de Parlam. &
ibi Boe.in addit.§.hoc præaſſumpto.n.3.
Conceſſit autẽ Princeps in certis caſibus
certã formã,in quib.Senatus legẽ conſti-
tuat,vt hr̃ in nouis cõſtitutionib.in tit.*De
caſi arbitrarii*,quæ rubrica nõ ſatis ꝓprie
cõcepta fuit,nulli n.ſunt caſus iudici arbi
trarii,niſi quos lex ipſa arbitrarios facit, ꝗ
ſunt quãdo lex ipſa certum modũ ſtatue-
re non poteſt,cum id dependeat a circũ
ſtantiis ſubiecti, de quo agitur, vt exem-
plum in l.3.D.de teſtib.in l.1.& 2 vbi pu
pil.educa.deb & de alim. pup.præſtan.in
l.ſcimus.C.de inoſ.teſtam.in prin.Omnia
præterea pœnam publicorum delictorũ
genera iudicis religioni committuntur,&
ſententiæ ſuper eo, ꝙ cuiuſque intereſt,
& cætera quæ plus facti quẽ iuris habent,
& a circunſtantiis pendent,ut pulchre ad
notauit.Bodi.in ſua Repu.li.3.cap.5. col.
8.de quibus omnibus copioſiſſime tracta
uit doctiſſi.Menoch.in ſuo libro.de arbit.
iudic.Tale autem arbitrium legibus, & ra
tionibus circunſcribitur.l.hodie.ff.de pœ
nis,quandoque etiã a pœna lege definita
recedet augendo,uel minuendo,vt in l.re
ſpiciendum.ff eod. pulchre Bod.d.li.3.c.
5.col.8.& 13 Et ipſemet.Auguſt Impera
tor mundique dominus numquã aliquod
ex mero arbitrioſo ſtatuit,ſed ſemper ex
arbitrio legum iudicabat, idque arbitriũ,



PRAEFATIO.

quod iudici datur nõ cerebrinum,ut dice
bat Panor.ſed ſecundum leges eſſe debet
caſus autem, qui in ea noua cõſtitutione
arbitrari appellantur magis proprie am
bigui, & dubii in iure appellari deberent
nã de dubietate facti habetur in ti. de re-
bus dub.de dubietate iuris nullus, niſi de
iur.& fac.ing. Cum autẽ dubietas, ſeu am
biguitas eſt in iure, (quod ut inquit Pau.
in l.ſe,& ſi reſtituat.§.ſi. D.de iud.ius ſem
per certum eſt, ex noſtra autẽ ignorãtia.
quid iudicãdum ſit, dubitatur) cum aut ſu
per eo iure nihil ſtatutum ſit, aut ſi ſtatu
tũ eſt,dubia eſt illius interpretatio; unde
euenit, iuriſperitorũ turba in ſua opinio
ne ſtet,ita ut difficile iudicari poſſit, ꝗ ſit
cõmunis,tũc in tali dubietate ſolet Sena-
tus ex Principis indulgentia, & permiſſio
ne expreſſa cõgregatis claſſibus, ne impo
ſterum ſuper eo dubitari cõtingat, iudica
re,pro lege illud iudicium ponere, nioni
to etiã Principe ſi res exigat,ut dicit Iuſti
nia.in auth.de iudic.§.ſi.vbi glo. prout fa
ctum eſt multoties. ut eſt exẽplum in De
ciſione noſtra.162.Filii duorum fratrum,
ubi de ſucceſſione patruorum tractat̃, ta
les.n.ambigui caſus, qui in Senatu uel cõ
ſilio ſtatus diſputantur,& deciduntur præ
ſente principe,nulli dubium quin eorum
Deciſio legem faciat in futurum, & uocã
tur ſentẽtiæ principalis ſeu Imperiales in
cognitionibus platę,vt eſt in ſcripto l. cũ
quærebat̃.250.in nouis impreſſionib. D.
de uerb.ſig.de quibus etiã eſt text.in l.3.
C.de queſt.quę incipit *Imperator Antoni
nus cum cognitionaliter audiſſet,dixit,&c.*
de qua re tex.eſt ſing.in l.fi.in prĩci.C.de
legib.& nunc ſimilis coram principe no-
ſtro pẽdẽte cauſa,quæ fit portio in bonis
proſcriptorum,preſertim in cõtumaciam
patris delinquentis abſentis.Et cum quæ
ſtio hæc uarie in ſenatu iudicata fuerit ꝓ
ut aliqui ex Dominis teſtantur,& res pen
deat nunc perdeciſionem,nollẽs Sereniſ
ſim' Dux noſter (ut eſt prudẽtiſſimus, &
æquiſſimus contra iuris diſpoſitionem fi
ſcum ſuum locupletari neque quod publi
ce intereſt delicta omnino ĩpunita rema
nere & animo delictis præbere mandauit
Illuſtriſ.& Excellenti.Lodouico a Milliet
Magno Cancellario uiro iuriſperitiſſime,
ut adhibitis omnibus Preſidibus ac Refe
rendariis doctiſſimus iuriſconſultis ſui cõ
ſilii ſtatut',ut matura cũ deliberatione re
hanc diffinirent,ita ut in poſterum pro le
ge perpetua haberet, quod tamen hacte
nus factum non eſt, & quando ſit id pro
lege obſeruabitur, quidquid alias dictum
fuerit infra Dec.104.Legitima.& 198.Au
thẽ.Bona damnatorum. Sũt etiam aliqui
caſus adeo ambigui, ut credãt doctores il
los poſſe decidi ut iudici placet uocando
caſus pro amico,ut per Rip.in l.filiuſfa.§.
diui.d.leg.1.num.97.Ego autem tales ca
ſus dico uocandos caſus pro diabolo neq;
enim in iudiciis amici perſona conſideran
da eſt ideoque dicitur deponat amici per
ſonã qui induit iudicis. Sed ſi dubium ſit
in facto reus abſoluatur,ſi uero in iura,ita
ſtudeat,ut ueritatem inueniat,quod ſi nõ
queſcit animus, ꝓnunciet iuxta antiquum
morem.N L.ideſt, nõ liquet, uel principẽ
cõſultat.iuxta.§ ſi.in auth.de iudicibus de
qua re cum latiſſ.exter tract.Ioan.Neuiza
ni.lib.5. ſuę Siluę qũum in dubiis iudican
dum.ad ibi per eũ copioſe dicta me refe
ro. Cæterum ſit quandoque euenit Sena
tus in cauſa aliqua iudicet ut dicit de pla
no vel tranſlatitie,ut inquit Vlpian.in l.f.
de in.pau.nec re per dies maturata,& claſ
ſibus congregatis,ut in poſterum pro lege
eſſet tunc ea ſententia cæteris ꝓiudicium
non faciet,ſiquidem etiam apud Senatum
legibus non exemplis eſt iudicãdum,l.ne
mo.C.de ſẽten. quæ lex procedit etiã in
ſententiis ipſiuſmet Principis,ut ibi expſ
ſe cauetur, unde putarem non ſubſiſtere,
quid dici Abb.in c.uerum.nume 2.de iu-
reiu.& plot. in conſi.18.in fi.niſi talis ſen
tentia de Principum cognitione profera
tur,ut in d.l.fi.C.de legib Quod ſi ter,uel
quater in eadem facti ſpecie ita iudicaſſet
Senatus id nõ pro lege ſed pro ſtylo habẽ
dum eſſet,& ita obſeruãdum in futurum
nõ ſolum in Senatu,ſed & in aliis tribunã
libus huic Senatui ſubiectis.Carabit.Rit.1
num.21.22.& Rit.79.n.15.& 260.nu.7.
& poſt Afflict.Deciſ.135.num.3. Nec mi
rãdum eſt,quod idem Senatus diuerſimo
de quãdoque iudicet,ſiquidem natura ho
minis,prona eſt ad diſſentiẽdum, vt eſt vi
dere notab.exẽplum in l.pen.ff de acqu.
rer.dom inter Paulum,& Labeonem. Et
idem euenit in ſacra Romana Rota totius
orbis lumine,vt teſtantur Caſſiodo.Deci
9.n.15.& ſeq.Sarnent. & alii,quos refert

Magdalenus in trac. de nu. teſt. in teſta. requiſit. par. 2. c. 9. nu. 35. allegans illud prouerbiale dictum *Rota rotat*, cuius uariatio
33 nis ea potiſſima eſt ratio, ꝙ † in Rota, & in Senatu non ſemper ijdem ſunt iudices, & tempore meo uidi quater totum hunc Senatum mutatum, & qui ſuccedunt in demortuorum locum iudicatorum memoriam non habent, & prout eſt hominū diuerſa opinio præſertim in cauſis dubijs, aliud cenſuerūt ab eo quod a prædeceſſoribus in eodem Senatu iudicatum fuerat. Præterea quāuis idem uideatur caſus plerunque tamen euenit, ut aliqua etiam leuis circunſtātia factum mutet, ut ait Quintilianus Inſtit. oratoria. lib. 5. c. 2. Ideo dicere ſolebat Curt. iun. quod licet ſenex eſſet & in caſibus innumeris conſuluiſſet, nunquam tamē euenit, ut idem per omnia eſſet caſus. Accedit, quod quādoque de plano, & ſine multorum librorum reuolutione uno modo iudicaī, poſtea uero in alio caſu facta maturiori conſideratione, & ſtudio aliter cenſetur, quod cōuenientius ſit ſeipſum corrigere, ut inquit Iuſtinianus, ꝗ a Deo corrigi, neq; boni Iudices ita creui coſè opinioni ſuæ inniti debent ut nō uelint a prudētioribus corrigi. capi. ne innitaris de cōſti. nec id inconueniens iudicauit D. Auguſt. qui in multis opinionem ſuam retractauit integrumque librum retractationem edidit. Aliam quoque huius uariationis Philoſophicam rationem tradit Decia. in ſua Apologia aduerſus Alci. c. 10. n. 10. & Marſ. Colum. in trac. de redditio. Eccle. ca. 34. n. 2. quia opiniones Doctorum uarię, & natura hominis prona ad diſſentiendum eſt, ut alias diximus.

ATIO uero Senatus principalis eſt in iudicando, & ſupplicantibus quibuſcunque in caſibus ad iuſtitiam pertinentibus prouidere audiendo etiam recurſus a grauaminibus inferiorum iudicium, & præfectorum, uel commiſſariorum An autem Senatus ordinaria an uero delegata ī iſto
34 † exercitio, & actu iuriſdictione utatur dubitare poſſet. Et quidem Senatū nō delegata ſed ordinaria iuriſdictione vt iudicat ordinarium iudicium diffinitio, cum illi ordinarij dicantur, qui conſuetam, & aſſiduam exercent iuriſdictionem ab alterius iudicis uel magiſtratus imperio non pendentem qui habent poteſtatem iudicādi uel a lege uel a principe, quales ſunt Senatores, ꝗ ad uniuerſas cauſas pro ſuprema iuriſdictione exercenda ſunt cōſtituti, ca. iudicib. 2. q. 9. & l. quia D. de iuriſ. om. iudi. l. 1. §. qui mandatam. D. de of. eius, &c. Et clarius hoc nūc exprimitur in nouis cōſtitu. de authoritate Senatus. Nam delegatus proprium nihil habet, ſed eius, qui mādauit iuriſdictione uti, De ordinarijs, & delegatis iudicibus plura Alber. Galeot. in ſua Marga. c. 11. Hoſt. in ſumma ti. de off. & pot. iud. dele. & nouiſſime Pet. Gre. Toloſ. Syntag. iur. par. 3. li. 47. c. 22. & cū Senatus gerat vices Principis in iudicando ſicuti uicari iuriſdictio dicitur ordinaria. c. perlectis. 25. diſt. c. ſua. extr. de offi. uicarij Iacob. in uerbo Vicariuſque perpetuus. n. 2. ita Senatum ordinaria iuriſdictione uti dicere poſſumus, alias, vt dicit Iacobi. in l. eum qui iudicare. nu. j. in 2. lectura. D. de iuriſd. omn. iudic. non diceretͬ magiſtratus, ſi ordinariam non haberet iuriſdictionem. Et hoc quidē procedet in ordinarijs appellationum, & recurſum cauſis, & alijs priuilegiariis, ſecus uero in illis in quibus eſt per Principis reſcriptū delegatus, quę iure ordinario nō ad Senatū ſed ad alios iudices ſpectant.

PASSIO in eo conſiſtit, quod iam diximus inter cętera patientem iudicem eſ
35 ſe debet, & a nemine pſertim ab oppreſſis faciem auertere † & potius omnia pati, quam rectum iudicium peruertere, & cum omni diligentia, & vigilantia, ac labore procurare, ut cauſa, quæ apud eum agitur, in facto recte intelligatur, ſiquidē quęlibet modicitas facti ius peruertit, & in iure tum ſuarum aduocatorum opera, ſtudeat cūcta rimando claram, & certam iuris diſpoſitionem inuenire. Ideo ſolēt proceſſum relatores in relatione afferre rationes in utranque partem, ut iudices meliorē, & rōnabiliorem partem eligāte, ut de Senatu Pariſienſi dicit Rebuff. in l. Herē. alias Seruius. D. de ver. ſig. Patiēter audire debet nō alterā tātū ſed ambas partes. Nā vt inquit Stobeus. Serm. 44. ex Euripide.

*Quis nam de cauſa iudicat, & ſententiam fert.*
*Priuſquam utriuſque ſermonē patienter audierit,*

Eſtquę patientia una ex principalioribus uirtutibus, quæ iudici cōuenit, ut diximus ſupra



ſupra ex Pſ. 7. Deus iuſtus iudex, fortis, & patiens, & talis qui ut inquit Paulus, norit uti Deus ipſe cōpati infirmitatib⁹ noſtris.

36 VBI autem conuenire, † & iudicare debet Senatus. Certum eſt, non in priuatis Præſidum, aut Senatorum ædib. ſed in publicis ad hoc deſtinatis ubi omnes libere tanquā in republica eſſe poſſint. Curia Piſan. lib. 1. cap. 5. per l. 2. C. de decur. ſicque in omnibus Senatibus ſeruatur, & in hoc noſtro, quod ſi alibi cōueniretur, & iudicaretur, nullum eſſet iudicium. l. cū ſnīa. C. de ſenten. & interlocu. Niſi cum flagrante bello Senatus ſedem premanētem nō haberet, quo tpe in domo Præſidis cōueniebat, ut fiebat Vercellis ab anno 1545. uſq; ad 1555. & Hyporediæ anno 1540. & Foſſani anno 1539. quo tēpore Pręſes Purpuratus amicitiæ nomine ī domo tūc partis mei morabatur, & illic Senatus cōueniebat. Debet autem hoc tribunal in prouinciæ metropoli cōſtitui, & ī eo loco in quo ordinaria ſit Principis ſedes, tum ut procauſarū recurſu a quibuſcunque aliis dominij iudicimus, & locis undequaque cōmode a litigantibus accedi poſſit tū etiā, ꝙ deberet Princeps (niſi grauiorib⁹ negotiis occuparetur (quandoque adeſſe, ut ſupra dicebamus aliquando ſolitum eſſe in arduis cauſis dijudicandis interuenire, iuncta quoque occaſione miniſterio Præſidū & antiquorum Senatorū uti prout fit, in publicarum rerum conſilio, & in priuato ipſius Sereniſſimi Ducis conſiſtorio, cū illi & pro lūga experientia, & pro iuris ſcientia maxime ſint ad arduas deliberationes neceſſarij. Quare nunc in hac Taurinorū Auguſta, ꝗ in Pedemontanis regionibus quaſi umbilicus extat. Baſilica huius ordinis conſtituta fuit cum primum Principis perſona hic habitare inchoauit, prout etiā in Vltra montana ditione Camberiacū ꝑ cōtinua eius reſidentia in media Sabaudia illi Senatu aſſignatum fuit. Locus autem, ubi conuenit Senatus ad proceſſuum relationes audiendas, & cauſas decidēdas, omnibus ſtatuis, picturis, aut cæteris, quę a re de qua agitur diuertere poſſunt iudicum mentes, carere debet, ne id eueniat, quod ait Virgi. *Atque animum tectura paſcit inani.* & ut ait Venuleius in l. fina. D. de edil. edicto de bis, qui tabulas pictas tā ſtudioſe intuentur, ut officij ſui obliuiſcantur. Quod etiam admonuit Bodi Reipub. libr. tertio. capit. 1. Priuata autem Senatus audientia ubi cauſę referūtur a Senatoribus, & ſcribuntur ſententię, fit in duabus, quas nos uocamus claſſes, Galli Cameras Hiſpani uero, ut eorum eſt moris proiicere ampullas, & ſeſquipedalia uerba, Aulas uocant, ut etiam Neapolitani. In qualibet harum claſſiū interuenit unus Præſes cum 7. uel 8. Senatoribus, & ſi a ſententia ab. altera claſium lata ſuplicetur, committitur reuiſio toto Senatui, qui pro huiuſmodi cauſis reuiſionū cōuenit ſingula die Mercurij poſt meridiem, & hic ſtylus inductus fuit anno 1567. a Sereniſſimo Emanuelle Philiberto, pro maiori cauſarum expeditione.

QVANDO autem Senatus conue
37 niat, † Ita moris eſt ut ſingula hebdomada die ſcilicet lunę, & ueneris ſeparatis de curijs pro cauſarum ciuilium relatione, & expeditione, diebus uero Martis. & Sabbati totus una cōuenit Senatus ꝓ cauſis criminalibus, Die uero Mercurio ſedet Senatus uotus in publico auditorio, ut cauſas breuiores tractet, & quæ in campo, ut dici ſolet decidi debēt ſummario iudicio, & ſine proceſſu, ut ſunt fuere omnes interlocutoriæ, & recurſus a grauaminibus cōmiſſariorum. Die autem Iouis vacat Senatus, ut poſſint Præſides, & Senatores acta, & proceſſus dilingenter rimari & iuris allegationes, quæ a litigantibus exibentur, diſcurrere, & iure ſtudere. Quod ſi dies Lunæ færiata fuerit, ſuccedit ſequens dies Martis pro ciuilibus cauſis, & criminales in diem Iouis differunt, ſi uero feriata ſit dies Mercurij, diſputantur publice cauſæ, ſequenti die, quæ diſputatio fit ab aduocatis eā authoritatē a Principe obtinentibus, quod etiā antiqui iuris eſt l. 2. §. iuris ciuilis. D. de orig. iur. cum autem referuntur proceſſus in Senatu per aliquē ex Senatoribus ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus agatur præſentes, ſi uolunt eſſe poſſunt partes cū eorum procuratoribus & aduocatis, a quibus partibus, uel procuratoribus ſupletur ſi quid in facto Relator omiſit, ut cauſarū merita partium aſſertione pandantur, poſtea aduocati de iure diſputant, qui mos antiquitus non obſeruabatur, ſed abſentibus partibus fiebat relatio. prudentiſſimo tamē iudicio Ducis Emanuelis Philiberti

hoc introductum eſt,reclamante Senatu, & tamen longo uſu compertum eſt,utiliſſimum,& ſanctiſſimum eſſe hunc ſtilum, & eo continuo utimur, quod etiam,& antiquitus obſeruatum dicit gl. in Authen. de reſti. §. quia uero. Crauet.cõſilio 201. Statis autẽ diebus tenentur omnes Senatores ſine ulla excuſatione ( niſi iuſto ĩpedimento detenti) in Senatum conuenire. Antiquitus pignoribus captis cõgebãtur, ut teſtatur Dio.libro 55. & libro 60. ſcribit Caligulam ita quoſdam Senatores nõ conuenientes obiurgaſſe, ut ſibi ipſis mortem cõſciuerint, & ſub Traiano refert Pli. libro quarto Epiſtolarum . Mulctatum a Licinio Nepote prætore Senatorẽ , quod Senatũ die dicta nõ eſſet ingreſſus , Tempus uero Senatus cogẽdi apud nos ac alias etiam regiones eſt prout cõuenit ſummo mane tunc enim & mẽs magis quieta eſt, & ingenium ſubtilius 5.quæſtione prima, capitulo,ſane 22.queſtione quinta , capit. honeſtum pulchra gloſſ. in l.prima. §. ſed cum ſit neceſſarium,in uerbo indefeſſe de Iuſtinia.Cod.Confirman.Ioan. de Deo in ſua pract. libro primo , capitulo ſecundo, nume.53. & eſt ratio ſecundum Alber. in proœm.Co.§. quoniam in principio, quia q̃es interiecta laboribus redit, nos operoſiores Luc.de Pen.in l.prima, columna antepenultima,C.de collegia. libro undecimo,itaque Iuriſconſultus noſter optimam partem diei eſſe dicit ſex primarum horarum eaque hora etiam Romani iudicium ferebant, quæ hora tertia diei erat iuxta illud Martialis.

*Prima ſalutantũ, atq; altera continet hora,*
*Exercet raucos tertia Cauſidicos.*

Sedet autem Senatus tribus horis cõtinuis, & plerũque etiam quatuor . Senatũ quoque sũmo mane antiquitus teneri ſolitum indicat locus ille apud Symacum libro primo epiſto.ſeptima *Primores Calendas Ianus operibat,frequens Senatus,matutine in Curiam ueneramus* . Congregatur etiã multoties Senatus extraordinariè ſecundum caſus exigentia ex ordine, & mãdato Principis , uel primi Præſidis. Obſeruatur etiã ab illo Senatu antiquo bis tantum in Menſe ſedere ſcilicet Calendis , & Idibus.ex Auguſti cõſtitutione , ut ſcribit Dio.lib.55.& Sueton. in Auguſto. Nos uero ijs tantum diebus uacare ſolemus , qui in honorem Dei, ac Sanctorũ ab Eccleſia Catholica Romana feſtiuis officiis , a populo uero operũ intermiſſione celebrant atque ut litigãtes poſſint Meſſibus, & Vindemiis operam commode dare pro ea tẽporis intercapedine,quæ eſt a beati Io. Baptiſtæ natiuitate ad Diui Laurentii feſtũ, atque a natiuitate Mariæ Virginis ad feſtũ Beati Lucæ ab ingreſſu abſtinemus ꝓ cauſis ciuilibus. Sed cauſæ criminales nihilominus tunc expediuntur, omnib.uero diebus(feſtis exceptis) congregantur Senatores a meridie pro arduis cauſis ſigillatim diſcutiendis, ſi partes inſtent , ꝓ quibus litigãtes priuatas ſeſſiones,ſeu audiẽtias ) ut melius cauſæ rimentur,requirunt , atq; hic extraordinarius ingreſſus ĩ feriis Camera uacationum appellatur , & cum talis conſeſſus ſolent fieri prandio , conueniatque, & mentis, & corporis ſanitati iudicantem ſobrium eſſe,ſoleo Senatoribus cõſulere, ut mei exemplo breuiori utantur prãdio. & quaſi ientaculo,quod didici ex Platone in Epiſtol.7. ad Dionis amicos, cuius hæc ſunt uerba. *In Siciliam cum perueniſſem, uitam illam quam beatam uocant Italicarum, Siracuſanarumq; Menſarum plenam nullo modo probani , bis videlicet in die futurum fieri,& nunquam iacere ſolum*, quam ſententiam ut Diuinam,& notatu dignam repetit Cicero Tuſculanorum quæſt. lib. 5. his uerbis. *Quid quod de mente quidem rẽcte uti poſſumus multo cibo, & potione completis*,idque etiam aduertit Xirſeus in ſuo opuſculo de ſanitate ſtudioſorum conſeruanda . Quæri etiã ſolet an expediat Præſides,uel Senatores eſſe perpetuos, uel tẽporales,quam quæſtio. late ad partes examinat Bodin.lib.4.c.4.Ego cum eo ſentio maiores Magiſtratus ut Senatus perpetuo eſſe debere,ideſt ad uitã , quinimo ſi fieri poſſet immortales eos eſſe utilius foret, quanto enim longior eſt eorũ adminiſtratio,tanto eſt Reipub.utilior, cũ longo experimento maturiora fiant eorũ iudicia, nec Sententiarum uariationi locus eſſet,ut diximus ſupra,& hoc iure Principes noſtri utuntur , prout,etiam omni alio bene ordinato Senatu uti moris eſt quinimo ſi Senator,uel alius officialis cõſtituitur a Principe cum clauſula apud nos ſolita . *Donec*





*bene fecerit,& noſtræ fuerit uolũtatis*, dicetur perpetuus Bar.in l.de pupillo.§. ſi qs ipſi prætori.ff.de ope.noui nuncia.Et quã uis moriatur Princeps,tamẽ durat adhuc eorum officium.Carau.ritu.3.n. 24.poſt Dec.conſi.108.lib.1.Capic.deciſ.136.numero 5.

SITVS conſiderari poteſt circa modũ in Senatu reſidẽdi,in quo ut proprium eſt iudicis tam in publica,quam in priuata au
38 dientia† ſumma cum Maieſtate, & dignitate ſedet Senatus, tum quod Principẽ ipſum in eo actu repreſentet, ſub cuius nomine,& ſententiæ,& reſcripta omnia cõceduntur,tum quod ſedẽdo animus quieſcat,ideoque non ſolum ex Iuſtiniani conſtitutione in authenti.de iudicibus.§.ſedebũt.ſed etiam antiquiſſimo tempore proprium erat iudicis iudicãdo ſedere,ut eſt apud Platonẽ in Apologia Socratis, & ẽt ante Platonem idem colligitur apud Homerum in uerſibus,quos ſupra citauimus in dictione *Sacri*.Habetur igitur uenerandum hoc tribunal in publica ęde atque in ſpacioſa ornataque aula , in qua Principis ſolium quaſi Theatrum ſub umbella eminet,ad quod multorum graduum altitudine acceditur,& hincinde ſedilia auleis ſuperinductis proteduntur , quibus biparti to numero primum Preſides mox Senatores vti Principis Collaterales,ut antiquitꝰ uocabantur, dextrorſum ſiniſtrorſumque ſeuere ſolent,eo pene modo quo Brenus capta urbe Romanos Senatores in foro tacitos, intrepidoſq; cõſedẽtes admiratus eſt,vt refert Plutarcus ĩ Camilli uita. Quo autem ordine ſedere debeant,ponit Curi. Piſa.libro ſecundo,capitulo quarto.Super gradibus uero lictores manent,& Senatus Secretarij cauſarum decreta notãtes , atq; inferius in aulæ ſolo quaſi iuris agone atq; acie in circumpoſitis ſubſelijs ſtant aduocati cauſidicique cauſarũ facta,& iure declamantes,ac ea pariter Maieſtate,ordine & decore publicis aſſiſtunt cerimoniis apud Principẽ cuius perſonã Magnus Cancellarius,& ii , quia ſecretis ſunt conſiliis ſequuntur poſt uero Pręſides Senatoreſq; bini pręcedentibus lictoribus cum argenteis faſcibus ſuccedunt , atque ſi res poſtulata eodẽ ordine publice ſedente,ſed ſiue publice ſiue in priuata audientia ſedet Senatus,cõueniet Senatoribus eo modo ſedere,ut Maieſtatem,& dignitatem præſeferãt,nam ut inquit Galenus, corporis ſtatus animi mores indicat , & eſt in prouerbio.Magiſtratus uirum oſtendit.

HABITVS Senatorũ apud antiquos
39 erat† Latuſclauus , cuius forma a multis ſcriptoribus deſcribitur,præſertim a Bud. in l.fi.D.de Senatorib.Baiſius in li. de re ueſtiaria.& Philip.Barbã.in officina.in §. veſtes.uerſ.Latuſclauus.Sed omniũ copioſius rem hanc tractat.VVolfangus Laz.in comment.Reipub.Rom.lib.8.c.4.ubi formã Laticlaui explicat. Eratque ex Purpura lato clauo coniuncta,ut apud Ouid.4. de Triſtib.

*Induiturq; humeris cũ lato purpura clauo,*

Perſeuerauitq; habitus ille Senatorius uſque ad Imperatorem Alexandrum , de quo in l.Ruffinus.C.de teſta.mil. poſtea vero præſertim Iuſtiniani tẽporibus ceſſauit Laticlaui uſus, eiuſque loco Magiſtratus,præſertim Senatores Præſides,& Præfecti ꝓtorio pro ſtemmate ſuæ dignitatis cingulo uſi ſunt.Erãtque maiora, & minora cingula,ꝓut maiores, & minores erãt dignitates,quod ex locis infra citandis demonſtratur,præſertim uero in auth.de iudicib §.uetus igitur.uerſ.quia uero cõpetens,ibi.*Dignitate prouectus maiores iudices experimento cauſarum multarum , aut plurimi temporis exercitatos , magni cingulis,aut multitudine eorum excitatos &c.* Poſtea uero ſecũdum & temporum, & locorum uarietatem Senatorũ habitus uarius fuit,in Gallia enim,ut iam diximus, Sacerdotalis fere eſt habitus,in tota Italia toga longa utimur , ſed nos antiquo ritui hoc plus addimꝰ,ut Sagũ in Laticlaui fere modũ ad genua uſq; productum geramus,& toga latis manicis ſupra induta , faſciã de collo togę ex ſerico duplicatam ſuper imponamus,hincinde ad imũ uſq; togę pendẽtem,quod ego exiſtimo inductum fuiſſe ab eo,quo prius utebantur Sacerdotali indumento,cum ea faſcia ſtolæ,quę ſacris miniſtrandis inſeruit,ſimilitudinem pręſeferat,ut eo ſigno ſacri neſcio quid huic ordini ineſſe demonſtretur. Vel etiã eo hyeroglifico notati exiſtimo cingulum,quo antiqui utebantur Senatores,quod pro eodem dignitatis titulo Iuriſconſulti interpretantur,ut in nouella , ut omn.obed. iudic.prouin.§.arripiat, & C. de præpoſ.ſa-

erixcubic.l.ultima.lib.12.& pro ipſa admi
niſtratione vt in nouell.ut lic.matr. & aui
§.qu uero quidã,& C.ut di dign.ord. ſer.
l.2.lib.12. Togam uero alias purpuream
geri ſolitã puto,qua nunc tantum utimur
in publicis cerimoniis, aut omnibus pri-
mis iuridicis diebus,nempe ijs, quibus Se
natus poſt uacationes, aut ferias primo
die iuridicio ſedere ſolet,eaq; a Pręſidibus
ex ſerico ueluto,a Senatoribus autem ex
panno purpureo (quã ſcarlatã uocant) ex
ſtatur. Sine ueſte autem ingredi Senatum
non liceret quod, & antiquitus cõſtitutũ
fuiſſe teſtatur Plutarc.in Mario. Romano
rũ uero Senatorum Latum clauum pro-
prium habitũ ex titiſſe,ut ab æqueſtri or-
dinis dignitate dignoſceret,legimus apud
Plin.lib.33.cap.2.Lamprid.in Alexan.Sue
ton.in Augu.& in Clan.cap.24. Quintilia.
lib.11.c.ult.de quo inſigni loquit tex in l.
nuper.D.de donationib.inter uir.Briſſon.
ſelectat antiquita.lib.3.capit.16. Habitus
etiam Senatorius eſt Galerus purpureus,
quo nunc Cardinales totius Romanæ Ec
cleſiæ Senatores utuntur, ut apud VVol
fang.Romæ.Reipub.libr. 8.ca.14. Curare
autem in primis Senatores debent, ne ſor
didi in ueſtitu ſint ex his,quæ citat Ioã.de
Deo.in doctri.aduocatorũ,libro 1.cap.2.
nume.4. Atque hæc de Senatu dicto ſuffi
ciant.

PEDEMONTANI. Nomen. hoc
huic regioni dadit ſitus. & natura loci, cũ
ad pedes Alpium, ſiue Montium ad cælũ
ſe extollentium, quaſi pro antemurali, &
munimine Italiæ a natura poſitorũ, ut de
Rhetius Montibus dicit Caſſiodor. uar. li
bro ſeptimo capitu.ſexto. A quibus tota
40 hæc regio † a Gallis, Allobrogi, & Narbo
nenſi prouincia deinde etiã a Liguria ſe-
paratur, in Hemicicli, & quaſi Theatri for
ma poſita ſit. Oẽque id quod a pedibus
earũ Alpium, & Montium Oriẽtalem pla
gam uerſus rendit (Eridano Fluuiorũ Re-
ge diuidente) uſque ad Duriam Bardeam
quæ a Bardo opido munitiſſimo, iuxta
quod in fauce Vallis Auguſtæ Prętoriæ
flumẽ labitur, licet corruptio incolarũ uo-
cabulo Duria Bautea neminet Pedemõ
tium dicitur, quod etiam uſque a Tana
grum ab una parte, ab alia uero uſque ad
Sextã flumina protendi ab eiuſque aptius
terminari puto, quamuis hoc ĩ ſpatio Mõ
tisferratenſis ditio aliquotque opida, quę
Mediolanenſi Ducatui parent, includatur
Illud uero, quod hodie ad Pedemontij no
men ex prædicta terminatione Alpibus
Graijs, Penniniſque reſtringitur. antiqtus
agrũ Taurinẽſem, aut Taurinenſem appel
latum apud Coſmographos, Hiſtoricoſq;
legitur vt teſtãtur Tolomæus, Plinius, Ta
citus, aliique quamplures. Id uero quod
cunque eſt, quod ſubditione Ducis Sabau
diæ reperitur, iuriſdictioni ipſius Senatus
ſubeſt, incipiendo a Vercellenſi prouincia
quæ Inſubriæ coniungitur, & huic proxi
ma eſt Hyporedienſis, ac Vallis ampliſſi
ma Auguſtæ prætoriæ, ſuccedunt Taurini
& Valles quam plurimæ Taurinis populis
uicinæ, præſertim ecuſiana. inde prouin
cia Ciſpadana, & Trãſpadana, & Marchię
Saluziarum, & Ceuæ. Quamuis autem Ni-
tienſis prouincia tranſalpina ſit, & Narbo
nenſi Galliæ finitima prout etiam alia do
minia Marti, Oneliæ Tendarum, cætera
que ad Mare Liguſticum ſita ultra Appen
ninum ſub hoc nomine non comprehen
dantur huic tamen Senatui obediunt,
Hæc itaque prouincia, ut dixi, Taurinus
ager ab antiquis appellata Taurinus etiã
Ducatus ſub Longobardus dicebatur, ac
Longobardorũ Imperio deleto, primum
Italiæ Regum inde diuerſorũ Regulorũ
Imperio ſubiecta, & iam annis trecentum
ſubditione Regis Hieruſalem, & Neapo
lis cõſtituta, ut habetur in procemio ritus
magnæ Curiæ, ubi Ioanna inſcribitur Co
mitiſſa Pedemontium. Sed annis iam du
cẽtumquinquaginta, cum rex Reynetius
ſine liberis deceſſiſſet, Comitatus Nitiæ,
Cuneum, Foſſanum, ac alia multa oppida
& totus Comitatus Pedemõtium, bonita
te Comitum Sabaudiæ, & uirtute a lecti il
lis ſe ſponte dediderunt (& ideo forma p
cedẽdi in hoc Senatu ualde ſimilis eſt riti
bus magnæ Curiæ Neapolitanæ) poſt do-
nationẽ Gulielmi Regum Romanorum
Thomæ Comiti Sabaudiæ factam anno
1250. diu.ſub iſtorũ Principium Sceptro
pacate gubernata, maxima bellorum in
commoda annis fere triginta paſſa, tan-
dem nunc maiori quam uſquam antea
finium ambitu, & ſuarum, partium col-
lectione conſpicua, Sereniſſimo Duci
CAROLO EMANVELI Principi
noſtro parere gloriat. Cuius caput, & Me
tropolis



tropolis ciuita. Archiepiſcopalis eſt TAV
RINVM, quam priſcis temporibus no-
biliſſimam urbem fuiſſe, vel hinc intellige
re licet, quod a Romanis in florentiſſimo
eorum Imperio Colonia, Auguſtaque ha
bita fuerit, cuius digniora encomia, & ori
ginem, ampliationem ac ſtatum diſertiſ-
ſime conſcripſit Perilluſtris Dominus
Philibertus pingonius in libro quẽ ab ea
41 denominauit Iacet † hæc in totius prouin
ciæ centro ad Padi, & Durię Secuſienſis ri
pas, forma quarata, Portis quatuor, anti-
quiſſimo atque admirabilis ſtructurę mu
ro cincta, cuius nempe pars exterior late
ritia. interior vero ſectorum lapidum flu-
uialium congerie, ad labellam diſpoſito-
rum, conſtructa videtur. Turribus ad ſpe-
culandum ad antiquorum propugnacu-
lorum ſpeciem ſuis locis exterius promi-
nentibus. Vias habet quinconciali ordine
domorum quadratas inſulas diſtinguen
tes, antiquo Caſtello, nouaque Arce po-
tens, ſplendidis ędificiis ornata, Magiſtra
tuũ ſede Illuſtris, Gymnaſii uetuſtatæ cla-
ra nobilitate ciuium inſignis, mirifice re-
bus omnibus ad vſum vitę neceſſariis abũ
dat, fundo eſt mediocriter fertili, præſer-
tim vero ad Orientem, & Auſtrum. Vltra
Padũ amenisſimo. vtiliſſimoque tum ad
delicias, tũ ad uinearum copiam colle de
decoratur. Ager uero frumentum, aliaſ-
que fruges, & optima uita, cum ſuauiſſi-
mis fructibus producit, & qui tam de hac
quam de cæteris huius prouinciæ urbibus
oppidis ac perhoneſtis pagis, nobiliumq;
multorum pulcherrimis Caſtellis copiosè
ſcribit ſupradictus Pingonius, finem fa-
ciam, ne lõgius quã æquum ſit a propoſi-
to noſtro diſcedere uidear. Viros aliquos
in noſtra ciuili iuriſprudentia claros, & il
luſtres, qui in hac patria præſertim uero ĩ
hoc Senatu multis abhinc annis floruerũt
recenſere ſatius eſſe puto. fuit inter alios.
42 Hoſtienſis † es locupletiſſima iuris Cano
nici ſumma, & Commentarijs in decreta
lem immortalem de ſe famam reliquens,
quem in ſummarum elaboratione multi
alij noſtrates ſequuti ſunt, præſertim An-
gelus de Clauaſio, & Silueſter de Prierio
fuit & antiquior Doctor Gulielmus de
Cuneo, ſubtiliſſimus Claudius de Seiſſel-
lo. Archiepiſcopus Taurinenſis. Extiterũt
inde Thomas Parpalea Taurinenſis, Ioa.
Franciſcus purpuratus ex Pinarolio Fran
ciſcus Balbus. Albertus Brunus, Ioan. Neui
zanus, Ioan. Bartholomeus Scarampus.
Georgius, & Marcus Antonius Nattę, &
Petrinus Bellus Aſtẽſes Iacobinus de Mi-
chelonibus a Sãcto Georgio, Aegidius de
Thomatis Cunienſis, Iuuenalis a Coſta-
fort. Senator Foſſanenſis, qui Iuuenis ad
huc in inſtitutionum aliquot titulos Com
mentaria compoſuit acutiſſimi ingenii
uir qui plura in lucem daturus erat, niſi
inmatura mors illum nobis ademiſſet.
Nouimus omnes pręclariſſimum Iuriſcon
ſultum Dominum Aymonem Crauetam
ac Domini Ozaſchi eruditionem, & do-
ctrinam, ſed & nunc extant, qui hunc Se-
natum noſtrum ornant Superilluſtris Do
mi. Amedeus a Ponte primus huius Sena
tus Præſes, qui iam multis annis doctri-
næ ſuæ ſpecimẽ dedit illo ſuo operę quę
ſtionum Landimialium, & propediem for
te multo maiora daturus in Commenta-
riis ad 5. lib. feu. niſi laborioſo munere ſui
officii impediatur. Quod & de Illuſtri Do
mi. Antonio Sola dici poteſt, & de aliis,
quorum in hoc operæ noſtro mẽtionem
facimus Pedemontani autem nomen hic
inditum fuit ad differentiam Sabaudien-
ſis Senatus & aliorum locorum.

ANTONINO. Nomen hoc poſt op
43 timos Principes Antoninum pium. † &
Marcum Antonium philoſophum ipſorũ
Cæſarum prudentia, & morum ſanctita-
te ſuadente, adeo gratum fuit populo Ro-
mano, ut relicto nomine Cæſarum, & Au
guſtorum ſequẽtes Imperatores commo
dus Carcalla Geta, Heliogabalus, & alii
fama Illuſtres Antonini nomen aſſumpſe
rint, donec Antonini Heliogabali multis
uitiis repleta uite malum nomen huic no
mini dedit, ut adnotauit his verſibus Au-
ſonius Gallus in ſuis Cæſaribus.

*Tunc etiam Auguſtæ ſedis penetralia fœ*
*das.*
*Antoninorum nomina falſa gerens.*

Hoc igitur fœlici nomine gloriamur, ſi-
quidem dicebat Plato in dialogo, cui titu
lus eſt Theages, pulchra nomina filiis eſ-
ſe imponenda, nec immerito, bonum eſt
enim bonum habere nomen gloſſ in uer
bo Ioannes, in procem.clement.l.prima,
§.hanc legem.C.de ſumma.Trinita.& fi-
de

de Cathol.inquitque alibi Plato, nomina
hominibus indita futurę cuiuſdam fortis
eſſe argumentum. Hinc Imperator in §.
eſt & aliud.inſtit.de donatio. Nomina eſ
ſe conſequētia rerum affirmat.Propterea
dicere ſolebat Domina Milantia vxor Io·
ann.Andreę,quod ſi pulchra nomina uen
derentur, deberent patres maximo ꝑtio
pulchriora temere,quæ filiis imponeren-
tur.Iaſon.in rubrica.D.ſoluto matrimon.
numero decimoſexto.poſt.Cardina.in c.
tertio. de præbend.qui inuehitur contra
illos, qui turpia nomina antiquorum, &
progenitorum ſuorum poſteris imponūt
Accurſius de nomine ſuo etiam gloriatur
quod accurrat,ideſt ſuccurat legibus,in. l.
facta.§.ſi in danda.D.ad Trebell. Sic ita·
que optimum eſt pulchrū habere nomen
& hoc forte innuit Salomon dicens.
*Melius eſt bonnm nomen, quam diuitiæ*
*multæ*,& Ioann.Aňdr.in capit. grauis. de
depoſito. infert & ibi Cardinal. & Imol.
quod imputandum eſt ei, qui credidit
nomen malum habēt quare putarunt pa-
rentes mei Antonini nomine impoſito
pulchro nomine mei decoratum, filios
vero parentibus gratias habere æquum
eſt, qui ab eis pulchra nomina recepe-
runt.

TESSAVRO. Familia hæc mea
Teſſaurorum in Ciuitate noſtro Foſſani
44 †antiquiſſima eſt,quod vel monumentis
antiquis,& ſcripturis traditur.Nam & an
nis, fere tercentum, quo tempore Foſ-
ſanum ſponte ſe dedidit Comitibus Sa-
baudiæ, inter eos, qui ab vniuerſita-
te noſtra ad Comitem Sabaudię ea de
cauſa acceſſerunt unus ex noſtris fuit
Petrus Teſſaurus, quod cognomen ( vt
erat eorum temporum ignorantia, &
barbaries pro Teſſauro. vt vulgo ſonat
cognomē noſtrum)aliqui Textorem, alii
Textatorē,alii Teſſandrū ſcribebant. Sed
& antiquitas familiæ noſtrę ex eo diſcer-
nitur, ꝙ in vetuſtiſſima vrbis noſtræ par-
te,quę Burgus Sarmatoris vocabatur,nūc
Burgum vetus dicitur,adeſt omnium anti
quiſſimum templū Domi.Ioāni dicatum
in quo ad dexteram maioris altaris in di
gniori illius templi loco antiquorum no-
ſtrorum extat ſacellum,& familiæ noſtrę
ſepulchrum. Fuitque ex familia noſtra
inter cæteros virtutibus clarus annis
iam plus centum Vbertinus Teſſaurus exi
mius Iuriſconſul.qui legalem dialecticam
cōſcripſerat.Extatque adhuc celebris me
moria Antonii Teſſauri Sereniſſimorum
Ducem noſtrorum Caroli Tertii,& Ema
nuelis Philiberti Archiatri, & conſiliarii
patris mei colendiſſimi,qui Carolo Quin
to Cæſari gratiſſimus fuit, multiſque ab
eo muneribus decoratus,præſertim vero
dignitate Comitali,conceſſa etiam perpe
tua facultate familiæ noſtrę in antiquis
Teſſaurorum inſignibus Aquilam Impe-
rialem,inferēdi,ut videre eſt ex ipſius Cæ
ſaris diplomate ipſi⁹ manu ſignato,quod
apud nos extat datum in Ciuitate Burgē
ſi.24.Maii.1524.

ASTENSI PRAESIDE.Aſtenſis
Comitatus ad manus Ducum Sabaudię
munificentia,& liberalitate. CAROLI
45 Quinti Imperatoris peruenit, † qui illum
Carolo.Tertio.Sabaudię Duci, ac Beatri
ci Infanti Portugaliæ vxori in feudum cō
ceſſit anno.1536.cum ad ipſum Cęſarem
deuolutum fuiſſet,illique ſupremum Do-
minum,etiam Marchionatus Cęue adie-
cit. Eſt autem Ciuitas Aſtenſis, in Inſu-
bria,ſeu Lombardia origine antiquiſſima
& quæ Longobardorum tēpore Ducatus
nomen obtinebat anno.590.quo tempo
re teſte Sigonio in libro primo de Regno
Italiæ. Dux erat Gundoaldus,inde relicto
Ducatus titulo in Marchionatum erecta
illius prouincia ſub Henrico Quarto Ro
manorum Imperatore,hodie rurſus, Co
mitatus appellatur,In ea igiť Ciuitate Ma
giſtratus iſte Senatorius iam multis an
nis fuerat conſtitutus a Maximiliano Du
ce Mediolani, qui Anno M. D. XII.
Senatum in ea prouincia erexerat, ne ma
gna populorum impenſa Mediolanum ac
cederent,conſtituitque Præſidem, qui Se
natui præeſſet, & quatuor cum eo Sena-
tores cuius Conſtitutionis Diploma ui
di in Pergamena apud Perilluſtrem Do-
minum Franciſcum Cacheranū ab Ozaſ.
Pręſidem Aſtenſem anteceſſorem meum
poſtquam uero ad manus Sereniſſimorū
Ducum Sabaudiæ peruenit (cum priuile
gia eius fuerint priſtino ſtatui reſtituta)
Senatus Aſtenſis, qui durantibus bellorū
calamitatibus,quodammodo ceſſauerat,
iterum erectus fuit, eodem Domi. Fran-
ciſco Ozaſco Preſide conſtituto,ſed cum

ea



ea Ciuitas ab hac Metropoli, & Principū
ſede haud ualde diſtet Senatus ille, qui &
Magiſtratus iudicum ultimarum appella-
tionum nomen tenet, cū Pedemontano
ipſo coniunctus fuit,eique Præſes dari ſo-
litus, uel ex Cōſiliarijs ſtatus uel Senato-
rū numero,prout mihi tunc primario Se
natori exiſtenſti id numeris Anno 1577.à
Sereniſſimo Emanuele Philiberto iniun-
ctum fuit, adiunctis iiſdem iudicibus, ſeu
Senatoribus ijſmet, qui in Senatu Pede-
montano aſciti ſunt.

COLLECTORE. Hoc nomine
uſus ſum,tum quia nihil fere dictum, aut
ſcriptum eſt in his deciſionibus,quod pro
prie meum ſit; ſed ab antiquis ſcriptori
bus deſumptum. atque etiam prudentia,
& doctrina Collegatum meorum elabo-
ratum potius omnes intelligant, tū etiā
quod conſpiciens in hoc ſpatioſo noſtræ
iuris diſciplinæ campo maximas fruges,
quam plurimas aſſidue metēdo in horrea
reduci. permiſſum mihi etiam iudicaui
( quamuis poſt terga ſedulorum meſſo
rum multas perſpicere ſpicas difficile ſit )
paucos hos manipulos colligere, quos
Deo Omnipotenti gratos, & Reipublicæ
utiles fore cupio.omnia, quæ in eis dicta
ſunt, Sacræ Romanæ Eccleſiæ, & cuiuſ-
libet melius ſentientis iudicio, & cenſu-
ræ ſubmittens. Ita ut ſi quid ex hoc ope-
re boni eſt id totum a bonorum omnium
datore Deo Opt. Max. prouentū putent,
ſiquidem omne datum optimum. & om-
ne donum perfectum deſurſum eſt deſcē
dens a patre luminum, ut in Epiſtola Ia-
cobi capitu. primo. ſin ſecus humanæ fra-
gilitati id imputent, in nullo enim er-
rare Diuinitatis eſt potius quam huma-
nitatis.

IN SENATVS

# IN SENATVS SENTENTIIS PRAEVALET NVMERVS DIGNITATI, & antiquitati iudicantium.

## *QVOD SI PARIA SVNT VOTA, ILLA tenet Sententia, pro qua Præſes ſtabit, Et hoc in ciuilibus.*

### Explicata.l.inter pares.Et l.Duo.de re iudi.

*DECISIO I.*

1 *Senatus ſtilus in rogandis ſententijs.*
2 *Sententiã pluriũ licet iuniorũ ſequenda.*
3 *In pari numero uotantium, & diuerſas ſẽtentias proferentium quid ſeruandam.*
4 *Præſes ſenatus qualiter uotũ ſuum proferre debeat in pari numero uotantium.*
5 *Votum Præſidis ex Senatus ſtylo in paritate uocum cæteris præponderat.*
*An hic ſtilus ſit conformis iuri cõmuni.n.6.*
7 *Dignitatis ratio in pari numero habenda eſt.*
8 *Maior pars dicitur, quæ dignior & antiquior eſt.*
9 *Stylus iudiciorum, & curiæ ſemper eſt obſeruandus.*
10 *Quid iudicandum, quando uarij iudices in uarijs & diuerſis ſummis partes condemnant.*
11 *Senatus qui numero minor altero eſt an ẽt authoritate minor ſit.*
12 *Quid ſeruandum eo caſu, cum plures iudices iudicãt diuerſimode, in cauſa, in qua tres litigantes interueniunt.*
13 *Præſidis ſententia non praualet in cauſis criminalibus.*
14 *Senatorum uota non reuelanda, & de pæna reuelantis.*

SENATVS Citramõtes Sereniſſimi Ducis noſtri Sabaudiæ cõſtituitur ex trib. aut ſaltẽ duobus Pręſidibus & duodecim Senatorib. & qñque pluribus vel paucior ib. ad libitum Principis quorum votis iudicantur cauſæ tã ciuiles, quam fiſcales, ſeu criminales iux. author. ipſi Senatui nuperrime a Sereniſſi.
1 Duce Carolo Em. conſtitutã.†. Et primus Præſes illius Senatus recipit uota incipiendo a iuniori, & ſic gradatim uſque ad antiquiorem. iux. deci. primam. Afflic. & D. Oza. nu. 11. vbi ponit rationes, & iux. ſtilum Pariſien. de quo teſtatur Rebuff. in tract. de publica. Atteſtat. ar. uni. glo. uni. nu. 35. ſed vberius doctiſs. Bodinus. lib. 3. de repub. cap. 1. & in omnib. curiis Regni Hiſpaniæ ita ſeruari. teſtatur Licentiatus de Piſa in trac. de curia. Piſana. libro 2. c. 4. vbi vide pulcherrimam additionẽ circa hoc vtrum deceat necne. de uoto. Decurionum eſt text. in l. ſpurii circa fi. D. de Decurio. licet de Romanorum in rogãdis ſentẽtiis alius mos fuerit, de quo Gel. lib. 4. cap. 10. & in his uotis plurium ſenten-

ria obtinere ſolet.erg.cap.1.& 2.& c.Epiſcopus 65.diſtinc.vbi gloſſ.in verbo plurimorum.plurium etenim integrum eſt iudicium,Spec.de aduocat.§.3.verſ.habito
2 l.quod maior.ff.ad municip. † Nec ſolemus inſpicere authoritatem.aut grauitatem votantium.Ideoque ſi ex quindecim uotis octo ex iunioribus in vnam conueniant ſententiã, & ſeptem ex ſenioribus in alteram,ferentur ſentẽtia iuxta vota iuniorum,quia in uno voto excedunt,quãuis pro ſenioribus præſumatur, per illud Hieronimi,Bos antiquus firmius figit pedem.& Nicephor.lib.1.Eccleſiaſt. Hiſto. cap 1.in priu.in conſultationibus, ſeniorum conſilia excellere dicit. Et quamuis Afflic.d.deciſ.1.multa in contrarium alleget,& ita etiam teneat Bar.in l. Pomponius,alias.ſi vni.D.de re iudica. vbi videtur velle,quod maior pars dicatur non ratione numeri,ſed experientiæ & dignitatis,vt etiam ſentit glo.in cap.in Geneſi, in verbo ad zelum.de electio.vnde Anneus Seneca.lib.de vita beata capitul.2.*Cum de beata uita agitur* (inquit) *non eſt quod mihi illud diſceſſionum more reſpondeas, Hæc pars melior eſſe uidetur.Ideo enim peior eſt. Non tam bene cum rebus humanis geritur,ut melior a pluribus placeãt, Argumentum peſſimi turba eſt*. Quapropter uir eruditiſs.Ioa.Bodinus libro 3.capi. 1. de Repub.ait Nunquam res fæliciter ſuccedere poſſe,ſi pluribus communicentur, vbi ſanior & prudentior pars a maiori ſemper uincatur. Et paulo infra,& hinc principis cognoſcitur prudentia. cum ſcit iudicare iuxta ſaniorem,nõ autem maiorem partem.Et dicitur Exod. 22. Nec in iudicio plurimorum acquieſcas, nec ſententiæ.Tamen hic ſtilus ſeruatur, & in conſilio Neapolitano obſeruari teſtatur idem.Afflic.Ratio eſt,quia in iudiciis plurium ut eſt in Senatibus, & Rotis Italicis, ſolet iudicari ex numero,& non ex pondere.numerantur enim ſententiæ, & non ponderantur,ut inquit Plin.epiſto.12. libro 2.& licet apud me periculoſus ſit hic mos,nihilominus eſt conformis iuri communi,quod vbique diſponit plurium ſententiam ſequendam eſſe d. c. Epiſcopus. d.l.quod maior.vbi enim multa conſilia, ibi ſalus.Prouerb.cap.40.ſic & Symachus lib.4.Epiſtola.Ep.27.Legem curiæ Romanæ illam eſſe ſcribit, vt maioris numeri antiſtet authoritas.& lib.2.Epiſt.36.*Ipſa ad te miſi bonis probata* (ait) *ſed numero fortaſſe uincenda* cuius moris elegãtiſſimis verſibus meminit Prudentius li.1. contra Symacum.

*Si conſulta patrum ſubſiſtere conſcriptorũ*
*Non aliter licitũ priſco ſub tempore, quã ſi*
*Tercẽtum ſenſiſſe ſenes legerẽtur in unum,*
*Seruemus leges patrias. Infirma minoris*
*Vox cedat numeri, paruaq; ĩ parte ſileſcat.*

In quibus verſibus adnotandum eſt tercẽtos ſenes fuiſſe. Senatui additos ex equeſtri ordine vt ſcribit Pluta.in uita C. Grachi.de qua re etiam meminit doctiſs. Menochius in ſuo eleganti opere de arb.iud. c.1.q.2.n.2.De hac vero Romanæ curiæ lege meminit apud Ciceronem Cælius libro 8.Epiſto.Ep.8.cuius illa verba refert, *quod eorum iudiciũ maior pars iudicarit, id ius ratumq; eſto* Hinc referri ad uniuerſos,quod publice per maiorẽ partem fit I C.ſcribit in l.aliud.§.refert.ff.de re iud. Moti fortaſſe fuerunt hi patres, qui ante nos ita ſtatuerunt, quia iudicia omnia a Deo.Opt.Max.dependeant.cor.enim Regum,ideſt iudicium in manu Dei eſt, & quandoque abſcondit Secreta a ſapientibus,& ea reuelat paruulis, vt habemus in exemplo Daniellis.c.12.ſuſcitauit Dominus Spiritum ſanctum pueri iunioribus, cuius nomen Daniel. Spiritus enim vbi vult ſpirat,& mirabiliter operatur.Sapie. 12.& Pſa.142.

Sed dubium eſt,†quod ſi numeros Senatorum,& Præſidum redditur par, nempe quando ſunt octo,uel duodecim.& ex illis quatuor uel ſex ſunt vnius opinionis alii vero alterius opinionis, vt quandoque euenit,inter pares enim numero iudices facile diſſentitur.l.item.ſi unus.§.principaliter.ff.de recep.arb.& natura hominum prona eſt ad diſſentiendum.l. quia poterat.D.ad Treb ca.ſuper literis de reſcript.glo.c fin.63 diſtinct.Cagnol.in l. 2. nu.143.ff.de orig.iur. Iuxta illud comici in Phorm.vbi ex tribus Conſultori. vnus ait,alter negat,tertius deliberandum cenſet,& tot capita,tot ſententiæ. Et Horat. lib.1.ſermo.ſatyra.1.quot capitum, tot ſtudiorum millia, & in his magis quandoque creditur vni quã alij,& inter Theologos magis creditur authoritati Auguſtini.Alberi.in l.1.nume.3.C.de veter. iur. enuclean.Quod nõ ſolum in profeſſione Legali,ſed in philoſophia, ac Theologia, & in alijs ſcientijs, in quibus ingenium, & iudicium præualet, contingit; Nullus enim uult ingenio alij cedere. Vnde Martial.

*Aurũ,& opes,et rura tibi donabit amicus,*
*Qui uelit ingenio cedere,nullus erit.*

Sicuti enim quilibet homo uelle habet ſuum, & uarij hominum mores ſunt, ita & natura Duce in uarias ſententias ferri aliquando neceſſe eſt.Hinc Ouid.

*Pectorib.mores tot sũt,quot in orbe figuræ.*

Et Perſius in Satyris.

*Mille hominũ ſpecies.& rerũ diſcolor uſus.*
*Velle ſuum cuiq; eſt,nec uoto uiuitur uno.*

4 Hoc igitur caſu † quæſitum fuit, an ille,q. præeſt Senatui teneatur præferre votum ſuum iuxta uota pluriũ, an uero poſſit accedere in uoto pauciorum vel magis abſtinere.Videretur enim eum debere in plurium ſnĩam cõſentire, & ab illis trahi, quaſi quod tutior ſit illorum opinio, per ſupradicta.Veruntamẽ cum certum ſit illum debere uotum ſuũ proferre.l.de qua re.D.de re iudic.Et hoc etiam in arbitrarijs.Menoch.de arb.iud.lib.1.q.41.Eſt.n. hoc munus neceſſarium l.numerum.§.iudicandi.D.de mun.& honor.tenetur in iudicando proferre iuxta ſuam conſciẽtiã, & non dicere aiunt, aio,negant,nego.Põt enim ſua authoritate, & optimis adiutus rationibus,alios votãtes in ſuam trahere ſententiam,exemplo Panucij, de quo in c.Nicena.31.diſt.ubi gl.& non declinare debet iudex a veritate propter iudices uotantes cõtra ueritatẽ.Exod. c. 24. Gram. voto.32.n.10.quod ſi in pendente eſt animus,& quæſtio ſit ex eo genere, ꝙ Græci ἄπορον, vocant, i.inexplicabilis dicere debet.Non liquere,& hoc cum iuramento, tũc enim excuſatur d.l.Pomponius.& ita in caſu dubio dicit ſe feciſſe. Gell. lib. 14. cap.2.ex quo ſe abſolutum a iudicatu in caſu propoſito aſſerit.

Sed quid ſi accedat in uoto pauciorũ, & ex ſuo uoto reddatur par. numerus diſſentientiũ,ita ut quatuor, uel ſex ſint pro una parte,& totidem pro alia. Quæ diuiſio uotorum nec præhænſibilis eſt, nec reprehendenda.c.ſi.62.diſt.Imo nec noua.c.nec nouũ.8.q.1.c.noſce 63.diſ.Præſumitur enim unuſquiſq; hoc facere pro ſua conſcientia,& quilibet ubi bonus vir quomodo tunc erit iudicandum; uidetur enim tunc non poſſe ſententiam ferri, cũ par ſit numerus diſſentiẽtium, & antiqua formula pronuatiationis cum illis notis. N.L.ideſt nou liquere utendum eſſe, d.l.
3 Pomponius,† uerum ſtilus noſter inoleuit,& ita iam annis 40. quibus continue interfuit in hoc ſacro Senatu incõcuſſe obſeruatum fuit, ut feratur ſententia iuxta uotum illorum, cum quibus Præſes cõuenit, & ita obſeruari in Senatu Delphinatus teſtatur Fran.Marc.deci.5.lib.1.& clarius deciſ.465. lib.2.& ob iudicatum, &
* pronuntiatũ 12.uotũ Præſidis fuit in cauſa Iaini.1567.& nouiſſime me Preſidente in alia ſancti Michaelis 1584.& hoc cũ propter dignitatẽ officij, tum quia in eo non ſoleãt niſi ſeniores aſcribi, & in iudicando expertiores.ſicut enim Iudici in ciuitatum, & oppidorum conſilio quidam gratificationẽ,ſeu electionem concedũt, ut per Doct.in l.duo iudices.ff.de re iudi. Licentiatus de Piſa.in tracta. de cur. Piſa. lib.2.c.17. merito idem ius Præſidi uti ſublimiori concedendum erit.

6 Dubitatum tñ adhuc fuit, An hic† ſtilus Senatus ſit conformis iuri communi, quod uidetur ex cõſtitutione Theodoſii mox citanda, ubi dẽ autoritate Papiniani agitur, uerum; in hac qõne diſtinguendum arbitror,quando pares ſunt numero iudices,an ſimus in arbitris, uel in iudicibus,Primo caſu neutra ualebit ſententia. c.ſi.de re iud.ſed dabitur tertius a iudice, uel cogẽtur arbitri tertiam certam perſonã eligere,cuius authoritati pareatur, ut Vlpianus ait.in d.l.item ſi unus.§. principaliter de recep.arbit. Secundo uero caſu ſubdiſtinguendum eſt, utrum ſimus in iudicibus ordinariis uel delegatis, ut diſtinguit Panor.in c.prudentiam.nu.10.de off. & poteſta.iud.de leg.ſi in delegatis,ſeu datis erit ſentẽtia utraq; in ſuſpenſo, donec

ad delegantem reccurratur. l. iubemus ſi
qua.in fi.C.de appel.& c.fi.extra de re iu-
dic.ubi tex.eſt clarus,uel aditur quæſtor,
& nunc apud nos ī Dominio Sereniſſimi
Ducis noſtri adiretur, Magnus Cancella
rius l.in offerendis C.de appel.& hoc mo
do intelligitur l.duo ex tribus. D.de re iu-
di.ut dicit gl.in auth.in iudices nō expec.
Sacr.iuſſion.& eo caſu delegans eligit ſen
tentiam quam uult,ſecundum opinionē.
& dictum Alberi.in d.l.item ſi unus.§ itē.
ſi plures.in fi. D.de arbi.Duarē.ī d.l. duo.

Si uero ſumus in ordinarijs,tūc aut iſti
plures iudices repræsētāt diuerſas, & ſin
gulas perſonas, & iuſdicunt omnes ut ſin
guli, ut eſt in conſulibus Iuſtitiæ Perga
mi,aut aliarum ciuitatum,quemadmodū
exemplificat Alberi.in d.l. Pomponius.in
princ.& tunc non inſpicitur dignitas, uel
authoritas alicuius, ſed habetur ratio nu
meri,ita ut ſi patres ſint ī uoto, tunc illo
rum ſententia præualeat,quæ ꝓ reo erit,
quia fauorabiliore rei potius quam acto
res habentur,& ita decidit gl.in d.c. fi. de
ſenten.& re iudi.elegansq; exemplū Ore
ſtis abſoluti,hoc ī caſu.P. Faber. in l. fauo
rabiliores 126.de reg.iur.nobis proponit.
Idemq; in cauſa quacunq; fauorabili,pu
ta matrimonij,liberatis, dotis, teſtamen
ti,& ſimilibus,de quibus per Zaſ.in d.l. in
ter pares. iudicādum erit.d.c.fi.de re iud.
qui tex.ita intelligendus eſt cum d.l.inter
pares.l.ſi pars.D.de inoffi. teſta.l.lege Iu
lia.D.de manumiſ.Ita etiā intelligit Bar.
ī d.l.Pomponius. alias,ſi uni.Et ſequitur
7 ibi Imo.& alij. quamuis ego † exiſtimem
eo caſu,quādo uota ſunt paria, habenda
eſſe rationem dignitatis, per ea q̄ adducit
gl.in d.l.item ſi unus.§. principaliter. ubi
tertij arbitri,qui maioris authoritatis ſit,
ſi ab utroque diſcordet,ſententia prę uale
bit.& glo.ibi ſequitur Petrus de Rauenna
& Iac.de Arena, quē refert Alberi. ibi P.
Belluga.in ſpeculo Principum.rub.10.n.
13.in fi.licet alij teneant contra illam gl.

Nec obſtat d.l. inter pares & c.fi. quia
loquuntur qn̄ tales iudices ſunt oīno pa
res,ſ.numero & dignitate,ut infra dicam.

Aut tales ordinarii iudicant, vt uniuer
ſi, quia faciunt unum corpus,& unū col-
legium formatum,ut exemplificat Bar.in
c.canonicorum,uel in Collegio Decurio
num,& exemplificari poſſet apud nos in
Rota Romana,uel Florentina, & ſimilib.
aut in Senatu noſtro,uel alio, in quo unū
corpus repręſentatur,cuius Præſes eſt ca
put,& tūc aut iſti iudices ſunt eiuſdem, &
paris dignitatis, ut eſt in Rota Bononien
ſi,Florentina,Lucana,Genuenſi, & ſimili-
bus,ubi omnes iudices Rotæ ſunt eiuſdē
dignitatis nec inter eos caput eſt, forte
ſimul,& eodem tempore eliguntur,ita ut
nulla ſit prærogatiua temporis in officio
& tūc procedat adhuc tex.in d. l.inter pa
res.& in d.c.fi.de re iud. Aut ſunt diſpares
dignitate, ut quia aliqui ex eis ſunt anti
quiores in illo Collegio, aut inter eos eſt
unus Præſes, uel plures, ut eſt in Senatu
noſtro, & in Galia, ac aliis prouinciis, &
8 tunc data paritate uocum in numero † il
la dicetur maior pars,quæ eſt dignior, &
antiquior,ut tenet Bart.in d l.Ponponius.
cuius dictum notabile, & menti tenendū
dicit Abb.in d.c. prudentiam.& glo.in d.
§.principaliter.ſupra relata, & in c.in ge-
nerali.in uerbo,ad zelum.de elect.& hāc
ſententiam tenet Azo.& glo.in d.l. Pom
ponius in fi. & ſequitur Iac. de Rauen. &
quamuis Abb. in d.c. prudentiam teneat
contrarium, & uelit requiri utrunque co-
pulatiue,ſcilicet maiorem in numero, &
digniorem authoritate,& contra Bart. ui
deatur tenere.Ioā.de Imo.in d.l. Pompo
nius.col.2.in gl.2.Alber. ibidē.nu. 2.Zaſ.
in d.l.inter pares.nu. 5.illa forte ratione
moti,quam in d.l.Pōponius.adfert Franc.
Duaren.ne cōtentiones oriantur inter iu
dices de ipſorum dignitate, & cōditione.
Item contra Bar.dici poſſit, quod ubi ma
ior numerus,ibi melior, & ſanior ſenten
tia præſumatur.Abb.in c.eccleſia 2.nu.4.
de elec.per c.prudentiā.de off.de leg.Præ
poſi.in c.in canonicis, 19.diſt.Tamē pro
opinione Bartoli, quam ueriorē arbitror,
facit, quod dicit Alberic.qui fuit magnus
practicus,in d.l.inter pares. in fi.ubi uult,
quod ſi ſunt duo iudices ordinarii, & pro
ferant diuerſas ſententias; ſtetur ſētentiæ
antiquioris,per not.in c.hoc ipſum.33.q.
2.& hanc enim opinionem, quod in pari
numero inſpiciatur autoritas grauiorum,
& ſeniorū,tenet Azo.& Pomp. in addit.
ad Bar.in d.l.quod maior.D.ad munic.in
litera A.in pen.limita.Idem uidetur uelle
Io.de Imo.in d.l.Pomponius. uer.in 2. gl.
Additio marginalis ad tex.ī d.l. quod ma





ior.ſic in pari numero doctorū in Anglia,
cæteris opinio Bartoli præfertur, ut in ad
dit.ad Abb.in c.1.nu.15.de conſti. Sic in
ter Iuriſconſultorum antiquorum uarias
una de re ſententias illa ualebat & præfe
rebatur,in qua excellentiſſimi ingenii uir
Papinianus erat,ex conſtitutione Impera
torum Theodoſii, & Valentiniani l. uni-
ca.tit.4.lib.2.C.de Theodoſia. Cuiac.lib.
12.obſeruat.c 16.quod quidem tunc ua-
lere Imperatores uoluerunt, ſi numerus
æqualis diſcentientium ſit, ut in ultima
quæſtione propoſuimus, alias potiorem
numerum Authorum in diuerſis ſenten
tiis uincere ſcripſerunt, cuius conſtitutio
nis uerba, quoniam ad quæſtionem hanc
noſtram ſpectare omnino mihi uiſa ſunt,
ut ſingularia hic ſubicere uolui.

Papiniani,Pauli,Gaij(*inquiūt*)Vl
piani,atq; Modeſtini ſcripta uni-
uerſa firmamus, ita ut Caiū,atq;
Paulum,Vlpianū,& cæteros co-
mittet authoritas lectionis, quæ
ex omni opere recitat.Eorū quo
que ſcientiam, quorū tractatus,
atq; ſentētias ꝓdicti omnes ſuis
operib. miſcuerūt,ratā eſſe cēſe
mus, ut Scæuole,Sabini, Iuliani,
atque Marcelli, omniumq; quos
illi celebrarunt.Si tamē eorum li
bri propter antiquitatis incertū
Codicū collatione firmētur. Vbi
autē diuerſæ ſententiæ proferun
tur potior numerus uincat autho
rum, Vel ſi numerus ęqualis ſit,
eius partis ꝓcedat authoritas,in
qua excellētis īgenii uir Papinia
nus emineat,q ut ſingulos uincit
ita cedi duobus.Notas etiā Pau
li,atq; Vlpiani in Papiniani cor-
pus factas, ſicut dudum ſtatutū
eſt,ꝓcipimus infirmari.Vbi autē
pares eorum ſententiæ recitant
quorum par cēſetur authoritas,
ꝙ ſequi debeat, eligat modera-
tio iudicantis. Pauli quoq; ſentē
tias ſēper ualere pręcipimus, &
cætera.Dat.VII.Id. Nouemb.Ra
uennæ,Theodoſio Augurio VII.
& Valentiniano.II.COSS.

Pro hac etiam opinione facit tex.in c.gra
tum de poſtul.prælat.c dudum.& c. ſcri-
ptum.de elect.c.quia propter.in princ. &
c.eccleſia eo.tit.de elect. gl. in c. ingreſſi.
uer.ad zelum. e.tit.l.1.§.ſed neq; ex mul
titudine.C.de uete.iur.enuclean. Dignita
tem uero pro numero ſupplere exiſtimo,
iux.glo.in c.in canonicis.19.diſt.Nam di-
citur aliquando maior pars ratione digni
tatis præſentium. de teſtib. & hanc opi
nionem ſequentes,exponunt particulam
& pro ideſt.Innoc.in d.c.qua propter. &
Compoſtellan.in d.c.eccleſia.Boer.in ad
dit.ad Mandagotum.de ele.q.21.gl.com
munis in d.c. eccleſia. 2. quamuis contra-
rium dicat.Fel.in c.quia omnes.col.12.li-
mitat.13.itaq; ſi uelimus retinere opinio-
nem contra Bart. quod inſpiciatur nume
rus non dignitas,intelligenda eſt, & limi-
tanda procedere,quādo numerus in mul-
to excedit,ſecus ī modico.Archid.in c. in
canonicis 19.diſt.Itē niſi talis dignitas eſ-
ſet ualde excellēs.Præp.in d. c. in canoni
cis.numerus uero tunc excedere dicitur,
eundem Præpoſitū, qn̄ eſt duplo maior.

Quod autem dicitur ab aliquibus præ
ſertim Panor.in d.c.prudentiam, copula-
tiue requiri maiorem,& ſaniorē partem,
procedit in actibus canonicis, & eccleſia-
ſticis,ſecus uero eſt in aliis. Præpoſ. in d.
c.in canonicis.ubi ponit rationem.Iac.de
S.Georg.in l.maiorem.1.lect.nu.4.D. de
pact.ubi reprobat dictum Compoſtellan.
In ſecularib. uero diſtinguitur, utrum ſi
mus in terris eccleſię,& tunc utrunque re
quiritur,in aliis ſecus iux.Præpo.in d.c. in
canonicis per l.nominationum.C.de de
curio.lib.10.ubi Rebuff. Dignior autem
his in caſibus dicitur antiquior pars c.hoc
ipſum.33.q.2.& ſententia plurium non
præualet,quando expreſſe omnium non
ſenſus requiritur.Alber.in d.l.duo ex tri
bus.Fel. in d.c.cum omnes.col.13.per ca.
non poteſt.de re iud.

Sit igitur regula ex his omnibus, quod
in æquali numero cauſa præualet dignita
tis,Iaſ.d.l.inter pares.nu.6. tex. in l. ma-
iorem.de pac.& in l.fi.D.de priuile. cred.
unde dicēdum erit ſtylum hunc Senatus

eſſe conformem iuri communi, ideo ob
9 ſeruari debere prout in ſimili † ſtilum iudiciorum obſeruandum dicit D. Ozaſ. deciſ. 22. nu. 6. per tex. in l. fin. C. de iniur. & debent in curijs ſolitus, & antiquus ſtylus ſemper ſeruari, ut dicit Bar. in l. Iuriſperitos. D. de excuſat. tut. Cyn. in l. 2. C. q ſit longa conſuetudo ſtylus enim facit ius. Dec. conſ. 699. n. 5. & ſtylus curiæ pro lege ſeruandus. Rebu. de conſuet. art. 2. gl. 13. nu. 22. Hincque iudicem contra ſtylũ iudicantem litem ſuam facere, uoluit Neuiza conſ. 61. nu. 16. & plures allegat Ioſeph. Cum. in Ritu magnæ cur. in prælud. nu. 53. & ob id hunc ſtilum confirmauit Senatus in ſupra d. cauſa S. Michaelis pro ut eo iure ſemp uſus fuit, & cẽſuit obſeruandũ in poſterũ 1584. Menſe Nouemb.

10 Quid ſi plures † ſunt iudices, & aliqui in 5. aliqui in 10. alij in 15. condemnant, uide quæ dicit Ia. in d. inter pares num. 7. & uide glo. in c. 1. de arb. in 6. Et hoc caſu ſolet Senatus iudicare cum his, qui in 10. condemnant. Iuxta Aliciati ſententiam, quam tamen impugnat Cuiac. lib. 12. obſeruat. ca. 16. & imo, quod in 5. condemnandus ſit, eſt tex. in l. diem. §. inde quæritur, de recep. arb. de cuius intellectu plura Io. Garſias in tract. de expen. & melior at. ult. nu. 8. & de hac. q. uide Alber. Galeotti in ſuã margarita. c. 12. nu. 9.

11 Sed quid ſi ſint duo Senatus, † in quorũ uno ſũt 10. Senatores, in alio 15. dic, quod unuſquiſq; Senatus facit unũ corpus, nec inſpicitur diſparitas numeri. Et tantũ ponderat Senatus minoris numeri, quantum alius maioris, p gl. in c. paſtoralis de reſcr.

12 Quod uero ſi ſint 11. iudices † in cauſa quæ uertitur intra tres partes diuerſas & 5. iudicãt pro una 4. pro alia, & 2. & p 3. dic non ualere ſententiã, quia maior pars non conſenſit in aliquo. Ita tenet Spec. de ſententia. § iuxta. nu. 3. Et ita licet in terminis ſupra relatæ. q. ſententiam illã, qua 7 iudices de reo cognoſcẽtes proferebãt quam Iulianus Rhetor apud Gell. lib. 9. c. 15. proponebat in ſuſpenſo remanere, & neutram ualere ſententiam dictum fuit, donec aptus iudicium numerus in unã aliquam ſententiam conueniat, id eſt ex eis ad minimum quatuor conueniat, uel iudex alius addatur. l. duo iudices de re iud. Et ita non male meo iudicio ſentit nouiſ. Robertus Titius Burgen. lib. 1. locorũ controuer. c. 1. licet dici poſſet in hac q fauore rei iudicandum, cum quatuor ex ſeptẽ in illo conueniant, ut a morte liberetur, per tex. in d. l. inter pares. D. de re iudi. na illi qui cenſuerunt exilio mulctandum, & alij duo qui in pecuniaria mulcta condemnarunt in illo conueniunt, ut non ſit ultimo ſupplicio puniendus, ut ſupra proxima quæſtione dixi in ciuilibus ex ſtylo Senatus ſeruari, & ita etiam in cauſis criminalibus obſeruatur.

13 Hinc tamen † ſtylus Senatus, ut in pari numero præponderent ſententia illorum cum quibus Præſes conuenit. habet tantũ locum in cauſis ciuilibus etiam priuilegiati ſecus uero in cauſis, criminalib. in quibus ſi par ſit numerus, ſolet Senatus iudicare pro abſolutione, aut pro mitiori pœna aut ſententiã differre, iuxta illud. *Nulla unquam de uita hominis cunctatio longa eſt.* & faciliores eſſe debemus ad liberandum quam ad condemnandum. l. abſentem. D. de pæn. faciunt, quæ dicit Ia. in l. 2. nu. 40. ſi quis in ius uoc. non ierit. ubi ſi diuerſæ ſunt opiniones, ſtatur p abſolutione p l. ſãctio legũ. & l. interpretatione d. tit. de pœn. & ita ſemper obſeruatũ eſt.

Caueant uero Domini Senatores ne faciles ſint ad reuelandũ uota Senatus, nã peſſimi exempli res eſt; & huius gradus indigna, memoriæq; ſemper repetant Papirij illius iuuenis mirabile exẽplũ, qui matris licet minis, & uerberib. actus uota Senatus minime pãdere uoluit. Pœnã enim capitali plectuntur ſecreta Principis uel concilij reuelantes, & pœna falſi hoc reuelatores puniendos. Marſi. conſi. 1. nu. 3. & 4. uol. 1. ſcribit, & refert addit ad Bellungam in ſpeculo Principũ rub. lo. lit. A. in fine Marinum Frecciam eximiæ doctrinæ utrum e Senatorum uoto eiectum, eo quod uota Senatorum reuelaſſet.

## Sẽtentia Senatus, quæ ex uoto præſidis præualeat, an cæterarũ exẽplo media cautione executioni mandari poſſit.

### DECISIO II.

1 *Senatus ſententia æquiparatur ſententiæ præfecti prætorio.*
2 *Appellatione pendente nihil innouãdum.*

SEN



SENTENTIA Senatus debet executionem paratã, quamuis ab ea petita ſit reuiſio, & hoc eſt ſpeciale priuilegium conceſſum Senatui, ex decretis antiquis Caroli ſub rubri. Conſiliar & curia. cauſæ. c. 9. Et ex nouis conſtitutionibus Eman. Filiberti, ſub titu. *Delle appellationi, §. Dalle ſentenze.* Habet enim ſententiæ Senatus uim ſententiarũ
1 † a præfecto prætorio latarum, vt in Decretis antiquis Sabaud. Amedei. lib. 2. rub. 164. A ſententijs vtriuſque conſilii, &c. hocque iure merito, cum eadem in hoc ordine, quæ in præfacto prætorio, præſumptio vigeat de qua in l. 2. §. credidit. ff. de offic. præfec. pretor. ſententia uero præfecti pretorio habet executione media cautione. Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer. Et plures caſus cumulat Neuiz. de ſententijs Senatus cõſ. 70. in prin. ex quibus non impeditur executio.

Sed dubitatum fuit, quid ſi ea ſententia lata eſt per Senatum, in quo non omnes erant concordes, ſed præualuit ſententia vnius, vel erant pares numero, ſed præualuit illorum ſententia, pro qua ſtabat Præſes, (prout ex ſtylo curiæ noſtræ obſeruari ſupra tradidimus.) An hoc caſu interpoſita ſupplicatione. & reuiſione ſuperſedebitur ab executione. Et uidebatur dicẽdum eſſe ſuperſedendum, quia cũ illa ſententiam præualeat ex quodam priuilegio inducto per ſtilum, vt dixi proxima deciſione, & ex eodẽ priuilegio inductũ ſit ut eius ſententia æquipararetur ſententiæ præfecti prætorio. Priuilegia multiplicãda nõ ſunt, neque amplianda, vt ſtricti iuris. ca. porro. de conceſ. præben. alias priuilegiũ Senatui conceſſum traheretur ad ius commune, contra reg. c. conſtitutus. eo. tit. unde regulæ generali ſtandum eſſet. Appel-
2 latione † vel recurſu pendente nihil innouandum. toto tit. D. nil nouar. appel. penden. Et l. 1. in fi. ad Turpi. quam regulam exornant late Soci. in ſuis fallentiis regul. 21. Appellatione pendente. Et Mandoſius in tract. de inhibitio. q. 102. n. 4. & q. 105. & ſeq. Hieron. Manfred. de attenta concluſ. 131. 161. & 200. cum ſeq.

Ex aduerſo opponebatur, quod hæc ſẽtentia erat eiuſdem vigoris, ac ſi omnibus cõſentientibus data foret quo ad ſui ualiditatem, & cum ſententiæ Senatoriæ nomen obtineret, abſolutum uideretur, ſi ſuũ effectuum non conſequeretur, & ſi aliter obſeruaretur, fruſtratorius eſſet ſtilus ille Senatus, qui etiam iure cõmuni comprobatur, vt ſupra diximus.

Item dicebatur, vnicum duntaxat hic interuenire priuilegium, quod ſententia Præſidis præualeat a ſtilo inductum, cęterum ſententiam Senatus non ex priuilegio, ſed ex ipſius ſententiæ vi executionẽ habere, cum in iudicando in hac patria ſit loco præfecti prætorio, vnde ſicut ſententia prefecti pretorio habet executionem, ita & illa Senatus, media cautione ad formam d. Auth. quæ ſupplicatio. Et ſecundum hanc opinionem iudicatum fuit in cauſa Ceuenſi. Me præſide 1584. Menſe Nouembris.

## Virginem corrumpens, qua pœna puniendus ſit, & qualiter in dubio quis alicuius filius probetur, & quis partum alere teneatur.

### DECISIO III.

1 *Stupratori variæ pænæ antiquitus ſtatutæ.*
2 *Virginem corrumpens tenetur dotare.*
3 *Stuprator virginem ſtupratam deſponſare tenetur.*
*Et quæ hodie ſtupri pænæ ſint.*
4 *Mulier innupta pariẽs, & non probans filiũ eſſe alicuius certæ perſonæ, partum alere tenetur.*
5 *Muliere iuramentum in dubio referente, & viro iurare negante, ſtabitur iuramento mulieris in partu probando.*
6 *Pluribus rem cum muliere habentibus cuiuſnam filius natus eſſe præſumatur.*
7 *Vir tenetur partum ex ſe conceptum ſtatim alere.*

VIRGINIS ſtuprator qua pęna puniendus eſſet, quęſitum aliquãdo fuit. Et pro reſponſione aliquot cõcluſiones de iure veras proponendas duxi, ex quibus clara quæſtionis reſultabit deciſio, nõ ſolum circa hunc, ſed etiã circa alia, quæ dici poſſent, & de quibus dubitari contingeret.

 Prima

Prima eſt cõclusio,quod† uirginis ſtu
1 prator antiquitus iure Rom.& ante legẽ
Iuliam a Cæſare latam, ſiue donis,& præ
mio blãditijs uel uirginem ad defloratio
nis conſenſum induxiſſet,ſiue etiam illa
inuita ſtuprata fuiſſet,pæna capitis afficie
batur.§.item.l. Iulia. Inſti.de publi. iud.
Clar.in §.ſtuprum.in uerſ.ſed quęro.in fi.
quæ pœna tanquam a nulla lege inducta
extraordinaria dicitur.l.1.§.qui puero.D.
de extraor. crim.Poſtea uero lege. Iulia la
ta,illa fuit irrogata mitior pæna, ut ſi ho
neſti ſint,& nobiles publicationem partis
dimidiæ bonorum. ſi humiles corporis
coerctionem cum relegatione patiantur,
modo ſtuprum ſine raptu factum fuerit.
§.eadem lege.Inſti.de publ.iud. Differen
tia enim a iuris authoribus inter ſtuprum
& raptum conſtituitur,ut dicemus ſuo lo
co.De iure uero Saxonum,& iuxta aliarũ
gentium conſuetudinem quę ſponte ſtu-
prata fuerat,una cum ſtuprante cremaba
tur,uel, uiua ſepeliebatur, & ſtrupator ſu
per eius corpus crucifigebatur, & aliis hu
iuſcemodi pænis afficiebantur, de quibus
per Bermõdum Chouer.in tract.de pub.
concub.ſub rub.de ſtupro num.9.legibus
VViſigotorum nullam aliam pænam ſtu-
prator patiebatur niſi quod toto uitę ſuæ
tempore prohibebatur uxorem dicere,ut
legitur in lib. illarum legum. 3.titul. 4.de
adulte.l.14.& multa refert Alex.ab Alex.
Gen.di.lib.4 c.1.

Secunda conclusio eſt,quod de iure ca
2 nonico † corrumpens Virginam tenetur
eam de bonis ſuis dotare c.1.de adult. &
ita ueteri lege cauebatur.Exo.& Deuter.
22.quod procedit,etiamſi corrumpẽs ne
garet illa fuiſſe uirginem, ſecundũ Abb.
in d.c.1.quia pręſumitur uirgo,ut ex com
muni dicit Clar.ib.5.ſententiarum.§.ſtu
prum.uer.ſed pone,niſi ſtruprator proba
ret, ꝙ tempore,quo eam cognouit, fuit
ab alio cognita.Io.de Anan.d.c.1.nu.3.&
in dubio ſtabitur magis dicto ipſius puel
læ ut tradunt omnes in d.c.1.Bermondus
Chouer.d.loco.n.10.niſi adſint coniectu
rę,& præſumptiones in cõtrarium, ut tra *
dit Pariſ.cõſil 160.n.28.libro.4. Quod ſi
remiſſionem iſtius.dotis ſtruprator a puel
la, & eius parentibus impetrauerit,ab hac
pæna liberabitur,modo remiſſio dolo,uel
metu, aut ui extorta non fuerit. Chouer.
dicto loco.nu.4.Quarta uero dos eſſe dẽ
beat,& cuius perſonæ qualitas inſpiciẽda
cenſuit alias Excellentiſſimus Senatus a-
pud Do.Ozaſcum deci.107.& eam arbi-
trio iudicis moderandam exiſtimo habi-
tatione nobilitatis,ſtatus,& qualitatis pue
læ,& diuitiarum rei.

3 Tertia eſt cõclusio,† quod ſtuprans uir
ginem ſi ipſa,& pater eius conſentiunt te
netur illam in uxorem ducere, ut eſt tex.
in c.2.de adult.cum gl in d.c.1.& d.c.22.
Exo.etiam ſine dote,vt ſcribit Neuiza.in
ſil.nupt.lib.3.nu.21.quam tamen ipſe ſtu
prator de ius propriis bonis conſtituer,
antequam matrimonium contrahat.Abb.
d.c.1.n.3.Et ſi nolit deſponſare,punietur
ultra dotẽ pęna corporali ſeu pecuniaria
d.c.2.vbi Doctores.de adulte. quæ pæna
ſiue ordinaria,ſiue extraordinaria ſit, arbi
trio iudicis relinquetur.ut dicit Paul.Gail
land.in tract.de pæn.omniſar.coit. illici.
q.7.n.3.in fi.

Quarta conclusio ſequitur,quod ſi uir-
go,quę deflorata eſt,nõ ſit honeſtæ uitæ,
uel uilis perſona,tunc ſtuprator non tene
tur illam dotare,aut vxorem ducere neq;
incurrit pænam aliquam.per tex.in l.quæ
adulterium.in fi.verſ.hæ autem.C.ad leg.
Iul.de adult. & ita in terminis conſuluit
Pariſ.d.conſi.160.per totum.lib.4. Burſa.
conſi.69.nu.13.li.1.qualiter vero inhone
ſtas vitę probetur,tradit Cephal. conſilio
140.li.1.

Quinta eſt conclusio,quod licet multę
pęnæ ſtupratoribus alias fuerint impoſi-
tæ,& aliquando iuris ciuilis, ſeu legis Iu-
lię diſpoſitionem obſeruari, quidã volue
rint,dicentes diſpoſitionem illorum,ca.1.
& 2.de adul.procedere ſolum in terris ec
cleſiæ,non autem in locis Imperii, ut no-
uiſſime pręceteris uoluit Ludou.a Pegue
ra Hiſpan.deci.crim.c.42.num.5.Tamen
hodie de cõſuetudine nulla alia pæna ſtu
prantibus irrogatur,quam vt, vel ducant
ſtupratam in vxorem,vel condecenter do
tent,de qua conſuetudine in multis locis
uigente teſtatur Clar.in d.§.ſtruprum. &
ita in hac patria ſolet practicari,neque vn
quam pro ſimplici ſtupro pęna mortis ſo
let imponi Mattheſil.notab.100. Gram.
uoto 17.nu.2.ubi tamen aliter ſentit quã
do ſæpius tale delictũ cum diuerſis puel
lis fuiſſet commiſſum, uel eſſet perſona
uilis,

uilis, quæ mobilem puellã defloraſſet, ar
gu.l.1.de mul.quæ ſe prop.ſer. uel tutor
pupillam.l.1.C.ſi quis eam.cu.tut.eſt cor
rup.Verum in foro conſcientiæ, ſi uirgo
ſeducta ſub ſpe matrimonij fuerit a viro
non coniugato,crederem illum non eſſe
tutum, neque abſolutione dignum, niſi
promiſſa adimplerẽt,vel corruptam indu
ceret,vt media dote alias requirere nuptias
contrẽta eſſet,vt innuere videtur Bermon
dus Chouer.dicto loco nu.16. & interim
pœna ſalutaris hodie a Sacerdote iniũgi-
tur,quam ſeptẽ annorum eſſe uoluit Me
noc.de arbit.iud.li.2.centur. 3.caſ. 288.
ſed magis arbitrio ſacerdotis approbati
ego relinquendã credo, vt dicit Chouer.
dicto loco,n.18.

4 Sexta ſuccedit conclusio,† quod ſi mu
lier innupta ex tali coitu concipiat, & pa-
riat, dicatque partum eſſe alicuius certæ
perſonæ,& ita iuret,ille vero neget ſe ha
buiſſe rem cum illa muliere,& filium non
eſſe ex ſe cõceptum,tenebitur mulier ale
re filium,nec ſtabitur eius dicto etiam iu-
rato.Et ita expreſſe conſuluit Ale.in con
ſil.157.circa primũ libr.5.& hoc eſſe me
morabile dictum Bal.in conſ.437. li. vlt.
dicit Catellan. Cotta inter memoralia in
verbo, hęres ſuus,& de hac conclusione
plura Boer.dec.299.

Septima regula eſt, quod ſi vir cõfitea
tur ſe habuiſſe rem cum illa,ſed partũ nõ
eſſe ſuum,quia etiam cum aliis viris con-
cubuit, tunc ſtaretur iuramẽto mulieris,
quod partus eſſet illius uiri, cuius ipſa eſ-
ſe dicit,niſi vir clare probaret, quod alij
habuiſſent rẽ cum ea ita quod poſſet ve
riſimiliter eſſe aliarum filius. ita etiam te
net Alex.d.cõſ.157.quæ probatio clarior
reſultaret ſi illam continuo iuuenes, &
ſcholares interdiu,& noctu,ad ſe admiſiſ
ſe conſtaret.iux.Bald.in l.neque natales,
* C.de probat.& ita cẽſuit Senatus in quę
dam cauſa Riparoli 1575.

Octaua eſt conclusio,quod ſtantib. di
5 ctis ſupra in ſexta concluſione, † ſi mulier
neſcit qualiter probare filium eſſe illus
uiri, nec poteſt probare illum habuiſſe
rem ſecum,tunc poteſt mulier deferre il
li viro iuramentum, vt vel iuret, quod
nõ habuit rem cum ipſa,vel referat, & ip
ſo non iurante ſtabitur iuramento mulie-
ris,ſed ſi mulier haberet alias ꝓbationes
puta, quod ipſa palam, & multis id con
feſſa eſſet,& alia adminicula, tunc præſu
meretur filium eſſe illius,niſi ipſe econtra
rio probet,quod alij habuiſſent rem cum
illa,vt dixi ſupra in 7.concluſ.

6 Sed maxima difficultas eſt,† quando
eueniret caſus, ꝙ fateretur,vel alio mo-
do probaretur plures habuiſſe rem cũ mu
liere,& a quouis iſtorum veriſimiliter po
tuiſſet partum cõcipere, quid ſtatuendũ?
& breuiter dico,quod uiris negantib.par-
tum agnoſcere,tunc ſtaretur, iuramento
matris dicẽtis eſſe filium talis, præſertim
aliis coniecturis concurrentibus, vt quia
effigie illum referret, quem mater nomi
nat,ut uoluit Alc.li.9.παρεργον,c.12. ſolet
enim plerunque filius ſimilis eſſe patri.gl.
in §.qui mancipia.l.quod ſi nolit. D. de
ędil.edic.& late Tiraq.ll.connub.7.n.37.
qui plures in hoc citat, & multa ad hoc
congerit Menoch.li.2.de arbi.iud.caſ.89.
nu.97.facitque illud Didonis apud Virg.
4.Aeneid.

*Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet*
*Ante fugã ſuboles,quis mihi paruulus aula.*
*Luderet Aeneas,qui te tãtum ore referret.*

Et aliis multis in locis apud Poetas, & ex
tat plenum iſtiuſmodi cõiecturę epigram
ma apud Martial.li.6.quod eſt in cinnam
conſcriptum illis uerbis.

*Pater ex Marulla,cinna factus es ſeptem.*
*Materna produnt capitibus ſuis furta,*
& quę ſequuntur.

Et ſi hic uir quem mulier nominat publi
ce,aut ſaltem priuatim, multis uel duob.
aut tribus confeſſus eſſet,quod illam mu
lierem, de cuius partu diſcepatio eſt, co-
gnouit, facile ex ſupra ſcriptis decidi poſ
ſet partum eſſe ſuum,ad quod eſſent exa-
minandi illi, quibus ipſe id faſſus eſt, &
alii,qui talem copulã ſciunt,qui ſi depo-
nere nollent,poſſent ad id uia monitoria
lium compelli,alias in uanum mulier la
borat,nec deficit illi ius ſed probatio.

7 Dubium autem erat, † quid ſi proba
tum ſit illum quem mulier nominat, eſ-
ſe patrem nati filii,an teneatur illum ale-
re?Dubietas oriebatur ex iuris ciuilis re-
gula,qua cauetur patrem filium ſpurium
alere

alere non teneri. Authe.ex complexu. C.
de inceſt.nupt.& quod mater ipſa alimen
ta ſpurijs dare teneatur ſcribit Spec. in ti.
qui fil.ſint legit.nu.17.part.4 per text. in
l.ſi quis a liberatis,§.vtrũ autem. & §.idẽ
reſcripſit.ff.de.liber.agnoſcen.& tenet Ia
cobin.in l.hæres abſens.§.ſi quis tutelam.
num.41.ff.de iud. Verum cum hæc quæ-
ſtio verteretur in Senatu fuit per Domi-
nos concluſum,quod vir teneretur partui
alimenta ſoluere,ac etiam ipſi matri. iux.
Barto.in d.§.vtrum autem.nume.2. & in
ſuo tract.de alimen.numer.17. qui ex di-
ſpoſitione iuris canonici hoc procedere
concludit.ca.cum haberet.de eo, qui dux
in matrimo.quam poll.per adulter. quod
caput licet Alex.conſi.74.num.3.lib.3. di
cat in hoc caſu non ſeruari in terris Impe
rij,tamen magis eſt ut etiam in foro ſecu
lari illud procedat , vt ibi poſt multos te-
nent Moder.Pariſien.& nouiſſime Hiſpa-
nus Antonius Corduba.in d.l. ſi quis a li-
beris.§.idem reſcripſit.num. 17. Euerard.
in loco ab alimen.ad dotem.col.2.Aduer
tendum tamen,quod ille tex.in c.cum ha
beret.dicit matrem ſimul cum patre tene
ri hæc alimenta præſtare.vnde reſtringen
da eſſet illa deciſio Bar.quando mulier eſt
inops,nam tũc pater tenebitur omnia ali
menta ſoluere,vt per Bal.in l. ſed & ſi.§.
1.ff.ad exhiben.Sil.nupt.lib.3.nu.26.Cor
duba.in d.§. idem reſcripſit nu.37.& ma-
trem inopem alere,vt dicit Ioan.Roiaſ.in
Epito.ſucceſ.cap.22.nu.13.qui ita ſæpius
iudicatum aſſerit,quamuis alias in vxore
dicatur, quod debeat alere filium vſque
ad triennium.l.nec filium C.de pat.pote.
glo.fin.in d.c.cum haberet.ſed ibi alia eſt
ratio,quia ceſſat delictum ex parte uiri,
qui legitime cum illa concubuit. in caſu
autem iſto ſemper culpa eſt uiri, qui prę-
ſumitur ſeduxiſſe illam puellam. ut per
Doct.in d.c.2.de adu.

Sed cum de ſtupro quærimus,dubitari
etiam poſſet, quæ pæna illis imponenda
eſſet.qui virginem non viri potentem cor
rumpit.de hac quæſtione ſcripſi infra de-
ciſ.148.& vide Clar.in d.§.ſtuprum. ver-
ſicu.fuit aliquando.Menoch. de arbitrar.
iudic.libro 2.centur.3.caſ.294. Qualiter
vero ſtuprum probetur, tradit nouiſſime
Ioſeph.Maſcard.de probat.lib.3. litera S.
concluſ.1338.

Oppoſitio de iure tertii quan
do ualeat,& an in petitione hære
ditatis inſolidũ p cohæredẽ facta
poſſit opponi de iure alterius co
hæredis.

## DECISIO IIII.

*1 Oppoſitio de iure tertij quibus in caſibus ad*
*mittatur,& n.2.3.4.5.& 6.*
*7 Ius tertii ab eo cuius intereſt,ſemper alle*
*gari poteſt.*
*8 In petitione hæreditatis inſolidum per co*
*hæredem facta, an poſſit illi de iure alte*
*rius cohæredis opponi.*

OPPOSITIO de iure ter-
tii in iudicio facta regulari
ter non ſubſiſtit. l. loci cor-
pus.§.competit.vbi Bartol.
& Docto.ff ſi ſeruit.uindic.
l.ſi quis emptionis.§ ſin vero nullum. C.
de præſcriptio.30.annorum.late.Nat.cõ-
ſilio 419.num.11.Quod præſertim in ma
teria beneficiorum procedere tenuit An
charan.in conſilio 297.colum.6.in prin.
Sed multi caſus interpretibus. exami-
nantur in l.2.de except.rei iudic.in l.cum
ſeruum.C.de ſerui.fugi.& in l.indebiti.§.
ſed & ſi minimi.ff.de condi.indeb.ac mul
tis aliis in locis,in quibus hæc regula non
habet locum,quorum aliquos hic ſubtex
tui,ad clariorem huius regulæ intellectũ.

1 Primus eſt,† quando hæc exceptio adeo
ea de cauſa proponitur, vt in totum ius
agentis excludat, veluti in illa ſpecie ſi
actor petat a me fundum, & ego dico ſu
per eo nullum illi ius competere, qui ip-
ſe non eſt dominus,ſed Titius , aut alius,
vt expreſſe voluit Cyn.in dicta l. cum ſer
uum in fine.C.de ſerui.fugit.nam tunc li
cet opponam de iure,quod alius habet ſu
per fundo,tamen,quia excludo in totum
actorem a ſua petitione,ualere oppoſitio
per tex.in l.fi.C.de rei uend,Bar.in d.l.2.
de except.rei iudic.& in l.ſi rem alienam.
ff.ſol.matrim.

2 Secundus eſt caſus, † qñ ego in alicuius
ius ſucceſſi,& oppono cõtra agẽtẽ de iu.
illius tertii,tũc valet exceptio.Bar.ĩ d.l.2.
uer.& vt iſta materia.Ideq; Bal. cenſet in
quocũq; mãdato,& ceſſiõe.ĩ.d.l.cũ ſeruũ

Tertius.



3 Tertius caſus† proponi poterit in con
ductore,emphyteota. & feudi poſſeſſore
ac ſimilibus,qui contra agentem poterũt
de iure directi domini a quo ipſius habẽt
opponere.l.1.§.fi.ff.ſi ager uectigal.quam
tamen exceptionem tunc demum Barto.
uult procedere , ſi ille tertius de cuius iu-
re excipitur oppoſitioni conſentiat. in di
cta l.2.nume.1.Hincque, & poſſeſſor rei
emphyteoticę,uel feudalis poterit excipe
re de iure utilis domini a quo rem poſſi-
dendam habuit, ut idem Bar.tradit in fin.
d.l.2.Et nota.in l.2.C. de iure emphyteo.
& in d.l. indebiti.§.ſed, & ſi nummi.ubi
Bar.nu.13.Alex.nu.9.& Iaſ.nu.11 per gl.
ibi quam dicunt ualde mirabilem.

4 Quartus ſigni poteſt caſus† ĩ ipſomet
tertio actore qui de alicuius iure uult op-
ponere, nam tunc ualet oppoſitio modo
ius quod adducit plene probet,& ſit exclu
ſiuum iuris alterius.Socin.in d.l.2.colum.
2.uerſicu.ex quibus concluſionib. ff.de ex
cep.rei iudic. atque ita per Rotam Roma
nã deciſum fuit. 15. Maij 1551. teſte Do.
Paulo Aemilio Verrallo deciſ.254.par.3.
Litera l.

5 Sextus caſus huius exceptionis poni
põt in ſpecie donationis, & cenſus finiti,
de qua per Caſtrẽ.in conſil.367.ſuper eo
quod quæritur.nu.2.lib.1.

6 Sextus effingi poterit caſus† in fęmina
redimere ſeu alio quos titulo rem feuda
lem recuperare uolẽte,nam tunc poſſum
opponere , & excipere, ꝙ res eſt feudalis
& quod ipſa ex hoc nullũ in repetita ius
habere poterit.iux.doctr.Bart.in d.l.inde
biti.§.ſed & ſi nummi eſt enim hæc excep
tio in totum excluſiua iuris agentis, idem
in facti contigentia Excellentiſ. Senatus
hanc oppoſitionem admiſit , & ego obti-
nui in cauſa mea contra Comitiſſam Pol
longheriæ 1584.23. Iunij. probãdo bona
feudalia,& ipſum incapacem.

7 Denique† illud in quacũque materia
commune eſt,ut poſſit allegari ius tertij.
ab eo cuius intereſſe.Alexan.& Caſtr.in l.
ille a quo.§.ſi de teſt.ff.ad Trebel. Alben.
conſi 64.nu.3.

Sed pręter ſupraſcriptos caſus nota alium
qui uidetur dubius, & de quo maxima ali
quando in Senatu orta controuerſia fuit,
nec reperio illum in terminis examinarũ

8 †. Quidam petebat hæreditatem defuncti
inſolidum,opponebatur quod non pote
rat inſolidum petere , & quod nulla erat
actio, cum extarẽt alij choæredes, & per
ſonæ cum illo concurrentes , quæſitum
fuit,an reus recte opponeret,cum hęc op
poſitio eſſet de iure tertii.Pro actore ad-
ducebatur in primis doctr.Bartol.in dicta
l.2.de exceptio.rei iudic.in uerſicu. quan-
doque ius tertii.ubi dicitur,quod quando
oppoſito de iure tertii non eſt excluſiua
iuris gentis niſi ille tertius uelut tunc nõ
poteſt opponi, niſi facta declaratione per
illum tertium,exemplificando in emphy
teota rei opponitur,quod ceciderit in cõ
miſſum tamen talis oppoſitio non ualet
niſi tertius prius id petierit, per l.ſecunda
C.de iur. emphyteo. ut diximus ſupra in
tertio caſu.nam ut poſſit ad caducitatem
agi , requiritur declaratio ipſius Domini.
ut per Doct.in capitul.potuit de locat. &
conduc.Clarus.in §.emphyteoſis. quæſti.
9.ſi propoſito dicẽdum uidebatur in caſu
noſtro ex quo enim ius tertii non exclu-
dit agentem niſi ipſius tertij declaratione
ſecuta,nempe , ꝙ uelit adire , & ſic acqui
rat ſibi ius actu,& potentia,ut dicit Bald.
in Authen.qui rem.columna finali.C. de
ſacroſãct.eccleſ.& talis declaratio adhuc
non interuenit,& hęc oppoſitio fieri nõ
poterat , quia nullus alius eſt hæres ; cum
nullus adhuc adierit Dec.conſilio.633.nu
mero 4.

Secundo pro actore petente hæredita
tem contra excipientem faciunt,ea, quæ
in terminis huius exceptionis dicit Bald.
in dicta l.cum ſeruum.numer. 1. quod ex
cipiens dicatur agens actor uero non poſ
ſit de iure tertii opponere pręſertim cum
excipiẽtis non interſit , nam ſiue actor ſi
ue alius habeat ipſe illius portionis alteri
relictæ nũquam erit legitimus poſſeſſor,
unde nihil illi proderit hęc exceptio.

Tertio faciebat in caſu noſtro,quia hęc
oppoſitio non erat in tpe facta,cum dẽat
fieri a parte ante li.cont.cũ ſit dilatoria, &
impediens litis ingreſſum , ut per Alex.in
l.ille a quo.§.ſi de teſtõ col.1. ad Treb.Ab
ba.in c.ex parte num. 6.de teſtib.& in hac
oppoſ.requiritur mandatũ, ceſſio, uel ſuc
ceſſio, iux.Bal.in d.l.cum ſeruum.quæ cũ
hic nõ cõcurrant,fruſtatoria reddi dẽret.

In contrarium pro excipiente diceba
tur quod ualida erat oppoſitio, & ꝙ pote

rat

rat re⁹ dicer̃ actori, quo ad te liberas ędes habeo. l. loci corpus. §. cõpetit. ſi ſer. uind.

Primo, quia in hac materia non inſpicimus iniquum ius poſſidentis, ſed bonum ius agentis. l. fi. C. de rei uend. ubi Pau. de Caſt. no. quod poteſt quis opponere de iure tertii, quãdo eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure, ideſt, quia ex ipſa oppoſitione conſtat agentem ius non habere.

Secundo facit pro hac ſentẽtia text. in l. 1. §. 1. ubi Doctores. ff. ſi. pars hęred. pet. ubi ille qui petit hęreditatem, debet concludere ex perſona ſua, & iure quod ipſe habet, non autem ex perſona poſſeſſoris, immo ſi ex parte hæres ſit, partem petere debeat, ut dicit Spec. in tit. de act. ſeu peti. in prin. lib. 2. & ideo cum non cõſtet iſtũ agentem habere ius inſolidum, quinimo ex actis appareat de contrario, merito eſſet dicendum, illum a tali petitione excludendum fore quia actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de eden.

Tertio in hanc rem facit melior tex. in l. 2. d. tit. ſi pars hæred. peta. ubi clariſſima Iuriſconſul. uerba pro hac ſententia ſunt, quod qui petunt hæreditatem, nõ debẽt maiorem partem petere, quam habituri eſſent cæteris adeũtibus, nec eis proderit, ſi cæteris nõ adierint. Ideo ex his omnib. concludendum uideretur, hac oppoſitio de iure tertii a reo factam ſubſiſtere: nam & ſi obtineret cæteris poſtea hæredibus reſtituere cogendus eſſet, & dolo facit, qui petit, quod reſtituturus eſt, & hanc partẽ uidetur tenuiſſe Spec. in tit. de iudi. nu. 3. lib. 4. & expreſſius Caſtre. in d. l. 2. ſi pars hæred. pet. Agens enim ſaltem in hoc caſu concludere tenetur in libello, & petere declarari ſe hæredem inſolidum, uel pro parte ut dicit Ozaſ. deciſ. 74 nu. 4. & ita ſecundum hanc opinionem fuit iudicatum per Excellentiſſium Senatum in cauſa Dom. Ioan. Antonii, de Gatinaria. 1554. *

Ad contraria reſpondetur, & ad primũ quod ibi Bar. loquĩ in diuerſis terminis ſecundum. l. quam allegat. nam ibi non opponitur contra emphyteotam de iure tertii qa emphyteota adhuc remanet utilis dominus donec directus declaret eum cecidiſſe, ſed in caſu iſto agens nullum pænitus ius habet durante tempore quo poteſt alter adire. l. quandiu. la. 2. ff. de acquiren. hæredit.

Ad ea quæ dicit Bal. in d. l. cum ſeruũ reſpondet ibi idem Bal. illa nõ procedere quando exceptio eſt in totũ excluſiua iuris agẽtis, ut hæc eſt, nam iſte petit, quod ſuum non eſt, & in quo nullum penitus ius habet, & ideo melior interim erit conditio poſſidentis, & contra petitorem in his caſibus ſemper iudicari ſolet, §. commodum, Inſti. de interdic.

Ad tertium de eo quod hæc exceptio non fuit oppoſita ante litem conteſtatam Reſpondetur, quod contrarium tenet ibi idem Alexand. dicens, quod iudex debet etiam poſt litis conteſtationem hanc exceptionem admittere, & ſi alter faciat poterit pars appellare in dicto. §. fi. de teſtamento numer. 5. in fin. Præterea iſta non dicĩ ueræ oppoſitio de iure tertii, ſed de non iure agentis. ſufficit enim quod con- * ſtet ex actis alios extare, & ideo cẽſuit Senatus in dicta cauſa talem exceptionem colligi poſſe ex productis in actis, & hoc ſufficere, licet non eſſe nominatim oppoſita: Et quod dicitur rei opponentis non intereſſe, Reſpõdetur ſatis intereſſe quia ſit totam hęreditatem reſtituat huic actori poſſet ab alio cohęrendo moleſtiam pati qui portionem ſibi debitam recuperare intendit. Et quamuis non interuenerit ceſſio, aut ſucceſſio, uel mandatum, tamen quando eſt excluſiua iuris agentis ſemper opponi poterit, ut omnes in dicta l. cum ſeruum. & in dicta l. 2. concludunt. Et ampliatur hæc concluſio, etiamſi ſupereſſet parum temporis ad excludendos cohæredes prout erat in caſu, in quo iudicauimus, ubi deerant tantum 8. uel. 10. Menſes. ad. 30. annos complendos. Quod tamen fallit ſi adit quis hæreditatem de iure prætoria, quia tunc poſt lapſum 100. dierum poterit cohæres petere partem aliorum, quia accreſcit illi reuocabiliter ſecundum Alexand. in l. prima, columna penultima, C. quando nõ petentium par. quamuis ibi Cagnol. poſt alios per eum relatos contradicat, ſecus ſi ſuccederet. quis de iure ciuili, & ita in ſupradicta cauſa iudicatum extitit in qua plures aliæ quæſtiones diſcuſſę fuerunt. de quibus ui- * dendus Dom. Ozaſ. dici. 56.

Auue



## Auus maternus Patruum a nepotis ſucceſſione an excludat.

### DECISIO V.

1 *Aequalitas ſucceſſionibus eſt ſeruanda.*
2 *Auus eſt in ſecundo gradu inter aſcendentes, patruus in tertio.*
3 *Auus maternus a tutela patruum excludit.*
4 *Auus maternus patruũ a ſucceſſione nepotis excludit.*
5 *Succeſſionis cauſa, quando claudicare dicatur.*

PATRVVS Antonii defuncti an ſuccedat ipſi Antonio defuncto, exiſtẽte auo materno dubitatũ fuit, & uideretur primo dicẽdum patruum admittendum, quia regula eſt, quod actus aliquis claudicare non debet, l. præterea. D. man glo. in c. de illis. de deſponſa. impube. & c. 1. de eo, qui duxit in matrimon. quam pollu. per adulter. gl. in §. 1. in verſi. non obligantur. de authorita. tuto. per tex. in l. litigatores. §. penul. ff. de
1 arbit. † æqualitas enim ſemper ſeruanda eſt, præſertim in ſucceſſionibus dicit Ancharan. in conſil. 377. colum. 2. & uidetur tex. in l. ſi ab eo. C. de legit. hæredib. ſed ſic eſt, quod Antonius ſuccederet cum auo patruo defuncto. auhent. vt filii frater. in princ. glo. in auth. defuncto. C. ad Tertul. Ergo idem inter auum, & patruum in ſucceſſione nepotis ſeruandum eſſet.

Secundo pro patruo facit alia æquitatis ratio, quia magis conſentaneum, & ęquũ uidetur, ut patruus qui ex eadem familia eſt, & in quo ius familię, & nomen magis conſeruatur, nepoti ſuccederet, quam auus maternus, qui poſt mortem ſuam hanc nepotis ſucceſſionem ad hæredes alterius ſanguinis, & agnationis prorſuſque extraneos relinquere poterit, in hocque tacita, & præſumpta defunctorũ voluntas ſuum ſortire poſſet effectum, nam ſi teſtari potuiſſent propriam agnationẽ dubio procul extraneæ prætuliſſent, ſic enim vetuſtas maſculo plus dilexit. §. item uetuſtas, l. ſ. ff. de hær ab inteſt. *

Sed quod auus excluſo patruo veniat 5 admittendus ad hanc nepotis ſucceſſionem, aliorum ſententia fuit. Primo, quia
2 clarum eſt in iure noſtro, quod † patruus eſt in tertio gradu aſcendentium, auus verò in ſecundo. l. Iuriſconſultus. § ſecundo & §. tertio gradu. ff. de gradib. affini. certa verò iuris regula eſt, quod hęreditas ad proximiorem defertur. §. 1. authen. de hęred. ab inteſt. auth. defuncto. C. ad Senatuſconſul. Tertul. l. auunculo. C. commun. de ſucceſſio. quæ regula ex veteri legũ duodecim tabularũ fonte deſcẽdit, ergo auus tanquam proximior erit admittendus.

Secundo, quia ad quem tutela reddit, eo & hæreditas peruenit, l. 1. D. de legiti. tuto. §. fin. inſtit. de legit. patron. tute. Sed
2 † auus in tutela admitteretur excluſo patruo, vt late conſuluit Dec. conſilio 188. libro 1. contra quam voluerit Gozad. conſilio 54. qui tamen loquitur ſtante ſtatuto cognatorum excluſiuo. Nam iure nouiſſimo tam agnati, quam cognati hodie ad tutelam admittuntur, vt dic. Bar. in d. l. 1. D. de legi. tuto. Auus ergo ſicuti bonorum legitimus adminiſtrator in vita nepotis eſſet, ita & poſt mortem uti proximior hęreditatem obtinet.

Tertiò pro hac ſentẽtia uidetur tex. clarus in auth. poſt fratres. C. de legit. hered. ubi ſpeciale eſt, ut fratrum filii admittantur cum fratre defuncti, in aliis verò ſeruatur graduum prærogatiua, per quæ verba) ſecundum gradus prærogatiuam) excluditur, ne dici poſſit, quod vna perſona ſuccedat, ſeu ſubrogetur in locũ alterius, iux. Caſtren. in dicta Authen. poſt fratres, numer. 3, & quod illud ſit ſpeciale in filio fratris, vt admittatur ad ſucceſſionem cũ propinquiore, videtur uelle idem Caſtre. in auth. ceſſante. C. de leg. hęred. Dec. conſilio 1. num. 6. & quod aſcendentes omnibus præferãtur exceptis filiis fratrum, eſt tex. in §. ſi igitur. authen de hær. ab inteſt.
4 unde auus † patruum excluder a ſucceſſione iſtius nepotis, ut voluit Cyn. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. par. 2. in fi. Bal. in l. quicunque, numer. 11. C. de ſerui fugit. Dec. conſilio 71. colum. 3. lib. 1. uerſi. ſic etiam. Gozad. conſi. 54. nu. 1. & 10. uerſi. Non obſtant contraria. & ſecundũ hanc poſteriorem opinionem cenſuit Senatus 1556.

* Ad ſupradicta poteſt reſponderi. Et ad
5 † primum, quod dicitur ſucceſſionis cauſam

ſam

ſam non debere claudicare,ut procedat in
ter ipſos ſuccedentes,& niſi alius ſit in me
dio cuius reſpectu alter excludatur , exē-
pli gratia,filio ſuccedit nepos excluſo pa
tre ſeu auo, & tamē ſi decederet auus ſeu
pater ipſe filius ſucceſſiſſet, & ſic quamuis
pater expectet ſucceſſionem aui , tamen
auus non admittitur ad ſucceſſionem filij
ſui dum adeſt nepos, quia tertia illa perſo
na nepotis, quæ eſt in medio auum exclu
dit,ſic & idem in caſu iſto,media perſona
aui excludit patruū , quamuis ipſi patruo
ſu cceſſiſſet nepos ex fratre cū auo.auth.
vt frat. fil. & quod non ſit validum argu-
mentum a regula reciprocationis tenet in
ſimili Curt.ſen. conſ.46. habita diligenti.

Ad ſecundum reſpondetur,quòd leges
potius proximitatem ſanguinis, quàm ge
nus , & familiam in ſucceſſionibus ab in-
teſtato deferendis proſpexerūt ideo quā-
uis antiquitus agnati , q virilis ſexus ſunt ,
cæteris cognatis prᴂferrentur in ſucceſſio
ne tanquam prᴂdilecti,tamen Iuſtinianus
hāc diſpoſitionem penitus abrogauit,om
ni ſexus differentia ſublata.§. nullam ve-
rò.auth.de hᴂr.ab inteſtat.auth. ceſſante,
& auth.poſt fratres.C.de legi.hᴂr. §.item
vetuſtas,Inſtit.de hær.quæ ab inteſt. licèt
Iuſtinianus hac in re nimis contra morien
tium præſumptam voluntatem cognatis
fauere viſus ſit.

## Iudex recuſatus vt ſuſpectus, in cauſa ſuſpitionis interrogari poſſit,ut veritatē dicat.Et quando id locum habeat.

*DECISIO VI.*

1 *Iudex recuſatus non poterit de cauſa criminoſa interrogari.*

2 *Iudex ſuper cauſa ſuſpitionis interrogatus non ſolum tenetur reſpondere ſimpliciter,ſed etiam cum iuramento.*

IVDEX recuſatus ut ſuſpe
ctus ad formam, c. ſuſpitio-
nis, de offic.deleg. an poſſit
per arbitros electos in cau-
ſa ſuſpicionis interrogari,
vt veritatem dicat circa illas cauſas ſuſpi-
cionis aduerſus illum adductas, quæſtio
fuit . Et quidam quos innominatos citat
Specul. in titu.de recuſat.§.fin.in fine te-
nuerunt poſſe per.§.1.auth. de teſtib.& l.
is apud quem,C.de eden. & pro hac opi-
nione eſt glo.ſingularis. in c.1.in uerbo.
ſiue confeſſi.de except.quam etiam citat
Io.And.ꝙ illam ſequuntur ibi Abb.Imo.
ac alij infra citandi , hancque ſententiam
ſæpius ſe vidiſſe obſeruari in Parlamento
teſtatur Aufrer.in tract.de recuſat.nu.46.
q.9.& Rebuff.in tract. eiuſdem tituli, art.
1.glo.3.in fine.Caualcan. deciſ.18.num.
109.2.par.

Cōtrarium tamen uidetur tenere Spe-
cul.in dicto §.fi. dicens ſupra relatam opi
nionem non ſeruari poſt Vber.de Bobio,
quem ibi citat Io.And. & hoc firmat Spe.
per tres rationes.Prima eſt,quia nihilomi
nus durat adhuc iudex, quandiu hoc pen-
det.Secundò quia id incidēter deducitur.
Et cauſa recuſationis nō principaliter,ſed
incidenter examinatur,vt dicit Didac.pra
ctic.quæſtionum,c.26.nu.3. circa §. Ter-
tiò,& vltimo, quia quis nō tenetur ſe pro
dere;Præterea iudex requiſitus aliquādo
verū non dicet , ſi aliunde ueritas ſciri nō
poteſt,immo contrarium reſpondebit,ne
cauſa ab eo auferatur hincque emolumen
to ab ea proueniente priuari poſſit.

His tamen non mouentibus contraria
ſententia uerior eſt,& ſequenda, & ſecun
dum illam iudicauit Senatus me referen
te. Ad rationes Speculi facilis eſt reſpon-
ſio,nam primò reſpondetur, quòd nō eſt
iudex, & teſtis in hac cauſa recuſatus , ſed
potius arbiter , & officio arbitri fungitur,
immo potius pars eſt, & uti priuatus in il-
lo actu iudicandus: Ad ſecundam reſpon-
detur, quòd cauſa ſuſpicionis non deduci
tur incidēter,ſed principaliter,vt ſatis cō
ſtat. Et verè quidem eſt articulos inciden
ter examinandus,ideo in ea cauſa ſumma
rie proceditur , ut dicit Didac. tamen ab
opponente,& recuſante principaliter de-
ducitur:Ad tertiam reſponderi poteſt, ꝙ
illud dictum Speculi poſſet procedere in
cauſa criminoſa , in qua quis non tenetur
ſe ꝓdere,& ita poteſt intelligi opinio Spe
1 culi in d.§.fi.† Et limitari affirmatiua re-
gula,vt non procedat in cauſa criminoſa,
prout limitat Aufrer.d.tit.de recuſat.q.9.
in fine,poſt Barbat. in d.c 1. & ita etiam
ibi tenet Abb.arguendo ex eo, quod dici-
tur



tur de teſte in ca.cum cauſam de teſtib.&
faciunt ea,quæ ſcribit Didac.pract.quæſt.
cap.18.num.7.& quamuis contra hanc li-
mitationem uideatur tex. in auth.ſed no
uo iure,uerſi ſed ſi datum,C.de pæna iud.
qui ma.iud.per quem tex.ita uidetur ſen
tire Archid.in c.ab arbitris,colu.2.de offi.
& poteſta.iud.delega.libro 6.& But. in d.
c.1.co.2.de excep.& ob id generalem illā
regulam proponāt Io.And.Imol.& alij in
d.c.1.tamen.humanior eſt ſentētia,ut cri
minoſæ interrogationi non teneatur reſ
* pondere,ſicut etiam pars ipſa non tenere
tur.Et nos hoc iure utimur.

Retenta igitur illa opinione , ut iudex
recuſatus poſſit ſuper ſuſpicione interro-
2 gari,† amplia.1.ut etiam teneatur iurare,
ſecundum eos quos allegat.Spec.in dicto
§.fi.& clarius Frācus,in cap.cum ſpeciali,
quæſt.7.đ appe.& optime facit tex.in di
cta authen.ſed nouo iure,idque uidetur
de mēte glo.in dicto c.1.de excep t.dum
arguit a teſte,q iurat⁹ deponit,& ab hac
opinione non recedit uir doctiſſimus , &
optime de iuris,prudētia meritus Dida.
Couar.in libro pract.quæſt.c.26.num.3
ubi quāuis poſt concluſum in cauſa hanc
ſuſpicionis allegationem teſtibus proban
dam non admittat,tamen ipſius recuſati
iudicis iuramento probari poſſe cōcedit
quia in illa cauſa ſummarie procedi ſolet
licet contrarium teneat Io.Andr.in dicto
c.1.circa finem,& Anto.de But.ibi col.2.
uerſic.& dicit aſſerens doctores ita tene
re, & opinio.Io.Andr. ſimpliciter ſequit
Gemina,in dicto cap.ab arbitris,col.1.&
ſequitur Imo.in d.c.1.uolēs quod tātum
extraiudicialiter id fieri poſſit. Hincque
conſtitutum in Gallia quidam in Inſti. fo
renſib.libro.1.c.18.referunt,ut nō poſſit
ſe iudex, vel ſupmᴂ curiᴂ Senator in cau
ſa ſuſpicionis iuramento expurgare . Sed
cum ſupraſcripti doctores nihil allegant
pro ſua opinione,non erit recedendum a
tradita ampliatione , per tex.expreſſum,
in dicta auth.ſed nouo iure , & Franc. in
d.cum ſpeciali.q.9.dicit dictum iſtorum
doctorum procedere,quādo arbitri quod
hoc non ſunt electi, & tamen uellet pars
* iudicem interrogari,nam tunc cum duret
adhuc iudex non tenebitur iurare,ne offi
cio iudicis, & teſtis fungatur,ideo amplia
tionem ſupradictam ſecutus eſt Senatus

Amplia ſecundo,ut etiam extraiudicia
liter poſſit interrogari, ut dicit Imo. in di
cto cap.1.qui ita intelligit glo.ibi,dum ta
men hoc fiat ſine iuramento, prout uide
tur,intelligere Franc.dicta .q.7. & etiam
poſt concluſum in cauſa,ut probat Didac.
in d.c.26.nume.3.uerſ.ſic & poſt conclu-
ſum,& ita ſolet obſeruari.

## Ratificatio tacita an idem ꝙ expreſſa operetᷓ, ita ut inanis ſit oppoſitio quæ contra falſum procuratorem ſit, cū iam in meritis proceſſum eſt.Declaratur tex.Decreti antiqui Sabaudiᴂ Philippi. c.j.§.item quod ſi interuentus.

*DECISIO VI.*

1 *Textus decreti antiqui Sabaudiæ Philippi,c.1.§.item,quod ſi interuentus , declaratur.*

2 *Actus nullius defectu conſenſus , illo ſuperueniente validatur.*

3 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij.*

RATIFICATIONEM partis
ſufficit ſuperuenire in cau
ſa,ſi proceſſum ſit in meri
tis, antequam contra non
legitime comparentem fa
cta fuerit oppoſitio iuxta decretū Sabau
diæ antiquum Philippi,c.1.§. item quod
ſi interuentus. Sed quæſitum fuit an etiā
tacita ratificatio ſufficiens eſſet,& conclu
1 ſum ſufficere,& ita †declarari, ac amplia
ri debere tex.in d.§.item quod ſi interuē
tus per l.3.§.falſus,D.rem ratam habe.&
per ea quæ dicit Vantius de nullitatibus
c.14.nu.100.103.& 104.ſatis enim eſt ſi
actu aliquo domini ratificatio demoſtre
tur cum non tātum uerbis,ſed etiam actu
ratum haberi poſſit, l.non tantùm dicto
tit.D. rem ratam haberi,& ſemper)autho
re Bar.in d.l.non tantum.)Dominus uide
tur geſta procuratoris rata habere,quan-
do facit id,quod ſine hac ratihabitione fa
cere non poſſet ideo tex.illum ibi ſum-
mat Caſtren ratihabitionem tacitam ex
preſſe æquiparari . Ita cenſuit Senatus in
cauſæ

cauſa Cornuati 1561. 24. Martij, in qua,
iex eo quod Dominus in ſecũda inſtantia
comparuit, & produxit acta, & ſententiã
latam in fauorem eius procuratoris falſi,
ſeu de cuius mandato non apparebat, fue
runt illa acta pronunciata ualida, & pars
appellans condemnata in expenſis, quia
ante oppoſitionem illegitimi interuẽtus
fuerunt ratificata, quæ ratificatio retrotra
hitur iuxta Alex. in conſi. 117. nu. 2. lib. 5.
Extat etenim regula quod quãdo aliquid
2 ex defectu † conſenſus nullum eſt, illud
ſuperueniente conſenſu retroualidatur, &
hac eſt natura ratihabitionis. c. ratihabi-
tionem de reg. iur. lib. 6. l. fi. C. ad Senatuſ
conſul. Macedonia. And. Gail. pract. obſer
uat. lib. 1. obſeruat. 47. nu. 5. qui per hanc
regulam etiam poſt concluſum in cauſa,
& ſententiam latam ratificationem domi
ni ſubſiſtere in Camera imperialis pronũ *
ciatum teſtatur, & text. in hanc rem ſatis
uidetur clarus in l. licet. D. de iudi. ubi Do
3 cto. quamuis dicatur † ratificationem non
retrotrahi in præiudicium tertij ut per gl.
in d. c. ratihabitionẽ. de reg. iur. & probat
Dom. Ozaſ. deci. 119. n. 15. & 28. nam id
locum habet, quando iam ius tertio quæ
ſitum eſſet, uel quando ante tacitam rati
habitionem aut aliquem actũ a domino
geſtum, fuiſſet oppoſitum de legitimo in
teruentu procuratoris, ideo imputet ſibi
pars, quæ nõ fuit uigilans in cauſa, & in tẽ
pore non oppoſuit.

quod ſi pars. cuius illa aſſignari poteſt ra
tio, quia ęquum non eſt, ut poſt didicita
teſtificata pars materiam ſuam contrariã
det, liteſque inde immortales exoriantur.
licet enim in ea dieta teſtes nõ ſint publi
cati quod ad untranque partem, tamẽ eo
die elapſo non poteſt dari amplius mate
ria contraria, & ita ſeruat ſtilus iudicio
rum, quanquam alias uerbum illud publi
cationis de plena, & perfecta publicatio
ne utriuſque intelligendũ eſſet. l. 1. §. fi. D.
quod quiſque iur.

Dubitatum tamen fuit, quid ſi per lite
ras committatur examen deinde eo facto
aſſignetur per iudicem terminus ad publi
cãdum breuior puta duorum dierum, an
idem dicẽdum ſit, & habeat locum diſpo
ſitio decreti, & dictum fuit idem eſſe, &
ita iudicauit Senatus in cauſa A ſtẽ. Canel
larũ 1155. de qua latius per D. Ozaſcum
deciſ. 22.

Fallit tamen illius decreti diſpoſitio in
2 cauſa matrimoniali, in † qua etiam poſt
publicationem teſtium & dedicata teſtifi
cata poteſt dari materia contraria, fauore
illius cauſæ per tex. in c. ſeries ubi glo. fin
in uerbo iuri contraria quam ſequitur Io
And. ibid. extra de teſtib. rationem tradit
Hænningus Godem. in ſuo proceſſu iudi.
ciarij ordinis. par. 1. rub. 20. in fi. quia ſen
tentia lata in cauſa matrimonij nũquam
tranſit in rem iudicatam.

## Materia contraria per parẽ in die cadentis termini ad publicã dũ aſſignata dãda ẽ, & an ſi poſt factum examẽ breuis terminus aſſignetur idem dicendum ſit.

### *DECISIO VIII.*

1 *Materia contraria quando per partem dan da ſit declaratur tex. decreti antiqui Phi lippi. in §. item quod pars.*

2 *In cauſa matrimoniali poſt terminum dari poteſt materia contraria*

1 IN termino † aſſignato ad
publicandum danda eſt ꝑ
partem materia cõtraria,
ut decreto ſupra allegato
Philippi cauetur. in §. itẽ

## Minor aduerſus cõtumaciam ſuam reſtitutus in integrũ, an expenſas contumaciales ſoluere teneatur.

### *DECISIO IX.*

1 *Minor aduerſus contumaciam ſolet reſti tui.*

2 *Minor nõ minus quam maior contumax dici poteſt, & eadem pœna affici debet.*

3 *Minor reſtitutus aduerſus contumaciã ſo uit expenſas ſecundum unam opinio nem.*

4 *Reſtitutio operatur, ut res reuertatur in priſtinum ſtatum, & priorem uim in duat.*

5 *Minor reſtitutus aduerſus tenutam bono rum non ſoluit expenſas.*

*L. Sanci*



6 *L. Sancimus. C. de iud. non procedit in mulie re, ruſtico, & minore.*

7 *Minor aduerſus contumaciam reſtitutus nõ ſoluit expẽſas, & ſolutas repetit ex ma gis communi, & ueriori opinione.*

8 *Tex. in c. 1. de integr. reſtit. declarantur.*

9 *Doctrina Hoſt. in ſumma de reſti. in integ. §. fin. explicatur, & illuſtratur.*

10 *Pinguius eſt reſtitutionis remediũ, quam refectio expenſarum.*

MINOR aduerſus omiſſam
probationem contumaciã
1 & ſententiã † cõtra, ipſum
latã regulariter reſtitui de
bet. l. minor 25. & l. minor
etiam. D. de minor Bar. & alij. in l. nam, &
poſtea. §. ſi minor. D. de iureiur. Aret. cõſi
lio 73. col. 6. Afflict. deciſ. 216. n. 2. præſer
tim quando conſtat de aliqua illius læſio-
ne ut per P. E. Verallum inter nouiſſimas
deciſ. Rotę. par. 3. deciſ. 50. nu. 3. Sed dubi-
tatum aliquando fuit, an per hanc uiam re
ſtitutus minore aduerſus pronunciationẽ
poſitionum in cõtumaciam factam tenea
tur ſoluere expenſas, uel ſolutas repetere
poſſit prout in omnib. alijs regulariter re
quiritur, per reg. l. ſancimus. C. de iud. ubi
contumax non auditur niſi refectis expẽ
ſis? Pulchra eſt quęſti. & cõtrouerſia apud
iuris noſtris magiſtros, & ĩterpretes, ꝙ pro
utraque opinione adducuntur rationes, &
authoritates non contemnendæ.

Primo quod minor reſtitutus in inte-
grum aduerſus pronunciationem poſitio
num, & cõtumaciam teneatur reficere ex
penſa ultra generalem regulam ſuperius
adductam, quæ generaliter intelligi debe
2 ret, ex an uidetur probari, quia ea eſt † na-
tura reſtitutionis, in integrum ut utraque
pars, reſtituta ſcilicet, & illa contra, quam
reſtitutio conceditur, reponatur, in eo ſta
tu in quo erat ante prętenſam læſionem
ita quod unuſquiſque ius ſuum recuperet
l. quod ſi minor. §. reſtitutio. D. de minor.
ſed actor non reciperet ius ſuum niſi expẽ
ſę refundãtur, quas ob minoris contuma
ciam fecit, ergo dicendum eſt illum debe
re ad ſoluendum condemnari.

Secundo facit tex. in c. 1. de in integrũ
reſtit. ubi dicitur, quod omnes ſumptus fa
cti per eum aduerſus quem reſtitutio peti.
tur, ſunt illi reſtituendi, & ibi Abb. in 3. no

tab. nu. 3. late differit ne quis locupletetur
cum iactata alterius. præſertim uero ſi ali
qua melioramenta in re ab actore obten
ta facta fuerunt. Expenſæ igitur, & hic per
minorem, qui reſtitutionem in integrum
petit, ſoluendę erũt, ęquitate ipſa ſuadẽte.

Tertio ꝓ hac opinione illud adduci po
2 teſt. † Quod minor nõ ſecus quam maior
contumax dicitur, & eadem pęna affici de
bet qua maior afficitur, cum aduerſus mi
norem non comparentem in cõtumaciã
illius procedatur maxime ſi legitime fue
rit citatus. Natt. conſi. 541. nu. 2. & 20. li. 3
ergo ſicuti maior non auditur, niſi refectis
expenſis. d. l. ſancimus. Dec. conſi. 34. n. 6.
& Calder. conſi. 5. de dolo, & contum. idẽ
in caſu noſtro iudicandum eſſet, cum hęc
pronũciatio poſitionum facta fuerit in mi
3 noris contumaciam, & † pro hac opinione
eſt deciſio Hoſtien. in ſumma. de in inte
grum reſtitut. §. penult. in fine ubi adducit
tex. in l. nõ poteſt dolo carere, qui impe-
rio magiſtratus non obtemperat. ff. de re.
iur. & in l. fi. ex cauſa. §. nunc uidẽdum. D.
de minor. item text. in l. 1. C. de his, qui
uen. ęta. impetra. ubi quis non debet ſub
authoritate principis decipi, & prĩceps nõ
ſolet tribuere beneficium in alicuius iniu
riam. l. nec auus. C. de emancipat. libro. &
hanc opinionem expreſſe tenuit. Capella
Tholoſa. deciſ. 329. Iaſ. in d. l. ſãcimus. nu
me. 7. in 3. ampliatio. & ita in Parlamento
Burdegalenſi ſeruari teſtatur Boe, dec. 63.
nu. 6. & in eam videtur inclinare Bar. in l.
ſi finita. §. ſed ſi forte. D. de dam. infec.

In cõtrarium, quod minor reſtitutus ad
uerſus rem iudicatã reſtituatur etiam ad
expen. in quibus fuit condemnatus, proba
tur. Primo ex regula d. l. ꝙ ſi minor. §. re-
4 ſtitutio. † talis enim reſtitutio facit ut res
reponatur in priſtinum ſtatum, vt ſupra di
cebam, ſed ſi minor grauetur expenſis, nõ
reſtitueret minori, id, quod ei lęſio abſtu
lit prout eſſe debet ſecundum Bart. in l. 1.
num. 9. C. ſi aduerſus rem iudic. neque res
hoc modo diceretur reducta in priſtinum
ſtatum, ſi minor aduerſario ſuo deberet
ſoluere expenſas.

Secundo probatur quia quamuis cõtra
minorem procedatur ob aliquã illius con
tumaciam tamen aduerſus contumaciam
reſtitui debet. d. l. minor etiã. D. de mino.
& cum reſtituitur aduerſus contumaciam

reſtituitur etiam quo ad expenſas, quia il
læ ſunt acceſſoriæ cauſæ principalis. l.ter-
minato.C.de fruc. & lit.expen.
Tertio facit pro hac ſecũda opinione,
quod Alexan.ſcribit in d.l.ſi finita.§.Iulia-
nus.nu.84.ff.de dam.infe. vbi ex commu
5 ni Doctorum ſententia voluit,quod† mi-
nor petens reſtitutionem in integrum illo
remedio adiutus, ad recuperãdam tenutã
bonorum, non teneatur reficere expẽſas
a detentore in iudicio pro obtinẽda tenu
ta facta, ergo in ſimili nec aduerſus cõtu-
maciam reſtitutus expẽſas aduerſario ſol
uet, immo ſolutas vti indebita recupera-
bit,ea ſaltem ſuadẽte ratione, quia minor
non niſi læſus, & probata læſione reſtitui
ſolet,vt communis doctorum ſentẽtia eſt
per l.verum.§.item reſtituitur.ff.de mino
rib. Atqui læſione probat per iudicis offi-
cium minor tãquam læſus in ius ſuum re
ſtituitur,ac ſi nulla ſecuta fuiſſet condem
natio expenſas igitur recuperabit.
Et hanc opinionem, quod minor reſti-
tuatur etiam quo ad expenſas cõtumacia
les,tenet Alber. poſt Guliel. in l.cum vos,
nu.4.C.ſi aduer.rem iudi.& videtur fuiſſe
de mente Vberti de Bobio,quẽ refert Io.
And.in addit.ad Specul.in tit.de 1.& 2.de
creto.nu.10.verſ.ſed pone, quod pupilli,
Bal. in l.in minorem. in finalibus verbis.
C.in quib.cau.in integ. reſt.nõ eſt neceſſ.
quem ſimpliciter ſequitur Barb. in d.l.mi
nor etiam.Natt.conſi.16.& 17.vbi multa
adducit, & fortioribus in terminis conſu-
luit,nempe quãdo duę contra minorẽ la-
tę eſſent ſententię,ibique dicit hãc opinio
6 nem magis communem.Hincque† regu
lam.l.ſancimus.C.de iud.limitat Hipp.de
Marſil.ſingul.377.vt non procedat in mi-
nore,ruſtico,& muliere,per doctrinã Phi-
lippi de Peruſ.in c.Nicolao.col.pe. de ap
pel.In quibus etiã quoties aduerſus inſtan
tiam decurſam reſtituuntur, non cadit ſo-
lutio expenſarum,ut ſcribit ex regni prag
ma.Maranl de ord.iud.par.5.nu.35.
7 Tenenda† igitur eſt hæc opinio tãquã
verior, æquior & magis communis quam
amplio etiamſi tutorẽ haberet pupillus,
quia eo caſu culpa eſt aſcribẽda, & dolus
aduerſario, qui litem cõtra tutorem inſti
tuere,non contra minorem debuerat,ſibi
que imputet ſi non fecit,& ſi peritiorẽ cõ
ſuluiſſet,tutius rẽ egiſſet, & uſus eſſet con-
ſilio Neuizan.conſilio 17. vbi late, quãdo
contra minorum agendũ eſt,quod facien
dum monet,immo etiamſi euocaſſe tuto-
rem, pupillus non patietur damnum ex il
lius contumacia, ſed reſeruabitur aduerſa
rio ius pro ſuo intereſſe contra tutorem,
quando pupillus reſtituitur, ne iudiciũ fru
ſtratorium reddatur, quod videtur ſatis
probari ex l.2.C.ſi tutor,uel cura interue
ne.vbi etiamſi tutoris auctoritas,& cõſen
ſus,in actu interuenerit, tamen adhuc mi
nor reſtituitur in integrũ, ſatiſque aduer-
ſario hoc caſu ſufficere debet, ſi cõtra tu
torem actiones ſuas illi cedat pupillus,
uel minor ut dicit Neuiz. d.conſil.17.nu.
18.qui tutor,.uel curator potius quam pu
pillus, uel minor, expenſas proprio nomĩ
ne exſoluent Natt.d.conſil.17.nu.9.
Nec obſtant,quæ pro affirmatiua,& cõ
traria opinione ſuperius adducta fuerũt.
Nam reſpondetur ad primum,quod reſti
tutio in integrum reſtituat etiam in priſti
num ſtatum quo ad eũ,contra quem con
ceditur reſtitutio.d.§.reſtitutio. ꝙ id pro-
cedit,dummodo pupillus,aut minor non
lædatur ex ea reſtitutione,ſi enim læditur
& in aliquo damnum patitur, non reponi
tur in priſtinum ſtatum, vt illius §.ſenten
tia eſt,dum ponit exemplum in uenditio
ne fundi,& generalis regula,quę habet cõ
tumacem non audiri, niſi refectis expen-
ſis limitari ſolet in minore,vt ſupra dixi.
3 Minus obſtat† cap.1.de in integrum re
ſtitut. quia loquitur ibi ſummus Pontifex
in ſumptibus factis ꝓpter meliorationes
quæ reſultabãt in vtilitatem Eccleſię tũc
enim non eſt æquum,ut Eccleſię,& pupil
lus,ſiue minor locupletentur cum alterius
iactura ideo ſoluent expenſas illarum me
liorationũ,quod ad ſimilitudinem expen
ſarum contumacialiũ trahendum nõ eſt.
Et pondero ibi Abb. dicentem quod ſi ꝗs
expendit centũ,& melioramenta,quæ dã
tur minori, quinquaginta dũtaxat æſtima
ta fuerunt,nõ tenetur minor reficere, niſi
quinquaginta,ꝗa alias læderetur, & ſic id
ſolum reſtituitur in quo ſit locupletior.
hic uero non efficitur locupletior ex hac
reſtitutione, aduerſus cõtumaciam facta,
immo ſatis eſt, ſi deterior facta eſt illius
conditio & damno affectus, propter ex-
penſas quas in iudicio fecit culpa aduerſa
rij reſtitutionem in integrum petendo.





Ad tertium reſpondetur,minorem nõ
dici verum contumacẽ,ſed pręſumptum,
ideo Iuriſconſul.in d.l.minor etiã vtitur
dictione,quaſi,quæ ſimilitudinem demõ
ſtrat,ac fictionem,& improprietatis nota
eſt,iuxta Bal.ibi.ſed aduerſus dolum præ
ſumptum datur reſtitutio,Barto.in d.l.mi
nor.in 1.oppoſ.Nat.dicto conſi.17. nu.4.
vbi dicit communem:nam ſi verus ſit cõ
tumax ex ſententia Abb.quẽ ſequitur cõ
tra Bar.Ioan. Mauritius Bolanus de reſtit.
in integrum.ca.114.non reſtituitur in in
tegrum, quod tamen nõ firmo,cum igĩt
non ſit in vero dolo minor,ac iam reſtitu
tus ſit,& expenſæ ob eam cauſam ſoluan
tur non tenebitur ad expen.
6 Ad oppoſitio.Hoſt.† & aliorum dici po
teſt illam opinionem non eſſe ueram, per
ea,quæ in cõtrarium ſupra adduximus,&
iura,quæ Hoſtien.allegat nihil probãt,nã
intelligi debent prout loquũtur,& ſonãt,
nempe quãdo pupillus eſt in dolo,quo ca
ſu non datur reſtitutio,ſecundũ doc.poſt
Bal.in d.l.in minorem.Et tenet expreſse
gl.in d.l.minor etiam,ſed quando iam ꝑ
ſententiã reſtituitur minor,iudicatur non
eſſe in dolo,ergo nõ ſoluet expenſas,& ſi
iã ſoluerit repetet,vel iudicis officio, uel
per condictionem indebiti.cùm iam defi
ciat cauſa,& ratio ſolutionis expenſarum,
per ea,quæ dicit Afflict.in deciſ.29.nu.3.
Præterea intelligitur Hoſtien.quando mi
nor reſtituitur aduerſus miſſionem in poſ
ſeſſionem ex prætoris decreto,& poſt tẽ
pore reſtitutionis,ideſt poſt annum,petit
ſe reſtitui tũc enim tenet reficere expen-
ſas,ſecus ſi veniret intra annum.Ita ſe ip-
ſum declarat Hoſtien.in fin.illius.§.& illa
fuit etiã opin.Vber.de Bob.ac Io.And.in
loco ſupra allegato:hocque modo deciſi.
Tholoſanam intelligit ibi Aufrerius in ad
dit.dicens ita accipiendam, & intelligen-
dam opinionem Hoſt.
Poſtremo pro clariori omniũ reſpõſio
ne dici poteſt,quod illa refectio expenſa
rũ,quæ a minore requiritur, debeat fieri
quãdo petit minor ſe reſtitui,nam nõ au
ditur,niſi prius refectis expenſis ob contu
maciam.Et ita intelligitur Ba.in d.l.ſi fini
ta.§.ſed ſi forte & Iaſ.in d.l.ſancimus,ſed
poſtquam refecit expenſas,tunc cognoſci
tur de illius lęſione,& ſi cauſa cognita ap
pareat lęſus,dignum & ęquum eſt, vt in
refectione omniũ damnorũ reſtituatur
& ſic cũ non repertus fuerit in dolo repe
tat expenſas ſolutas,nõ ob contumaciam
ſed ſolum,vt aureos iudicis illi patẽtes eſ
ſẽt,alioquin nõ poſſet dici reſtitutus, Vel
10 ex eo,quia† pinguius remedium illud eſt
reſtitutionis integrum, quod implorauit
minor,quã illud,quod regulariter maio-
ribus contra contumaciam concedi ſolet
nempe,vt refectis expẽſis audiatur, vnde
aliquid pluris conſequetur ex reſtitutione
vt non reficiat expenſas alias nulla eſſet
differẽtia inter maiorem, & minorẽ hoc
caſu,& fruſtratorium eſſet reſtitutionis re
medium,neque opus eſſet,vt pecuniã ſuã
& tempus expenderet pupillus,atque au
res iudicis pro cognoſcẽda læſionis cauſa
detineret,ſi reficere deberet expẽſas: hac
que via lites in immenſũ protenderentur
contra formam legum,& decretorũ no-
ſtrorum ideo,vt reſtitutio aliquid magis
operetur,dicendum eſt,expenſas nõ debe
ri,& vt ſupra dixi ſibi imputabit actor, ꝗ
minoris curatorem non euocauit, vel nõ
petijt,illi dari per iudicem ad cauſã illius
defendendã,& forte contra minorem, ꝓ
ceſſit non expectato ætatis tempore,vt a-
liquo modo indefenſum circũueniret quę
circumuentio,& dolus pupillo damno eſ-
ſe nõ debent,potiuſque hinc dicendũ eſt
iudicium magis ab actore quam a reo fru
ſtratum eſſe, & debet actoris dolus cum
minoris culpa compenſari,vt ꝑ Dec.con
ſi.241.in fi.lib.1.quinimo ius forte etiam
ſuaderet,vt etiã expenſæ a minore factę
illi reficerentur,vt tenuit Nat.d.conſi.16.
num.9.ſed hoc non firmo,& hęc ſecunda
clarior eſt,& æquior opinio.Iuxta quam
cenſuit Senatus in cauſa minorum de Pia
zotis cõtra Martinetos.Anno. 1556.Refe
rẽte.D.Senatore.Oza.poſtea Cãcellario.

## Inſtãtia cauſarum appellationũ quibus in caſibus nõ perimatur, & quid iuris ſi cauſa dietim ſit aſſignata.

### *DECISIO X.*

1 *Inſtantia cauſarum appellationum eſt ſex menſium in hac patria, quid de iure communi.*

2 *Inſtantia, ſiue tempus proſequendæ appellationis quibus in caſibus ceſſet. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*

12 *Inſtantia appellationis an ex facto iudicis ceſſet.*

13 *Cauſa dietim aſſignata an currat inſtantia.*

14 *Appellans, ut inſtātiæ tempus non currat, tenetur ſæpius proteſtari.*

15 *Tex. in cap. 1. de decreti Philiberti Secūdi, de qua inſtantia intelligatur, & uariæ interpretum ſententiæ de inſtantia loquentium explicatæ.*

16 *Inſtantia coram Senatu non currit.*

1 INSTANTIA †cauſarū appellationū eſt ſex menſium in hac patria per decretū antiquū Sabaudiæ. li. 2. ſub rub. inſtantia cauſarum licet de iure communi ſit annalis, ex cauſa biennalis. auth. ei qui appellat. C. de tempo. appella. quæ eſt canonizata in c. ei, qui. 2. q. 6. late Andr. Gail practic. obſeruat. li. 1. obſeruat. 141.

Multa vero ſolent appellantibus impedimenta occurrere, quæ inſtātiæ curſum impedire poſſunt, dum tamen iuſta probētur, eiuſque rei cognitio iudicis arbitrio relinquenda. l. Præſes. C. de appellat. Rebuf. in tract. de appellationib. art. 6. gl. vnica. nume. 8. Alex. conſi. 42. nume. 12. lib. 3. Afflict. dec. 29. & 50. Mynſinger. ſingul. obſeruat. cent. 3. obſeruat. 59. & 62. vbi quo modo impedimenta probari debeant eleganter docet poſt Spec. & Guid. Pap. ſingular. 32. verſ. appellans. pluraq; ſcribit Ioſeph. Ludo. inter ſuas dec. Peruſ. dec. 36.
2 & † multi caſus notantur a doctoribus in quibus non currit inſtantia, & appellatio, nō poteſt pronūciari deſerta, quos cumulat præ ceteris, & poſt alios Doct. in l. properandum. §. ſinautem. vtraque. C. de iud. & c. ex ratione. de appel. Ioſeph. Cumia. in comment. rituū magnæ curiæ Reg. Sicil. c. 78. ſub rubica, vt intra quinquaginta dies proceſſ. appel. exped. a num. 56. vſque ad nu. 73. Ferrar. in tract. de appel. c. 9. quorū quidem caſuum ex illis, qui frequētiori in uſu ſunt, & ſæpius euenire ſolent, quoniā diſputatio hæc in forenſi paleſtra vtiliſſima eſt, aliquot hic adnotare, & poſt alios colligere libuit, quod diligēs patronus cliētum ſuorum iura facilius in appellationum cauſis defendere diſcat.

3 Primus † igitur caſus eſt, ſi facto principis appellationem proſequi nō poteſt, vt in caſu aut. ſed & lis. C. de temp. appe. vbi gl. Bal. Sal. & cōmuniter omnes quos refert, & ſequitur Cumia. dicto. ca. 78. n. 61. & ita ſemꝑ obſeruat Senatus, quod intellige ſi princeps nōdū admiſit appellationem, nec cauſam cōmiſit ꝓpter eius multas occupationes, & appellans fecit debitā diligentiam, vt eā admitteret, ſecus vero, quando princeps iam commiſit cauſam. Guid. Pap. q. 135. an autem. & in hoc vidētur uerba tex. in d. auth. ſatis clara, & ī corpore unde ſumitur, hic enim ſibi imputet appellans, ſi cauſa nō expeditur, niſi ſit cōmiſſa Senatui, & inſtructa, vt infra dicetur
4 Secundus ſit † cauſa arbitris terminanda compromiſſa fuerit. auth. ſi tamē dicto titu. C. de temp. appel. Ancha. conſ. 284. Fridericus Schench. in progimnaſma. fori libro 1. tit. 5. de appel. verſi. ſicut appellationem. M. Ant. Blan. in trac. de compromiſ. q. 6. n. 22. vbi late de vtraque inſtantia diſſerit.

Tertius eſt caſus, in quo nō currit inſtā
5 tia, † ſi pauper ſit, qui litigat, quia paupertas iuſtum impedimentum eſt, ex quo appellationem proſequi non poteſt, & cauſa efficiens eſt, vt quis bienniū habeat ad proſequēdum appellationem de iure communi. Boer. dec. 247. num. 16. in fin. Guido Pape, in tract. de appellat. quæſtio. 15. num. 21. Quintilia. Mandoſ. in tracta. de monitor. q. 37. num. 3. Andr. Gail. ex communi doctorum ſententia practicar. obſerua. libro 1. obſeruat. 142. qui illam huius concluſionis rationem adfert, quia difficultas excuſat a mora, conſequenter ab inſtātiæ curſu, & hic eſt vnus ex caſibus, in quibus paupertas prodeſt, de quibus per gl. & docto. in l. ſi quis ad declinādam. §. ſinautem. C. de epiſc. & cler. illicitas. §. fi. D. de offic. Præſidis. ſit tamen cautus aduocatus pauperis, vt ſæpius illum ad proteſtationē impellat, præſertim, quod illi deficit pecunia ſine quā factum eſt nihil, idq; cū aſſertione paupertatis iurata, alias non gaudebit hoc priuilegio, quia vt dicit Cumia. in loco ſupra allegato. n. 60. Paupertas non excuſat pauperes a proteſtatione. l. ſi procuratorē. §. ſi ignorantes. in fi. C. mand. quā intelligo ꝓcedere, niſi ſit pauper notorie





quia tunc etiā ſine proteſtatione ceſſabit inſtātiæ curſus, ut poſt Bal. & Fely. tenuit Corn. Beuincaſ. in trac. de pauperta. q. 4. nume. 22. nam & tunc ſententia excōmunicationis contra illum ob contumaciam prolata ipſo iure nulla eſt, ut dicit Mādoſ. in dicto tractatu de minor. quæſt. 37. in fine fallit tamē ſi ſtatutū ſit in loco, ut omnia acta, & ſcripturæ, & patrocinia gratis pauperibus elargiātur quia tunc illud ſtatutū nocebit illi, ſi uelit petere aliud fatale, & proteſtatus nō fuit, prout ſimile ſtatutum & ritum in Sicilia eſſe dicit ibidē Cumia. & apud nos obſeruatur, ubi principis optimi beneficētia proprijs ſumptib. Cameræ ꝓ pauperibus deputantur apud Senatum aduocati, & ꝓcuratores pauperum, & iubetur ſecretaris, ut acta ſine ſolutione expediant, & eorum ſedulam curā gerit Sereniſſimus Dux noſter, ut quā primum expediatur, & ſolet Senatus pauperum cauſa cæteris præponere in expeditionibus.

6 Quartus caſus eſt † pendente articulo, an inſtantia ſit perempta, uel non. Alexa. conſ. 42. num. 11. ratio eſt, quia terminus non currit, ubi diſputatur ſuper eo quod expediēdum eſt. l. ſi cum ipſe. D. de excuſa. tut. l. intra utile. in princ. ff. de minor. Nat. conſil. 172. nu. 16. li. 1.

7 Quinto non currit † appellationis inſtātia, ſi per errorem ad ſuperiorem appellatum fuerit omiſſo medio, ut poſt P. Iacobum in ſua praxi tit. de conſtit. pecu. ſcribit notabiliter Guid. Pap. ſingul. 358. Specula. in tit. de appellat. §. nunc tractemus. num. 14. idemque ſi coram incompetenti iudice litigatum fuerit ſtatuendum exiſtimat Hannetonius in tract. de iudi. par. 3. tit. de appellationib. argu. l. 1. & l. fi. C. ſi a non competen. iudi. fue.

8 Sextus caſus † colligitur ex notat. ꝑ Pet. Iacobum in d. praxi. ſub rubri. de cauſ. appellatio. nu. 12. uerſiculo Item cauſa impedimēti. Nempe ſi immenſitas uētorū, uel fluminis impetus, & inundatio, aut quia mare erat innauigabile appellantem detinuerunt, ne appellationem iam interpoſitam, uel interponēdā proſequeretur, quibus in caſibus, ꝓteſtatio neceſſaria eſt & quid agere debeat appellās, ut in proteſtatione illi fides adhibeatꝰ, docet ex Bar. doctrina Ferrar. in d. c. 9. in fi.

9 Septimum † caſum reperies ſingulariter notatum apud Hippolit. de Marſil. inter ſua ſingular. ſingula. 51. incip. Inſtātiæ cauſæ appellationis. ubi ſcribit quod ſi ſtatutum diſponeret, quod debeat eligi certus iudex appellationis, & partes poſt appellationē interpoſitā etiam poſt triginta annos nō fecerunt ſibi dari iudicem appellationis, nunquam currit tempus inſtantiæ appellationis. cuius quidem dictū quamuis ab aliquibus probetur, ego tamen crederem etiam hoc caſu appellātis diligentia opus eſſe: nam firmiſſima regula eſt quod quotieſcunq; facto ipſius appellantis currit tempus appellationis, inſtantia etiam cum ipſo tempore labitur, hic uero ipſius negligentia conſiderabitur, dum iudicem non eligit, uel contra partem eligere minime curantem proteſtatus nō fuit.

10 Octauus caſus † colligitꝰ ex eodē Hippol. ſingul. 152. ſi aliquis agendo principaliter de nullitate, dicat ſentētiam nullam & probabit ratione id oſtendit, nam interim ei non currit tempus ad appellādum, quamuis de iure communi habeat decem dies ad appellandum a ſententia cōtra ipſum lata. auth. hodie. C. de appel.

11 Denique inſtātia † nō curret, & appellatio non pronunciabitur deſerta, ſi facto cuiuſcunq; tertii appellās impeditus fuerit, tempore ad proſequēdum dato. Nempe ſi culpa partis ſubterfugientis & cauillantis cauſa protelata fuerit. Nam culpa partis ſubterfugiētis ſtante reſtituūtur appellans in integrum aduerſus curſum inſtantiæ, ut per Alexand. conſi. 42. num. 12. Natt. dicto conſi. 172. nu. 17. & conſi. 32. nume. 15. Maran. de ordi iudi. par. 5. n. 30. Cumia. nume. 63. ubi diſtinguit. Ferrar. d. cap. 8. n. 159 Rolan. a Valle qui plures allegat. conſi. 82. num. 6. & aliquot ſeq. li. 4. & hoc caſu pars ſubterfugiens cōdemnabitur in expen. Boer. d. deci. 247. num. 11. erit tamen neceſſaria proteſtatio appellātis, ut conſuluit Natt. d. conſi. 32. num. 16. Rolan. d. conſi. 82. nume. 9. item facto tertii impedimentum dicetur appellanti ortum, ſi culpa conſulentis cauſa longum producatur, ſecūdum opinionem aliquorum, quos citat Maran. d. par. 5. nume. 41. uerum contraria opinio quam ibi ſequitꝰ Maran. tutior eſt, & ueriore. Item ſi nūcius impediatur in itinere Gui. Pap. d. tracta.

de appel.n.58.q.91.per c.ſignificante.de
pignorib.glo.eſt ſingularis.in c.cupientes.
in uerbo propoſita.de electio li.6. item ſi
facto,& culpa notarij pars impediatur, &
hic etiã proteſtatio requiritur Cum.'d. c.
12 79.nu 66.Denique ſi† facto ipſius iudicis
ad quem,uel a quo,ut not.ꝑ illum tex. in
auth.ſi appellatione.C.de tẽpo.appellat.
gl.& doctores.in c.ex ratione.de appella
tio.l.1.§.dies autem.D.quan. appellã. ſit
cap.biduum.2.q.6.Maran.d.par.5.nu.28.
ubi quamuis loquat̃ de inſtãtia primi iu
dicij,tamen commode illius dicta ad in-
ſtantiam appelationis referri, & adaptari
poſſunt,quãdo eadem impedimenti iuſta
ratio conſideratur. Aduertendum tamen
quo in hac quæſtione an ex facto iudicis
ceſſet curſus inſtantię, contrariæ fuerunt
opiniones inter Placentinum,& Azonem
in ſumma.C.de temp.apellat.vt refert P.
Iacob.nam Placẽtinus uoluit,vt etiam fa
cto iudicis nõ obſtãte currãt fatalia.Azo
uero cõtrarium cenſet.Horum opiniones
diuerſas fædere diſtinctionis concilia P.Ia
cob.ut apud eũ in titu.de cau.appellatio,
nu. 15.& Guido.Pap.c.quæſt.91.ad quos
ne,ut dici ſolet, de carta in Papirum alio
rum ſcripta reponam, ſtudioſum lectorẽ
remitto,& illorũ diſtĩctione omiſſa exiſti
mo facto iudicis non impediri curſum in
ſtantiæ,ſi pars non proteſtatur,& ad ſupe
riorem nõ recurrit,& ita intelligo opinio
nem Placentini,quę magis cõmuniter te-
netur,ut dicit.Marã.d.par.5.nu.31.& par
te 6.nu.222.per text.in l.fina.§. illud. C.
de tempo.appellat.Bal.in auth.ſi appella
tione.C.de appellat.Præpo.Frãc.& alij in
c.ex ratione.de appellationib.Alex. & cę
teri.in l.properãdum.§. ſinautẽ utraque.
C.de iud.ubi Iacobi. de S. Georgio nu.6.
Gramma.uoto 31.num.12.qui dicit com
13 mumem. † Hinque in facti contingentia
cum poſt cõcluſũ in cauſa, & illa dietim
aſſignata curriſſet tẽpus appellationis pro
ſequendæ ꝑ decretum aſſignatæ, & pars
appellans opponeret ſtetiſſe per iudicem,
ſicque ex facto iudicis illi præiudiciũ non
inferri iux ꝑalleg.Azo.opi. & doctr. Bar.
in l.1.§.dies.D.quan.appel.ſit his non ob
* ſtantib.cenſuit Senatus factũ iudicis obeſ
ſe,quia pars nõ fuerat proteſtata. Ita fuit
iudicatũ in cauſa de Crepo.1556.de qua,
14 apud D.Ozaſ.dec.12 ubi late diſſerit,† an
unica ſufficiat proteſtatio, uel plures hoc
in caſu requirantur proteſtationes, ut uo
luit glo.in d.ca.cupientes.in uerbo propo
ſita.uerſ.ſed ſolet quæri.de elect.li.6. Ale
xan.conſi.164.nu.6.lib 2.Maran.par.6.§.
ſecundus actus.n.209.Guido Pap d.q.91.
Cumian. 75.d.c.78.P.Iacob.in tit.de act.
cõſti.pecu.nu.20.& in d.tit.de cau.appel.
in ſin.ubi ſubijcit non eſſe tutam partem
quæ poſtquam petijt ſententiam ferri,&
cõcluſit in cauſa,non curat,ut expediatur,
& ſiuit labi tempus,ꝑ qua deciſione facit
ipſius nominis inſtantiæ,etymon, quia ab
inſtando dicta,& ideo ſemper debet inſta
re appellans,ut cauſa expediatur, quãuis
Afflic.deciſ.50.nu.5.dixerit illam conclu
ſionem,quod proteſtatio cõtinuo requira
tur,non procedit quãdo impedimentum
proceſſit ex facto iudicis.

Ad ea,quæ in contrarium adduci pote
15 rant,† præſertim ad §. hoc quoque auth.
ut ſpõſalit.largi.& ad doctor.Bar. & alio-
rũ reſpõdet D.Ozaſ.d.deciſ.12.illa ꝓcede
re in prima inſtantia cauſę principalis,non
in cauſa appellationis, ut etiã reſpondet
Iacobin.in d.§.ſinautem utraque, & ad §.
hoc quoque tutius poteſt reſponderi, &
apertius Iuſtinianum ibi intelligendũ eſ-
ſe,quando res in iudicio agitatur,utrũ nõ
obſtante proteſtatione per appellantẽ con
tra iudicem facta,currat inſtantia, uel nõ,
quia tunc uerum eſt non fieri pręiudiciũ
parti ex facto iudicis. Ita debent intelligi
Doct.& doctrina etiam Catellani Cottæ
inter ſua memoral.in uerbo inſtantia. ſic
que de inſtantia prima intelligẽdũ eſt de
cretũ Philiberti ſecundi.c.1.fol. mihi 67.
ubi cautum fuit inſtantiam in cauſis die-
tim aſſignatis non currere niſi per x.dies
quod etiã dici poteſt procedere in cauſis
appellationũ,quæ uertuntur in auditorio
Principis,ut in Senatu, nã tunc cauſa die
tim aſſignata,& diſtributione facta in ma
nibus Senatori,dubitãdum non eſt, quod
non currat inſtãtia appellationi, propter
multitudinem cauſarum,ob,quam etiam
in camera imperiali id obſeruari teſtatur
Andr.Gail.d.obſeruat.141.in fine.& hanc
cõſuetudinem in curia Delphinatus eſſe
ſcribit Guido Papæ in dict.tract.de appel
lat.nu.67 quæſt.101.& facit ratio,quia re
16 gulariter in cauſa† coram principe,& Re-
ge agitata non currit inſtantia,ut per Bur

ſat.



ſat.conſ.2.num.4.lib.1.Menoch.de arbit.
iud.lib.1.quæſt.8.nu.22.& in ſpecie quan
do lis eſt coram Senatu conſuluit Nat.cõ
ſi.383.per totũ.& ita in Senatu Pariſien.
obſeruari dicit Io. Imbertus Rupe lanus.
lib.2.inſtitut.foren.cap.2.per l.fina.§.ſi ta
men noſtro.C.de tempo appellat. auth.
ſed & lis.C.eod.&c.ſed lis.2.q 6.Crauet.
conſ.263.col.fin.verſic.quinimo cum ho
* mines.et ita obſeruat Senatus noſter,dũ
modo intra tempus fatalium cauſa fuerit
inſtructa.Vide quæ dicit Spec.de appe.§.
7.Abb.in conſ.3.Nitar.& c.lib.2.Afflic.de
ciſ.87.in cauſa.num.3.Alexan.conſ.19.vi
ſo proceſſu.col.2.li.1.vbi limitant nõ pro
cedere quando poſt aſſignationes ad ius
appareret de negligẽtia partis appellãtis,
quæ non curat cauſam ſuę appellationis
expediri,de quo dixi ſupra, & hæc nota,
quia practicabilia ſunt.

## Aſſignatione cum comminatione ad iurãdũ facta, à qua nõ fuit reclamatũ, an pars poſſit expectare aliam aſſignationẽ cum iterata comminatione.

### *DECISIO XI.*

1 *Aſſignatio alterã expectari poteſt à parte, quæ iam ſemel adiurandum cum cõminatione à iudice aſſignata fuerat.*

2 *Citatio ter abſenti fieri debet,ut contra illum in contumaciam procedi poſſit de iure communi.*

3 *Citatus non comparens niſi in tertia, & peremptoria ſoluit expenſas.*

SI aſſignata ſit pars ad iuran
dum, cum comminatione,
quod aliàs ipſa non compa
rante, iuramentum aduerſa-
rio referetur, vt fieri ſolet,
à qua aſſignatione non fuit reclamatum,
& in dicta cadente pars non iurat; Quæſi-
tum fuit,an debeat pronunciari in fauorẽ
deferenti,vel referri iuramẽtum, vt dice-
bat comminatio,an vero fieri aſſignatio
cum iterata comminatione?videbatur iu
dicandum pro deferente,ordinando iura
mentum deferendum,attenta cõtumacia
non iurantis,& quia aſſignationi ad iuran
1 dum factę acquieuerat.Tamen † Senatus
cenſuit,dandam aſſignationem cum itera
* ta cõminatione, quia ita ſeruat ſtylus cu-
riæ in poſitionibus,nõ obſtante,quod nõ
contradixerit illi aſſignationi,quia ex iſto
pars expectabat alium aſſignationem cũ
iterata comminatione.1557.Menſe Mar-
tii,ſicuti,& de iure communi,pars quæ in
prima,& ſecũda citatione nõ comparet,
2 non dicitur contumax,quia† debet ter ci-
tari,auth.qui ſemel iuncto corpore unde
ſumitur.C.quomodo, & quando iudex.
Docto.in l.ſancimus.ubi Caſtren. numer.
8.C.de iudic.licet ex forma nouarum cõ
ſtitutionum alia ſit forma interdicta in ti
3 tul.*delle citationi* libo 3. † ſoluet tamen
expenſas primæ,& ſecundę citationis,qui
non comparet niſi in tertia,ut communi
ter fere doctores uoluerunt poſt Cyn. &
Bartol.in dicta.l.ſãcimus.glo.in uerbo ra
tionabili de procurato. ubi Panormitan.
numer.8.licet apud antiquos gloſſatores
hac de re non leuis cõtrouerſia fuerit,uti
eſt uidere apud Specul.in titu.de citatio.
§.viſo.nume.10.uerſic.ſed quid ſi tres ter
mini.& in titu.de expen.§.ſi ante litis cõ
teſtationem.num.6. uerſi.ſed quæritur.
& hanc gloſſatorum controuerſiam refert
glo.in ca.honoratus.in uerbo tot. ſcriptis.
74.diſtinctio.Didac. practicar. quæſtio-
num quæſt. 27.nume.2 uer.idẽ erit. ubi
refert Fel.contrarium ſtatuentem in ca.2.
de accuſ.

Cæterum,cùm dixerimus in hoc caſu
Senatum ſeruare ſtilum poſitionum, ad
uertendum eſt hanc deciſionem fortẽ nõ
habere locum,quando præſente parte cõ
minatio,& aſſignatio ad iurandum facta
eſt quia tunc in poſitionis Decreta noua
Emanuel.Philiber.in titu. *Delle poſitioni,*
in prin.ſtatuunt aſſignatum præſentem te
neri reſpondere infra quinque, alias ipſo
iure,& nulla declaratione iudicis ſequente
habebuntur pro cõfeſſis, ibiq; hæc comi-
nationes in totũ tolluntur illis uerbis. *Et
in queſto caſo non uogliamo,che ſiano neceſſa
rie alcune cõminationi,come ſi ſoleano fare,*
tamen cum hoc decretum nimis rigoro-
ſum ſit arbitrarer eſſe reſtringendum in ca
ſu huius deciſionis,nõ minus quam aliud
de iuramẽto loquens eiuſdẽ Philiberti in
tit.*Del giuramẽto.§.offerẽdo l'attore,* ꝙ ma
gis procedere arbitror, cùm nulla cõmi-

 natio,

natio,ſed ſola aſſignatio ſimplex ad iurādum facta fuit,& ita iudicaui : ſecus verò ſi facta fuerit iam aſſignatio ad proponendum,& ordinario lata fuerit ſuper tali iuramento,quia tunc non poterit amplius expectare aliā aſſignationem,ſed ſequitur pronunciatio,ita fuit tentum in quadam Taurinen.appellationis Gianetti , & Arnulfi.19.Octobr.1587.

## Abortui cauſam præſtās qua pęna puniaĩ,& quibus in caſib. examinatur doctorū diſtinctio de animato,& inanimato abortu , & de pæna matris in infantem utero occidentis.

### DECISIO XII.

1 *Abortui cauſam præſtans uariè punitur.*
2 *Mulierem prægnantem pugno,uel ictu percutiens ita ut abortum fecerit , ad quid teneatur, & obiter Vlpiani locus in l. ſi ſeruus.§ ſi mulier.D.ad l. Aquil.illuſtratus.*
3 *Abortui cauſam ex propoſito,& uoluntariè præbens qua pæna mulctari debeat.*
4 *Animatum fætum abigēs,uel poculū amatoriū præbens ab ultimo ſupplicio plectēdus ſit,& nu.8.& 10.*
5 *Tex.in c.Moyſes.32.q.2.declaratur.*
6 *Leges uariæ de abortu mulieris loquentes explicata.*
7 *Infans dum in utero eſt,homo dici non poteſt.*
9 *Statutum puniēs occidentem hominem,pæna capitis,non ampliatur ad eū,qui abortui cauſam dedit.*
11 *Poculum ad abortionem præbens pro uita matris an teneatur.*
12 *Mater filiæ abortum perſuadens qualiter punienda.*
13 *Mater abigens partum qua pæna plectenda.*

ABIGENS partum in vtero cōceptum, abortuique cauſam prębēs† uariis modis punitur,prout iuxta caſuum diuerſitatem iura,& doctores uariare ſolent,vt in ſimili exorditur Ozaſ.dec.60.ideoque in caſus contingentia prudēs iudex conſiderare debebit, quo in loco,a quibus,quo animo , & qualiter delictū perpetratum fuerit,ut caſuum diuerſitatibus leges accommodare ex inde facile poſſit,qua in re,ut ſtudioſis iudicibus laborē in aliquo ſubleuare poſſimus,Nos aliquot caſus magis frequētes de quib. etiam leges expreſſe non loquuntur,examinabimus,quidve in illis ex opinione noſtra doctorum ſcriptis firmata,iudicandum ſit,demonſtrabimus.Et cum generalis in hac materia à doctoribus diſtinctio tradatur,an partus ſit animatus , vel non,vt nouiſſime diſtinguere in hac quæſtione videtur Iacob.Menochius vir multæ lectionis,& magni nominis in lib.2.de arbitr. iudi.cēt.4.caſ.357.ita,vt qui animatum fœtum occiderit.pœna homicidij ordinaria teneatur: inanimatum vero occidēs extraordinaria arbitrio iudicis puniatur,videndum nobis eſt an hæc diſtinctio ſemper locum habere poſſit.

Primus igitur caſus eſſe poterit in quæſtione illa,quam Vlpian.in l.ſi ſeruus,§. ſi mulierem D.ad l. Aquil. propoſuit . Si
2 mulier† prægnans pugno, vel ictu percuſſa ab aliquo ita fuerit,vt abegerit, uel eiecerit,qua pœna plectendus ſit is qui abortioni cauſam dedit,quo in caſu licet iuris noſtri regula ſit,ꝙ qui in vtero eſt, pro iā nato habeatur.l.qui in vtero.1.& 2. ff. de ſtat.hom.tn̄ ex Bruti.ſententia Vlpian.cēſet lege Aquilia quaſi rupto delinquente teneri,cuius legis tertio capite nō mortis pæna damnatoris,qui ruperit,neq; quanti ea res illo anno plurimi fuerit,vt ī primo capite cauebatur,ſed ad id,qđ per 30.dies damnū datū æſtimatū fuerit,tenetur. d.l. ſi ſeruus.§.tertio autē.ff.ad l. Aquil.§. capite tertio.inſtitut.eo verùm cum æſtimatio hæc nō illo duntaxat cōſideratio fiat, quāti fuerit cū occiditur , vel eijcitur partus,ſed quāti interfuit noſtra eſſe abactū, vel occiſū.l.ait lex.in fi.eo.tit.cū liber homo in æſtimationē cadere nō poſſit,quāuis I.C.de quacunq; muliere loqui videatur,interpretari tamē debet locus ille, ut intelligatur de muliere prægnāte , quę in ſeruitute cōſtituta eſt,quæ interpretatio ex græco Baſilicorū li.à viro doctiſſimo Iacobo Cuiacio latinitate donato,vn̄ Vlpiani locus ſupra relatus deſumptus fuit. colligiĩ,vbi li.60.tit.3.c.27.§. is. qui percutit

cutit



cutit.reperi de ancilla duntaxat mentionem factam fuiſſe dum ſcribitur . *Is qui percutit ancillam , uel equam atque ita efficit , ut abortum faciat , tenetur Aquilia. &c.* & huic interpretationi arridet ipſius legis Aquiliæ tractatus,in quo non niſi de ſeruis,pecudibus, & hmōi rebus, q̄ dominorū poteſtatibus ſubijciuntur , quādo de æſtimatione eius, quod intereſt tractatur, diſputatio a Iurecōſultis habetur , quia de liberis hominis æſtimatione fruſtra quærere ĩ, vt dixi Ideoq; ſi in libera muliere caſus contingat,grauiori pęna dignum reū exiſtimarem,ut ſi in rixa duobus ſimul cōtendentibus mulier in medio exiſtens percuſſa fuerit,uel dum cum ipſa muliere q̄ſtio eſt,aut ſi ita per zonam arrepta ab illo ꝗ cum ea turpiter ludere cupiebat fuerit, ut abortum cauſauerit ut proponitur in c. ſicut ex litterarum.de homicid.quibus tamen in caſibus quamuis id ordinariam diſtinctionem Noſtri recurrant ſi animatus fætus ſit , uel non per tex. in d.c.ſicut &c. Moyſes.32.q.2.ut in hac ſpecie diſtinguit Alber.in tracta.ſtatu.par.3.q. 59 Ità, ut ſi animatus fætus ſi capite plectatur, ego tāmen mititorem partem ſecutus omiſſa diſtinctione illa quo ad pænā mortis de qua mox dicemus pro reo ſententiā ferre nō dubitarem,& pœne exitij temporalis,arbitrio iudicis relinquendū,dignum exiſtimarem.ut in d.quæſt.49.uidetur Alberic. cōcludere,& tenet Boſſ.in trac. de homicid. num.5.huiuſq; rei tex. eſt expreſſus in l.ſi quis aliquid.§.q̄s bortionis D. de pē.quo in loco nulla alia reperitur cauſa , ex qua in ſimili ultimi ſupplicij pæna infertur, q̄ ſi ipſius mulieris mors ſecuta fuerit,cui cōuenit diuina lex Exodi.cap.21.in arbitraria uero inferenda pæna prudens iudex caſum diligenter examinabit , an ſit animatus,formatus,inanimatus uel immaturus partus,a qua perſona delictum cōmiſſum fuerit , quo animo perpetrauerit , an caſu, uel iniuria hæc enim omnia, delicta diſtinguere ſolent,& iuxta caſum contingentem pęna minuit, uel augeri poteſt , ut multis doctorum authoritatibus comprobat Sebaſt Medices.in tract.de fortuit.caſi pa.1. q.1 nu.24 & recte conſiderat Alberic.d.q. 59.num.6.& Menoch.d.caſ.357.nu.16.& 17 poſt Signorol.conſi.1.col.2.

Hinc infertur male ſenſiſſe Clar. in §.ſi. pract.crimin quęſt.68.uerſic.abortum. in fin.dum & illo caſu quando inter duos rixantes mulier exiſtens ab uno illorum ita percuſſa eſt , ut animatum abegerit, reum pœna mortis teneri uoluit. Nam cum hic dolus non accedat,& calor plerunq; iracūdiæ,qui oculos rixanis obcæcabat,excuſationem mereatur,magis dicendum eſt,mitiori pœna plectēdum, eſt enim hic caſus fortuitus , quia pæna abortionis excuſat, ut tradit Medices in d.tract.par.2.quæſ.5. nu.43.ideoque etiā aliquādo ab omni pęna ueniet reus abſoluendum , uel ſolū pecunia arbitrio iudicis mulctandus, ut d.c. 11.Exodi cauetur.

Secundus caſus ex his colligitur,ſi quis
3 uoluntarie,& ex propoſito† abortioni cauſam dederit proculi miniſterio, aut aliter, & tunc Paulus in d.l.ſi quis aliquid.§. qui abortionis . Humiliores in metallum , honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorū relegandos cenſet,& ſi dolus non acceſſerit,ut in poculo amatorio,quia mali exempli res eſt ſic & ex Senatuſconſul.relegatā fuiſſe aliam mulierem , quę medicamētū ad cōceptionē dederat,ex quo mors mulieris ſecuta,fuerāt,Marcianus refert in l.3 §.1.D.ad l.Cornel.de ſicar. Cum.uero huiuſmodi genera pænarum in deſuetudinē hodie abierint,hæc pœna meo iudicio ſic per iudicem imponenda ierit,ut humiliores ad perpetuas triremes . honeſtiores in perpetuum exilium mittendi ſint,fæminę uero poſt fuſtiū ictum in perpetuū ſeruitium alicuius hoſpitalis dandę ſint.Et hac pœna puniendum, qui poculo ueneno ſo abortum ꝓcurauit,licet abortus ſequutus non ſit,tenet Ioan.de Anan.cōſi.1. colum. penul.per tex.in l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn.quod tamen non putarem uerum per ea,quę dicam infra. in uerſic.4.caſus.in fin.

Hoc aūt in caſu , quamuis Iuriſconſul. ſentētia ſine nulla diſtinctione in libris noſtris reperiaĩ,niſi qn̄ ipſius mulieris exitiū ſequutum fuerit ; Doctores tamen ad ordinaria illam diſtinctionem reccurrere ſo-
4 lēt,† ſi maturus,& animatus partus ſit, uel nō ita vt aīatum fœtum perimens mortis pœna ſemper plectēdus ſit,ut in ſuperiori caſu dicebamus. Qua diſtinctione poſt Accurſ.in l.diuus. D.de uarijs,& extraord.criminib.& gloſ.ordina.in c.Moyſes.32.q.2.

in

In cap.ſicut de homicid.& in cap.conſului
ſti.2.quæſ.5.in uerbo p aborſum,inter an
tiquos iuris interpretes uſus fuit Alber. in
l.qui in utero.D.de ſtatu. hominum.& in
dicta quæſt.59.num.6. & Abb.in dicto c.
ſicut.Ioan.Berber.in uiator.iur. tit. de ho
micid.parte prima.in fi.& ex recentiorib.
Petrus a Placa in epito.delictor.libro 1. c.
20.nume.5.qui ita communiter a doctori
bus teneri in cap.ſi aliquis.de homicid. re
fert.& eodem lib.cap.26.nume.8.uer.qui
uerb.abortioni quem ſequitur Menoc. d.
caſu.857.Gomez.uariar.reſolut.lib.3.c.3.
num.32.& inter Theologus,ac ſummiſtas
illam ſequuntur Silueſt. in uerbo homici-
dium.§.1. nume. 2.B. Antonius in prima
par.ſuæ ſummæ.tit.7.cap.8.§.2.in fi.Quo
cum diſtinctio,& opinio dura nimis, & ri
goroſa in eo ſemper mihi uiſa fuit, quod
animato fætui abortionis cauſam præben
tibus,mortis pęnam afferant,& forte inhu
manior,quam quæ in iudiciis ubi de uita
hominis agitur obſeruanda ſit ideo exami
nemus illam plene, uideamuſque an uera
ſit, ex eoque ſolo ſeruanda, quia commu
nis, ne forte imperiti illi iudices, qui ſola
aliquando communi ſententia freti iudi-
cant,in hoc etiam errare,ueritate rei non
conſiderata facile poſſint.Si enim in omni
bus cauſis iudex diligenter quid iudicãdũ
illi ſit cõſiderare,& inquirere debet.l. Car
bonianum.§.duæ autem.de Carbon.edi-
cto multo magis in cauſa capitali id facien
dum eſt diligenter in facto, & iure rẽ con
ſiderando, & examinando, cum enim de
hominis ſalute ſemel erratur,actum de il-
lius capite,ſententiaq; non reperatur,nec
iterum eſt errori locus,& ideo inquit Iuue
nalis. Nulla unquam de morte hominis
cunctatio longa eſt.

Et quidem (ut hinc exordiamur) non
ex ſuo capite diſtinctionem hanc animati
& inanimati partus doctores noſtri ſibi fin
xerunt, ſed ex iuris Canonici diſpoſitione
in medium attulerunt.Id enim expreſſum
uidetur in cap.quod uero,& d.ca Moyſes
32.quæſt.2.ubi uerba Diui Auguſtini hac
de re referũtur,eademque diſtinctione uti
tur.Innocentius III. in cap. ſicut ex litera
rum. de homicid. & cum canones homici
dam hunc reum appellare ſoleãt.c. conſu 5
luiſti.1.quæſt.5.in §.homicidiæ pæna,hoc
eſt ultimo ſupplicio plectẽdus erit, & hãc
opinionem, ut animatũ fætum perimens
morte plectatur, iuris etiã ciuilis authori-
tate probare interpretes nituntur, nempe
ex l.Diuus. D. de uariis,& extraordinariis
criminib.ex l.Cicero. D.de pæ.ex.l.ſi mu
lierem. D.ad Cornel.de ſicar.ex l.penulti.
C.eodem titu.quibus omnibus in locis ſic
interpretes diſtinguere uidentur poſt. Bar.
in d.l.diuus.Pro hac denique ſententia fa
cere uidetur illa iuris regula, quod qui in
utero eſt,habetur pro nato.l.qui in utero
1.& 2.de ſtatu hominum.unde ſicuti, qui
iam natum conſulto occidit, pæna mortis
punitur,ita & hoc caſu concludendum ui-
detur,ſatiſque pæna capitali dignus cenſe
bitur, qui ſpem animãtis perimit, ex lege
regia.de qua in l.2.D.de mort.infere & in
utroq; capite indiſtincte tenuit Marquar.
Auguſtan.lib.1.parerg.cap.17. idque for-
tius ex eo defendi poſſe uidetur,quia,cum
inter Chriſtianos homines cõtrouerſia ſit
conſiderandam animam in periculo maxi
mo conſtitutam,ſi abſque Baptiſmo cor-
pus egreſſa fuerit, & culpoſum animã &
corpus ſimul intermiſſe,hoc temporali, il
lam perpetua morte, unde Tertullian.in
Apologetico. *Nobis uero* (inquit) *homici-
dio ſeueriter interdicto, etiã conceptũ utero
dum adhuc ſanguis in hominem delebatur,
diſſoluere non licet. Homicidij feſtinatio eſt
prohiberi naſci, nec refert natam quis eripiat
animam an naſcentium diſturbet, homo eſt,
& qui eſt futurus, & fructus hominis iam
in ſemine eſt.*

Verum quicquid ſupraſcriptis doctori
bus ex his uiſum fuerit,mihi contraria ſen
tentia tanquam uerior, & humanior ma
gis ſemper placuit,concludereque,& iudi-
care non dubitarem, diſtinctione illa ad
miſſa,animatũ abigens fætum mortis pæ-
na non puniendum, ſed alia non forte mi
nus graui,ut infra dicam,plectendum.Pro
cuius opinionis defenſione id mihi ſatis
ſufficere exiſtimo,ſi contrariæ partis argu
menta nõ ſubſiſtere,iuraque a doctoribus
allegata non probare, immo contrarium
aperte ſtatuere,demõſtrauero, tunc enim
neceſſario ſequetur,ut non ſecus, quam ſi
grauiſſimæ alicuius machinæ ſuſtentacula
tollas, omnia corruant. Atque in primis
† perpendamus quæſo iuris Canonici de
creta,quibus ſuam opinionem probare co
nati ſunt cõtrariæ partis defẽſores, & tex.
adſertus



adſertur in dicto cap Moyſes.32 quæſt.2
cuius hęc uerba ſunt.

Moyſes tradidit.Si qs pcuſſe
rit mulierẽ in utero habẽtem, &
abortiuum fecerit,ſi formatũ fue
rit:det animam pro anima,ſi autẽ
informatum fuerit, mulctetur pe
cunia.

Hæc uerba ex D.Auguſtini ſcriptis de
cepta fuerunt in lib. quæſtionum ueteris
& noui teſtamẽti. quæſt.23.& in libro 2.
quæſt.Exod.quæſt 80. Quibus locis quã
uis reſpondere multipliciter poſſimus, &
reſpondeat Menoc. in dicto caſ. 357. nu.
me 15.leges ueteris teſtamenti nõ eſſe in
cauſarum deciſionibus obſeruandas,tamẽ
hac reſponſione omiſſa, ſatis erit oſtende
re in capitu.illo.21.Exo.unde Auguſtinus
uerba illa decerpſit,nullibi d̃ partu anima
to,uel inanimato mentionem fieri, immo
nec deformato. ibi enim Dominus ex eo
Moyſis Iſraelitico populo legem hac in re
proferens iuxta ueram,& Germanam mul
torum Codicum lectionem ſic loquitur
*Si rixati fuerũt uiri, et percuſſerit quis mu
lierem prægnantem, & abortiuum quidem
fecerit ſed ipſa uixerit, ſubiacebit damno,
quantum maritus mulieris expetiuerit, &
arbitri iudicauerint, ſin autem mors eius fue
rit ſubſequuta, reddet animam pro ani
ma. & cæter.* quibus uerbis non alio
caſu reum mortis percuſſorem iudicauit,
quam ſi mulier ipſa mortua fuerit, quod
& Vlpiano cęteriſq; Romanarum legum
authoribus non diſplicuiſſe, animaduerti
in dicto §. qui abortionis. & in 1.caſu ſu 6
pra dicebamus ex l.ſi ſeruus.§.ſi mulierẽ.
D.ad l Aquil.a quibus,& VViſigoti in illo
rum condendis legibus hac in ſpecie non
receſſunt libro 6. titu.3.l.2. quod ſi quis
hac cõmuni forte lectione contentus non
ſit,is Hębraicam,& Gręcam lectionem au
diat,quam de uerbo ad uerbũ ſit doctiſſi
mi interpretes uertunt.*Si contenderint ui
ri & offenderint mulierem prægnantem, ut
egrediantur nati eius, & non fuerint exitiũ
puniendo punietur, ſecundum quod illi im
poſuerit maritus mulieris, dabitque iuxta
arbitrorũ ſententiam, & ſi exitium fuerit
mulieris dabit animam pro anima.*Nullum
igitur hic uerbum de animato,& inanima
to fætu,neque alibi in toto Bibliorum li
bro (quod uiderim) hac de re mentio fit
Diui uero Auguſtini uerba in ſupradictis
locis non eo referẽda ſunt, de animato
ſolum partu loquatur,ſed de illo,qui for
matus,& omnino maturus eſt,quaſi uer-
ba illa, *& abortium fecerit*, de fætu nõdũ
formato intellexerit,ut uero meo iudicio
intelligi debet Partus uero ex Hyppocra
tis doctiſſimi ſentẽtia a qua I. C.noſtri in
ſimilib.quęſt.nõ diſceſſerunt. ut in l.ſepti
mo menſe.D de ſtatu hominum nõ ante
uere formatus eſt, quam poſt octauũ mẽ
ſẽ, ut ipſe in libellis de ſeptimeſtri,& octi
meſtri partu author eſt, & nos infra dice-
mus,& ita omnia iura ſtatuta, doctorum
que authoritates,& ſentẽtias de formatu
partu loquẽtes intelligerem.Quod uero
dicitur ex c.ſicut ex literarũ.de homicid.
ubi de uiuificato partu mentio fit,dico di
ſtinctionem quidem merito ad inuentam
neque nos ab illa iudicando diſcedere in
pæna arbitranda uolumus. ſed mortis pe
nam delinquenti ob id infligendam nega
mus cum,nulla neque canonica,nec ciuili
lege cautum reperiatur, & licet canones
hunc delinquẽtem ut homicidium teneri
& iudicari uoluerint.d.c.conſuluiſti,in fi.
& d. cap.ſi aliquis.de homicid.non tamẽ
uerus homicida dici poterit,ideo neq; ue
re homicidæ mulctabitur. ſepius enim
multiſque in caſibus ex lege Euangelica
quis homicidia dicitur ut in c. homicidio
rum.de pænit.diſt.1.pro quibus mortis
pena quis tamen non plectitur.

Iuriſconſultorum uero nulla reperiun
tur loca in omnibus Digeſtorum libris,ex
quibus non ſolum hæc opinio,ſed nec di
ſtinctio illa elici poſſit, & primo † tex.in
l.diuus hoc comprobat immo in fortiori
cauſa loquẽs Marianus,quãdo ſcilicet ab
ipſa matre nõ caſu,ſed data opa, ab actu
partus fuit.in temporale exilium dandam
eſſe ex Imp.Seueri, & Antonini reſcripto
cenſuit. Idemque nulla tamen Imper.mẽ
tione habita in græco Baſilicorũ lib.ſcri
ptum reperitur li.60.ti.22.c.4.minus au
tem ex l.ſi quis aliquid.§ qui abortionis,
ſuſtineri hæc ſententia poterit cum ibi nõ
niſi illo in caſu ultimi ſupplici pœna pro
pter abortionis cauſam reo imponãtur,ſi
ex poculis ſumptione non ſolum infans
ſed ipſa mulier mortua fuerit,ut exodi et
dicto

dicto ca. 21. cauebatur. L. Cicero, in ea parte pro qua citatur loquitur etiam de ipſa matre quæ accepta pecunia partū medicamētis ab gerat, ſic ipſe Cicero in oratione ꝑ Aulo Cluētio loquitur unde, illa lex deſumpta fuit Ideoque, ūt nō ſemper eādem pro abortu pænam matri imponēdā Iuriſconſul. iudicaret ſubijcit, quod ſi qua uiſceribus ſuis uim intulerit, tēporali exilio coercenda eſt Idemque Vlpianus in d. l. ſi mulierem. D. ad l. Cor. de ſica. in ſimili ſpecie ſtatuebat Deniq; minor q̃ ob cauſā in hac qōne tex. tamen ſæpe doctores noſtri in medium auferant in l. penulti. C. ad legem Cornel. de ſicar. ibi enim nō de fætu immaturo, & qui in utero adhuc eſt Imper. ſcribunt, ſed de infante iam nato expreſſa uerba ſunt.

## Si q̄s necādi infātis piaculū aggreſſus aggreſſave ſit, ſciat ſe capitali ſupplicio eſſe puniendum.

Hic nulla reperitur diſtinctio nulla penitus de fætu, & utero mulieris uerba. ubi igitur leges non diſtinguūt, neque nos diſtinguere debemus. Et propterea reprehēſione dignus erit Accur. qui in glo. illius l. nondum natos connumerat. & Fab. 1. ibi, qui tamen ſub uerbo loquitur.

Vltimo nō obſtat ratio, quæ deducitur ex l. qui utero 1. & 2. de ſtatu hominum quod. qui in utero eſt habetur ꝑ nato. Reſpōdetur enim ex uulgata regula aliud eſſe tale, & aliud haberi pro tali. Iuriſconſultus enim ibi loquitur cum diſtinctione, ut habeatur pro nato, quo ad ſui commodū illi uero nulla hac ī re commoditas exoritur, ſi delinquēs pæna capitis, & mortis puniatur, neque enim tam facile pro immaturi partus extinctione homo formatus, & Reip. humanoq; generi magis utilis dānādus eſt. Hęc uero ſententia facilius meo
7 iudicio confirmabitur, † ſi fætum dum in utero reſidet, hominem non eſſe demonſtrabimus, quod illa ratione mihi ſatis probari poſſe uidetur, quia homo nunquā dicitur uerus homo, niſi poſtquam natus eſt dum, enim in utero eſt formatus, licetque iam animam habeat, nondum tamen formatus eſt, niſi poſt octauū menſem regulariter, indeque uere homo dici nō poteſt quia homo ex anima, & corpore efficitur & conſtituitur, quorum altero deficiente non eſt homo, Silueſtrin. in ſumma uerbo homo nume. 1. hinc qui in octauo menſe naſcuntur, uiuere nullo modo poſſunt, ut Hyppocrat. in li. de octimeſtri partu teſtatur, & Plutar. lib. 5. de Philoſophor. placit. Ariſtotelisq; ſententia, & q̄ ſeptimo menſe naſcuntur, raro uiuunt, & ſi uiuunt cęteris prius formatos Philoſophi, ſociabiliaque tunc ſigna reperiſſe infantem Mathematici dicunt & quamuis integraliter formati non ſint, ita tamen partu propinqui ſunt, ut quod in formatione ſupeſt, facile, extra uterū capere poſſint, rationemque huius rei pulchram tradit Ferra. adducen. lib. 1. explicar. capi. 6. Præterea dum fętus in utero eſt animal nō eſſe, ſed partē uentris matris communiter inter ipſos Philoſophos Stoici cenſuerūt, ut idem Plutarc. d lib. 6. cap. 15. teſtatur quorum ſententia & inter Iuriſconſul. Vlpianus ſequutus eſt dum fętum in vtero exiſtentem partē uiſcerum matri eſſe ſcribit l. 1. §. ex hoc reſcripto. D. de inſpicien. uent. hinc mulierē abigentem uiſceribus propriis uim inferre Triphoninus in d. l. Cicero, & idem Vlpianus in l. ſi mulierem dixerunt, nec immerito donec enim infans ī utero eſt, umbilicus eius ita uiſceribus matris ad fixus manet, ut pars uiſcerum ipſius matris cenſeatur, ſic & fructus dū immaturi, & accerbi ſunt uere fructus non ſunt: cū frui non poſſint, nullo que uſui ſint q̄bus hominē philoſophi comparant, ut ſcribit Rodigin. lectio. antiquar. li. 15. capit. 22. unde qui abortui cauſam dat uerus homicida dici nō poterit, dum uerus homo qui in utero geſtatur, non ſit, ſed ut medici uocant, embrio, neque homo niſi poſt natiuitatē uere dicitur, unde ſummi uir ingenii Papinianus in l. in l. Falcidia. 9. D. ad l. Falcid.

## Partus nōdum editus (inquit) homo non recte fuiſſe dicitur.

Quam ſententiam, & Baldo (qui philoſophus etiam fuit.) & Io. de Anan. multiſque alijs doctorib. non diſplicuiſſe uideo, quos refert Placa. d. c. 26. nume. 8. & ſequitur poſt Socin. Alcia. in l. qui liberi. D. de verbo. ſignificat. & Imperator Iuſtinianus fętum ipſum hominis appellat. in l. cū inter C. de fideicommiſ. liberta. Iuriſconſulto



ſolutorum ueſtigia ſequutus, qui ſpem animantis dicunt. l. negat. ff. de mortuo inferen. pluraque huiuſmodi in Digeſtorū, & Codicis libris exempla reperiūtur, quorū Albericus meminit in d par. 3. ſtatu. q. 59. & Menoch. in dicto caſu 357. nume. 8. ex dicto §. qui abortionis. uerbis aperte demōſtrat. Et vterum hominem nō eſſe pluribus oſtendit more ſuo Tiraq. in l. ſi unquam. C. de reuocan. donatio. in uerbo ſuſceperit liberos nu. 147. 148. & hanc ſententiam expreſſe defendit Brun. in tract. forma. art. 2. col. 21. per tex. in d. l. in l. Falcidia. ff. ad l. Falcidiam. Neque eſt, quod iudicium animos moueat periculum animæ, quæ ſine Baptiſmo perit, quia quamuis hoc grauiſſimum in foro conſcientiæ ſit, non tamen obid. pæna mortis inferri debet, cum ſi animatus naſcatur fætus baptizari ſatis poſſit; & conſiderari ſemper debet, quod dum in utero matris infans eſt, multa alia accidere poſſent, quæ abortioni cauſam prēberent. inde B. Antonin. in ſumma ſua. par. 2. tit. 7. c. 8. §. 1. col. 2. dicit hoc homicidium eſſe, & ita reputari ſolum quo ad peccatum, & irregularitatem. idemque voluit Caiet. in ſumma ſua litera A. verbo aborſus. Brun. vbi ſupra.

Ex quibus omnibus cū diſtinctionem illa radice, & fundamentis penitus carere demonſtratum ſit; mihi facti ſpecie pro humaniori ſententia iudicandum ſemper
8 eſſe uidetur, ita vt † quāuis partus animatus ſit, tamen pœnam matris reus non ſuſtineat, cū anima de interpretatione legū agatur, hoc in caſu pęnę potius moliendę quā aſperandæ ſunt. l. interpretatione. ff. de pęn. & promptiores eſſe debemus ad liberandum quā ad condemnandum. l. Arrianus. de actio. & obliga. præcipue cū de uita morteque hominis cōtrouerſia, ſit. In qua quęſtione eius ſemꝑ fui opinionis, vt quando non habemus tex. claros, & apertos, qui rē decidant, neq; lege aliqua municipali comprehenſus caſu eſt, tunc quauis omnes fere doctores reū morte dignū iudicent, & vnus aut alter abſolutione magis quā pęna dignū ſolidiſſimis rationib. defendat, pro abſolutione ſemꝑ ſententiā dicere non dubitarem. Nam dicūt doctores, quod ſi opinio communis dura fuerit, & rigorem ſapiat, cōtraria uero magis æqua ſit, hæc ſequenda eſt. Ita dicit Purpurat. in l. admonendi. nu. 55. de iureiu. Cepha. 93. nu. 6. Io. Bolognet. l. 1. num. 43. ſi cer. pet. præſertim uero hoc in caſu differentia cōſtituenda eſt, quādo quis occidit iam natū, & quādo immaturū, prout inter vterū, & natum puerum plures conſtituuntur a Tiraq. in l. ſi unquā. quæ nulla cōſtitueretur, ſi vtroſque eandem pęna mereri iudicarent. Ideoq; vera mihi Paul. Caſtren. & aliorum ſententia uiſa eſt; qui in l. quod dicitur. ff. de lib. & poſth. volue
9 runt, quod † ſi ſtatutum pro homine occiſo mortis pœnā ingerat, hic caſus non cōprehendatur, quando ſcilicet fętus erant adhuc in vtero. In quā rem plures allegat Tiraquell. in d. l. ſi vnquam. in verbo ſuſceperit liberos. nu. 150. C. de reuoc. donat. Non negamus tamen, quin a prudentiſſimis iudicibus, diſtinctio adhibeatur aliqua an fętus ſit animatus, uel non, immo, & id in foro conſcientiæ conſiderandum arbitror a Sacerdote in pęnitentia imponenda, dū tamen pęna hęc arbitraria mortem non inferat, cum enim pœna iudicis arbitrio imponenda relinquitur, non poteſt iudex reum morti condemnare, ut eleganter tradit Barbat. in ſimili ſpecie conſ. 23. in fi. lib. 2. Quamuis gloſ. in §. in ſumma. in uerbo extraordinaria, inſt. de iniur. contrarium velit, quam cōmuniter reprobatā teſtatur Ludou. a Peguera Hiſpa. inter deciſio. ſeu quæſtiones criminales, ca. 7. nu. 12. Afflict. deciſio. 276. nu. 6. & contra illam glo. tenuit Clar. §. fi. pract. crim. quæſt. 83. verſic. ſed quæro. & dixi infra deciſ. 161. Satis vero doctoribus illis, qui voluerunt pęna capitali reum afficiendū, ſatiſfactum iri iudicarem, ſi relegationis, exilij perpetui, triremiumque pœna illi imponeretur, quia iſtæ pœnę capitales appellantur. l. 2. & l. capitalium. ff. de pęn. In hac vero opinione ſolus non iudicabo, & illam ab aliquibus non contenendæ autoritalis doctorib. ſequutam fuiſſe reperio Nempe ab Alex. in l. quod dicit. nu. 3. poſt Bal. ibi. ff. de lib. & poſth. qui pater veritastis appellatur. Dec. conſ. 535. nu. 3. vbi dicit contrariā opinionem iure nō probari, illāque neque lege Moſayca, neque Canonica defendi poſſe tradit Innocent. in dicto capit. ſicut ex literarum. de homici. & videtur probare Alciat. in l. non eſt pupillus 161. de verborum ſignificat Menoch. expreſſe

expreſſe in dicto caſu 357. Emanuel. Zoa
rez. in receptar. ſētentiar. theſauro. in ver
bo abortui. Boſſ. de homicid. num. 5. & 6.
Et pro hac opinione crederem, quod ſi ca
ſus cōtingeret ſemper iudicaret Senatus,
qui mitius in his caſibus agere ſolet quā
leges diſponant; quemadmodum & in du
* bio pro matre ipſa quæ infantem iam na
tum occiderat (ſine dolo tamē) iudicauit:
& aliam, quæ data opera nō vitalem occi
dit, a pæna mortis abſoluit, vt in ſeq. deci.
dicemus.
10 Hæc inferi poteſt, mitiorē etiam † pæ
nam inferendam illi qui amoris furore ob
cęcatus poculum amatorium mulieri de
dit. ex d. §. qui abortionis. Nam, vt Iacob.
Nouel. in tracta. ad defenſam. cap. 1. n. 58.
ſcribit laſciuia a pæna homicidij ordinaria
excuſat, quia nulla facilius ad maleficium
cauſa, quam turpis amor, & intemperans
libido cōmouere poteſt, ideo reus exilij,
vel relegationis pæna mulctandus erit, ꝑ
tex. in l. lege Cornel. §. 1. ff. ad l. Cornel. de
ſica. vel tanꝙ furioſo bonorū ſuorū admi-
niſtratio illi interdicēda erit, vt cēſet Ste-
phanus Forcatulus ī cupidine Iuriſperito.
cap. 4. nume. 9. apud quam plura huiuſmo
di amatorij furoris exēpla colligere licet
hincque Ariſtoteles li. 1. Magnor. moral.
cap. 16. Areopagitarum iudicio non male
abſolutam mulierē illam eſſe ſcribit, quæ
ex poculo amatorio mortē iuueni cauſa-
uerat, quia nulla voluntas hominem occi
dendi ſuberat, quamuis morte hoc in caſu
reum dignum Vlpianus iudicet in d. §. q
abortionis, & ſequitur Alciat. lib 7. παρερ
γον, ca. 25. plura vero de poculum amato
rium præbentis pæna congerit Paul. Gril
lan. in tracta, de ſortileg. q. 12. per totam.
Menoch. d. centur. 4. caſu 358. Et amorē
furorem eſſe pulcherrimis autoritatibus
demonſtrat Octau. Simōcell. de decret. in
præfa. nu. 75. nunc ad rem noſtram redea
mus, Et.
Tertius caſus proponi poteſt in ſpecie il
11 la, quando poculum ad abortiendum † da
tur, non ob malum cauſandum, ſed vt mu
lier ſanitatem cōſequatur, dum in pericu
lo vitæ ob fætum in vtero exiſtentē poſi
ta eſt. Quo in caſu quamuis aliquorum ſē
tētia fuerit, quos recenſet Placa in Epito.
delicto cap. 20. num. 6. verſic. hinc etiam,
vt ſi animatus fætus ſit, pęna homicidij te
neatur, mihi tamen altera Soc. & Fel. ſen-
tentiam in cap. ſi aliquis. de homic. uerior
videtur, vt cum ex puerperio mulierē mo
rituram cognoſcitur, impune huiuſmodi
abortionis poculum illi dari poſſit, dū ta-
men hac in re Medicorum cōſenſus acce
dat, vt innuit Carer. in pract. crimina. in §.
homicidij. par. 1. nume. 24. in fin. & par. 2.
num. 107. cum enim hoc caſu non ſolū ip
ſius matris, ſed etiam infantis periculū ex
pectetur, de duob. malis minus eſt eligen.
dum, humaniuſque videtur eſſe, vitā ma
tri hoc modo cōcedere, q̄ alios procreare
liberos poteſt quam infanti, qui ſemper
in periculo poſitus eſt, donec ad generādi
ætate peruenerit, erit tamen ſalutaris pæ
na pro homicidio delinquēti iniungenda
quia peccatum hoc inter mortales cōnu
meratur a B. Antonio ī ſumma. dicto ca-
pite 8. §. circa fi. Quod ſi abſque Medico
rum conſenſu id factum fuerit ſine dolo,
miſerationis cauſa, non pęna capitis, neq;
ordinaria legis Corneliæ puniet reus, ſed
mitiori, puta exilii ad tēpus, & alia huiuſ-
modi iudicis arbitrio. Si enim ex Senatuſ
conſu. relegatam illam in quinquennium
duntaxat mulierem fuiſſe apud Martianū
reperimus, quæ poculum ad conceptionē
dederat, ex quo ea, q̄ acceperat, deceſſit.
l. 3. §. ſed ex Senatuſcōſulto. D. ad l. Cor.
de ſicar. cū alias vltimi ſupplicij pæna in
dicta eſſet. dicto §. qui abortionis. de pæn.
ex eo, quod in ſpecie illa duplex homici
dium committebatur nō video, quare pæ
na mortis plectēda illa ſit, quæ ut matrē
ſaluaret, immaturum partum interemit.
Quartus caſus ex doctorū ſcriptis col-
12 ligitur, ſi mater filiam † habens prægnan-
tem, poculū abortionis cauſa dederit, uel
ſuaſionibus, & minis, filiam ad accipiendū
honoris ſeruandi cauſa impulerit. Et hoc
caſu variare noſtri ſolēt, pluresque diſtin-
ctiones afferre, vt eſt videre apud Boe. de
ciſ. 216. nu. 4. ego uero ſic reſolutiue con
cluderem, quod ſi hęc mater dato poculo
animatum fætum peremit, cauſaque abor
tionis propter impias ſuaſiones fuerit, id-
que nō una, ſed altera uice ab ipſa cōmiſ
ſū fuerit pæna capitis plectendam eſſe, vt
hac in ſpecie latiſſime cōſuluit Dec. in d.
conſ. 535. libro 2. per totum. ſicque intel-
ligendam dec. illam Boerii exiſtimarem,
dum Liburnię ad mortem condemnatā
mulierem



mulierem quādā teſtatur. loquitur enim
in caſu Decij. Idēque iudicandum, immo
& fortius puto, ſi ex eo poculo mortua fi
lia fuerit, cum hic duplex participiū acceſ
ſerit. ꝑ tex. in d. §. q abortionis ſi uero ina
nimatꝰ & hoc eſt, (ut Hyppocrates de na
tura pueri uoluit) ante trigeſimū in pue-
ro, & quadrageſimū ī fæmina diē eiectus
fuerit, idque ſemel tamen commiſſum eſt
exilij perpetui, uel relegationis pæna mul
ctādam ut omnes in d. cap. ſicut & cap. ſi
aliquis, de homicid. & in d. l. diuus. conclu
dunt innuitque Boer. d. deciſ. 216. nu. 4.
merito uero hæc impia mater his pænis
afficietur, q̄a po erat facillime ſi in eius
poteſtate filia erat, & de illius honore du-
bitabat, ita rem ſecretā habere, ut nullus
illā fuiſſe pregnantem cognouiſſet, ipſiq;
matri imputandum eſt, ſi filiam ita impu
dicam aluit, quæ ſe hominū amplexibus
tam facile committeret. Et quāuis forte
hoc in caſu etiā dubitarent, an pæna mor
tis punienda eſſet ego tamen cum id non
reperiam legibus cautum, immo uideam
matrē ipſam infantis a mortis pæna libe-
rari, ut mox dicam, exiſtimo idem in ma
tre prægnātis ſtatuendum eſſe, nō tamen
utroque caſu ipſa filia fuſtium ictū euita
bit, cum impijs ſuaſionibus acquieuerit
quod ſi poculū quidem abortionis datū
fuerit, ſed abortus ſequutus non eſt, tunc
mitiori pęna matrē coercendā dico poſt
Barbat. conſil. 23. a num. 17. uſque in fine
li. 2. per. ea, quæ dicit Carer. in dicto §. ho
micidij. 1. par. nume. 8. Grāmat. uoto 20.
cum ex conſuetudine, & ſtilu iudiciorum
nunquam ſoleat eadem pæna puniri affe
ctus, qua effectus punitur, quamuis aliqui
uoluerint uenenum dantē, licet non ſe
quatur mors, tamen mortis pæna ple-
ctendum.
Quintus quo ad materiā abortus ſuper
13 eſt caſus ſi mater ipſa † proprijs uiſceri
bꝰ ita uim intulerit, ut abegerit quo in ca
ſu, & ſi non ſolū legis Corneliæ pena, ſed
etiam participii puniēdam aliqui eſſe uo
luerint, ſi fętus animatus ſit, tamen legum
ciuilium ſanctiones hoc in caſu expreſſe
loquētes ego ſeruandas ī iudicio arbitror,
ut ſiue animatus, ſiue inanimatus fætus ſit
exilij perpetui cū fuſtigatione pæna mul
ctāda ſit ſic enim ex Imper. Seueri. & An
tonini reſcripto exilij duntaxat pænā ma
tri propter abortium inditam legimus in
diuus D. de uar. & extraordinar. crimin.
ubi Martianus.

Diuus Seuerus, & Antonius (*inquit*) reſcripſerunt eā, q̄ data opera abegit, a Pręſide in tēpora le exilium dādā; indignum enim uideri poteſt, impune eam maritum liberis fraudaſſe.

Quibus uerbis exilii temporalis matrē
pæna mulctatam fuiſſe colligimus, quod
& Vlpianus ſcribit in l. ſi. mulierem D. ad
l. Corne. de ſicar. & Tryphoninꝰ ſimiliter
reſpondit. in l. Cicer. §. ſed & ſi qua D. de
pæn quibus ī locis nulla de fætu animato
uel inanimato diſtinctio traditur, nam cū
in utero conceptus partus eſt, tam ſpē ani
manti interimit, qui inanimatum, quam
qui animatū abegit. hinc eſt, quod Iuriſ-
conſul. nullam hac in re differentiam con
ſtituere uoluerunt. Dū uero dicimus uer
beratam hanc mulierem in exilium mittē
dam, id extra Iuriſconſultorum placita nō
ſubiicimus, ita enim in Græco Baſilicorū
libro titu. 22. capitu. 4. ſcriptum repitur
*Quæ data opera abegit partum, uerberatā ī
exilium mittitur*. Mater uero ab hac pæ
na nō excuſabitur, ſi propter pudorem, &
cauſa honoris ſeruandi id perpetraſſe deli
ctum dicet, ut Dec. uoluit in allegato con
ſi. 353. & īter Theologus B. Antoninus in
ſumma ſua pa. 2. tit. 7. c. 8. de homicid. §. 2
in fin. ſcribit.
Nō obſtabit ſupradictis l. Cicer. in prin
cip. ubi dicitur mulierem quadam ex eo,
quod medicamentis partum abegerat, ca
pite damnatā fuiſſe unde huius criminis
pænam capitalem eſſe nā reſpondetur ani
maduertendum ibi non ſolum ſimpliciter
odio mariti, uel alia ueriſimiliter iuſta cau
ſa partum ab actum, ſed propter pecuniā
a ſecundis hæredibus acceptam, quo in ca
ſu cum delictum grauius, & attrocius redda
tur, ut poſt Grammat. Capic. & alios dicit
Menoch. in dicto caſu. 357. num. 13. meri-
to grauiori pæna digna fuit, cum ſpem pa
rentis, memoriam nominis, ſubſidium ge
neris, hæredem familiæ. deſignatum Rei
publicæ ciuem ſuſtulerit, ut Cicero in ora
tione pro A. Cluētio ſcribit, unde illius le
gis prima pars deſumpta eſt. Mitiori tamē
pæna

pœna digna erit, quę in minori ætate con ſtituta eſt; ut poſt Dec. in d. conſil. 535. uoluit Hyppolit. Riminald. inter conſilia Criminal. Ziletti Tomo. 1. conſi. 135. nu. 15. & facit l. Senatus. ff. ad l. Corne. de Fal. & ita in ſequenti cauſa cenſuit Senatus.

## Mater infantem iā natum occidens qua pœna plectatur.

### DECISIO XIII.

1 *Matris infantem occidētis ſupplicium eſt pœna mortis, limita. ut num. 2. 3. 5. 6.*
4 *Delictū ſine dolo commiſſum mitius puniēdum.*
7 *Confeſſio qualificata quid operetur.*

SVPRASCRIPTIS caſib. ſextus, & ultimus addi poteſt in ſimili materia, & qui ſepiſſimè cōtingit, & magna conſideratione miſeratione dignus eſt de muliere, quæ partū iā natum interemit, in quo breuiores erimus, quam in ſuprāſcripta deciſione, in qua ultra inſtitutum noſtrum longiores fuimus ex eo quod ubi de uita hominis agitur, diligentius res examinanda eſt mihique aliquando glorioſum erit audire iuxta defenſionē meam ueritate rei conſiderata homini mortem condonatā fuiſſe. In quæſtione igitur propoſita regu-
1 la ſic tradi poteſt, † matrem infantem iam natum occidentem pęna parricidii plectēdam eſſe l. 1. D. & C. de parrici. l. Corne. necandi. ubi omnes notant. C. ad l. Corn. de ſica. & ita in Hiſpania ſe uidiſſe ſeruari teſtatur Clar. in pract. criminal. in §. Parricidiū. in fi. in iſtis mulieribus, quæ proprios infantes poſt partum occidunt, uel ſuffocāt. Neque pudor illas excuſabit, ut ſupra poſt Dec. cōſi. 535. concluſi. & ita paſſim in facti contingentia ſeruauit Senatus, ꝙ & Vuiſigotorum legibus cauebatur, ut li. 6. tit. 3. l. fina poteſt tamen ſuprāſcripta regula multis modis limitari.
2 Prima limitatio eſt, † ſi mulier pepererit intra quatuor, uel ſex menſes animatum quidem, ſed nō uitalem, & infantem præ pudore ne ſciretur pręgnās ſuffocauit nā tunc mitiori pœna punietur, quā mortis naturalis per ea, quę ſupra in quinto caſu diximus de abortu loquētes, & ita ſæpius
* Senatus cenſuit.
3 Secūda limitatio eſt, † ſi mulier introgata ignorans, & ſine dolo reperta fuerit, ut in caſu de quo ꝑ D. Ozaſc. in deciſ. 60. quem caſū, quoniam res eſt notatu digna ego apertius delineabo, cum mulieris Saluator extiterim. Quædam infantem pepereat, repertus fuit partus formatus, ſed iā mortuus in Latrina, mulier per me examinata ſemper reſpondit ignoraſſe ſe fuiſſe prægnantem; & cum ea nocte, qua peperit ſentiret uentrē tum fieri, & dolore augeretur, Latrinam acceſſit cogitans ſe miſſuram fæces uentris, cum ibi fuit ſentiens neſcio quid exire per uuluam uolēs retraxit nates, opponēs os uuluæ ori Latrinæ, tunc ſenſit quid magnum exire, & in latrinam cadere, uidebatur Senatui ſua hæc reſponſio non ueriſimilis, fuit bis torta, perſtitit ſemper idem dicens, diſputatū fuit quomodo puniēda, Quatuor Senatores dicebant ultimo ſupplicio, ego cōtrarium reſpondi, quia non erat probatū doloſum parricidium, niſi uiolentis præſumptioni-
4 bus, † quo caſu mitigatur pęna. c. tertio loco. ubi Abb. de præſumptio. Iacob. Nouel in tract. ſuo ad defenſam. rubrica, homicida quibus ex cauſa pœna mor. excuſet. nume. 133. & per ea. quæ late tradit Bartolomeus Taegius in tract. crim. par. 6. n. 3. & ſeq. Gomez. uar. reſolut. lib. 3. cap. 3. n. 15. Alij dicebant dolum probatum ex illis cōiecturis per l. dolum. de dolo. fuitque illa mulier propter plura uota dānata ad mortem, tamen neſcio quo ſpiritu fuit ab executione ſupreſſum. Sequenti die iterum diſputata cauſa duo ex dominis ꝓbarūt opinionem meam eo quod nō eſſet faſſa dolum, & licet nō eſſet uerisimile eo modo peperiſſe, tamen quia nō cōſtabat partum uicturum eo quod non erat nouem menſium fuit reformata ſententia, & iuxta uotum meum abſoluta a pœna mortis & fuſtigata ac bannita. 28. Decembris. 1554. Vercellis.
5 Tertio † limita regulam ſuprapoſitam, ubi interuenit matris ſuaſio, & minor mulieris ætas, ut conſuluit Dec. d. conſi. 535. Menoch. dicto caſu 357. in fin. & diximus in quarto caſu proximæ deciſionis, & in ſupradicto caſu conſiderauit Senatus, ut

etiam



etiam teſtatur Ozaſ. dicta deciſ. 60. in fin.
6 Quarto limita † ſi mulier interrogata rńdeat ſe peperiſſe mortuū, & illorū ſepeliuiſſe, uel mortuū, ſtatim poſt natiuitatē, nā
7 tunc licet † confeſſio hęc qualificata acceptari non poſſit, neq; ualeat quo ad pęnā oīno euitandam, niſi alię adſint coniecturæ per ea quæ late cōgerit Gabriel. inter ſuas cōes concluſ. li. 7. conclu. 19. & in ſimili de eo qui alium dixit occidiſſe, ſed ad ſui defenſionē dicit Ant. Gomez. li. 3. uar. reſol. c. 3. nu. 26. tñ mitius punitur, ut ille ait. ideo
* cum ſimilis cauſis cōtigiſſet in urbe Vercellarum, ꝙ mulier allegaret infantem natū mortuū, cum fuiſſet per præfectum cōdēnata ad mortē Sereniſſimus Emanuel Philibertus Dux noſter in publicis audientiis habito uoto Senatus iudicauit fuſtigandā & banniendam per quinquennium. Taurini 1563. 10. Februarii.

Monitos uero uelim iudices in hmōi caſibus, ne tā facile has mulieres ultimo dānēt ſupplicio, cū clare, & aperte de exceſſu ultra illarū confeſſionē nō conſtat, ſemper. n. in dubio mortuos natos eſſe pręſumendū eſt, quia iſtæ mulierculæ ne uideātur grauidæ multa in perniciem uteri agere ſolent, dū uel pugnis, aut uerberibus uētrē afficiunt, ut abortum faciant. Mortuiq; inde ſępius filij naſcunt, & hoc facinus ſemper præſumitur coacte factū, & cum nullus amor huic æquiparetur, quæ cauſa minuere ordinariā mortis pœna poterit, quia quælibet cauſa excuſat a dolo. glo. in l. 1. plagij. la 2. C. de plagia. Gra. uot. 10. nu. 23. & poſt Caſt. conſ. 182. & Corn. 56. col fi. uol.
4 & alios multos per eum citatos, tenet Iacob. Nouel. in d. tract. ad defenſ. rub. de excuſat. a reo facien. n. 18. & quāuis dici poſſit ſatis dolū ſubeſſe ſaltim ex præſumptione, tū cū laboremus in incerto, nullaq; ſit cōfeſſio niſi ipſius mulieris, ab hac opinione non recederem. Hinc ſæpius obſeruari mulieres ēt dānatas, aliquo caſu, & non ſine diuino mirandoq; iudicio liberatas fuiſſe, ut ī caſibus ſupra narratis, & nouiſſime mirabilis, & non reticendus caſu euenit in quadā Cherienſi quæ ultimo ſupplicio dānata fuerat ex eo, ꝙ duos iā natos pemiſſe porcisq; ad comedendum ſubieciſſe accuſata fuerat, cū bis ad locum ſupplicii ducta fuiſſet ſemper negando tale facinus, repentino aliquo caſu ab exequutione ſuperſeſſum fuit. Tandē ita uolētib. fatis gratiā a Principe impetrauit ad itercesſionē cōfraternitatis. S. Ioā. Bap. Decolati, dictę de Miſericordia cuius ciuitatis Taurinēſis, & grā ꝑ Senatū fuit interinata 1582. mēſe Nou.

## Reductio a laudo ad arbitriū boni uiri apud quem iudicem petēda ſit, an apud iudicem ordinariū ipſius conuenti, an uero apud iudicem ipſius arbitratoris.

### DECISIO XV.

1 *Reductio a laudo apud quē iudicē petenda.*
2 *Reductio a laudo eſt inſtar appellationis et quomodo. num. 7.*
3 *Speculatoris opi. de reductione examinata.*
4 *Didaci opinio perpenditur in quæſtione reductionis arbitrium boni uiri.*
5 *Bar. opinio, ut ad iudicem cauſa cōpetētem pro reductione recurrat defendit. & n. 8.*
6 *Executio ſentētiæ arbitramentalis ab ordinario iudice peti ſolet.*
9 *Limitationes plures ad opinionē Ba. tradunt*
10 *Noua declaratio ad opinionē Bar. ut nō procedat, cū cauſa illius pſona committit arbitrāda.*

REDVCTIO a laudo ad arbitriū boni uiri, quæ regulariter fieri ſolet, † corā quo iudice petenda ſit diſputāt doctores uarieq; ſinię reperiunt. Nam Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. D pro ſoc. expreſſe uoluit iſtā reductionē apud iudicē rei, qui iudex competens cauſæ dicitur petendam eſſe, cuius opinionē ſequūtur fere cōiter Canoniſtæ in c. Quintauallis. de iureiurand. ubi præcipue Abb. nume. 39. Caſtren. in l. ſi ſuſpecta. §. fin. de inoffi. teſtam. & in l. 2. C. ubi, & apud quē, & illam late comprobat Federic. de Sen. conſ. 285. col. 2. Lanfranc. de arbitr. par. 1. §. reductio. & par. ult. q. 19. nu. 43. Blanc. in tract. de compromiſ. q. 10. nu. 13. Alex. Soc. Maran. & alii quos refert, & ſequitur Rolan. a Valle. conſ. 24. nu. 12. lib. 4. qui in caſu huius deciſionis in cauſa Comitis Vitię, conſuluit Senatum Pedemōtanum nō eſſe iudicem cōpetentē in reductione petita à laudo lato per Illuſtri. magni cōſilij

Cōſiliariū.D. Carolum ex Comitibus Lu
cernæ, & Dominum Bernardum Trottū
Iuriſconſultos, cum Comes Vitiæ eſſet al
terius fori. Pro qua opinione adduci Bar.
rationem, quia iſta reductio, aut petitur
iure actionis, & ſequendus eſt forus rei.c.
cum ſit de for. competen.aut officio iudi
cis, & tunc etiam coram iudice competen
ti recurritur.l.2. C. ubi, & apud quē Itē
ponderat.te.in c.expoſita.de arbitr.ubi cū
cauſa arbitrāda Duci Veneto compromiſ
ſa fuiſſet ad Pontificem, tanquam ad iu
dicem ordinarium recurritur, ſed huic tex
tui reſponderi poſſet ex ſpecie illius cap.
Ducem non tāquam arbitrum a partibus
electum fuiſſe, ſed a ſummo Pōtifice dele
gatū, unde a delegato ad delegātem erat
appellandum.l.1.D.quis,& quo appellet.

Alia fuit in hac quæſtione opinio ut ad
iudicem arbitratoris recurri ī reductione
debeat, quam poſt Angel.in l.ſi ſuſpecta.
§.fina.de inofficio.teſtamen.tenent. Fel.
in c.1.col.5.de præſcriptio. Roma.conſi.
265.Pariſ.45.nume.11.libr.1.Ioan.Andr.
in capit.ſtatutum.§.cum autē.de reſcrip.
libro.6.quem refert Roman.Afflict.deci.
51.& alii quos refert idem Roland.dicto
2 cōſilio.24.qui mouetur illa ratione,quia
iſta† reductio inſtar appellationis eſt, &
eoſdem effectus ſortitur, imo ſub appel
lationis uocabulo a Iuriſconſul. nomina-
tur.in l.nō diſtinguemus.§.cum quidam.
D.de arbitr.ubi gloſſ.Burſat.cōſilio 184.
nume.11.lib.2. In appellatione uero ap-
pellatur ad ſuperiorē iudicis a quo, ergo
idem erit dicēdum in reductione,nam in
reductione a laudo pricipaliter cognoſci
tur de ſentētia ipſorum arbitratorum, ꝗ
non ab alio,quam ab illorum iudice com
petenti fieri poſſe uidetur,& ob id forte,
Bal.& Salyc.in l precipimus.C.de appella
tio.hanc ſententiam confirmare uidētur,
dum uoluerint, ꝗ ſi cauſa in laicum, &
clericum ſimul compromiſſa fuiſſet,in re
ductione ad Epiſcopum recurri debet, &
ſic ad ſuperiorem arbitratoris.

3 Tertia fuit opinio† Specu.ī titu.de ar
bitr.§.1.verſ.ſi.ſed quis.nu.4.ut neque ad
iudicē arbitratoris, neque ad iudicem rei
uel actoris recurratur, ſed ad iudicem lo
ci,nempe ubi compromiſſum fuit factum
& citat tex.pro hac ſua opinione, qui ni-
hil probat in l.cōtinuus.§.cum ita de uer
borū obligatio. ſed pro eo adduci poteſt
ratio illa,quod compromiſſum uidetur eſ
ſe quædam tranſactio, & contractus ex
quo tranſigentes, & contrahentes forum
ſortiuntur l.hæres abſens. D.de iudic. ca
pitu.Romana.§. contrahentes. de foro
competen.libro 6.unde cum agitur de re
ductione, uidetur tractari de reſciſſione
contractus,ergo coram iudice loci contra
ctus reductio erit petenda.argumen.l.qui
loco certo.D.de cōdit.indebit.per quam
rationem ita uidetur tenere Ange.in qua
dam ſua diſputa.uti refert Roland.in di-
cto conſil.24.nume.3.in fin. Hæc opinio
procedere poſſet,ſi cōpromittētentes eſ
ſent ſub iuriſdictione illius iudicis,in cu-
ius territorio factum fuit compromiſſum
ut ſi duo Taurinenſes compromiterent in
duos ciues,vel incolas illius ciuitatis,quia
ille eſt iudex competens, & ita intelligo
opinionem Speculi,ſed ſi duo forenſes in
duos ciues Taurinenſes compromitterēt
in reductione ad iudicem cauſæ competē
tem non ad iudicem loci recurrēdum eſt
per ea, quæ infra in Bartoli opinione de
fendenda dicemus. Nec obſtat ratio ſu
pra allegata, quia imo ex eadem ratione
defenditur contraria ſentētia per tex.quē
Bartol.allegat. in l.cum hi.§.traſactionis.
de tranſactio.

4 Quarta fuit opinio Didaci, † qui lib. ua
riarum reſolutio.2.capit.12.numero 1.Re
gula tradita omnes in eo conuenire, ut a-
pud iudicem arbitratoris nō ſit petēda re
ductio alteram proponens quæſtionem
an in reductione petēda ad iudicem acto
ris,uel rei recurrendum ſit, conſuit apud
iudicem illius contra quem petitur re-
ductionem petendam eſſe per tex. in l.2.
C. ubi, & apud quem. Ita ut ſi ego ante
compromiſſum actor eram poſtea reus in
reductione efficiar ex eo, quod cōtra me
qui arbitri ſententiæ acquieſco cauſa inſti
tuitur,coram meo iudice competenti re-
ductio peti debeat qua opinione licet ſub
tilis quidem ſit,& colorata ratione defen
di poſſit, qui actor ſequitur forum rei ad
exemplum l.diffamari.C.de ingen. & ma
numiſſ.tamen cum petita reductione cau-
ſa priſtinum ſtatum recuperet, ut nunc di
cam non erit hęc opinio ſubſtētabilis, & a
Bar.opinione ob id nō recedendum.Neq;
officiet regula.l.2.C.ubi,& apud quē quia
ibi



Ibi cauſa,& lis principaliter contra indebi
tum poſſeſſorem inſtituitur,& noua cauſa
intentatur,ideo iudex rei adeundus eſt, &
illius loci,in quo domicilium is, qui con-
uenitur,habet,imo ex iſtius, l.regula Bar.
opinio defendi poteſt.

Quinta eſt opinio Ancharan. in regu.
ea,quæ quæſt.17.de regu.iur.lib.6.ubi di
ſtinguit ſe remittendo ad quæſtionē per
eum diſputatam.incip.C.laicus ad quem
iudicem traſmittimus. & cū diſtinctione
etiam tranſit Caballin.in ſuis Milleloquijs
milleloq.883.

5 † Quid igitur in hac quæſtione iudican
dum ſit, ex uarijs doctorum noſtrorum
opinionibus dubitari continget, & profe-
cto quęſtio hęc nō abſque difficultate po
ſita eſt,& in facti contingentia magna in
Senatu facta diſputatio fuit, quibuſdam
unam,alijs alteram opinionem ſequenti
bus. Mihi uero Bar opinio, quæ & procul
dubio communis eſt, & communem di-
cunt Alexand. Maran. Roland. Didac.&
alij ſupra relati uerior ſemper uiſa fuit, ut
ad iudicem cauſæ competentem recurra
tur ꝓ reductione a laudo. Idq; ultra Bar.
& alius illa ratione,quia cum reductio ad
arbitrium boni uiri petitur, cauſa in priſti
num ſtatum reducitur, & idem eſt ac ſi
nullum factū fuiſſet compromiſſum cum
arbitri iam officio ſuo functi ſint, unde
quoquo modo cōpromiſſum euaneſcat
cauſa coram iudice ordinario litis tractan
da erit,per tex.ſatis meo iudicio clarum
in l.ſi rem.D.de recep.arbitr.pōderando
illius loci ultima uerba ibi.a.l.C.poſita.

Lite apud iudicem ſuo ordine
per agenda.

Nam ſuo ordine non poteſt dici tractari
cauſa,niſi corā iudice ordinario cauſæ.l.
ordinarij.C.de rei uendicat.ergo nō corā
iudice arbitratoris neque actoris, ſed rei,
qui ordinarius eſt,& cōpetens. l.2.C. vbi
& apud quem.c.ſi clericus. de foro com
peten.& ſi dicatur legem illam procedere
ante latum laudum, quando compromiſ-
ſum factum,uel ob defectum perſonarū
uel rerum aut aliam ob cauſam nō poteſt
ſubſiſtere reſponderi poteſt idē eſſe etiā
poſt latum laudum altera non minus effi
6 caci ratione,quia pro †executione ſenten
tię arbitramentalis non ad iudicem appel
lationis,ſeu ſuperiorē arbitratoris, ſed ad
iudicem cauſæ competentem recurritur.
l.a Diuo Pio.in princi.ubi omnes notant.
D.de re iudic.melior text.in l.cum antea.
C.de arbitr.ergo ubi reductio petitur, cū
ibi cognoſci debeat an laudum executio
nem habere debeat, idem erit ſtatuendū
& iudicandum,ut ad iudicem ordinarium
reccurratur,quod & illa de cauſa a legum
latoribus in exequutione petenda ſanci-
tum arbitror,ne iudex ordinarius iuriſdi
ctione ſua ex facto alterius ſpoliandus ſit,
& ut abuſus euitetur id pariter concluden
dum,ne ex huiuſmodi compromiſſis iudi
cis competentis forus,& cognitio decline
tur non ſine maximo ipſius iudicis preiu-
dicio,unde non male meo iudicio faciet
iudex competens,ſi alterius iudicis ſentē-
tiam in alieno foro ſuper reductione latā,
requiſitus exequutioni mandare recuſa-
bit.

Non obſtat huic opinioni Afflicti,& a-
liorum argumentum,quod reductio ſit in
7 ſtar appellationis,† quia iuxta Roland. re
ſponderi poteſt,hāc reductionem multū
ab appellatione differre.Imo expreſſe ap
pellatio a laudo prohibita reperitur.l.1.C.
de recep.arbit.unde nō par cauſa reductio
nis,quę appellationis dici poteſt,ut voluit
Bar.inter quæſtiones ſuas qſt.1. in ſolut.
quæſtio.num.2.Didac.capitu.12. num.1.
in fin.Imo ſi reductio appellationi ſimilis
ſit,ſicuti a delegato ad delegantis ſuperio
rem aliquando recurritur, quando ſcili
cet a iudice mandatur iuriſdictio l. 1.§.ab
eo.D.quis a quo appellet. Idem in redu-
ctione dicendū eſt,cum arbiter delegato
æquiparetur,Alberic.in d.l.ſocietatem.§.
fin.D.pro ſoc.& cū ipſæ partes iuriſdictio
nem arbitro mandauerit, ad ſuperiorem
ipſarum partium,& ſic ad iudicem com-
petentem reccurretur,quia iudex appella
tionis nō eſt iudex competens ad ſimpli
cem querelā audiēdam, ut in ſupradicto
loco Didacus ait.

8 Sit igitur firma ex his † opinio Bartoli,
& regula ſit,in reductione a laudo cauſam
coram iudice cauſæ competentē agendā
eſſe,iuxta quam multis in locis iudicatur
præſertim in Gallia,ut teſtantur Mod.Pari
ſien.ad conſi.Alex.cōſi.131.lib.2 in prin.
in uerbo ordinarium.ubi etiā lege regia
cautum eſt,ut quid arbitrum ierunt, ordi-

 natium

narium appellare poſſint, iuxta quam ita pronuntiatum per curiā fuiſſe teſtatur P. Coſtalius ī ſuis aduerſarijs ad Pandectas, in d.l.ſocietatē in fin. Regiam autem ordinationē refert Rebuff. in tract. de arbitr. articu.1.gloſſ.10. vbi hanc Barto. opinionem firmat nu.5.& 6. vbi etiam nume. 4. poſt Aufrer. ſcribit, quod ſi electa eſſet ꝓ bono viro curia parlamenti, ad iudicē ordinarium pars remitteretur cū expenſis. Ita etiā multis præiudicijs in Camera Imperiali Bart. opinionē firmatam teſtatur Andr. Gail. practicar. obſeruat. lib.1. obſeruat. 149. & in eadē Camera iuxta Bar. dicit in pleno cōſilio iudicatum anno 1542. 7. Octobris. In illaque cauſa fuiſſe denegatos proceſſus, & ad ordinariū rei cauſam remiſſam ſcribit Myſinger ſingular. obſeruat. cēt.2. obſeruat.61. & optimo argumēto confirmatur per Vitalem de Camb. in tracta. clauſula, in clauſul. de reductione. §. uideamus quis eſt iudex. num. 3. & tandem iuxta illam poteſtatem multas diſcuſſiones cenſuit Senatus 1558. mēſe Martij. Et nouiſſime in alia cauſa Pācalerij 1585. menſe Decembris. in qua remiſſa fuit cauſa per Senatum ordinario Illuſtriſſimi D. Raconiſij utili illius loci domino, cū partes cū promiſiſſent ī duos aduocatos Taurinenſes, ſeu ibi reſidentes.

Regula tamē ſupraſcripta & Barto. opinio uti in caſibus dubijs contingit multas patitur exceptiones. Et † primo limitat ipſemet Bar. & declarat opinionem ſuā nō procedere, quotieſcunque ex forma ſtatuti laudum paratam habet executionem. ita Bar. in l.2. num.2. C. ubi. & apud quæſt. & ibi Bal. q ad verbum Barto. ſequitur, & refert cuius limitationem ſequitur Lanfranc. de arbitr. part.1. nume.35. & part.7. quæſt.19. nume.43. & Abb. in cap. Quintauallis. nu.39. uerſiculo ſed ego limito de iureiur. illamque communem dicit Dec. in rub. de appellat. col. fin. P. Ferrarius de compromiſſ. §. nec reductio. nu.5. Franc. in d. rub. de appellat. P. Nunes in ſuo tract. de exequend. manda. Reg. cap.1. num.27. Maran in Specul. par 6. nu.114. in. fin. Villalob. inter communes opinio. in uerb. reductio, quæ tamen limitatio mihi nō probatur, cum & hoc caſu maximum iudici ordinario præiudiciū fieret, & ob in recte irridetur a Paul. Caſtren. in d.l.2. nume.2. & reprobant Blanc. de cōpromiſſ. d. quæſt. 10. nume 15. Federic. de Sen. d. cōſil 285. Calcan. conſil. vltimo colum.3. Grat. cōſ. 30. li.1. & nouiſſime multis improbat Didac. omnino uidendus in d. cap.12. nu.2. verſ. primo etenim.

Secundo limita, quando eſſet compromiſſa cauſa omnino ſpiritualis a laico, & clerico, quia tunc ad ſuperiorem eccleſiaſtici recurritur, ſiue actor ſiue reus ille ſit Bertachin. de epiſcop. quęſt.39. num.73. Purpurat. in l. Imperium. num.9. de iuriſd. omn. iudi. Pariſ. d. conſi.45. nu.11. lib.1. & ita intelligendos arbitror Bal. & Salyce. in d.l. præcipimus, ut in hoc caſu loquantur. Non tamen idem dicendum eſt, quando cauſa eſt ſpiritualis, & laicus cum clerico in ſecularē cōpromittunt, ut dicit Blanc. in d. tract. de compromiſſ. quæſt.10. n.15. uerſic. aduerte. & firmat Didac. d. cap.12. num.1. in fi. quamuis cōtrarium uoluerit Roman. d. conſi.265. Purpura. in d.l. Imperium. num.9. Abb. d.c. Quintauallis.

Tertia exceptio eſt, quādo partes illud priuilegium habent, ut illorum cauſæ coram Senatu tractādæ ſint, vt sūt partes curiæ, & uiduæ, & miſerabiles perſonæ, quia tūc ut cauſa citius expediatur, ad ſuperiorem iudicē recurritur. Rebuff. de arbi. dicta glo.10. num.4. Roland. à Valle conſil. 76. num.35. lib. primo, & ita ſæpiſſime iudicauit Senatus.

Quarto limita, quando proceſſus iam fuiſſet communi partium conſenſu corā iudice appellationis introductus. Rebuff. d. num.4. ubi ita iudicatum aſſerit.

Quinto fallit, ſi in iudicem ordinariū compromiſſum eſſet factum. Vital. de Camb. in dicto tracta. clauſular. dicto §. uideamus quis eſt iudex in fin. Didac. dicto c.12. num.2. in fin. Aduertendū tamen an hæc limitatio locum ſibi uendicet in quocunque compromittente, cū enim iudex quis competens cauſæ eſt, nō poteſt arbitrium recipere l. ſed ſi in ſeruum §. ſi quis iudex. D. de recep. arbitr. Dicēdū igitur limitationē hr̄e locum, qn̄ duo alterius iuriſdictionis ī iudicē alicuius extranei fori compromittunt. Nā tūc poſſet ad ſuperiorem arbitratorū recurri, ſicut ad ſupremū curiæ tribunal pro reductione illū recurrere voluit, quando immediate is curiæ ſubiectus eſt, ita Andr. Gail. lib.1. practic. obſer.

ſer.

ſer obſerua.1. nu.49. quod tamen mihi hactenus non probatur.

Sexto limitatur de iure regio Hiſpaniæ quia per legem regiam latam in loco Madrid cautum fuit, ut sēper ad iudicem loci pro reductione recurratur, quia per sāctionem, illam locus, & teritorium ubi fertur ſententia ſpectatur, nō iudex partium neque ipſorum arbitratorum. P. Nunes in d. tractat. de exequend. manda. reg. ca.1. uerſi. & his in loco noſtro &c. Imo forte cum locus inſpiciatur. ubi lata ſententia eſt conſquens eſt ibi forum arbitratorū ſequendum eſſe.

10 Vltimo † ego ultra doctores limitarem ſupra relatam Barto. ſentētiam, ut nō habeat locum, ſi Illuſtri perſonę pura Præſidi, Senatori a ut magno Cancellario, uel Cōſiliario Ducali cauſa cōpromiſſa fuiſſet nam tunc ad Principē, uel ad Senatum pro reductione recurri debet argumen. l. præcipimus. §. ſane ſi illuſtrium. C. de appellat. & ubi differentia in delegatione reperitur, ſi cauſa illuſtri, aut priuato delegata fuerit, ut ſi priuato ad præfectum, ſi illuſtri ad ipſum Principem recurratur pro appellatione, neque enim illo caſu æquum eſt, ut iudex minor ſuper cauſa ſuperioris cognoſcat, & ſententiam a prudentiori prolatam ipſe reuideat, & ita in caſibus ſæpe contigentibus obſeruatum uidi, ut a talibus arbitris Illuſtribus ad Senatum recta deuētum ſit. & a Senatu cauſa retenta.

## Principis reſcriptū an ualeāt ſi petitori causā ante cognitionē ſpolii, & poſſeſſorii cognoſcendā committat.

### DECISIO XV.

1 *Poſſeſſorii cauſa eſt prius tractāda quam petitorii.*

2 *Spoliatus ante omnia reſtituendus.*

3 *Princeps iuſtus contra legem nihil ſtatuere poteſt.*

4 *Princeps iuſtus contra legem ſeruare nō tenetur.*

5 *Princeps poteſt in modico ex certa ſcientia ius tertii lædere, & auferre.*

6 *Princeps a legum ſolemnibus, & iuris apicibus ſolutus & ab his, quæ iure poſitiuo ſunt inducta.*

POSSESSORII Causā priuſquam ad petitoriū deueniatur tractandā † sē 1 per eſſe cōmunem interprętum, & conſulentium axioma eſt, quod firmaī ex l.2. C. de interdict. l. ſi de ui. D. de iudi. & ex l. ordinarii. C. de rei uindica. cum ſimilib. ab Accurſio, & alijs interprætibus paſſim cumulatis. Idque, & Pontificum decretis cautum fuit toto tit. extra de cauſ. poſſeſſ. & proprieta. & de ordi cognit. doctores late in l. naturaliter. §. nihil commune. D. de acquirend. poſſeſſ. ſed princeps noſter Emanuel Philibertus optabat, ſi iure potuiſſet, cōplacere Comiti Camerani, qui dominos Caſtigliolarum ſpoliauerat de poſſeſſione caſtri, & mobilium ac ſcripturarum, ut cum fuiſſent illi domini reintegrati in caſtro, ſed non in mobilibus, & ſcripturis admitteretur Comes ſuper petitorio caſtri ante diſcuſſum ſpolium mobilium, & ſic antequam cognoſceretur ſuper poſſeſſorio reintegrandæ. Quęrebatur an id facere poſſet de poteſtate, ſcilicet ordinaria, cum de poteſtate abſoluta fruſtra diſputet Principi enim quod libet licet, & nemo poteſt ei dicere cur ita facis, ut aliqui uoluerunt, & dicemus ſuo loco. Quęſtio hęc fuit diſputata coram ipſo Sereniſſimo Duce, & uarii uaria dixerunt.

Prima erat aliquorum opinio quod Principi ita reſcribere non licere. Primo quia obſtabat dicta reg. l. ordinarii, & aliarum legum ſupra relatarum. Secundo, quia erat contra regul ca. reintegranda. 3. quæſt.2. & cap. conquerente, & capit. 2 grauis. de reſtitu. ſpoliato. ubi † ſpoliatus ante omnia uenit reſtituendus, & ſpoliās non auditur, niſi reſtitutis omnibus uſq; ad obolum, & ac etiam damnis fructibus & expe. cum ſpolium in primis uſque ad minimum quadrantem purgandum ſit. Rot. deciſ.113. & 319. in nou. Curt. Iun. conſi.41. in fin. Pariſ. conſi.105 per totū. uolu.3. Crauet. 140. nu.3. ita cenſuit nouiſſime. Rota Roma. apud Verallum. de. 171. & 176. pa.3. Littera S. cū igitur id lege cautum ſit nō ſolū canonica, ſed etiā

3 ciuili in l.ſi quis in tātam.C.unde ui † nō poterit iuſtus Princeps ſaltem de poteſta te ordinaria uenire cōtra leg.l.digna uox. C.de legib.l.ex imperfecto.C.de teſtam. capitu.quæ in eccleſiarum.ubi omnes Canoniſtæ.de conſtitution Imo nec etiam de plenitudine poteſtatis,quia re vera nō poſſumus niſi quod iuſte, & licite poſſumus.c.faciat homo,22.q.2.l.nepos proculo.D.de uerbo.ſignific. Hincq; eleganter,& docte more ſuo Claudian.

*Nec tibi,quid liceat ſed quid feciſſe decebit*
*Occurrat,mentemq;,domet reſpectus honeſti.*

Præſertim,cum regula ſupra ſcripta maximam æquitatem, & iuſtitiam complectatur,a quaſi Princeps diſcedere uellet diceretur,iniuſtus,& iniquus, quod cum dicēdum minusq; præſumendum ullo modo ſit,proculdubio dicendum uideretur Principē de poteſtate ordinaria hoc facere nō 5 poſſe, ſaltem ſalua conſcientia. Nam, & contra iuris pręcepta in caſu propoſito reſcriberet, quibus cauetur honeſte uiuendum,alterum non lædēdum,ius ſuum unicuique tribuendum eſſe,& cōtra ipſius iuſtitię diffinitionem.in l.iuſtitia.D.de iuſt. & iur.Hic enim & illi læderentur domini & ius ſuum nō ſolum unicuique tribueretur,ſed etiam illud,quod a lege cōceditur auferretur in gratiā alterius, quod minus Principi permittendū eſt, cum non liceat illi unum altare diſcooperire, ut alterum cooperiat.ut dicit D.Ozaſc.deciſ.169. n. 21. poſt Bal.ibi allegatum, & non poteſt rem uni auferre, & alteri dare. Silueſt.in uerbo Princeps.Ideoque ex his omnibus reſcriptum illud tanquā contra ius elicitū refutādum eſſe,aliquibus uidebatur, ex facultate iudicibus cōceſſa.in l.reſcripta. C. de precib.Imper.offeren.& iux. opinionē Grammatici in conſ.84.num.3. inter ciui. quem ſequitur Gabriel.lib.5.concl. tit. de reſtitut.ſpol.concluſ.1.num.14.

Altera erat in hac quæſtio. aliorū opinio,quod Princeps poſſet id cōcedere dę poteſtate ordinaria. Primo, quia Prin-
4 ce,ps nō tenetur ſeruare ordinem iudicio. ut dicit Afflict.deci.161.nu.13. Grammatic.conſi.ciui.79.nu.19. præſertim quando a iure poſitiuo eſt inductus,ut per eundem Afflict.deciſ.283.nu. 6.regulæ uero ſupra adductæ a iure poſitiuo inductę sūt & deſcendunt.Brun.conſi.19.col. 2.& ordinem hunc poſſeſſorii,& petitorii eſſe iuris poſitiui, & de męris iuris ciuilis apicibus dicit Burſa.conſi.129.nume.19.lib.2. poſt Ozaſ.deciſ 1.nu.28. ideo ad libitum ſupremum Principem illud tollere poſſe concludit. Ratio eſt,quia in his poſitiuis ſola uoluntate Princeps moueri poteſt,ut poſt Innoc.Imol.Abb.& alios ſcribit Grāmatic.conſil.ciuil.100.num.54. conſ. 83. nu.2.non minus quam ſi in priuilegio,ſeu reſcripto cauſam Senatui commiſiſſet cū illa clauſula *Sola facti ueritate inſpecta*, ut dicit D.Ozaſ.d.deciſ.1.num.28.neque dicendum eſt contra ius tunc, Principem reſcribere, ſed magis ſupra ius poſitiuum diſpenſare, ut de Pontifice dicitur in c. propoſuit extra de conceſſ.præben.quia Princeps ſummus ſupra ius poſitiuū eſt. Nat. conſi.367.num.8 lib.2.

Secundo quia† Princeps poteſt in modico ius partis ex certa ſcientia lędere, cū res leuis, & parui præiudicij eſt, ut in hoc caſu argumentatur Alexan. conſi. 54.nu. 3.li.5.etiam ſine cauſa, ut aliqui uoluerūt poſt Bar.& Iaſ.quos refert,& ſequitur Sebaſtian.Medices in tractatu regular. regu. 5.in uerbo Princeps Grammatic.conſi. ciuil.193.in fin.Natt. conſi. 340.num.23.li. 2.& ita communiter tenere Doctores in c.quæ in eccleſiarum.teſtatur Roc.Cur.in tract.de conſuetud.ſect.5.nu. 19. cum ergo hic de re modica tractetur,nēpe de ſolis mobilibus,quæ inſpecto caſtro, & immobilibus modicæ, & paruæ res. dici poſſunt, poterit Princeps hos ius,(ſi quod habet pars,ſuo reſcripto auferre cum & ipſa poſſeſſorii cauſa leuis præiudicii dicatur a Burſat.dicto cōſ.129.num.19.in fi.quamuis cōtrarium ſit in Rota Romana,ubi de ſtilo poſſeſſorii cauſa,magni p̄iudicii eſt, ut teſtatur P.Aemilius Veral.inter nouiſſimas deciſ.Rot.deci.341.par.2.in litera P. Maximum enim eſt cōmodum poſſeſſionis inſtit de interdict.§.retinendæ uerſic. commodum.& late poſſeſſionis cōmoditates enumerat Rip.in ca.ſæpe.nu. 2 de reſtitu.ſpoliat.

Tertio pro hac opinione adduci poterat.quia reſcripta Principum, quæ ius partis non tollunt, ſed dilationem duntaxat ad ſuum recuperandum inducunt, omnino





ſeruanda,& cuſtodiēda ſunt.l. quoties. C. de preci.imper.offeren.per quem tex. doctores poſt Sal.ib.concludunt,dilatoriam exceptionē a Principe poſſe permitti, ergo hic cum nō auferatur,ſed differatur ex Principis reſcripto mobiliū reſtitutio, donec ſuper petitorio cognitū fuerit, reſcriptum vires obtinebit,vulgatū enim prouerbium eſt,quod differtur nōn aufertur, ex qua ratione contrariis facillima petebit reſponſio illa enim procedent, cum Princeps vult in totū auferre ius alterius, quia hoc facere iuſto iure nullo modo poterit. ſi iuſtus dici velit,ſecus uero ſi differat & dilatoriā exceptionem cōcedat,& cū regulæ.l.ordinarii.& cap.reintegranda,cum ſimilib.ſupra relatis videantur ex ſolennitate quadam iudiciorum potius in odium ſpoliati pro pœna inductæ,quā firmo iuræ ſancitæ,& iuris poſitiui eſſe ſupra diximus,quāuis Princeps non ſit uere ſolutus legibus.dicta l.digna uox. iſtis tamen ſolennibus non ligatur,ut omnes in l.princeps ff.de legib.& in dicto cap.quæ in eccleſiarum.tenuerunt Coraſ.lib.2. Miſcellan.cap.25.Menoch.de arbitra. lib 1.q.7. num.70.Et pro hac poſteriore opinione multi non aſpernēdi authores adducebātur.Nempe Alexan.dicto conſi 54.libr.5. Capicius deciſ.69.nu.13.Rebuff.in commentar.Regiar.conſtit.tit.de cauſa beneficior.poſſeſſor.artic.14.gl.unic.numer.5. Neuizan.conſil.97.num.13.Craue. in reſpo.pro genero,nume. 239.quos omnes refert,& ſequitur in terminis Menoch. in 15.remedio recuperan.poſſeſſ.num. 371. & 372.qui etiam citat Ruin.& Abb.quos in locis citatis hoc dicere non reperi. alio citat Neuiza in dicto conſi.97.qui uideri poterunt.Neque ab hac opinione mihi uidetur receſſiſſe Grammat.in dicto con.84 licet illum pro contraria alleget Gabriel. nā ibi negat quidem id Viceregi, & Principi ſubdito licere, ſed ſupremo Principi expreſſe concedit,vt etiam uoluit Bru.cōſil.108.colum.4.circa fin.Natt.conſi.591. nume.7.& quamuis hæc opinio de honeſtate,& æquitate dura forte uideatur præſertim in caſu propoſito cū princeps, qui erga omnes ſubditos,æqualitatem pro adminiſtranda iuſtitia ſeruare debet, ut uni cōplaceat alterum lædit,atque ego,vt ab huiuſmodi reſcriptis abſtineret, ſemper principi conſulerem.tamē de rigore iuris uti uera,& communis erit ſequenda,& ita iux.uotum poſteriorum,& Senatus, cen-
* ſuit Dux ſereniſſimus in ſupradicta cauſa.

## Funorū,& molendinornm conſtructionem an uaſallus ſubditis ſuis in feudo prohibere poſſit.

### DECISIO XXV.

1 *Furnos in ſuo facere quilibet poteſt,& molendina conſtruere.*
2 *Furnorum ædificationem,et uſū dominus feudi ſubditis prohibere non poteſt regulariter.*
3 *Præſcriptio non currit in his,quæ meræ facultatis ſunt,& quid ſi præſcriptio immemorabilis ſit.*
4 *Præſcriptio immemorabilis,& cētenaria habet uim tituli,& conceſſionis.*
5 *Princeps non poteſt prohibere ſubditis,ne uadant ad illorum molendinum.*
6 *Princeps ſoluendo intereſſe poteſt aliud molendinum in uaſallis præiudicium conſtruere,*
7 *Furnorum,& molendinorum constructionē uaſallus hominibus prohibere poterit ſi prohibitioni ſemel iam illis facta acquieuerit.*
8 *Probandi onus cui incūbat ad demonſtrandam prohibitionem factam uel non.*
9 *Furnorum,& molendinorum conſtructionē utrū dominus feudi ſubditis prohibere poſſit,ſi de furnis,& molendinis inueſtitus fuit.*
10 *Nouus furnus ad æmulationem conſtrui non poteſt.*
11 *Vaſallus furnorum ædificationē prohibere poterit,ſi hoc ius habeat ex priuilegio,pacto & conſuetudine,& n.12.13.*
14 *Conuentio,cum ſubditis inita,ut furcos publicos habere liceat,uaſallo ius prohibendi tribuit.*

FVRNOS in ſuo facere quilibet poteſt molendinaq; ad libitum conſtruere,& ibi coquere,ac † molere, quia cui- 1
libet licet in ſuo quælibet, facere.l.fluminum.cum ſequen.D.de dam. infect.l. altius.C.de ſeruitutib.cum ſimilibus,

bus quas ad hoc citat Iacobin. in ſua inue
ſtitura feudali,in §.& cum molendinis.nu
me.5.Boer.deciſ.125. col.2. Faber. in §.
æque.col.6.Inſtit.de act.Guido Papę quę
ſtio.298.Balb.de præſcriptionib.4.par.5.
par.principal. Caſſan. in conſuetud. Bur-
gund.tit.*Des fief*.§.2.num.16.Natta conſi.
227.& 325.li.2.Menoch.de arbitr. iud.cē
tur.2.lib.2.caſu.160.nu.8.Ozaſ.deciſ.17.
num.4.Capic.deciſ.209.nu.26. & ita ſer-
uat huius patriæ generalis conſuetudo,
quam & apud antiquos receptam fuiſſe
Iuriſcõnſultorum noſtrorum loca demō
ſtrant.in l.ſi ſeruus ſeruum. §.ſi furnum.ff.
ad l.Aquiliam.& in d.l.fluminum.§.pręte
rea.de damno infect. Quam regulā,& cō-
ſuetudinem eius efficaciæ, & roboris eſſe
reperimus,ut hic altera ab interpretib. re
2 gula colligatur† Dominum feudi nō poſ-
ſe ſubditis, & hominib. ſui prohibere mo
lendinorum,& furnorum extructionē, ac
iam ædificatorum uſum & hęc eſt vera &
communis concluſio,quam comprobant
Faber. & alii in locis ſupra citatis quibus
addo Clar.in §.feudum q.30. Anton.Gui
bertum inter ſuas iuris quæſt. cap.17. nu.
38.qui adfert rationem Franc. Marc.deci
ſio 123.Rolan.conſil.22.lib.2.nu.6.Neui-
zan.43.nu.7 Parid.a Puteo in tractatu de
ſyndica.tit,de exceſſib. Baron.nume.19.
Idemque pluribus areſtis in Gallia pronū-
ciatum teſtatur Renat. Copin.libro 1. de
legib.Andium capitu.13.in principio pro
bant Bal.conſi.410.lib.5.Villalob.in com
munium opinionum libro in uerbo Do-
minus.nu.114.Didac.in repetitio.reg.poſ
ſeſſor.§.4.nu 7.Purpurat.86. Cephal con
ſilio 451.nu.356.& ſequen. Brun. conſil.
56.Natt.conſilio 106. & iuxta hanc com
munem regulam ſemper ubi caſus contin
git iudicauit Senatus, & uti communem
& ueram ſeruare ſolet pro qua regula ul-
tra doctores ſoleo adducere tex.in l.quæ
ro.ff.de iure patronat.ex qua lege in for-
tioribus etiam terminis argui poteſt, quo
etiamſi dominus proprios habeat furnos
non tamen cogere ſubditos poterit ut ad
illos accedant.Idque pragmatica ſanctio-
ne Caroli V.Imper.in regno Neapoli cau
tum fuit,ut inter pragmatic.regni. c.Audi
uimus etiam complures Barones, &c.

Hęc uero ſic poſita regula multas reci
pit ampliationes, & limitationes patitur:
quarum utiliores huc ex interpretum ua
rijs locis transferre libet, aliquas inſuper
addendo.Amplia igitur hanc regulam.Pri
mo,ut habeat locum,etiamſi per longiſſi-
mum tempus puta mille annorum ſubdi-
ti, & ſui anteceſſores fuiſſent conſueti ad
furnos domini accedere, quia hęc acceſ-
3 ſio mere facultatis eſt, & illa † quæ mere
facultatis ſunt,nō poſſunt præſcribi.Cyn.
Bal.& alii in l.1.C.de ſeruit. & acqu. & in
l.2.C.quæ ſit longa conſuetudo.Rip.in l.
quo minus nu.131.poſt multos ibi per eū
relatos.ff.de fluminib.Iacobi.in d.§.& cū
molendinis.nu 4 Neuizan.dicto conſilio
43.nu.19.Balb.d.tract.de præſcript. par.
4.5.par.quæſt.5.ita uidetur ſentire Per.Ia
cobus in ſua praxi.tit.de furno. nu.5.dum
inquit hoc procedere, quamuis fuiſſe ob-
ſeruatum tanto tempore, cuius initii me-
moria nō extat in contrarium. Idemque
uoluit Nat.d.conſilio 106.nu.9. Brun.in-
ter feudal.conſi.56.nu.1. & dicto conſil.
131.col 3. communem dicit Gabr. in tit.
de præſcriptionib. concluſ.10. vbi id ma-
gis procedere vult,quando facultas eſt pu
blica Roland.conſi.52.nu.29. libro 3.fa-
cit.l.uiam.ff.de uia pub. Bertran.late con
ſilio 234.lib.3.vbi multa dicit notanda,fa
cit etiam ratio altera, quia per non uſum
non tollitur facultas actum faciendi.Bart.
in d.l.quominus.num.27 Roch. Curt.de
conſuet.ſect.4.nu.77. Soc.in terminis cō
ſil.272.non procedendo lib.2.

Sed contra hāc ampliationem urgere
4 videtur, quia tempus † illud immemora-
bile,cuius initii memoria in contrariū nō
extat,habet uim tituli conceſſionis,& cō
ſtituti.l.hoc iure.§.duct⁹ aquæ.ff.de aqua
quoti.& æſti.c.ſup quibuſda §. præterea.
de verb.ſig.vbi Abb.Iaſ.in dicta l. quo mi
nus.nu.42.de fluminib.Socin.iun.conſil.
76.nu.92.& 94.& plura congerit Gabr.in
tit.de præſcr.concluſ.1.nu.44.& ſeq. De-
cian.conſil.24.num.110.& ſequen.quod
iuxta aliquorum ſententiam adeo uerum
eſt,vt probatio tituli nō requiratur.Alex.
conſi.24.num.15.lib.5. Tiraquel.de præ
ſcript.§.1.glo.4. verſic.31. vnde ſi per im
memorabile tempus dominus ſolus poſſe
dit furnos & molēdina, ad quæ homines
loci ſolebāt accedere, videtur ex præſum
pto titulo ius probibendi acquiſiuiſſe. Itē
facit,quia regalia,(inter quæ & ius furno-
rum



rum ac molendinorum tanquam feudalis
res poteſt aſcribi)longa conſuetudine, & ★
præſcriptione poſſunt acquiri.Alex.cōſil.
6.lib.1.Brun.120.colum.3.in fin inter feu
dal.lib.1.& ideo innuere uidetur Iaſ.in di
cta l.quominus.nume.32.in fi.uerſ.cogita
tu,quod ſi agimus de tēpore, cuius initij
memoria non extat in contrarium, domi
nus poterit cogere ſubditos,ut pſeuerent
ad coquendum,& molendum in ſuo fur-
no,& molendino,dum dicit,quod docto
res ſolum loquuntur de lōgiſſimo tempo
re,& hoc,etiam uidetur de mente Guido.
Pap.quæſ.398 in fine.& ita etiam conclu
dit Boer.in dicta dec. 125. ubi pro domi
no iudicatū teſtatur.Hoſtien.& Io. And.
in cap.ſignificante.de appellat.uerū quic
quid uolueret Iaſo.non erit meo iudicio
recedendum ab ampliatione,quæ & com
muni fulcit opinione,neque in his termi-
nis expreſum contradictorem habet Imo
quamuis Iaſon.dicat doctores loqui de lō
giſſimo tempore,tamen illi,quos allegat
loquuntur de immemorabili tempore, &
in ſpecie ita loquit Cępol. de ſeruit. rubri-
ca de furno.num.2.quęſt.3.P.Iacob.in di
cto tit.de furno.nu.5. & in terminis Ber-
tran.dicto conſi.234.num.1.libro 3.Nat.
dicto conſil.106.nu.9.Boſſ dicto titu.de
regaliis.nu.41.Crauet.de antiq. tempor.
§.materia iſta.nume.98.& ſi qui ſunt,qui
contrariam defendāt opinionem,vt Boe.
& alij,illi intelligēdi ſunt. vt loquātur de
præſcriptione,quæ poſt prohibitionē fa-
ctam currit nō de ſimplici pręſcriptione,
neque obſt.quod immemorabilis præſcri
ptio habet vim tituli,& conceſſionis,quia
illa regula pcedit in rebus illis,quę regu-
lariter ex ſola,& ſimplici præſcriptione ac
quiruntur nulla etiam accedente prohibi
tione,ſecus vero in illis,quæ mero faculta
tis ſunt,& quæ per non vſum nō amittun
tur,vt ſupra diximus.Ad Hoſtiē. & Ioan.
And.reſpondet Bertran.conſil. 329.li. 2.
quod illi loquunt de Principe, & directo
domino villę ac loci,non de vtili,& vaſal
lo,neque verum eſt ius furnorum, & mo-
lendinorum regulariter inter regalia con-
numerari,quia nulla de his mentio ſit in
tit.de regal.lib.3.feudo.& in terminis no-
ſtris expreſſe multis defendit Crauet. con
ſilio 861.& 896.li.5.ideo in quadam cau
ſa communitatis,& dominorum Scarnaſi
ſij Senatus cenſuit eſſe relinquendū libe-
re voluntati ſubditorum an vellent mole
re ad molendina Dominorū an alibi 17.
Septembris 1583.

Sed quoniam maximam rebus authori
tatē vetuſtas tribuit,præſertim immemo
rabillis illa conſuetudo.l.fi.ff.de aqua plu.
arcen.& cōtra immemorabilem vſum iu
dicare periculoſiſſimū in re dubia eſt, ego
que ſemper iudicare dubitarē per ea,quę
nō ſolum huic immemorabili, ſed etiam
centenariæ cōſuetudini, & præſcriptioni
interpretes tribuunt,vt poſt Gabriel. nos
tradidimus ſuo loco,pręſertim cū hic aga
mus de pręſcriptione ſeruitutis, q̄ ex im-
memorabili tempore inducitur,vt eſt tex.
clarus in l.in ſumma.§.idem Labeo.verſi.
plane dicto titu.de aqua plu.arcen. & plu
ra eiuſmodi congerit Hierony. Elenus
Diatribarum.li.2.cap.11.dicerē hoc caſu
ſtantibus aliquibus cōiecturis puta, quod
furnum eſſet antiquum in villa, & tamen
hominis ad illum nō accederent, ſed per
immemorabile tempus ad furnos domini
acceſſiſſent,vel viderētur ruinę furnorum
ſemel extructorū, aut denique inueſtitu-
ra facta eſſet cū furnis,& ſemper poſt in-
ueſtiturā ſoli furnos habuerunt domini,
quod tunc hoc tempus ius prohibendi ex
preſſe tribuere videtur ipſis dominis, trāſ
fertque onus cōtrariæ probationis in ſub
ditos,idemque de molendinis iudicandū
eſſet,vt dixi infra in 2.limit.

5 Amplia ſecundo, vt nec etiam† domi-
nus directus,& Princeps poſſit prohibere
ſubditos quinēt ad proprios molendinos,
vt late hoc in caſu conſuluit Brun.in alle
gato conſil.131.p totum,quod intelligo,
quando ius quęſitum aliquo modo ipſis
ſubditis iam eſſet,quia illud Princeps au-
ferre non poteſt,vt notant Canon.in cap.
quę in eccleſiarum.de cōſtitutio. doctor.
in l.Princeps.ff.de legib.alias eſſet contra
tex.in dict.l.quominus.vbi Imperatori ac
Senatui libera tribuit facultas huiuſmodi
prohibitiones facere etiā in illis, quę me-
re facultatis ſunt non tamē hoc caſu Prin
cipis phibitio clericos ligabit Burſ.conſil.
42.nu.18.lib.1.

Amplia tertio,vt nō ſolū tertius ſed ēt
6 †dñs directus,qui infeudabit,poſſit facere
aliud molēdinū,uel furnum in pīudicium
vaſalli,duob.tñ cōcurrentibus nempe,vt
id ex

id ex cauſa faciat,deinde vt ſoluat intereſſe.Bal.in §.ſi quis de manſo.nu 8.de controuerſ.inueſtit.& ibi Barbat. Bertachin. in §.molendin.nu.11.Iacobi.in §.& cum molendinis.co.1.præſertim ſi Princeps ſit iura imperialia habens,& de hoc videtur tex.apertus in dicta l.quominus.D.de fluminibus.

Quarto amplia,vt hæc regula locũ habeat etiam ſi dominus feudi cenſum , & emolumẽtum habeat ex furnis extantib. ut conſuluit Bertran.in conſil 29.libro 3. nam etiam ſi emolumẽtum habeat ex furnis,non tamen ius prohibẽdi conſequitur.

Quinto amplia,vt nec etiam per indictum poſſit dominus furnis priuatorũ præiudicare,viſi edictũ faciat , ut fornarii ſui teneantur gratis panem ſubditis coquere & ſeruitia debita ad coquẽdum panẽ præſtare,nam tũc cum ex hoc edicto iuribus priuatorum furnos habentium præiudiciũ inferatur.edictum huiuſmodi vti ambitioſum annullandum erit,idemque in vniuerſitate dicendum eſt,vt non poſſit hoc ſtatuere,& ita cenſuit Senatus in quadam Soſpitelli Comitatus Niciæ.de qua plura D.
* Ozaſ.deciſio.17.per totam.Nat.cõſ.106. num.2.

Sexto amplia,vt huiuſmodi bannis indiſcretis non teneantur ſubditi parere etiã ſi fidelitatis ſacramenta ſint aſtricti, vt tradit Pariſ.in dicto §.excedunt etiã. nu. 17. Socin.conſi.272.colu. 3.in 2 fundamen. & Socin.Iun.conſil.98.nume.12.& 17.& hoc caſu iuſte recurrunt ad Principẽ. Bertrand.conſi.125.nume 3.ad fi.Bero.conſilio,81.nu.18.& 30.nec hoc caſu opus erit opponere proclamantibus Roland.9.nume.15.li.2.& ſi fiant a Domino hæc proclamata,illiſque ſubditi non pareant,perſiſtunt in quaſi poſſeſſione libertatis. Crauet.conſi.659.nu.7.& ſeq.Bertazol.cõſi. 419.nu.8.

Limitatur nunc ſupradicta regula,quod Dominus non poſſit conſtructionem furnorum ſubditis prohibere, vt non proce-
7 dat,† ſi aliquãdo prohibitum ſubditis per publicum proclama fuiſſet,ne alio accederent pro coquendo pane;vel ad aliud molendinum,quam ad furnum,vel molendinum Domini,& huic prohibitioni ſubditi per plures annos acquieuerunt illi obtemperando.Ita tenent communiter omnes poſt Iacob.in dicto § & cum molendinis. colu.2.in fi.verſic.& hanc concluſionem qui allegat.Ioan.And.Innocẽ.But.& alios Canon.in cap.ſignificante.de appellatio. Guido Papæ.dicta.quæſti.298 Bor.dicta quæſtio 12.5.nu.5 Crauet.de antiquita. tempor.parte.4 § materia iſta.nume.99. & communem dicit Roland.conſi.2.nume.23.lib.2.vbi latiſſime cõſuluit in hoc caſu Bertrand.dicto conſil.329.num.3.& conſ.1.in fin.lib.3.Anton.Guibert.in dic. cap.17.nu.37.Menoch.d.caſu 160.n. 10. Antonius de Padilla Hiſpanus in l.1.num. 20.C.de ſerui. Schnei Odeuuin. in Epit. feu.par.2.nu.47.49.& 54.

Sufficereque hoc i caſu doctores dicũt, ſi prohibitio fiat maiori parti, vt ꝑ Boer. dicta dec.125.num.5.poſt.P.Iacob. in d. titu.de furno,& in fin.deciſ.verſicu. ſed ſi hoc eſſet verum.Alias ſi fiat vni perſonæ, non nocet alijs.Afflict.deciſ.388. num.2. & 3.Itẽ ſufficiet ſi extraiudicialiter facta ſit Capic.dicta deciſ.209.n.26. poſt Abb. & alios per eum relatos. Iaſ.in dicta l.quominus.nume.31.vbi etiam dicit ſufficere, ꝙ tali prohibitioni fuiſſet obtemperatum pro bono pacis.poſt Abb.in dicto ca.ſignificante,& in ca.Abbate ſancti Siluani. colum.2.de verborũ ſignificatio.Balb.in dicto tractatu præſcrip.4.pa.5.par.princip. quæſtio. 5.num.4.Natta dicto conſi 325. nume.1.& 522.num.4.lib.3.Capic. dicta deciſ.209.nu.25.Rolan. dicto conſil. 22. num.24.Huius vero limitationis illam P. Iacob.rationem affert.nu.6. quia ſemper ſubditi ſunt in qua poſſeſſione conſtruendi furnos,donec illis prohibitũ ſit & poſt prohibitionem ceſſauerunt alio accedere, poſtquam vero prohibitioni acquieuerũt amiſſa eſt illa quaſi poſſeſſio, & hinc Dominus incipit præſcribere ſeruitutẽ ex illo tacito conſenſu populi,vt idem P.Iac. ait in tit.de condictio.ex conſuetud. num.2. & illa præſcriptio nõ niſi a die prohibitionis currere incipiet.Cæpol.d.tit.de furno. n.2.verſ.vel niſi eſſet.& in his conueniunt vbique doctores.

Diſſentiunt tamen in illo,quanto tempore inducatur præſcriptio poſt ꝓhibitionem factam,& P.Iacob.in dictis locis. & poſt eum Boer.d.num.5.dicunt hanc præſcriptionem inductam cenſeri per decem annos inter præſentes, & viginti inter ab-

ſentes,



ſentes,quod ultimum raro euenit in uniuerſitate,quæ raro abeſt. Alij uero( & rectius) triginta annorum tẽpus requirunt, ut poſt Rolan.uoluit Ioſeph.Ludou. deci. Peruſi.106 num.15.Brun.dicto conſ.56. uerſicu.eſt uerum.& dicto cõſi.131.uerſiculo tertio ſi dicatur.quam ſententiam ſequuntur Guid.Pap.conſi.171.nu. 5. Nat. conſ.522.num.1.& 523.num. 2.Chirco. lib 2.commu.opin.tom.2.in uerbo.molẽdinum.Bellame.cõſi.7.colum.2. pro qua *
opinione adduci ratio illa poteſt, ꝗa poſt prohibitionem ſubditi actionem habent cõtra dominum, ut inhibitionẽ auferant, alias ad ſupremum dominũ recurrere poterunt,ut in ſimili de uenatione dicit Iacobin.in §.& cum uenationib.num.2.in fin. uerſicu.Cautela etiam.hæc uero actio ſpatio triginta annorum amittitur, & præſcribitur.l.omnes.& ibi omnes notant, & l.ſicut.§.hæ autem actiones.C. de præſcript. 30.uel 40.annorum.ꝗ intellige niſi coacti,& propter metum acquieuiſſent, ut dicit Natt.dicto conſi. 06.num.12.nam præſcripto ex uiolento actu nõ acquiritur. Gabriel.lib.5.concluſ.titu.de præſcrip. concluſ.1.num.11.Crauet.dicto conſi.86.numero 7.uerſicu.3.ad cõſuetudinem. Hæc autem obedientia erit præſtanda per totã uniuerſitatem nõ per duos,uel tres particulares,& hoc caſu crederem ſufficere , ſi uniuerſitas prohibitioni palam factæ per illud tempus non ſe oppoſuit per ea,quæ dicit in terminis Capic.dicta deci.209.nume.28.& ſeq.

Sed quando ſumus in dubio, quæſitum
8 fuit cui incumbat onus † probandi, quod obtemperatum fuerit,uel non, prohibitioni a dominis factę.& uidebatur pro dominis pronunciãdum, quia pro illis præſummitur niſi ſubditi contrarium,probent & oſtendant,ut in hoc caſu uoluit Nat.conſilio 522.num.7.libr.3.contrarium tamen uerius eſt,& probatur ex eo,quia præſumptio iuris,quæ ꝓ ſubditis facit, & ex regula ſupra poſita deſcendit,ita efficax eſt ut onus contrariæ ꝓbationis in aduerſarium transferat,ut facit quælibet iuris præſumptio l.cũ de indebito.D de probatio. Roland.conſil.46.num 47.lib.3.& in ſpecie quod allegantti prohibitionem incumbat onus probandi,clare dicit tex.in l.ab ea.dicto titu.de probationib.præterea cum de prohibitione non conſtat domini, neceſſario fundant ſe in lungo uſu,& conſuetudine,atq; fundãti ſe in conſuetudine illi incumbit probatio.Roland conſi.2.nu.118. & communẽ dicit Roch.Curt.de cõſue. ſectio 8.num.25.& in terminis furnorum ita determinat Crauet.dicto conſi 861. n. 6.Bertran d.conſi.329.nu.2. & cõſ. 234. lib.3.nume. 5.uerſicu.ex quibus, & ita denique cẽſuit Senatus in quadam cauſa furnorũ Comitum ſancti Martini in qua iudicatum fuit cõtra Comites. anno 1581. Menſe Februario,& ita etiam contra actorem nõ probantem ius prohibendi fuiſſe per totum conſilium pronuntiatum dicit Afflic.deciſ.388.nu.10.

Secundo fallit,& limitatur ſupraſcripta
9 regula, quotieſcunque † uaſallus tale ius nominatum haberet in ſua inueſtitura, ut eſt ſtilus,& mos huius patriæ , in qua plerunq; nobiles inueſtiuntur de feudo cum molendinis,furnis,&c. tunc enim poterit ꝓhibere ſubditos alio accedere ad coquẽdum,uel molendum,ut late conſuluit Iaſ. conſi.161.lib 2.ubi cõſuluit per Dominũ Gonzani,& hoc uidetur de mente Guid. Pap.dicta quæſt.298.num.2.uerſi. & præmiſſa uera,& ex hoc inferebam,quod nos ꝗ inueſtiti ſumus de caſtro,furnis, & molendinis Sarmatoris,poterimus prohibere ne ſubditi noſtri alibi molant,uel coquãt quam in molendinis, & furnis noſtris , & hoc non ſolum ratione iuris nobis competentis eſt inueſtitura , cuius uerba aliquid operari debent,ſed etiam ratione illa, ꝗa alias infertur damnum Principi, cuius directum dominium eſt ipſorum furnorũ.

Cõtrarium tamen expreſſe tenet Crã. dicto tract de antiquit.tempor. par. 4. §. circa præmiſſa.nu 1 & 2. ubi reſpõdet ad conſilium Iaſ.Rolan.conſi.46.nume.64.libro 3.Crauet.late conſil 861.871.num. 5. & 9.conſi.896.per totum Burſat.41.lib.1. & ita etiam uidet uelle Iacobin.in dicto §.& cũ molendinis,nam ibi tractat hanc quæſtionẽ in ſpecie inueſtituræ factæ cũ molendinis,& hæc eſt magis communis opinio.Verum ſi cum multiplicatis inueſtituris antiquis & nouis eo modo a Principe factis cõcurreret ſpatiũ 60. annorũ, & ultra & uſus continuus accedendi ad molendina,ſeu furnos uaſalli crederem indubitãter procedere hanc limitationem

per

per ea, quæ ſupradicta ſunt in prima ampliatione, & ita cenſuit Senatus in quadã
* Ceuenſi referẽte. Do. Senatore Malopera 1564. & tanto magis ſi cũ his accedat et conſuetudo maioris partis prouinciæ, vt euenit fere ĩ tota patria Pedemõtana, vbi vaſalli inueſtiũtur a Principe cum molendinis, & furnis, & hoc iure ab antiquo niſi ſunt, vt non permittant ſubditos ad alios furnos accedere, ut dicam infra in quinta limitatione.

Tertia iſtius regulæ exceptio eſt, ut nõ
10 procedat, ſi ad † æmulationem conſtrueretur nouus furnus, vt quãdo quilibet ſubditus vult domi habere vnum furnum, licet plus impẽdat quã ſi communiter coqueret ad furnos Domini, tũc etiam expreſſe apparet, quod ꝑ æmulationem fit, vt inferatur damnum Domino, quod non licet. Clar. in §. feudũ. quæſt. 30. in fin. ubi in ſimili iudicatũ teſtatum, & plura notat uir doctiſſimus Andr. Gail. libro 2. practic. obſeruat. obſerua. 69. num. 17. & ſequen. ubi ꝑ hac re affert tex. notab. in l. opus nouũ. D. de operib. publi. & de diuerſione aqu. dicit gloſ. in l. ſi in meo fundo. D. de aqua pluu. arcen. & de attolente pariete Alex. conſ. 174. opportunæ cõſideratis. l. 2. ubi multa dicit ad propoſitum iſtud. Ex quo infertur ad quæſtionem, quæ de molendinis tractatur, an ipſa poſſint conſtrui in ſuperiori parte fluminis ad damnũ alterius. Nam diſtinguendum eſt, an ad æmulationem hoc fiat, uel non, ut primo caſu non poſſint cõſtrui, ſecundo ſic quã de re uide Ioan. Schneideuum. in Epit. feu. par. 2. nume. 50. Iaſ. conſ. 98. col. 1. li. 1. & dicam infra deciſ. 41.

11 Limita quarto, ſi tale † ius prohibendi acquiſitum fuiſſet ex pacto prædeceſſorũ. Afflict. dicta deciſ. 588. num. 2. & Boer. dicta quæſt. 125. colum 2. uerſicu. & ꝑ illud ius dicens cõmunem. Tunc enim dicitur impoſita obligatio, uel ſeruitus perſonalis ex qua prohibetur furni noui cõſtructio, & acceſſio. Cæpol. de furno. nu. 2. uerſicu. & prædicta intellige. Idemque dicitur, ſi
12 ius fumorum uaſallus habeat cum poteſtate prohibendi ex priuilegio principis. Boer. dicta quæſt. 125. colu. 2. uerſic. quæ quidẽ tamen iura. Clar. dicta quæſtio. 30. Capic. dicta deciſ. 209. nu. 30. Guido Papæ. dicta queſt. 268. num. 1. Natt. dicto cõſil. 227. numc. 2. in fi. Franciſc. Mar. dicta deciſ. 12. nume. 2. quod enim principis authoriatte fit ualidum eſt, & prohiberi nõ poteſt. l. ꝙ Principis. D. de aqua pluuia arcen. quod intelligo, dummodo iure iã forte hominibus quæſito præiudiciũ nullum inferatur, quia illud ius Princeps auferre non poteſt, ut communis doctorum ſententia eſt, de qua in c. quæ in eccleſiarũ. de conſtitutioni. & tenet Brun. dicto conſi. 131. uerſi. & eſt indubitatum, uſque in fin.

13 Quinto fallit, † ſi ex cõſuetudine patriæ vaſalli habent tales furnos proprios cum facultate prohibendi, vt in Calabria exemplificat Boer. d. quæſt. 125. colu. 3. verſic. & prædicta. poſt Luc. de Penna ĩ l. 2. col. 1. verſic. ſic etiã. C. de fund. limitroph. li. 11. & in patria Delphinat. de molẽdinis dicit Marc. deciſ. 386. in fi & Crauet. in d. §. circa præmiſſa. num. 2 ac in multis Galliæ locis hanc conſuetudinem uigere, & in uiridi eſſe obſeruantia ex recentioribus teſtis eſt Renatus Copinus lib. 1 de legibus. Andium. capitu. 14. numer. 2. poſt. ſummam ruralem.

Sexta ſequit̃ exceptio iſtius regulæ, vt non procedat quãdo primum molendinũ fuiſſet publicum, & in eius vtilitatẽ verteretur publica utilis, uel etiam ſi eſſet fiſcale. Tũc enim poteſt dominus, uel reſpublica prohibere, ne alij cõſtruãt noua molendina, vel furnos, ut eſt Taurini, ubi molẽdina ſũt Ciuitatis. Ita tenet Iacobin. in dicto §. & cũ molendinis. uerſicu. quid dicendum poſt Bal. in cõſilio 410. quæritur utrum dominus. lib. 5. Natt. conſi. 106. nume. 1. & conſil. 227. nu. 2. Boſſ. dicto tit. de Regalib. nu. 41. & licet Iacobinus formet quæſtionem in prohibitione, tamen idẽ uidetur reſultare in caſu limitationis noſtræ, nam ſi poteſt dominus prohibere propter utililatem publicã, uel Principis ne quis ad molendina ita cõſtructa accedat, tãto magis ne de nouo conſtruantur, tum facilius impediatur actus dũ fit, quã deſtruatur perfectus. l. patre furioſo. cum ibi nota. per Iaſ. D. de his, qui ſunt ſui, uel alie. iur. & ita uidetur cõcludere, & intelligere dictum Bal. & Iacobin. Crauet. ĩ d. §. circa præmiſſa. numero 6. uerſic. ad iſtud reſponderetur. Natta dicto cõſilio 106. numero primo.

Hinc



Hinc ſeptima, & vltima ſequitur limitatio, vt non habeat locum regula, quãdo
41 † domini haberent conuentionẽ cum ſubditis, quod liceat ipſis dominis habere furnos publicos, & molendina, licet enim expreſſe non dicatur, ita vt prohibeãtur ſubditi ad alia accedere, tamen id intelligit, & ita iudicauit Senatus: ratio eſt, quia cum licitum ſit non ſolum dominis, ſed etiã alijs furnos in proprio conſtruere ad hoc, vt tale pactum operetur, videtur tacitẽ induci prohibitio, ſicut in ſimili notat Bal. in cap. cum olim. in fi. de conſtitutio. ſi Papa concedit Epiſcopo creationem, quã alias habebat, intelligitur etiam ſine conſenſu capituli. Idem Bal. in l. nullus. C. ad l. Iuliam maieſtat. & plura exempla ponit Felin in cap. ſicut Romana. colum. 3 de reſcri. alias ſequeretur abſurdum dominis cõcedi, ꝙ vnicuique priuato licet. Ita cenſuit Senatus in cauſa furnorum Comitũ Motæ agri
* Vercellen. vbi talis erat conuentio, & coactũ fuerunt ſubditi furnos factos deſtruere 1550. in qua cauſa plurimũ mouit dominos dictio illa publicos, nam ſi licet habere furnos publicos, videt̃ inferri, vt ad eos populus publice accedat. Cæterum ſi fuiſſet ſolum dictum, quod liceret haberet furnos, non videretur inducta prohibitio & ſeruitus, cum ſtricte eſſent interpretanda verba. l. veteribus. ff. de pact. quinimo potius interpretãdum vt ſuperflua eſſent quam quod damnum alijs indebite inferant. Bar. in l. fin. §. in computatione. in fi. C. de iure delibera. & alias diceretur illam conuentionẽ ideo factam, quia forte alias non licebat dominis ex pacto, uel conſuetudine antiqua furnos in præiudicium ſubditorum conſtruere.

## Poſitionibus an per procuratorẽ litis reſpõderi poſſit Domino ita abſente, vt de illius uita dubitetur, & de facili habere nõ poſſit.

### DECISIO XVII.

1 *Poſitionibus per principalẽ regulariter eſt reſpondendum. & qualiter id procedat. nu. 3.*

2 *Procurator an de calumnia pro domino abſente iurare poſſit.*

4 *Poſitionibus an procuratorem reſponderi poſſit, ſi dominum ita abſens ſit, ut de facili haberi non poſſit.*

POSITIONIBVS per principalẽ ipſũ cauſæ actorem, ſiue reum, non autem
1 † miniſterio ꝓcuratoris regulariter reſpondendũ eſt. l. 1. & l. uoluit. cum multis alijs. titu. de interrogator. action. Iacob. de Aren. de poſition. in princip. num. 4. Vbertus de Bobio eodem titu. numero 20. Barto. in l. non ſolum. nume. 1. ff. de procurator. Canon. in cap. 2. de iuramen. calum. & capi. fin. de iureiuran. cap. 2. de confeſſ. in 6. & in c. præſentium de teſtib. eodem libro 6. Præſertim cum principalis melius de cauſa propria quam procurator cẽſeatur inſtructus vt per Bart. in l. ſi actor. de procurat. & in l. fina. C. eodem. vbi dixi & ſi in die termini nõ reſpondet, cõtumax dicitur, & poſitiones in contumaciam non reſpondẽtis ad electionem partis ponentis, & interrogantis pronunciantur pro confeſſis, iuxta l. de ætate. § qui tacuit. ff de interrogatio. action. & ita in hac patria ſolet continuo practicari per noua decreta Emanuelis Filiberti ſub titu *Delle poſte o ſij poſitioni. §. ſe nel detto:* cuius decreti illa uis, & efficacia eſt, dũ propriam principalis perſonã requirit, vt nec etiam per ſpeciale mandatum illi ſatisfactum ſit, vt late firmat. D. Oza. deciſ. 113 per totam. vbi ita per Excellentiſſimum Senatum in cauſa Aſten.
2 iudicatũ fuiſſe teſtatur, neque † hinc procurator ſpeciale mandatum habens in animam ſui principalis reſpondere, & iurare de calumnia poterit, quamuis de iure cõmuni ad iuradum talis procurator admitti ſoleat, & debeat per te. expreſſum in capitu. vltimo, & ibi gl. de iuramen. calum. libro 6. per quem text. communem illam regulam ſupra poſitam limitant docto. vt hoc caſu non procedat, & ita intelligunt cum hac limitatione tex. in l. 2. §. ſin autẽ abſuerit. C. de iureiu. prop. calum. dan. vbi Pau. de Caſt. numero 3. & 5. & iuxta hanc opinionem fuiſſe iudicatum teſtatur Capella. Tholoſana. deciſio 132. quæ ſubijcit de iuris rigore ſuperiorem opinionem veriorem eſſe. Immo, quod etiam reſponderem poſſit procurator, videtur tex. in l non ſolum. in princip. D. de procuratorib. propter

pter

pter quem Bart.ibi multa dicit.Si vero in
cõtumaciam nõ reſpondentis poſitiones
pro cõfeſſis pronunciatæ fuerint etiam ru
ſticus,& mulier per uigorem illius decreti
reſtitutionem integrum petere nõ pote-
runt,vt cenſuit Senatus in cauſa Nicię.Ca
therinæ de Brandis, & Petri de Albertis,
quam deciſionem late cõprobat D.Oza.
dec. 87.quod limita,niſi notorium impe
dimentum,eſſet in cauſa,quia tunc nõ ſo
lum ruſticus,& mulier reſtituentur,ſed ẽt
maior,procuratoris contumacia minime
obſtante,neque illo caſu reficere expẽſas
tenebuntur,vt per eundẽ Senatum Excel
lentiſſimum pronunciatum fuit in altera
cauſa Sele,& Comini Andurnẽſium 1556
Menſe Nouẽbris.de qua per eundẽ.Ozaſ.
dec.9.per totam.Supraſcripta vero gene
ralis regula,ut poſitionibus per principalẽ
3 reſponderi debeat,†intelligẽda eſt,ut pro
cedat ſecundum ſtatuta Sabaudię, quãdo
illæ poſitiones ꝑ principalem fuiſſent po
ſitæ,alias procurator reſpondere poterit.
Itemque procedit parte hoc petente,non
alias,vt habetur in ſtatu.Sabau.lib.6.c.10.
diffugii.& lib.7.ca.8.diffugij,& innuit Ca
pella Tholoſa.q.224.

Sed dubium eſt,quid ſi Dominus ſit ab
ſens a loco iudicij,ita vt in dieta cadente
reſpondere non poſſit,an tũc procurator
admittatur,ſi de cauſa inſtructus eſt,&ge
nerale mãdatum habeat,& quidem ſi do
minus ita abſens ſit,vt de facili, vel ipſe,
vel illius iuridica reſponſio haberi poſſit,
res in aperto eſt,eſſe ſeruãdam diſpoſitio
nem decreti & formam,quã in hoc caſu
doctores tradere ſolent poſt Specu.in tit.
de iuramen.calum.poſt Vincen.§.reſtat.
nu.11.& formam exprimit D.Ozaſ.in di
cta deciſio 113.nu.11.&ſeq.ſed ſi domi-
4 nus†ita abſens ſit,vt de facili haberi non
poſſit,quia ſit in longinquis vltra mare,
vel forte ignoratur vbi ſit, vt dicit Cyn.
aut dubitaſ an ſit mortuus,vel viuus,tunc
magna dubitatio oritur,quid per iudicem
agẽdum ſit,& videretur dicendum, quod
tunc dari deberet curator bonis omnibus
iuxta cõmunem practicam, quæ hoc ſer
uat in iuramento calumniæ,vt refert glo.
in dicto cap cæterum.in uerbo ab utroq;
de iuramen.calum.& ibi communiter Ca
noniſtæ notant.& ita in facti ſpecie ſimili
tenet Cyn.poſt Iacob.de Are.in l.2.§.hoc
etiam in fi.de iureiuran.prop.calum.hanc
que Vltramontanorum practicam eſſe di
cit Bart.in dicta l.2.§.ſin autem abfuerit.
nume.5.& in l.qui bona.§.ſi alieno. ff. de
dam.infec.pro qua practica facit,quia cu
rator iſte bonis datus ꝑſonam ipſius prin
cipalis abſentis repreſentat,& hoc modo
cauſa in longum cum alterius partis incõ
modo,& grauiſſimo damno nõ trahetur,
In contrarium videretur expectandum eſ
ſe principalem,qui reſpondere debet attẽ
ta forma decreti,& cõmuni regula ſupra
poſita,pro qua videtur tex apertus in l.5.
in princ.de interrog.act.ibi.

Ex ſua in iudicio reſponſione.

Et hoc ſaltẽ,vt euitetur excuſatio prin
cipalis abſentis,& cautela illa,quod procu
rator male reſpõdit,& quod ipſe offert ſe
paratum aliter reſpondere.Item,quia pro
curatore iurãte pars non incidet in periu
rium,& ita ſemper excipere poterit iuxta
Bal in d.§.ſin autem abfuerit,& per Ale.
in d.l.qui bona.§.ſi alieno.

Verum Bart.in d.§.ſin autem,& in d.l.
q bona.§.ſi alieno. voluit, quod hoc caſu
in iuramento calumniæ nõ detur alius cu
rator bonis,ſed ſufficiat procurator cauſę
per rationem ſatis meo iudicio concludẽ
tem,quam in dictis.§.§.allegat,& Bar.ſe-
quitur.Abb.in d.c.cæterum nu.7.& in c.
in pertractandis.num.5.eodem titu.de iu
ramen.calum.& idẽ poſt Io.de Deo. quẽ
allegat.innuit.Specul.in dicto tit.de iura.
calum.num.13.verſicu.tamen nota lib.2.
quam opinionem etiam Bar.uult procede
re in iuramẽto poſitionum,vt innuit in d.
§.ſin autem.dum allegat Specul. in mate
ria poſitionum,& idem in iuramẽto veri
tatis,& affectionis in dicto §.ſi alieno. &
generaliter,vbi dominus haberi,nequit &
tãto magis iſtud procederet, vbi procura
tor eſſet de cauſa inſtructus ac dominus,
vt dicit Bar.in d.l.ſi actor.de procur. & q̃
uis Bar.dicat Spec.in poſitionibus tenere
contrarium,reperio tamẽ,quod ipſe idem
voluit in procuratore de cauſa inſtructo i
titu.de poſitionib.§.6.num.18.& licet ali
qui contrarium opinionẽ ſequitur fuerint
quod immo dãdus ſit curator bonis omni
bus,& hãc Bar.ſententiam truſtam eſſe di
cat Bal.in d.§.ſin autem uerſic.ſed pone.
& alteram veriorem arbitretur.Alex.in d.
§.ſi



§.ſi alieno.nume.13.& communem dicat
& expreſſe cõtra Barto.& Abba.defendat
Neuizan.conſilio 70.num.19.& 30. dicẽs
ma e ipſos tenuiſſe, tamẽ ueriorem exiſti-
mo Barto.& Abba.opinionem ex eo,quia
cũ hoc caſu nihil reperiatur in iure nouo
deciſum, neque decreta hac de re loquan
tur,immo Summus Põtifex ſimpliciter di
cat eſſe alio modo ponenti prouidendum
in capitu.fin.de confeſſ.lib.6.in fine. uide
tur caſus omiſſus in puris terminis iuris
antiqui ,quo iure ẽt ſine ſpeciali mandato
alieno nomine per procuratorẽ iurari po-
terat,dicta l.qui bona. §.ſi alieno. l iuſiurã
dum,quod ex cõuentione.§.fin. de iureiu.
quid enim quæſo plus facere poterit hoc
caſu curator ille bonis datus, quam procu
rator. qui defenſor cauſæ cõſtitutus fuit,
& de illa magis, quam quilibet alius inſtru
ctus eſt, neque ad totam cauſam curator
quis dari poterit, cũ iam procurator a do-
mino conſtitutus alius ſit ut recte, & ſubti
liter dicit Panormitan.in d. cto cap.cæte-
rum num.7. in fi. & ſi uelimus curatorem
adhuc hoc in caſu conſtituere, ſufficiet ad
hunc actum dare ipſum cauſæ patronum
tãquam melius inſtructum per ea, quæ di
cunt Anton. Marian.Barbat. Fulgoſ. & alii
quos refert Neuizan. dicto conſilio 70.li-
cet ipſe nõ ſequatur, cum uelit dari ad to-
tam cauſam,quod tamen neceſſe non eſt,
cum de illo dũtaxat articulo dubitetur, &
propterea non eſt contra uoluntatẽ abſen
tis dandus curator omnibus bonis. Nõ ob
ſtat quod dicebamus eſſe per ipſum princi
palem reſpondendum poſitionibus,uel ex
pectandam iuxta dictam l.4.in princip. &
dicta l.2.§.ſin autẽ. quia, ut dicit Bar.ubi
hoc intelligendum eſt,quando principalis
de facili haberi poteſt,ſecus ſi in lõginquo
ſit,& ubi ſit,ignoretur,atque ex his ego iu
dicando ſeruaui practicam Barto & Abb.
ut procurator tanquã dominus litis, & de
cauſa inſtructus, & quem adhunc actũ cu-
ratorem abſentis conſtituimus reſponde-
ret poſitionibus a parte aduerſa productis
cum dominus cauſæ principalis cõmode
reperiri non poſſet, atque id pronunciaui
in cauſa Paſquerii, & Qualcherii Nicææ
anno 1559.14. Martii dũ ibi iudex maior
pro Sereniſſimo Eman. Philiberto Duce
noſtro cõſtitutus eſſem, & meã ſententiã
confirmauit Senatus Pedemontanus tunc
Vercellis reſidens,Excellentiſſimo D.Caſ
ſiano Puteo Pręſide.

## Iniuriarum actio ciuilis an excludat criminalem,& quãdo ciuilis cauſa cum criminali concurrere poſſet.

### DECISIO XVIII.

1 *Iniuria non eſt impunita relinquenda.*
2 *Cumulatio actionum, an in criminalibus admittatur.*
3 *In actione iniuriarum ciuilis extinguit criminalem,fallit nu.8.9.& 11.*
4 *Duæ perſonæ quãdo ſimul cumulare poſſint diuerſas actiones.*
5 *Iniuria a iudice per ſententiam uindicatur.*
6 *Libellus,in quo diuerſa petitur, & duplex uindicta,ipſo iure uitiatur.*
7 *Iniuria ſi reſpiciat plures perſonas, poteſt pro ea reus, & ciuiliter erga partem, & criminaliter ergo fiſcum damnari.*
10 *Quando a pluribus perſonis agi pro iniuria poſſit.*
12 *Pro iniuria, quæ tranſit in aliam ſpeciem delicti,poteſt quis dupliciter puniri.*
13 *Procedenti de facto licet de facto reſiſtere.*

1 INIVRIA quælibet† ſiue
atrox,ſiue minima ſit, nũ
quã impunita a iudice re-
linqui debet,per illã enim
& publica pax, & priuata
quies contra bonos mores turbari ſolet.
Hincque a iuris ciuilis authoribus iniuria-
rum actio inſtituta eſt, toto tit. D. & C. &
in inſtit.de iniur. & conſtituta a lege diffe
rentia inter leuem,& atrocẽ ex circunſtan
tiis,ut eſt pulcher tex.in l.1.D. de iniur.in
§.atrox.inſti.eodem.ſed pulcherior,& no
tabilior in l.aut facta.D.de pæn.& nõ ſim
plex pæna illa ; ſed arbitraria, uel ciuilis,
vel criminalis introducta.ut aliquo modo
huiuſmodi plecteretur delictũ. §. in ſum-
ma inſtit. de iniur l.q̃d Senatuſcõſultũ, &
l. prætor.§.poſſe.D.eod.l.1. C. quãdo ciui
act.crimina præiud. Azo.in ſumma Codi-
cis,titu.de iniur. nu.28. ſicque non ſolum
priuato , ſed etiã publico iudicio experiri
in hoc

In hoc crimine poterit,quãuis re vera de
lictum hoc vt plurimum priuatum ſit &
ideo inter priuata iudicia iniuriarum quæ
rela connumeretur.l.iniuriarum.& l.fi.in
princ.C.de iniur.& Tribonianus in parti
tione Digeſtorũ titulum de iniuriis inter
priuata iudicia poſuit.Niſi atrox adeo ſit,
& in aliam ſpeciẽ delicti quam ſimplicis
iniuriæ tranſeat,vt infra dicetur.

Sed cum ciuilem, & criminalem hinc
oriri actionẽ dixerimus,dubitatum in Se
natu in facti contingentia diu fuit, an ele
cta iniuriarũ actione ciuili ceſſare debeat
criminalis,ita vt cauſa ciuilis cum crimi-
nali tanquam nihil inter ſe commune ha-
bentes concurrere non poſſit. Puta iniu-
riatus agat in iudicio pro iniuria petendo
aureos centũ ratione iniuriæ, & ulterius
ipſum iniuriãtem puniri ad vindictam ex
citando fiſcum,qui fiſcus acceptat, & in-
ſtat vna cum iniuriato vt cõdemnetur ci
uiliter erga partem ad emendam,ſeu exti
mationem iniuriæ,& in pænam erga fiſcũ
& ambobus coniunctim inſtãtibus, vel in
ſtãte ſolum iniuriato ad cõdemnationem
emendæ,& pœnæ,vt in hac patria moris
eſt,quod pro dãno dato in prædii duplex
ex ſtatuto,ſeu cõſuetudine fit condemna
tio,vna in emendum damni erga partem
alia in pœnam banni,vt vocant,& hoc ca
ſu ita inſtante iniuriato iudex primus cõ
demnauit in aureos centum erga iniuria
tũ pro iniuria iuxta illius petitionem , &
æſtimationem,& ulterius in aureos centũ
erga fiſcum pro pœna,a qua ſententia ap
pellatum fuit ad Senatum per cõdemna-
tum.Quęrebatur an iudicis a quo ſenten
tia ſuſtineri poſſet, & pro fiſco dicebatur
quod ipſe interueniebat,vt ſeparata ꝑſo-
na,& quod pro intereſſe publico mulctã
petebat,licet hoc faceret ad iniuriati inſtã
tiam,quo caſu poterãt duę diuerſę perſo
næ ſimul cumulare actiones, quas vna ſo
la cumulare non poſſet;prout dicit Bart.
in l.ſi quis libertatem num.22.D.de peti-
2 tio hæred.Item quia†in criminalibus ad-
mittitur cumulatio ſecũdum Franc. Mar.
deciſio.720.nume.6.& ad impiorum au
daciam coercendam inductum videtur
vt ciuiliter,& criminaliter ſimul ꝑ iniuria
agi poſſit.d.§.in ſumma. l. licitatio, alias
locatio.§.quod illicite.ff.de publicã. Iac.
Concennat.li.1.quæſt.iur.ſingu.q.7.n.2.
& duplicem pœnam hinc oriri dicit Gra-
mat.uot.15.in fi.

Verum pro reo dicebatur male proceſ
3 ſum,& iudicatum quia† in actione iniu-
riarum ciuilis extinguit criminalẽ, ergo
una tantum pœna erat cõdemnandus. d.
l.quod Senatuſconſul.in fin.verſic. plane
& l.prætor.§.1.vbi Bar.notat.D. de iniu.
dicta l.1.in princ.C.quando ciuil.act. Bo
nif.de iniur.num.43.Ioan.Faber.in l. da-
mus.C.ad l.Cor.de fal. Petrus a Placa in
epito.delicto.cap.6.num.30.& in termi-
nis,quod talis libellus nõ procedat , tenet
Maran.de ordi.iud.par.4.nu. 5. & 12. di-
ſtinct.1.qui allegat Bart.in l.1.C.quando
ciuil act.& in dicta l.prętor § 1.de iniur.
idem tenet Franc.Caſon.in tract. quæſtio
num criminal.cap.3.num. 10. Hartman.
Piſtoris practicar.obſeruat.foreſ.ti. de in-
iur.ca.3.ratio illa eſt,quia pro ſimplici in-
iuria quis poteſt vna tantũ pæna puniri
quæ pæna ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit
id eſt ſiue fiſco ſiue parti applicet , debet
ſufficere,cum vtraque tẽdat ad merã uin
dictã,& nemo bis pro eodem delicto pu-
niri debet,vt dicit Azo.dicto num.28. &
ibidem VVeſembech.titu. D.de iniur.nu
mero 16.& 18.Maran.qui latiſſime hanc
quæſtionem examinat,in dicto loco a nu
me.5.vſque ad 27 & repetit.par.6.n.92.
Iacob.Concennat.dicta.quæſt.7 nume.3.
Alexan.conſi.212.num.4.libro 2.Boſſ. in
titu.de iniur.nu.12.& facit tex.in l. item
apud.§.ſi quis ſeruo.dicto tit.de iniu. Ia-
cob.de Beluiſ.in conſuetu.feu.tit.de pace
iuramen.firma.in §.iniuria.vbi alii Feudi
ſtę.

Neque obſtat dictum Marcii, quod ad
mittatur cumulatio actionum, quia illud
procedit quando ex uno facto plura deli
cta naſcuntur , vt doctores in ſupradictis
locis adnotarũt,& ita innuit ibi Mar. poſt
Sal. in l.ſi quis homicidii.C.de accuſatio.
doctores in l.edita.vbi Bart.nu.15.C. de
eden.vbi late ſimilis cumulationis mate-
ria tractatur,minus officit dictum Bar. in
dicta l.ſi quis libertatẽ.quod poſsũt duæ
diuerſę perſonę ſimul cumulare actio-
4 nes quas una non poteſt,quia†id procedit,
quando perſonæ ſunt omnino diuerſæ,&
agunt ex diuerſa cauſa, atque actiones ex
diuerſo fonte deſcẽdunt , vt dicit Faber ĩ
dicto loco,ſecus in caſu noſtro,ubi pro ea
condemnet



demnet cauſa agunt coniunctim , & ad
partis inſtantiam,ſcilicet ad puniendũ in
iuriantem,& ad emendã ratione iniuriæ
præterea id ꝓcederet quo ad actionẽ nõ
autem quo ad condemnationem,quia an
te rem iudicatam una ꝑ alteram nõ tolli
tur,ſed poſt rem iudicatã una facit ceſſa
re alteram,quando ad uindictam agitur,
ut dicit Boſſ.in dicto tit.de iniur.& ĩ titu.
quomodo proceda.ꝑ action.in delic.nu
me.50.iniquum uero eſſet,quod quis cõ
demnaretur ad ſoluendum bis idem etiã
5 diuerſis perſonis.cũ †iudex iniuriam per
ſuam ſententiam uindicaſſe cenſeatur,&
unica uindicta ſufficiat, ꝑ tex.expreſſum
in l.ſed ſi unius.§.ſi ante.D.de iniur.ideo
quamuis dici poſſet proceſsũ tenere iux
ta theoricam Bar.in l. edita.nu.23 .C.de
eden.tamen condemnatio fieri nõ debe
6 bit ne duplici pœna afficiatur†Quinimo
uoluit Marã.in d.par.4.num.12. quod ta
lis libellus ipſo iure uitietur per rationes
ab illo allegatas.Quod etiam procederet
ſi de ſtilo ꝓcedi ſoleret ſimpliciter, & de
plano ut ꝑ Aret.in l.1.§.ſi quis ſimplici
ter de uerborũ oblig.Curt.in d.l.edita.&
Purpur.ibidem nu.239.Idque , & iuris ip
ſius authoritate probatur.dũ Iuſtinianus
uel ciuiliter, uel criminaliter agẽdum eſ
ſe ꝑ iniuria decreuit in d. §.in ſumma.in
ſtit.de iniur.& ſic vel accuſationis uia,vel
actione ſimplici ad intereſſe cõſequendũ
quo caſu pœna applicatur parti.Bar.in l.
agraria.D.de termi.mot.Boſſ.dicto titu.
quomodo.procedo per acti.in delict.nu
me.12.& 13. Ex quibus omnibus,& aliis
hincinde deductis, omnibuſq; mature di
ſcuſſis in caſu propoſito cenſuit Senatus
* bene iudicatum,quatenus condemnatus
fuit reus erga partem lęſam præſertim in
emenda ſatis egregia attentis circunſtan
tiis,male uero quoad criminalem erga fi
ſcum,in quo capite reum abſoluit.1560.
die.10.Februarii.

Fallit uero ſupradicta regula, ꝙ iniu
riarum actio ciuilis facit ceſſare crimina
7 lem,quãdo†iniuria reſpicit plures perſo
nas ſeparatim vt ſi talis iniuria adeo ſcan
daloſa eſſet ut ſine iniuriati inſtãtia fiſcus
ad publicam vindictam inſurgeret,vel quia
iniuriati eſſent plures, & vnus ad iniuriæ
emẽdationẽ priuatim ageret, altera vero
cum interuentu fiſci peteret criminaliter
iniuriantem puniri , poſthabita priuati ſui
honoris ratione ut in l.j.§.fi.de iniu.arg.l.
lex.Cornelia.§.illud quæritur.eod. & in ca-
ſu quẽ ponit Abb. in c. parochianos. in fi.
de ſent.excom.ubi agit clericus ad emen-
dam pro iniuria ei facta , & etiam ſua Ec-
cleſia ad aliam emendam, item in caſu of
ficialis qui priuato iniuriã facit , ponit Af-
flic.in conſtit.ti.de iniur. §.eos.n.5.uel de
nique ſi,& priuatæ,perſonæ, & iuri publi-
co facta iniuria fuerit,quia tunc duplici pę
na reus afficitur, una ordinaria erga partẽ
lęſam, altera extraordinaria erga fiſcum,
& ita procedit,& intelligitur.d.l.locatio. §.
illicite.D.de public.& tunc licet iam ad in
ſtãtiam accuſantis reus una pæna affectus
ſit,tamẽ tertius , uel fiſcus iterum ad accu
ſationẽ admittetur . vt late ſcribit Marãta
in ſuo Spec. de ord. iud.in allegata par. 6.
nu.9.verſ.ſecus eſt.& in ſimili cum caſus
cõtigiſſet. ita iudicauit Senatus 1568. mẽ
ſe Martii. quæ ſententia fuit in reuiſione
confirmata inter Oſſellam , & Viariſium,
fiſco ſeparatim, non ad partis inſtantiam,
ad uindictam publicam hoc poſtulante,in
qua cauſa fuit Oſſella condemnatus ꝑ in
iuria alteri illata in libras vigintiquinque
erga fiſcum , & in aliis uigintiquinque er-
ga partem læſam, uerũ hoc caſu pænæ ita
arbitrari debent,ut leuiores ambæ ſint, ne
reus indebite ſummarum coacernatione
opprimatur iuxta tex.aureum , & philoſo
phicum in l.reſpiciendum.D.de pæn.

8 Fallit ſecundo ſi ſit, † iniuria afferens
damnum intrinſecum ut debilitatio , tũc
enim poterit agi ad pęnam, & ulterius pe
ti damnum.Flor.in l.iniuriam, col.fi. ad l.
Aquil.Alber.in d.l.1.C.quan.ciuil. action.
col.1.uerſi.oppo.quod una ſola.quinimo
hoc caſu etiam ſi ſolus fiſcus cõpareat ſo-
let Senatus eadẽ ſententia condemnare
rem in intereſſe , erga partem læſam, quæ
in exactione ſui intereſſe, & damni paſſi
præferri ſolet.iuxta rubricam *pænis fiſcali-
bus creditores præferri.* Et ita cenſuit Sena
tus in quadam cauſa Montisbaſilij.

9 Limita tertio ſi proponatur† iniuria a
pluribus perſonis,ſeparatim una ab alia eo
dem proceſſu,ut dixi ſupra in prima fallẽ.
uel tanto magis ſi ſeparato proceſſu unus
intentet ciuilem alius uero criminalem, li
cet pro eodem facto, tũc poterit proponi
ciuilis,& criminalis,ut per Alberi.in l.1. C.

 quan.

quan.ciuil.act.num.1.per l.fin.C.de ordi.
iudi.Faber.in d.l.damus.C.ad l.Corne.de
fal.ī materia enim cumulationis ceſſat re
gula impeditiua, quādo agitur a pluribus
perſonis.Bar. in l ſi quis libertatē.nu.12.
de pet.hęr.ſequiť Rimi.in l.edita.col.16.
10 uer.in materia C.de eden.† A pluribus ve
ro perſonis pro iniuria agitur,quādo iniu
ria quemlibet ipſorū reſpicit, uel ſi ex eo
dē crimine plures actiones naſcuntur, ut
Papinianus ait libr.6. βασιλικον, titu. 33
c.22.§.ſi uero cuius hæc uerba ſūt latine
a uiro doctiſſimo Cuiacio ita redita. *Si ue
ro ex eodem crimine plures actiones naſcan
tur, poteſta diuerſis perſonis accuſari*. &
Duaren.li.1 diſputat.anniuerſar. c. 39.ac
cauſationē a pluribus intentari poſſe etiā
ſi unum duntaxat iniuria reſpiciat,ſi inter
ipſos conueniat, contra receptam opinio
nem ſubtiliter contendit. ꝑ quo facit So
lonis græca lex,quam Pratcius in libro de
iuriſprudentia ueteri refert,c.66. ibi, *Om
nibus de iniuria alteri illata ſupplicium ſu
mendi ius eſto.* cæterum ſupraſciptam fal
lentiam ego nō credo ueram niſi duobus
in caſibus,primus eſt in caſu poſito ſupra
in 1.fallent.quando re ipſa ſeu iuris inter
pretatione iniuria facta eſt duobus, ut q̃a
uxori,& conſequenter etiam uiro.l.nō ſo
lum.§.plane.l.1.§.ſiue autem & §.ſequē.
D.de.iniur.vel patri,& ſic etiā filio. dicta
l.1.§.fina.l.lex Cornelia.§. illud q̃ritur,l.
ſe eſt quæſtionis.§. parui autem. l. ſed ſi
unius.§.ait prætor. cū.§§. ſequen.l.pater.
eod.titu,quo tamen caſu quādo filio iniu
ria facta eſt, licet unicuique iniuriarum
actio competat, modo in poteſtate filius
nō ſit l.pretor.§.ſed & ſi quis.eo.& unius
actio alterius nō excludat actionem.d.l.j.
§.fi.tamē unica ſufficiet cōdemnatio quo
ad iniuriam per tex.in l. ſed ſi unius.§.ſi fi
liusfamilias.eo.niſi vna perſona ſeparatim
vna actione puta ciuili utatur altera vero
criminali, uel niſi iniuria in aliud etiā ge
nus delicti tranſeat,quia tunc, & patri,&
filio diuerſa cōpetit actio, ita interpretor
l.lex Cornelia.§. illud quęriť. & d.l.pater
eo atque his caſibus cum duæ ſint ꝑſonæ
iniuriatæ duplex dabitur emenda,ut in d.
1.fallen. ſed ſi illata eſt iniuria priuato ꝑ
priuatū licet interueniat in agendo pars
iniuriata, & etiā fiſcus ad eandem partis
inſtanti am,& ſic duæ perſonę tamen uni
ca tantum debebitur emenda, nulla enim
fiſco facta eſt iniuria realiter nec interpre
* tatiue ſicut facta eſt marito per iniuriam
uxori illatam, & ita cēſuit Senatus in cau
ſa contra Bailum Leuſolæ mota.

Secūdus caſus, in quo quarto limitatio
ꝓcedere poſſet eſſe poterit ſi illata foret
iniuria atrox perſonæ humili, quæ iniuria
talis eſſet quam ipſe iniuritatus remittere
nō poſſet,ut exemplificat Bart.in l.j.§.vſ
que adeo.de iniur.tūc enim ſi leuiter exti
maret ille iniuriatus dānum, poſſet fiſcus
etiam priuato inſtante, ne delictum id re
maneret ī ſcandalum,aliquid plus petere
ultra eam condemnationem, iux.nota.ꝑ
Bar.ī l.Senatus.de accuſat.& præſertim ſi
iniuria publice facta fuerit,quo caſu,& So
lonis lege.c.43.cautū eſt,vt pari iniuria
tæ drachmas tres ęrario publico duas per
ſoluat.pręterea iſtius caſus exemplum pe
ti poteſt apud Ludouicū a Peguera Hiſpa
nū,inter ſuas quęſtiones criminal.d.c.13
ubi pro iniuria atroci. & cōtumelioſa cui
dā illata,nempe dum dixit falſo,quod iu
dęus erat,& hoc animo iniurandi dictū
fuerat ſcribit fuiſſe cōdemnatum erga in
iuriatum in pęnam ſatiſfactionis publicę
& erga fiſcum in pœnam corporalē ban
ni per annum,Barcinonæ 1583.28.No-
uēbris.moti fortē eo caſu iudices ea ratio
ne,ut euitaret rixas,& ſcandala inter par
tes offēſas, qua in re multum circumſpe
cte procedit non ſolū Senatus noſter,ſed
etiā ipſe Princeps, qui nō ſolet alicui de
lictum condonare preſertim ita ut domi
offēdēs commoretur, niſi habita pace ab
offenſo,per l.ęquiſſimum.D.de uſufruct.
de qua tamē re dicā infra deciſione.21.
Gratiam.

11 Quinto fallit,† ſi actio iniuriarum ciui
lis inſtituta familiariter fuerit ꝑ ſimplici
æſtimatione damni, & intereſſe non au
tē ad vindictam,& extimationē iniuriæ,
nam tunc cum familiaris hęc actio ſit,po
terit poſtea cōtra reum criminaliter agi,
& ita loquitur Imperator in allegata l.1.
quæ eſt vnica.C.quam ciui act.crim.pręiud.& ita voluit Ba.in d.l.pretor.§.1 n. 1
verſ.dicamus igiť.D.de iniur.Andr.Gail.
pract.obſer.lib.1.obſeruat.65.n.2.ita cu
mulationem in cauſa iniuriarū,& l.Aquil
liæ admiſſam fuiſſe in Camera,Imperiali
teſtať Mynſiger.ſing.obſer.cent.1.obſer-
uat.25.



Nat.25.quia actio vtraque tendit ad diuer
ſa,& in caſu huius fallentiæ cenſuit Sena
tus 1586.2.Maii,in qua cauſa duplici pœ
na fuit pars condemnata vna erga fiſcum,
& altera erga partem.quādo pars ad ſolā
æſtimationem reum cōdemnari petierat
& fiſcus ſeparare ad vindictam publicam
& hoc modo accipiēdum eſt quod ſcribit
Gram.dec.37.n.11.

12 Fallit ſexto ſuprapoſita regula,ſi†ſit il
lata iniuria,quę tranſeat in aliam ſpeciem
delicti,vt quia aliquis verberatus ſit in ec
cleſia,vel in loco publico, aut in palatio
principis,aut coram iudice iniuria uerba
lis tertio facta fuerit,nam tunc poterit agi
per verberatum actione ciuili ad æſtima-
tionem iniuriæ,& nihilominus etiam per
fiſcum ad pœnam pro crimine ſacrilegii,
uel læſæ maieſtatis,idemque videretur di
cendum,ſi fuerit facta iniuria alicui offi-
ciali,& perſonę publicæ,nam vltra actio
nem ciuilem intentatam per eum ad refe
ctionem,poſſet etiam agi criminali actio-
ne læſæ maieſtatis ob contemptum prin
cipis cōmittentis officium,vel exequutio
nem aliquam,neque abſurdum erit nō ob
ſtante actione partis procedi etiam crimi
naliter per inquiſitionē,iux.tex.in d.l.lex
Cornelia.§.illud quęritur.de iniur.& not.
Purpura.in d.l.edita.n.193.& 194.& ideo
in caſu prædicto Baiuli Leueſię de S.Steſa
no,ſiue Leuſolæ defendebam recte con-
dēnari poſſe iniuriātem etiam in pænā er
ga fiſcum ex eo,quia mētitus fuerat com
miſſarium per gulam,& cum obiiceretur,
quod commiſſarius procedebat de facto,
13 quo caſu†licet de facto reſiſtere,per l.pro
hibitum.C.de iure fiſ.quod autem proce
deret de facto apparebat, cū ea cōmiſſio
in illa parte qua illam exercebat non erat
in literis,ſed in Apoſtilla.Replicabam, ꝙ
ſatis cōſtabat eum eſſe commiſſarium, &
ei apoſtillæ credendum,tum fuiſſet manu
eiuſdem notarii perſonę grauis,& ideo ei
credendum in dubio,& parendum, ut di-
cit Bal.in c.cum in iure.col.3.poſt Innoc.
de offi.deleg.uerum hoc nō obſtante ma
ior pars dominorum fuit in contrario vo
to,& propterea cēſuit Senatus unicā pæ
* nā ſufficere,quæ parti læſæ applicaretur
Carignani 1560.cum illa pæna attēta per
ſonarū,& rei qualitate fuiſſet ſatis grauis.

Fallit denique,ſi ex lege Principis, ſeu
ſtatuto,uel conſuetudine ita decretum ſit
vt pro iniuria quis additatiue puniatur er
ga partem ad ſolutionem,& refectionem
iniuriæ,& damni,quę propriæ non eſt pæ
na,ſed noxia,& alterius in pænam erga fi
ſcum,quæ propriæ pœna eſt cū fraus vel
dolus interueniat.l.aliud eſt fraus. vbi do.
D.de ver.ſig.iſtis enim caſibus ad utrūq;
quis condemnatur, licet enim durior ſit
lex,tamen obſeruanda eſt l.proſpexit. ff.
qui,& a quib.tanto magis hæc quę ſancta
eſt,vt malorum frenetur audacia, & boni
quiete viuant.c.factæ autem.diſt.4.& ca.
non fruſtra.23.q.5.

## Contumax an quis dicatur tam in ciuilibus,quam in criminalib. ſi in die cadentis citationis contumacia non accuſatur.

### DECISIO XIX.

1 *Contumax,quando quis dicatur.*
2 *Contumacia rei non accuſatur, quādo pro ceditur criminaliter per inquiſitionem, quod declara.ut n.3.*
4 *Contumacia an accuſari debeat,ſi procedi tur criminaliter per accuſationem.*

CONTVMAX quis non
eſt,niſi ī die cadētis termi
1 ni actor compareat,† & al
leget contumaciā nō com
parentis,iux.doct. & conſi
lium Bar.in l.ſi finita,§.Iulianus. nu.15.de
dam.infec.quam probat ibi Alex. nu. 24.
Iaſ.in l.properandum.§.& ſi quidem.n.7.
C.de iud.Maran.de ord.iud.par.6.titu.de
contuma.n.1.verſ.Idem debet.Hinc gene
ralis practica apud cauſidicos,& procura-
tores hodie orta eſt,ut ſemper comparen
do fere in quocunque actu,& memoriali
allegent contumaciam alterius partis,idq;
expreſſe per noua decreta Sereniſſimi Du
cis noſtri Emanuelis Philiberti cautū fuit
in tit. *Della contumacia*.§. *& queſto che hab
biamo detto &c.* pro qua regula ſolet addu
ci tex.in dicta l.properandum.§. & ſiqui-
dem.ibi.

Parte actoris abſentiā incuſāte.

Ex quibus verbis communem illā pra-
cticam a doctorib.deſumptam fuiſſe ſcri-

 bit

bit Anchar.conſi.97.co.z.verſ.quarto ad
idem vbi etiã hoc procedere vult in ter
minis ſtatuti diſponentis citatũ haberi ꝓ
contumace,contra doctr.Bal.in l.ſi tutor.
n.1.C.de interdic.matrimon. cuius conſi
lium in eadem facti ſpecie ſequitur Natta
conſi.364.nu. 1.vſque ad nu.8.late Dom.
Ozaſ.deciſ.3.num.z.Hoc tamen quod di
ctum eſt requirendam pręſentiam accuſã
2 tis fallit † ſi procedatur criminaliter per in
quiſitionem.Bar.in extrauag. ad reprimẽ
dum in verbo neglexerit.Iaſ.in d.l.prope
randum.§.& ſi quidem.nu.7.Alex.conſi.
120.num.8.li.7.Foller.in pract.crimin.1.
par.z.par.nu.10.Afflict.lib.1.conſtitutio.
in tit.de pœn.nu.1z.Ozaſ.deciſ.71.n.48.
& cum hac opinione,& fallentia tranſiuit
* Senatus 1560.13.Ianuarii.Quæ tamẽ fal-
lentia declaratur vt habeat locum,& pro
3 cedat quando iudex † ex mera inquiſitio-
ne procedens ſumit partes accuſatoris,&
rei,vt innuit Barto.in l.inter accuſatorem
nu.8.D.de publ.iud. & ita videtur etiam
loqui in d.extrauaganti ad reprimendum
Alex. dicto conſi.120.& ideo quotieſcun
que iudex defectum patris ſupplet,ac pro
fiſco comparet,non erit neceſſaria accuſa
tio contumaciæ,quia iudex ipſe accuſat,&
ex officio procedit.P.Foller.inter cõſ. cri
minal.Ziletti.li.1.conſi.141.in fi.ita dicit
in Ducatu.Mediolanẽſi obſeruari Clar.in
pract.crimin.§.fi.q.44.verſi.dictum eſt at
que id exemplificari poteſt in cauſis Pote
ſtatum Villarum,vbi nõ adeſt procurator
fiſci, ſed iudex ſupplet,vnde forte ſenten-
tia Senatus ſimpliciter loquendo non ſub
ſiſteret,& non procederet eo modo pro-
cedendo,vt cõtinue fit inſtante procura-
tore fiſci,quia tũc nõ proceditur ex mera
inquiſitione,ſed inquirens accuſator dici-
tur,& accuſatoris partes ſumit,iuxta Hyp
pol.de Marſi.in conſ.50.n.8.9.& 10.Ideo
neceſſaria erit ad contumaciam inſtantia
ipſius procuratoris fiſci,vt tenet D.Ozaſ.
d.dec.71.nu.48.& 49. dicens ita iudicatũ
in cauſa Barberij.

Hinc dubitatum aliquando in Senatu
fuit,quid ſtatuendum eſſet,& iudicandum
4 quando proceditur per accuſationẽ,† an
tunc rei contumacia erit expreſſe accuſan
da,dubium facit,quia inquiſitio,& accuſa
tio eiuſdẽ naturę ſunt,& a patri procedũt
ut poſt Bar.& alios voluit idem Ozaſ.de
ciſ.149.num.8.vnde ſicuti quando proce-
ditur per inquiſitionem, non eſt neceſſe-
ria contumacię accuſatio,ita & hoc caſu.
Verũ Bar.in dicta extrauagã.ad reprimẽ
dum,& clarius Iaſ.in d.§.& ſi quidem. nu
me.7.dicunt.hoc caſu deberi accuſari cõ
tumaciam prout in ciuilibus.per reg.l. ab
ſentem.§.1.D.de pæn.& ita conſuluit Ro
lan.conſi.90.n.11.lib.3.ratio illa eſt,quia
ſi in ciuilibus accuſari debet contumacia,
multo magis id in criminalibus locum ob
tinebit,vbi de grauiſſimo præiudicio ipſi
us perſonæ agitur,& D.Ozaſ.loquit,quan
do iudex ex officio procedit,vt videri po
teſt,non quando procuratoris fiſcalis præ
ſentia requiritur. Ideo hanc poſteriorem
opinionem in quadam cauſa Nicienſi ſe-
* quutus eſt Senatus referente D.Senatore
a Coſtaforte Foſſanenſi 1562.

## Emphyteota,cui regulariter ꝓpter ſterilitatẽ non fit remiſſio, an propter caſum fortuitum, uel deuaſtationem maioris partis rei emphyteoticæ abſolutione canonis liberetur.

### *DECISIO XX.*

1 *Emphyteotæ regulariter propter ſterilitatem non fit remiſſio.*
2 *Emphyteota non poteſt inuite domino emphyteoſim remittere.*
3 *Emphyteota an rem deſtructam reficere teneatur.& n.7.*
4 *Emphyteota non liberatur a ſolutione niſi re in totum penitus perempta.*
5 *Quando pro re emphyteotica magna ſoluit penſio fructibus correſpondens,indicatur ut de locatione ad longum tempus.*
6 *Emphyteota ubi ſoluitur magna uel mediocris penſio pro re emphyteotica, liberatur pro rata penſionis,quæ non poteſt ex ea re colligi.& n.8.& 9.*

EMPHYTEOTAE regu
lariter ob ſterilitatem,uel
aliud damnum contingẽs
1 nõ solet fieri remiſſio,† ut
communis omniũ ſenten
tia eſt, de qua teſtantur Cotta inter me-
moralia, in verbo conductor, & in uer-





bo,emphyteota,in prin.Clar.in §.emphy
teoſis.q.8.verſi.ſed nunquid.& poſt eos,
& alios multos inibi citatos quos præter-
mitto,Eman.Soar. in Theſauro receptar.
ſentẽ.littera E.nu.106.qui poſt Iaſ.conſi.
34.nu.2.lib.1.& Clar.limitat,niſi emphy-
teota ob aliquam bellorum calamitatẽ
nullos fructus percipiat,quam limitationẽ
probare videtur Ale.in l.interdũ.§. quod
ex naufragio.n.7.D.de acquir.poſſeſ.Pręe
poſ.Alexãdrinus.in tit.de alienat.feu. col.
1.& 2.& nouiſſime Aurelius Corb. in ſuo
tract.de cau.ex quib.emphyt.iure ſuo pri
uat.tit.de cau.priuat.ob non ſolu. canon.
ampl.11.per totam,& A.12. Ex quibus in
Senatu ſuper hmõi facti ſpecie dubitatio
orta fuit.Emphyteota pro re, q̃ locari po-
terat uiginti,ſoluit quatuordecim; euenit
ꝙ res illa,quæ erat fundus ĩ quo fiebat or
tus tp̃e belli fuit deuaſtata, & ablata cru-
ſta prædij,reductaq; in eũ modũ,vt aqua
ſupernataret,ita vt ferre nullius vtilitatis
eſſet,percipiq; ſingulis annis nõ vltra valo
rẽ unius floreni poſſet, emphyteota uole-
bat rem remittere,& petebat ſe liberari a
Canone.Dominus vero non eſſe liberatio
nem faciendam contendebat.

Pro parte dñi vltra regulam ſupra poſi
2 tam dicebatur,non poſſe † rem emphyteo
ticã rem itti inuito domino, vt ſentit tex.
in l.2.in verbo volẽte vbi Bal.C.de iur.em
phyteo.& ibi Iaſ.nu 28. Guido de Suzar.
in tract.de emphyt n.53.q.30.Capel. To
loſa.q.404 Tiraq.de retract.lignag. §.34.
glo.1 nu 2.Bar.in l.is cum quo.ff.de aqu.
plu.arcen.vbi Alex.addit.Summa Silueſt.
in ti.de emphyteo.n.12.& id cõiter rece
ptum teſtatur Emã.Soarez.dicta litera E.
nu.94.cum enim communi conſenſu con
tractus celebratus fuerit, non poteſt niſi
vtriuſque pariter accedẽte cõſenſu diſſol
ui,vt ratiocinatur Specu.in titu.de emph.
3 q.128.item quia † quãuis res eſſet pro ma
iori parte deſtructa,tñ poterat refici,& de
bebat poſſidẽs,& ſoluere canonem,vt vo
luit Ang.in §.qa vero leonis auth.de nõ a-
lie.aut pmu.reb.eccle.quem ſequitur Ber
tach.in §.emphyteoſis,& citat Cotta in d.
verbo emphyteota in fin.Alc.conſi. 265.
vbi late.

Denique videbatur hac de re pro parte
domini text.clarus,& apertus in l.1.C. de
iur.emph.ibi.

Prorſus,& ibi,interitum.

& in §.adeo.Inſt.de loca.in illis verbis.

Totius rei interitus.

4 Vnde communis regula elicitur, † quod
nullo modo nec a toto nec a parte em-
phyteota liberaretur,niſi re in totũ peni-
tus per empta,vt ponderat Alc.in d.cõſil.
265.& Natt.conſil.49.& hãc opinionem
communiorem dicit Cla.in §.emphyteo
ſis dicta quæſt.8.verſi.quęro etiam. Ideo
que ſufficiet aliquid remanere de re em-
phyteotica,ut non liberetur.Iux. gloſſ.in
dicto §.adeo.& Iaſ.in dicta l.1.nume.77.
& expreſſe in hac queſtione voluit Specu
la.in titul.de loca. §.nunc aliqua.queſt.
135.verſiculo alii dicunt,& melius, per
huius rei vulgares verſus Cyn. in dicta l.
1.ſentire Burſat.conſil.11.nume.22.libr.
1.& hanc opinionem etiamſi magna pen
ſio eſſet conſtituta duodecim arg. firmat,
& ſequitur Corbul.in dicta ampl.12.n.4.
& ſequen.

In contrarium pro emphyteota, quod
videretur deſtructione rei liberatus,addu
5 cebatur,† quod hęc non erat vera emphy
teoſis,cum ſolueretur penſio magna non
autem canon exiguus, quo caſu eſt loca-
tio,& iudicatur vti de locatione ad lon-
gum tempus,& dicitur potius penſio,vel
cenſus quam Canon,& pro cenſuali po-
tius præſumitur.Caſſan.in conſuetu. Bur-
gun.in titu.de cenſ.§.quinto.uerſic.*& le dix an paſſas*.nume.6.poſt Iaſon.in l.2.co-
lumn.35.C.de iur.emphyt.vt ſentit gloſſ.
l.1.de ſuperf.vbi Barto.nume.3.Iaſ.dicta
l.1.nume.35.Aretin.55.nume.4.Alexan.
112.numero 3.lib.1.Barbat.conſil. 14.nu
me.36.lib.2.vbi dicit ſe ita pluries conſu
luiſſe,& Ruin.conſi.50.nu. 477.nu.7. lib.
1.Bald.cap.2.num.3.de dilat.Corſe.in ſin
gula.incip.contractus.Franciſ.Bec. cõſi.3.
num.22.Cephal.conſi.9.n.12.lib. 1.vnde
ſi iudicatur vti de locatione, fiet remiſſio
huic emphyteotæ,& liberabit a ſolutione
Canonis,vt in conductore omnes docto-
res concludunt,& in his terminis Alexan.
dicto conſ.112.& Neuizan.conſi. 92. nu.
12.& 51.

Præterea dato,quod re uera hæc eſſet
emphyteoſis,quia verba ſonabant in em
phyteoſim,vt voluit Ba.in l.cõtẽ.§.q ma
ximos.ff.de publican.Alex.conſi.9.nu.1.

libr. 1.& clare ita tenet Oldr.ad cõſi.159.
in 1.dub.Dec.conſi.32.num.5. Craue. cõ
6 ſil.20.nume.4.tamen† ad huc uidebatur,
quod eſſet liberatus ꝑ rata pẽſion's, quæ
colligi non poteſt ex ea re,ut tenet Bar.in
d.l.1.num.9.C.de iure emph.& per ea, q̄
dicit idẽ Cotta in dicto uerbo emphyteo
ta.poſt Rom.conſi.369.nu.32.Barb.d.cõ
ſil.14.Præpoſ.in d.tit.de alienat.feud.ubi
ita magis cõmuniter teneri teſtatur, alias
quis lucrati diceretur, cum alterius iactu
ra,cum res multis eſſet hoc caſu emphy-
teotis,quo caſu Tiraq.in d.glo.1.num. 4.
uoluit poſſe emphytheotã emphyteoſi re
nunciare,quamuis opinionem Bar. repre
hendat Alcia.dicto conſi.265.dicẽs illam
de ſuo capite adinueniſſe, neq; ulla lege
probari dicat Bal.in d.l.1.2. lect.nu. 7. &
cõtra Bar.commumem eſſe teſtatur Abb.
in c.potuit,num.16.de loca quibus tamen
reſpondebãt, illorum opinionem proce
dere,quãdo eſt uera emphyteoſis,& ſolui
tur,quid exiguum magis ꝑ recognitione
dominij,quam attento ualore fructuum,
qui percipi poſſunt,nõ autem quando eſt
magna,quia tunc debemus recedere a ter
minis amphyteoſis,Rolan.conſ.96.n.26.
Bellon.conſi.21.num.8.uerſicu.ultimo no
tabiliter,& ſic ſaluari poteſt opinio Barto
li.Hincq; reſponderi etiam poterat ad do
7 ctri. Angel.quia nõ tenetur † emphyteo-
ta reficere,quãdo pẽſio eſt exceſſiua,cum
excedat terminos emphyteoſis, unde nõ
eſt mirum ſi exceditur a ſuis terminis.l.Lu
cius,ubi gl.D.depo.& in iſtis terminis ita
arguit Moder.Pariſ.in conſuet.Pariſ.§.62.
nu.30.de cenſib.& reſpondet Cotta in di
cto loco.Preterea res hęc cum propter al
luuionem decreuerit nõ poteſt facile refi
ci,ita,ut nõ ſit ad refectionem emphyteo
ta cogẽdus,licet alias regulariter emphy-
teota reficere teneretur ut in emphyteoſi
eccleſiaſtica cõcluſit Capel.Tholoſ.in q.
352.ubi Aufrer.

Verũ ad huc pro parte domini uideba
tur dicendum,quod in caſu iſto pẽſio nõ
erat adeo magna,ut ęquiualeret fructibus
ut uidetur conſiderare P.Ioann. Ancharã.
quæſtionum familiar.lib.3.q.78.nume.6.
& 7.unde magis concludendũ erat,ut nõ
ſolum teneretur reficere,ſed etiã canonẽ
debitũ ſoluere, ſed reſpondebatur quod
etiam non eſt parua,cum ſit in ſatis egre-
gia ſumma,quę lõge fructuum perceptio
nem excedit,& ſic poterit dici mediocris,
8 quo caſu† etiam nõ attenditur propria na
tura emphyteoſis,prout elegãter in termi
nis diſtinguit Moder.Pariſ in d.§. 62. nu.
32.verſicu.tertio caſu Grat.conſ.268.li.2.
Neuizan.d.conſ.92.num.45.& ſeq.& con
ſiderauit collegium Mediolã.vt refert Cu
man.apud Alex.in d.§.quod ex naufragio
nu.8.Sebaſtian.Med.de fortui.caſib.pa.2.
q.10.nu.37.& 38. & in terminis pro hac
opinione,quod pro rata fructuum fiat re
miſſio Canonis,tenet nouiſſime Bero.cõ
ſilio 130.nume.8.& 12.libro 1.qui ita in-
telligit.l.1.C.de iure emphyt.& conſ.131
n.4 eo.lib.

Ex his videre licet quam anceps, & du
bia hæc quæſtio ſit,vti fatetur Corbul. in
dicta ampliat.12.n.4.& ob illius difficul-
tatem aliqui iudicis arbitrio relinquerunt
vt Bart.& Sylueſt.Aldobran.in d.§. ad eo
ac de rigore iuris videretur cõtra emphy
teotam pronunciandam, vt non niſi re in
totum perẽpta liberaretur a ſolutione pẽ
ſionis.Cæterũ cum ius in ambiguo ſit,diſ
ſenſioque nõ modica reperiatur an tex.in
dicta l.1.& §.adeo ſint intelligendi de re
pro maiori parte perempta,vel in totum,
vt dicit Azo.in dicta l.1.in fi.æquior mihi
videbatur opinio Barto.& Pariſien.quam
Natt.d.conſi.39.nu.13.verſic.vltimo pro
iſta parte. dicit vti amicam ęquitati ſibi
alias placuiſſe,& illam ſequutum fuiſſe,ac
Ale.in d.§.quod ex naufragio.dicit ſapere
9 æquitatem,& illam tandem† poſt multas
hincinde factas diſputationes in hac facti
* contingentia ſequutus fuit Senatus. Cen-
ſuitque mediam viam amplectandã,& ſe
quendam opinionem Pariſi.attẽto, quod
erat penſio mediocris,& ſic declaratũ fuit
emphyteotam teneri ad ſolutionẽ Cano-
nis,iuxta declarationem teſtium pro rata
fructuum,qui percipi poterant ex re em-
phyteotica,anno 1560. Menſe Februarii.

## Gratia,& remiſſio delicti Principe facta an ſit ante obtentã ab offenſo pacem interinanda.

### *DECISIO XXI.*

1 *Gratia, quæ de delicto a principe fit, quando valeat.*
*Gra-*



2 *Gratia facta ſuper falſa narratione non tenet.*
3 *Gratia in præiudicium partis fieri a principe non poteſt, & ante obtentam ab offenſo pacem.*

GRATIAM, & remiſſio-
nem delicti Princeps cuiq;
facere poteſt. l. generalis.
l.cum indulgentia,& toto
tit.C.de ſentent.paſſ. Bur
ſat.conſ.177.nu.1.libro 2.ſoloque princi
pi ſupremo, & Imperialia Regaliaque iu-
ra habenti id conceſſum cenſetur. Ozaſc.
1 deciſione 101.nu.1.† quæ tamẽ nõ prius
valere conſueuit,quam ſi a Senatu interi-
nata ſit, vt vbique in omnibus regnis, &
Ducatibus ſeruatur,ac de Ducatu Medio
lanen.teſtatur Clar. §.fi.pract.criminal.li.
5.quæſt. 59. verſiculo & quia plerunque
ubi plura de his, & in patria iſta extat ele
gans decretũ Caroli ſub rubrica. Interinẽ
tur gratiæ.Ideo cum iuxta conſuetũ ob-
ſeruantiam interinanda quædã gratia Se
natui oblata eſſet; quæſtio orta fuit ſuper
interinatione an admittenda,& obſeruã-
da eſſet,vel non,& dicebatur non eſſe in-
terinandã ex eo, quod homicida cui gra-
tia facta fuerat de pęna delicti, narraſſet
ſe prius fuiſſe quibuſdam uerbis iniurioſis
affectum ab occiſio, quod non probabat
immo de contraria conſtabat ex proceſ-
ſu. vnde hoc caſu illa ſubreptitia uideba-
2 tur,& non ualere,† qua ſpecifice, & clara
non fuerat narrata delicti perpetratio, &
qualitas ipſius facti, ut fieri debet. glo. &
doctores in ca. dilectus filius.de reſcript.
Alex.Striat.libro 1.conſilior. criminal. Zi-
letti conſ.117.nu.6. & 7. & diſponitur in
dicto Caroli decreto.Maſcard.de probat.
lib.2.concluſ.846.nu.16. & 17.niſi aliter
de expreſſa mente Principis conſtaret.
Crau.conſ.2.nu.14.lib.1.Siluan.conſ.50.
nu.13.& 99. Franc. Marc.quæſt.504. nu.
16.non obſtante, quod exciperetur im-
poſſibile fuiſſe eas iniurias probare, cum
dictæ eſſent nemine præſente; ideo dictũ
* fuit per Senatum alio non facto gratiam
illam non eſſe interinandam,itaque is de-
nuo recurrit ad principẽ, & obtinuit am-
pliationem gratiæ iuxta dictam quæſtio-
nem Marcyi.504.col.fin.par.1.

Sed poſtea gratia iterum ampliata, &
pro interinatione exhibita coram Senatu
dubitatũ fuit, an eſſet interinanda ex eo,
quod pacem ab offenſo non haberet, qui
3 erat frater occiſi, † quo caſu gratiam non
valere aliqui uoluerunt, Grammat.conſi.
criminal.34.nu.1. & voto 35.nu.7. & 9.
ubi peccare principem alter. facientẽ ſcri
bit.Carer.in pract.criminal. §.homicidiũ.
nu.377.Luc.de Pen.in l.1.col.5.C.de his,
qui in exi.libro 10. Ferran. Gangiar.lib.1.
conſil.criminal.conſil.121. in fi. late Plot.
conſil.78.nu.27.& 28.ubi etiam num.33.
peccare Principe mortaliter aſſerit qui ta
lem gratiam ante factam reconciliationẽ
concedit.Nam ut inquit Ozaſc.deci.128.
nu.11.Per gratiam, & remiſſionẽ a Princi
pe factũ non cenſetur remiſſum ius pacti
offenſæ ex delicto acquiſitum. per tex.in
l.uenia ubi omnes notãt.C.de in ius uoc.
Idque etiã apud inferos obſeruatur, ut in
Phædone Plato,ſeu de anima.col.antep.
ſcribit.Contrarium aliqui defendebãt, q̄a
quando gratia de delicto fit, nõ eſt neceſ
ſaria pax ab hæredibus,uel propinquis of
fenſi ut tenet late.Aegid. Boſſ.in tit.de re
miſſio.ex ſola clemen.prin.nu.23.Immo
nec ab offenſo ut ibi,quamuis dicat aliter
ſeruari in Senatu Mediolanenſi,etiam nõ
perſona,ſed res offenſa fuerit, & per totã
Italiam ita ſeruari poſt Io. Baptiſtam Plo.
tradit Burſat.d.conſ.177.nu.19. & hoc iu
re iuxta priorem ſententiã ſemper uti ſo
let Senatus Pedemontanus,& quamuis di
ci poſſet gratiam ualere,ſaltem quo ad pę
nam corporalem delicti uel pecuniariam,
in qua offenſus nil iuris habet, tamẽ ad id
quod particulariter ipſum tãgit circa pro
priũ intereſſe,gratia Principis, (quæ alias
latiſſimam haberet interpretationem. ca.
beneficium de reg.iur.in 6.l.beneficium.
de conſtit.Princ.)nõ ſe extendet. Hinc in
dicto decreto iubet Dux in internatione
ponendum clauſulam.*ſatisfacto prius parti læſæ*,quæ ſatisfactio re uera fieri nõ po
teſt ſine pace.Ideoq; in caſu propoſito cũ
fuiſſet reſponſum, & probatũ, quod pars
pacem omni conatu procurauerat,quam
tamen ob refrigeratã charitatem, & ma-
lum offenſi animum obtinere non potue
rat,ex eo, quod petijſſet etiã aureos octo
centum pro intereſſe, & iniuria. Tandem
Senatus moderatus eſt intereſſe, in quo
homicidã erga fratrem occiſi condemna-
 uit,

uit, quo ſoluto aut facto depoſito, manda
uit gratiam interinari, etiāſi pars læſa pa-
cem facere recuſaſſet, cū id uideretur ca
lumnioſe facere, & hoc fuit reſolutum in
cauſa Do. Aymonis della Rip. 15. Ianuarii
anno 1561. dū ego Præſiderem Senatui
tunc Carig. ani reſidēti, abſentibus. DD.
Præſidibus Puteo & Ozaſc. In cauſa autē
Plateæ iudicatum fuit interinandam gra-
* tiā uerum abſtinere debere reum ab opi-
do Bugellæ, unde oriūdus erat, & domici 1
lium habebat donec pacem a matre occi
ſi quæ intereſſe maximū prætendebat. ob
tinuiſſe cum in gratia diceretur ſatisfacto
prius parti laſ. Aequinius tamē eſt, ut iux
ta priorem ſentētiam antequam gratia in
terinetur fiat recōciliatio, alias poſſet ſua
ſpe fruſtratus remanere Senatus, aut ſaltē
mandare ut occidens abſtineat loco, ubi
ſunt perſonæ cōiunctæ occiſi, donec habi
ta ſit pax, quæ moderatio ſemper placui
Sereniſſimis Principib. noſtris, & huic am
pliſſimo ordini, quod remoueat occaſio-
nē rixarū, ut dixi ſupra dec. 18 iniuria. uer
ſicu. quarta limitatio. num. 10. De uiribus
uero illius clauſulæ, quæ apponi ſolet in
his reſcriptis. *Pace prius impetrata*, uide
Quintil. Mandoſ. in tract. de ſignatur. gra.
pagi. mihi. 93. & de materia pulchre Rota
Auinionen. deciſ. 47. per totam.

## Colonus eccleſię, aut eccleſiaſtice perſonæ, an in cauſa contra ipſū mota fori obtineat priuilegiū.

### DECISIO XXII.

1 *Colonus eccleſiæ an gaudeat fori priuilegio & nu. 4.*
2 *Coloni, & maßarij dicuntur perſona domeſticæ, & familiares.*
3 *Fori priuilegio gaudente patrefamilias, tota domus, & eius familia ut eodem debet.*
5 *Serui perpetui eccleſia eodē priuilegio cū eccleſiis utuntur.*
6 *Famuli epiſcoporum illorum gaudent priuilegio.*
7 *Priuilegium inductum a Papa, ut coloni eccleſiarum idem priuilegium habeant, quod eccleſiis conceſſum eſt, non ualent in præiudicium dominorum laicorum, in quorum territorio tale priuilegium imploratur.*

COLONVS, ſeu maſſarius
eccleſię, uel eccleſiaſticę ꝑ
ſonę, in cauſa corā Senatu
mota, itēdebat fori priuile
gio gaudere, petebatq; co
ram eccleſiaſtico iudice uti competenti re
mitti dubitatum fuit an iure id poſtulare
dicebatur non eſſe remittendum, †quia
poteſt ille coram laico iudice conueniri,
prout tenet Federi. de Sen. conſ. 111. alias
conſilio 13. colum. penul. nume. 9. Spe. de
competen. iud. §. 1. num. 27 uerſiculo, ui-
geſimus ſeptimus. ubi ſi conueniantur iſti
ex delicto, uel contractu. ſortiuntur forū
laicale. Abb. Fely. & Aretin. in ca. 2. de fo-
ro competen. Præpoſ. in ca. eos 32. diſtin.
& addit. noua ad Felin. in dicto capit. 1. &
idem Præpoſ. poſt Ioan. de Fātu. & Gem.
cap. 11. quæſtio. 1. & hanc opinionem tu
tiorem, & ſeruari in practica dicit Stepha.
Aufrerij in tract. de poteſta. ſecula. ſuper.
Eccle. perſo. regu. 2. num. 36. Dida. pract.
quæſtio. cap. 35. num. 2. uerſic. quinto nō
uideo, & magis commune dicit Capicius
deciſio 12. num. 2. circa fin. pro quo ſentē
tia duæ adduci poſſunt rationes. Prima,
quod coloni & familiaris monacorū nō
liberantur a collectis, licet ipſi immunes
ſint, ut dicam infra deciſio 116. & ſcribis.
Grammatic. conſil. ciuil. 102. per totū, &
numer. 16. dicit communem, ut coloni, &
familiare ad tempus ſeruientes, non gau-
deant priuilegio dominorum. Secunda
quia ſi clericus agat contra laicum rei uin
dicatione, uel actione perſonali ſuper re
eccleſiæ aut ipſius clerici debet illum co
ram iudice ſeculari cōuenire per authori
tates, & iura, quæ allegat Aufrer. in d. tra.
regu. 4. num. 9.

Contrariam partem multa adiuuabant
3 argumenta. Et primo, quia tales. †dicun-
tur perſonæ domeſticæ, & familiares. l. p̄
ſenti. §. pen. de his qui ad eccleſ. confug.
Alexan. conſilio. 114. numero decimo. uo
lum. 4. & Dec. conſ. 100. nu. 8. & licet cir
ca priuilegia aliis conceſſa ſoleat dubitari
an id familiares tranſeant, ut per Cyn. &
alio in l. 1. C. de uxor. mil. Alex. in l. ſi fini-
ta. §. fi. de uectigal nu. 7. & 8. de dam. in
ſec. tamē in clericis, & eccleſiaſticis id ſine
dubio



dubio procedit. Caſtren. in l. 1. nu. 8. C. de
epiſ. & cler. Ri. in tract. de peſte. tit. de prę
ſeruat. reme. §. deuenio nunc. nu. 124. Ca
pic. dicta deciſ. 12. in fine. & uidetur tex.
ſatis apertus in l. 1. circa mediū. C. de epi
ſcop. & cler. ibi.

Verum etiam hominibus eorundem.

Et ad fin. d. l. 1 uerſi. omnib. ibi.

Eorumquoque miniſteria.

3 Secundo facit, †quia exempta perſona
ab alicuius foro uidetur etiam exēpta to
ta domus, & eius familia. l. non aliter. de
iud. & melior tex. in l. 1. C. ſi qua p̄di. po-
teſta. & licet Ang. ibi, & Inno. in c. inſinuā
te. ubi Dec de offic. deleg. uellēt illū tex.
procedere tantum in caſu ſuo, tamen ego
idem arguo ex ratione, quæ eadem eſt in
caſu noſtro, eximit enim ibi tota domus,
quia ſicut præſumitur iudex futurus infe
ſtus domino, ita etiam familiæ, quæ ratio
uexationis militat in caſu noſtro, ob hanc
enim cauſam fuerunt eccleſiaſtici exem-
pti a foro ſeculari, ut per Iaſ. in l. cum quæ
dam puella de iuriſ omn. iud. & ca. cū ſit
generale de foro compet.

Tertio facit, quia priuilegium conceſsū
ſcholaribus per auth. habita. C. ne fil. pro
patre. habet etiam locum in illorum nun-
tijs, & famulis, ut ibi per Bal. colum. 2. Sa.
nu. 7. ac. add. ad Bar. ibi. ergo tanto magis
in caſu noſtro. Alias rationes pro hac opi-
nione refert Fel. in d. cum ſit. de foro cō
* peten. & forte †hęc opinio de iure uerior
eſt, quod indiſtincte familiaris, & colonus
Eccleſię ſequitur forum Eccleſiaſticū. pro
qua opi. eſt tex. in. continua. 11. q. 1. & c.
fi. de offic. Archid. & illam ſequitur gl. in
c. eos 32. diſtinc. & in c. 1 & in c. clericum,
11. q. 1. in c. generaliter. §. nouarū. 19. q. 1.
& c. eccleſiarū ſeruos, 12. q. 2. quod tamē
loquitur in aſcriptijs, & mancipijs. Rip. in
d. §. deuenio. nunc. nu. 128. & licet alia gl.
in cap. iudicatum. aliter diſtinguendo te-
neat, tamen maior authoritas eſt plurimū
gloſſarum. Neuizan. in Sil. nupt. par. 5. nu
mero 15. hanc pariter ſententiā ſequitur
Archid. in d. c. clericum. 11, q. 1. quem re
fert, & ſequitur Abb. ſibi contrarius conſi.
53. li. 1. Alber. & Caſtren. in l. ſi quis. C. ubi
cau. fiſcal. Gemin. in dicto ca. eos. 32. diſt.
Roman. & Iaſ. in d. l. cum quædam puella
qui dicit idē eſſe in cōcubina clerici, Bar-
bat. in dicto cap. 2. Mariā. in ca. 1 de foro
competent. Aquen. & Cagnol. in dicta l.
cum quædam puella ubi expreſſe di-
cunt, quod familia clerici guadet fori pri
uilegio.

Verū reiectā opinione prima, quod hoc
priuilegium nō tranſeat ad colonos, & fa
miliares clericorum, ꝓ qua uidi ſæpius iu-
* dicare Senatū præſertim in cauſa Scanze
ti, de qua per Do. Ozaſc. deciſio 32. ſtāte
maxime forma decreti antiqui, & noui Sa
5 baud. Fallit primo †in ſeruis perpetuis ec
cleſiæ. Abb. in dicto capit. 2. Ripa dicto nu
me. 128. Grammat. dicto conſilio 102. nu
me. 15. & 16. qui ita intelligunt tex. in di-
cto ca. eccleſiarum ſeruos. & ita intelligē
di ſunt loci fere omnes. qui pro contraria
ſententia adducti fuerunt, prȩſertim. l. 1.
& 2. C. de epiſcop. & cleri. Diuerſa enim
ratio eſt in famulis & operarijs, q ſunt per
ſonę liberæ, a ſeruis qui ſūt in dominio ec
cleſiaſticorum. Fallit ſecundo in famulis
6 †Epiſcopi, quia ipſi gaudent priuilegio
Epiſcoporum, vt late per Burſat. cōſil. 25.
per totum: & nume. 13. lib. 1. Capic. deci-
ſio 12. nume. 1. ſicque limitatur text. in di
cto cap. de fin. offic. Archidiac. ſecundum
Abba. & Felin. in dicto ca. 2. multa enim
Epiſcopis conceduntur, quæ alijs non cō
cederentur, ut dicit Aufrer. dicto num. 36.
7 Tertio limitatur, † ſi eſſet tale priuilegiū
ab Imperatore conceſſum, ut etiam fami
liares Eccleſiæ eximerentur a foro ciuili.
Abb. d. c. 2. Burſa. d. conſ. 25. n. 9. & duob.
ſeq. ſi autē tale priuilegium fuiſſet indu
ctū a Papa nihil operaretur, niſi in terris
eccleſiæ, & ita uidi in facti cōtingenti ſer
uatum in Senatus Sabaudiæ contra Bullā
* Leonis X. l. ex eo, quod nō legabatur pu-
blicata. Fallit quarto, quādo habent gene
ralem rerum Eccleſiæ adminiſtrationem.
Abb. d. c. 2. n. 6. gl. d. c. iudicatum. 89. diſt.
Limitatur quinto in libertis glo. in d. c. iu-
dicatum & c. clericum Sexto fallit, quādo
tales ruſtici, ſeu coloni eſſent in eccleſia il
lius loci, cuius iuriſdictio temporalis ꝑti-
net ad eccleſiā Præpoſ. d. ca. 1. 11. q. 1. col.
penul. Fallit ſeptimo. quādo ueniret cleri
cus, uel eccleſia ad defenſionē coloni, &
lis hoc reſpectu intentaretur contra eccle
ſiam. Rip. in c. decernimus. nu. 2. & 4. de iu
dic. Præpoſ. i c. clericū, il 2. 11. q. 1. Vltimo
fallit,

fallit,ſi conueniãtur pro rebus quas ab ec
cleſia tenent Spec.dicto num. 47.in fine.
quam tamen limitationem in dicta cauſa
Scanzeti nõ probauit Senatus per reg.Au
frer.ſupra poſitam.

## Paries quando communis dicatur,& quando in dubio ad altius eleuãdũ deſtinatus videatã,poſſitque inuito ſocio eleuari.

### DECISIO XXIII.

1 *Paries deſtinatus ad eleuandum poteſt inuito ſocio attelli.*
2 *Paries quando communis in dubio iudicetur.*
3 *Paries quando dicatur ad altius elenandum deſtinatus.*
4 *In pariete antiquo an liceat ſuper edificare.*
5 *Si murus ſit deſtinatus ad alterius eleuandum,poteſt attolli etiam inuito ſocio.*

PARIES communis erat duorum vicinorum, alter volebat attollere allegãdo quod erat deſtinatus ad eleuandũ, quo caſu etiam
1 †inuito ſocio poteſt,vt eſt cõmunis Docto.opinio per tex.in l.cum duob.§.item Mela.ff.pro ſocio.l.ſi ædes.ff.commmuni diuidun.Burſat.conſil.57.num 2. libro 1. Bero.quæſt.26.num.2.& dicam latius infra dec.41.ſocius inuito ſocio nam,vt ſcribit Cicero in Top.omnibus ius eſt parietem directum ad parietem communem adiungere,vel ſolidum, vel fornicatum,
2 quod autem paries eſſet communis† probantur,quia apparebant in fundo parietis indicia communionis pro indiuiſo,de quibus per Cæpol.in tracta.de ſeruitu. Vrb. prædio.cap.de pariete,& late Boer.conſi. 5.Socin.conſi.44.lib.4.Grammat.conſ.ciuil.164.nu.4.vbi late quando paries communis,vel proprius iudicandus ſit ſcribit.

Cum autem conſtaret eſſe communẽ, a dimidio infra magna orta fuit quæſtio, an etiam eſſe communis a dimidio ſupra & quod nõ eſſet cõmunis arguebatur ex quibuſdã indicijs, per quæ periti deponebant a dimidio ſupra non uideri communem,ſed proprium ſocii prohibentis, quibus cum ſacramento præſertim deponentibus maxima fides adhibenda eſt.l. nemini.§.iuriſperitos.C de a duo. diuerſo iud. in l.comparationes.in ve bo deponentib. C.de fide inſtrumen.Lanfran.dec.cent.2. deci.142.Alexan.conſi.15.colum. penul. lib.1.& 241. eodem libro. Sed contraria pars ꝓbabilior viſa fuit per ea,quæ in terminis adducit Socin.dicto conſ.44.& Cæpol.conſi.ciuil.35.celeberrimæ.nume. 6. vbi etiam plus voluit,quod is, qui ſuper muro communi ædificat,facit eum murũ nouiter eleuatũ communem,etiamſi non ſoluatur ei pretium ſuæ partis, vt ibi per eum num.12.verſic.de tertio. Bene verũ eſt, quod vicinus qui talem murum non ſuꝑædificauit,nõ poterit eo vti, niſi prius ſoluta portione ſua expenſarũ in eo factarum.Et ita cẽſuit Senatns parietem in totum communem pro indiuiſo, licet vota inter dominos eſſent ſecta.

Maior uero oriebatur difficultas, nunquid ille paries videretur deſtinatus ad altius eleuandum,vt haberet locum reg. in
3 principio deciſio.poſita † Et quamuis tigna ĩ eo pariete eſſent hincinde poſita, ita vt videretur conſtructus ad ædificandũ, non tamẽ hinc uidebatur argui pro eleuatione, diuerſa enim ſeruitus eſt tigni immittendi,& altius tollendi, ut ex tractat. ſeruitutum ſatis aperte colligere licet,unde ex diuerſis concluſio neceſſaria non infertur.l.Papinianus de minoribus.& ita in his terminis innuit Grammat. dicto conſilio 164. & dixi infra d. deci.41. tanto magis,quia ĩ caſu noſtro magis nocebat uicino eleuatio,quæ a ſocio fiebat,quã tigna ab eius parte parieti impoſita, ex quo arguebatur ueriſimilis ſociorum mẽs ne altius eleuaretur,quæ ſequenda eſt.gl. in l. tale pactum D.de pact.& ita in terminis uidetur tenere Burſa.d.con.57.nu.6.& 7. & conſi.58.nn.22.lib.1.

Secundo pro ſocio prohibẽte allegabatur,quod is murus de quo cõtrouerſia orta fuerat,diu,& ꝑ multos annos ſtatuerat
4 in ea forma†ideo non uidebatur licere altius eleuare per ea quæ dicit Caſtren. conſil.334.incipiendo.lib.2.Bal.233. ſi per inſtrumenta.lib.1.Corn.conſi.78.lib.4. per tex.in l.qui luminib.in prin.D. de ſeruit. urba.prædio.

Tertio



Tertio dicebatur, quod talis eleuatio multum nocebat ſocio,quo caſu nõ uidetur licere ędificare in pariete communi quia permittitur quidẽ regulariter ædificatio, ſed non ad damnum uicini uel parietis.Bald.dicto conſi.233.in prin.Burſ. dicto conſi.57 num.10.

In contrarium tamen quod poſſet murus eleuari adducebatur, quod ille paries non erat factus pro clauſura,ſed pro edificio,unde uidebatur,quod ſicuti erat deſtinatus ad tigna recipienda, ita etiam ad altius eleuandum,quia regulariter nõ ſolẽt illa ſigna relinqui niſi pro edificãdo, & tãto magis contra regu.diuerſorum,& ueriſimilitudinis ſumenda erat hæc interpretatio fauore ædificiorum,ut ciuitatis ornaretur commodioribus ædificiis unde ceſſante per Burſa.adducta.in dicto cõſi.57. & 58.Ad ſecundum reſpondebatur,quod doctores illi mihi ualidi allegabant pro illa opinione, quod antiquus ſtatus immutandus non eſſet, & l.qui luminibus, non militat eo caſu,quando paries erat ad eleuãdum deſtinatus,ſed habet locum in ſeruitute pręſcripta patientia aduerſarii, ut ſentit ibi gloſſ.itaque dato, quod ſocin.liceat altius tollere,cum iſtud ſit mœrę facultatis ei non præſcribitur, ſicuti nec impeditur quis domum ſuam attollere,quãuis per mille annos nunquam eam eleuaſſet. ad nota.in l.altius.C.de ſeruitu.& diximus late ſupra deciſ.16.in princ.quia iura cuiuſq; ex nõ uſu minime pereunt.l.hæc autem.D.de ſeruitu.urb.prædio.& in muro ad id deſtinato admittit Burſa.d.conſi. 57.num.26.lateque Iaſ.conſi.98.lib.1.

Non obſtat nunc allegata offenſio,quia
†in pariete ad elauandum deſtinato non
5 conſideraretur an noceat prohibenti, ſed nũquid proſit faciẽti.ita in terminis Iaſ.dicto conſ.98.colum.3.lib.1.Alexã.conſ.9. nu.1.uol.6. & dicam infra dicta deciſ.65. illa uero offenſſionis cõſideratio habeatur in muro diuiſorio,& ita loquitur Burſ.dicto cõſ.57.& 58. & ex his non poſſe prohiberi ſocium ædificantem,murumque eſ
* ſe ad id deſtinatum cenſuit Senatus.1561 menſe Decembris.

Anima aduertendũ tamẽ eſt,quod opinione hac admiſſa, ut his in caſibus liceat ſuper pariete communi ædificare, paries qui poſtea per ſocium in pariete commune ædificatus fuerit communis redditur per notab.doctr.Bart.in l.quadam Hyberus nu. 2. D. de ſeruitu urban.prædio de qua dicam infra dec.41.ubi uide latius de hac materia,& ſi hoc animo ędificaret,ut cõmune faceret additum ędificium poſſet abſq; difficultate ędificare,Bero.dicta quæſ.36.num.3.maleque meo iudicio faceret ſocius,ſi mediocri extãte offenſione prohiberet hoc caſu opus fieri Quando uero paries pro diuiſo, uel indiuiſo communis cenſeatur,ſcribit Gabri.l.conſ.149 & quibus ſignis paries communis probetur uide Maſcard.de probat.litera P.lib.3. concluſ.114.per totam.

## Incẽdiũ a quibus in dubio immiſſum in domo,uel prædio iudicetur,& quæ indicia hoc caſu ad torturam ſufficiant ſint.

### DECISIO XXIIII.

1 *Inimicitia an ſit ſufficiens indicium ad torturam.& num.7.*
2 *Mendacium & uariatio in inquiſito quid operentur.& num.8.*
3 *Minæ quãdo indicium faciant ad torturã & num.9.*
4 *Palor,& trepidatio in inquiſito an ſint perpetrari delicti ſufficientia inditia. & numero 10.*
5 *Abſentia a domo propria tempore facti delicti aggrauat indicium contra inquiſitũ, & num.11.*
6 *Indicia ad torturam debent eſſe luce meridiana clariora.*
12 *Indicium remotum non eſt aptum ad torturam ſuadendam.*
13 *Extantibus in contrarium coniecturis non deuenitur ad torturam.*

INCENDIVM commiſſum fuit in quoddã rure I.G. de S.Albano de nocte.Inquiruntur de eo,B.B.& alii quatuor,quæritur,an ſit torquẽdi,& qualiter. Pro fiſco multa allegabantur indicia hoc ſuadentia, & primo quod
1 eranç notorie inimici quæ inimicitia† indicium facit ad torturã ſecundum docti. Specu.in titu. de pręſumpt.§.3 uerſiculo

ſed

ſed pone,quã uidetur ſequi Carer. in pra.
crimin.in prin.num.118.Grammat.uoto
15.num.3.Franciſ.Brun.in tract de iudic.
& tortu.q.3.primę.par.num.29.
2 Secundo allegabatur mendacium,† &
uariatio inquiſiti,quia interrogatus Barle
ſus an audiſſet ea nocte cãpanam,& ignẽ 5
immiſſum,reſpondit, quod non , tandem
in alia ultima repetitione contrarium di-
xit,unde reſultat indicium ad torturam.
Iuxt.Bart.in l.de minore.§. plurimum.nu
me.4.& in l.fin.D.de quæſtion.Ozaſc.de
ciſ.79.nume.5.poſt Hyppol.ſingula.103.
Lud.Roma.conſi.8.Franciſ.Caſon. in tra
cta.de malefi.tracta.9.cap.2.Boſſ. titu.de
indic.num.36.ubi uult hoc indicium ſolũ
eſſe ſufficiens ad torturam. idem ſubdens
de uariatione.nu. 38. & re uera apud me
hoc indicium maxime urget,ita ut ſtante
alio etiam leui indicio non dubitarem de
uenire ſaltem ad primum , & ſecundum
gradum torturæ.
Tertio,contra unum ex inquiſitis ade-
rant minæ, quæ† etiam indicium faciunt
3 ſecũdum Specu.dicto titu.de præſump.§
ſpecies.uerſi. ſed pone.Luchin.de Cur.in
terminis incendij conſi.61.nume.8.lib.1.
conſi.crimina. Ziletti.& quamuis in caſu
iſto minæ non eſſent in ſpecie de incẽdio
ſed erant ęquiuoce prolatę,quo caſu capi
poterant in bonam,& malam partem, nã
illis uerbis minatus fuerat , *Io ti faro gra
tar la rogna*, quæ uerba poterant intelligi
uia iuris ut tradunt docto. in l.1.C.de his
quibus ut indign. Cephal.conſi.424.num.
22.lib.3.Tamen.ſapiens iudex debet pro
pter tales minas præſertim alijs concur-
rentibus,deuenire ad torturam,ſecũdum
Ang.quem refert,& ſequitur Iaſ.in d.l.1.
num.5.C.de his quib.ut indig,& uidetur
tenere Vaſqu.de ſucceſſ reſolu.libro 1.§.
3.numero 45.
Quarto adducebatur palor cum enim
colloqueretur quidam cũ inquiſito , uer
ba mouẽs de incẽdio expaluit, unde hoc
4 indicium† uidetur eſſe coadiuuans ad tor
turam,ut per Iaco.de Beluiſ. in ſua praxi.
criminal.titu.de quæſtio.num.20.uerſicu.
primum tremore,& loquela Franciſ. Ca-
ſon. de malefic.libro 1.capitu.8.facitque
Ouidianum illud.
*O quã difficile eſt crimen non prodere uultu.*
Expallore enim, timor oritur , quod ꝓpetra
ti delicti ſatis apertum indicium eſt ut ele
ganter Gell. ſcribit noct. Attica.lib.19.ca.
6. unde Cicero libro 2. de Oratore uultũ
eſſe imaginem animi ſcribit.
Quinto allegabatur contra dictum Bar
leſum unum ex inquiſitis ſua abſentia,
5 †nam eo ueſpere quo factum eſt incẽdiũ
ipſe ſtetit per aliquot temporis ſpatiũ ex
tra domum propriam,unde ſatis probabi
lis coniectura oritur, quod ad locum incẽ
dij acceſſerit,idque ipſe commiſerit.Quę
omnia indicia , & ſi ſingula per ſe nõ ſint
ſufficientia,tamen coniungi debent, ut de
ueniatur etiam ad cõdemnationem in cri
minalibus.Iacob.de Beluiſ. dicto titu. de
quæſt.num.82.nam quæ non proſunt ſin
gula multa iuuant.Et in caſu incendij ita
arguit Crau.conſi.35.num 3.& 17.Luch.
de Cur.dicto conſ.61.num.10.& ſequen.
pręſertim attẽta qualitate criminis occul
ti,cuius difficilis eſt probatio, in quo ideo
procliuior debet eſſe animus iudicantium
ad torturam inferẽdam,vt dicit D.Ozaſc.
dicta deciſ.79.num.10.ſubdens ex hoc in
oleuiſſe practicam apud auditores exerci
tuum , ut ob difficultatem probationum
incipiant a tortura,quam tamen practicã
reprehendit Hieronym Gigaſ. in tract.de
crimin.læſę maieſta.ſub rubrica. quomo.
& per quos crim.læſæ ma.probet.capite.
26.nume.3.Guido de Suzar.in tract.de in
dic.& tortu.uerſic.eſt aliud.numero 100.
& quamuis hæ pręſumptiones ſolę imper
fectę uideantur , tamen ſimul iunctæ fa
ciẽt indubitatum,& plenum indicium, vt
idem Guido de Suzar.ſcribit nume. 101.
& ibi examinat remiſſiue Bolognin. nu
mero 103.
Pro reo inquiſito dicebatur,indicia iſta
non eſſe ſufficientia ad torturam , cum in
libero homine . torturæ ſubijciendo de
6 beant eſſe† clara,& certa, & probabilia l.
milites. C.de quęſt. & talia quod ſola con
feſſio rei deeſſe uideatur.l.1.2.reſpõſo.D.
de quæſt.& in criminalibus ꝓbationes de
bent eſſe luce merediana clariores Cæph.
dicto cõſi.424.lib.3.nume.40.iſta autem
non uidentur in caſu iſto talia . Nam , ut
ſingula examinemus, præſuppoſita prius
regula generali,quod incendium præſu-
mitur factum culpa inhabitantium.l.3.§.
1.D.de offic.præfec.uigil.late Maſcar.de
probat.lib.2.concluſ.893.Ad primum di-





citur inimicitiam,cum non probetur capi 8
7 talis, non eſſe ſatis † ſufficiens indicium
ad torturam ſecũdum Roma.in l.1.§.hoc
reſcriptum.D.ad Senatuſconſul.Sillan.Ca
rer.in princ.pract.crimin.num.118. quini
mo ſubdit idem Carer.cõmunem eſſe opi
nionem,quod ultra inimicitiam alia etiã
debent cõcurrere,nempe,quod ſit capita
lis,& concurrat fama.Io.de Amic.con.51.
Iacob.Nouel, in tract.ſuo ad defensã ſub
rubrica.An indic.pro reo dan.ſint nu.42.
qui ita intelligit dictum Spec.Marſi. conſi
lio 72.n 47.& 8.qui dicit doctrinam Spe
culi in hoc caſu nunquam ſibi placuiſſe,&
reuera ſimpliciter accepta nimis rigoroſa
& dura mihi ſemper uiſa eſt , nullis aliis
concurrẽtibus indicijs ideo illa non erit a
probis iudicibus ſequẽda , ut dicit ibidem 9
Marſil.nu.12. & indicium inimicitiæ non
eſſe ſufficiẽs ad torturam tenuit expreſſe
Grammat.uoto.34.nu.4.5.& 7.& conſi.
crimin.44.num.9.& in uoto 22. ubi con
trarium defendere uidetur , & dicit cõtra
rium fuiſſe uotatum nec firmant illã opi
nionem,idemq; tenet Marc.Anto. Blanc.
in tract.de indic.num.175.& 176.ubi plu
ra de inimicitia.
Prętèrea non procedit cõtraria opinio
quãdo accuſator multos alios inimicos
habet quo caſu ꝓpter incertitudinẽ ceſ-
ſat indicium arg.l.duo ſunt Titij.D.de te
ſta.tutel.ut dicit Bal.in terminis conſ. 78.
colum.2.uerſiculo.dubitatur utrum fama
lib.3 & in hac materia ſolent concludere
magis communiter doctores , præſertim
cum hoc iudicium ſit remotũ a facto , ut
dicit Grammat.dicto uoto 34.nu.7. & uo
to 30.num.20.Immo rectè uoluit Boſſ.in
dicto tract.de indic.nu. 47. quod etiamſi
inimicitia eſſet capitalis, non tamen hoc
indicium ſit ſufficiẽs ad torturam,niſi alia
adminicula concurrant , & ita practicari
teſtatur,
Quamuis Clarus in §.fin.pract.crimin.
quæſt.21.uerſiculo inimicitia.in fin.dicat,
quod in delictis occultis uidit aliquos tor
queri,cum nullus alius imputatur de deli
cto,ex ſola ſuſpicione inimicitiæ , quæ ta-
men obſeruantia ſi alia non concurrãt pe
riculoſa mihi admodum uidetur,& hanc
opinio.tutiorem,& mitiorem dicit Vaſq.
in d.§.3.nu.47.
Ad ſecũdum de mẽdacio reſpondeba 10
tur parte rei,quod communis opini † eſt
in contrarium,ut dicit Carer.in.l. obſerua
re curabis,ſeu in pract.crim.in prin.n.119
uerſ.communiter autem.ſubdens iſtud eſ
ſe indicium remotũ. Gramm. d.uoto 30.
nu.16.quo caſu plura debent concurrere
indicia.Natta in terminis incendij conſil.
42.num.6.lib.1.& intelligitur , quod cum
alijs ſit ſatis ſufficiens coniectura , ſi eſſet
circa principale , ut per Carer.d.n. 119. in
fin.poſt Parid.de Put.quod nõ eſt in caſu
iſto.Iaco.Nouel.in d.rub.an indic.pro reo
nu.54.Marſi.conſi.15.n.15.& Bar. loqui-
tur,quando cum uariatione concurrũt pa
lor,& trepidatio.
Tertio,minas non eſt probabilem con
iecturam ad torturam demonſtratur,quia
† hæc coniectura procedit in illo,qui ſoli-
tus eſt minas exequi, & in uiro malæ fa-
męut ꝑ Carer.e.loco.nu. 126. dicens ita
communiter teneri. Idemque firmat. Iac.
Nouel.nu.51.Idem de illo , qui ſe iactauit
ſubdens.nu.76.Franc.Brun.in d.tracta.de
indic.d.q.3.n.33.Boſſ.num.44.& hoc di
ctum,ut minæ probent cõtra reum, iuxta
M.Anton.Blanc.in dicto tract. de ind.nu.
179. uidetur habere locum . ubi de deli-
cto iam clare ſaltem per cõfeſſionem rei
conſtat, & ita in terminis incendij conſu-
luit Natta dicto conſ.42.nu.2.ubi plus ad
dit ad caſum noſtrũ quod illud de minis
intelligitur , quãdo neceſſario ſonabant in
delictum ſpecificum, ut quia dixit , quod
incenderet,ita ut eſſent in ſpecie de incen
dio,ut in caſu Crauet.dicto conſi.35.ſecus
autem ſi poterant in bonam partem acci
pi,ut quia dixit,*Ti faro pentire* , & ſimilia
quia intelligitur uia iuris, ut ſupra dixi &
ita in caſu minarũ,quæ factæ fuerant uer
bis illis,*Io te ne impagaro*,conſuluit Marſ.
dicto conſi.72.& recte in ſimili Dec. con
ſil.188.nu.17.lib.1.Et idem putarem ſi mi
næ tenderet ad aliud delictum, ut de uer
beribus; uel uulneribus inimico inferen-
dis,& inde ſequatur incẽdium:licet enim
minæ probentur, non tamen probatur fa
ctum , quod lõge quidem iuxta commu-
nem prouerbiũ a uerbis diſtat,ſępiuſq; ca
lore iracũdiæ multa dicuntur,quæ poſtea
exequutioni mãdari non ſolent, & de his
minis loquitur Gram.in crim.conſi.57.n.
8.quia indicant illationem mortis.
Palor uero , † & trepidatio nullum fa

ciunt indicium,ut dicit idem Carer.num. 120.cum multi adeo puſillanimes ſint, ut leui metu etiam innocētes terreātur, idē dicit Aegid.Boſſ.in dicto titu.de iudic.nume.41.Idem expreſſe tenet Grammat.uoto 30.num.17.& quo iudex ex ſolo pallore faciei non moueatur, docet Bal.in l. presbyter.C.de epiſco.& cle. certeq; hoc indicium fallace eſt,nā uidi multos de aliqua ēt leui culpa accuſatos,qui innocētes faciem uarijs coloribus pingebant, prout alii aliis timidiores ſunt l.quæ ſub conditione.§.cū enim faciles.D.de cōdi. inſtit.

11 Vltimo † abſentia a domo nō eſt ſufficiens indicium cum ſit de remotis, ut tradit Menoch.de arbitrar.iudic. caſu. 270. numero 22.ubi plura congerit de iudiciis ad torturam.

Quibus ſic ſtātibus dicitur talia indicia nō poſſe ſimul coniungi ad faciēdum plenum indicium ad torturam, cum nullum ſit perfectum in genere ſuo per ea,quæ in his terminis adducit Natt.dicto conſi. 42. num.10.& ſequen.conſi.num.3.& D. Crauet.in dicto conſi.35.loquitur in fortioribus terminis, & grauiorib. præſumptionibus,& ubi minæ erant in ſpecie de incendio,& alia concurrebant indicia, quę erāt in genere ſuo perfecta.

Verum iſtis hincinde deductis Senatus cenſuit,locum eſſe torturæ contra unum quemque mitius, uel leuius uti erāt leuiora,uel grauiora indicia, & is contra quem ſupraſcripta omnia militabat,fuit tortus ī quarto gradu torturæ,ut per Grilland. in tract.de quæſtio.& tortu. quæſt.4.nu. 9. fuit enim eleuatus altitudine unius hominis,& ibi detentus per quartam horæ partem,quæ eleuatio,& detentio abſq; quaſſatione maiorem infert dolorē ac tormentum quam quaſſatio,ut dicit Carer. in dicta l.obſeruare.num.178.uerſiculo,& nota licet Grilland. quaſſationem ponat in quinto gradu torturæ.Ab hac tamē ordinatione fuit per fiſcum appellatum, quia leuius fuiſſent torti quam debuerant, & quod erat deueniēdum uſq; ad quintum & vltimum gradum torturæ,& mutanda genera tormentorum de quibus in practicis maleficiorum præſertim per Marſil.in l.1.num.27.D.de quæſtio.cum eſſent indicia multa,caſus grauis crimen occultū, unde militabant ea quæ ad quintum gradum requirit Grillād.loco ſupra citato, & cum nocturnum,& ſecretum maleficium eſſet,maior tortura erat adhibenda, iux. Boſſ.dicto.titu.de indic.nu.172. & 200. Sed facta maiori caſus diſcuſſione, cū tormenta adhibenda non ſint,quanta accuſator poſtulat, ſed ut moderatæ rationis tēperamenta deſiderant.l.de minore.§.tormenta,ff.de quęſt.fuit iterum confirmata
12 ſentētia Senatus,dictumque† attenta rei & iudiciorum qualitate, quia quidam ex reis erat quinquagenarius,bene fuiſſe arbitratum Senatū præſertim etiam quia ex parte reorum probata fuerat illorū bona qualitas,& fama,& quod accuſator habebat alios inimicos,item quod hoc delictū potuerat etiam ſine facto inimici,ſed caſu eſſe commiſſum,quæ omnia excuſant, & eximūt a tortura.dicit.l.de minore.§.plurimum.ff.de quæſt. Crammat.conſ.crimi. 44.nume.6.nam regula eſt, quam ponit Ioan.Andr.in c.cum in cōtemplatione.extra de reg.iur.& firmat Gramma.uot. 30. num.30.quod ſi contra indicia aliquid urgeat in contrarium,ſintque aliæ coniecturæ,non eſt deueniendum ad torturam,& ita fuerunt illi liberati per Senatū cū perſiſterēt in tortura,ob idq; purgaſſe indicia cēſeretur ut per Iacob. Noue. dicto trac. ad defenſ.nu.156.qui multos allegat, & uiſum fuit Senatui inſtigatorem non eſſe inſcribēdum,nec actionem ipſius inquiſitis contra eum dandā,ut moris eſt 1562. Menſe Februario.

## Sententia lata de conſilio periti in arte, uel ſapientis an tranſeat in rem iudicatam.

### DECISIO XXVI.

1 *Sententia lata de conſilio expertorum an retractari poſſit,& nu.2.*

3 *Sententiam lata de conſilio ſapiētis an tranſeat in rem iudicatam.*

SENTENTIA lata de conſilio periti an trāſeat in rem iudicatam, ita ut retractari de conſilio peritiorum non poſſit, diſputant doctores, & diſſenſio eſt inter eos,ſed ne terminos

in



in hac quæſtione confundamus, duos caſus diſtinguemus. Primus eſt, † quando
1 ſētētia fertur a iudice ordinario, & doctore ſuper re,in qua iudicium artificū adhibendū eſt,ueluti in uulnere illato medicorum,aut chirurgorum, uel in noui operis nunciatione architecti, aut fabrilignarii, & ſimilium in genere ſuo iuxta caſuū, & rerum diuerſitatem, & tunc ſententiā latam iuxta conſilium horum peritorum non tranſire in rem iudicatam, ſed retractari poſſe conſilio peritorū adhibito tradit Ioā.Andr.in additio.ad Specul titu.de homicid.§.1.uerſiculo de facto quæriſ littera b.qui loquitur eo caſu, quādo plures in rixa occiderant aliquem, qui dicebatur occiſus. ab uno illorū ex læthali uulnere, prout periti deponebāt, quem iudex tanquam homicidam morti condemnauit,& tunc reclamante reo, adhibitis peritioribus,& contrarium concludentibus ſententiam retractari poſſe uoluit, quem ſequitur Anton. de Butr.in capitu. propoſuiſti. uerſiculo nunquid autem. extra de probat. argumen.l. falſam. C. ſi ex falſis inſtrum. Bal.in l.ſi ab.hoſtibus.§ ſi uir,D. ſolu.matrimon.& in l.ſi quis teſtibus. in fin. D.de teſti.Ang.in l.quod ſi nolit.§. quod ſi mancipium.D.de ædilit.edi. & communem dicit, & ſequitur Andr.Barba. in tracta.de Card.leg de later. 2. quæſt. nume. 10.& 11.& in addit.ad Abb.in dicto cap. propoſuiſti.Iaſ. in l.1.num.229. C.de uerbor.obligat.Cremen.in l.2.nu.299. C. de reſcindē.uend.Marā.de ordi.iud.par. 6.§. expedita.num.131.poſt Felyn.in dicto c. propoſuiſti.& Philipp.in cap.cum ceſſante,& cap.intimaſti.de appellat.Iaſ.in repetit.l.admonendi.num.41.&in 1.lectu. nume.47. & communē etiam dicit poſt Cagnol.Villalob lib.17.commu.opinio.littera S.& conſulendo Burſa.conſ.184.num. 4.li.2.Bertrachin.in §.ſententia in rem iudicatam.uerſiculo ſententia ex relatione. & rē uera paſſim receptam hāc opinionē uideo de qua Gail.practicar.obſerua.111. nume.18.lib.2.

2 Contra quam†tamen multa,& nō contemnenda argumenta adducit Abb. in dicto cap.propoſuiſti.num. 11.& a communi recedens Dec.ibidem.num. 14. quibus motus Alex.communem hāc opinionem reſtringebat ad caſum, quādo iudex procedit per inquiſitionem, quia tūc ceſſat timor ſubornationis,qui Abb.ab hac ſententia remouit,& idem Alexand.cōſi.148.colum.fin.libr.2.a priori recedens opinione uariauit,Abb.ſententiā ſequendo. Varius pariter.fuit Butr.conſi.6.illa ratione,ut litium circuitus, & infinitas euitetur. quem ſequitur Burſat.dicto conſi.148. nu.3. lib. 2.& defendit uir magni ingenii, & doctrinæ Arius Pinel.in dicta l.2.part.3.ca.4.nume.6.poſt.Aretin.in dicto ca.propoſuiſti. q. & ipſe uariauit cōſil. 110.clariſſime. ut refert Dec.& Moder.Pariſ.ad Dec.ī dicto cap. propoſuiſti littera d. dicitq; Pinell. in materia.l.2.de reſcind.uend.opinionē cōmunem in praxi nō ſeruari.Et quidem attenta hac Doctorum uarietate difficilis,& dubia redditur, mihique communis non probatur, neque illam ſequendam iudicarem,niſi cum modificatione quā inferius ponam. Nam alias incertus ſemper eſſet rerum euentus, & cauſæ ſtatus mutabilis contra ſanctam Iuſtiniani mentē in l. properandū.C.de iudi. cum enim iudex ſententiā proferre debeat, diligens cauſæ cognitio,& multorum peritorū, & expertorum conſiliū requiritur, regulariterq; ſit unde cum ꝑ ſententia poſt lapſa appellationis tempora præſumatur, proculdubio tranſire deberet ut in re iudicatam.Neque obſtat quod ſuper falſis inſtrumentis lata ſententia retractatur: nam longe diuerſa ratio eſt,ut quilibet ſatis clare cōſiderare poterit,imputeturque parti contra quam ſententia lata fuit, quæ uel nō appellauit, uel in tempore retractari ſententiā, peritioribus expertis adhibitis nō petiit, ſcire etenim debuerat,uigilantibus, & non dormientibus iura ſubuenire, Quod uero appelletur a ſententia, in qua ſapientum cōſilium requiritur, ſcribit, & probat Caſſā. in conſuetud.Burgund.§.7.car.mihi.127. nume.32.

Secundus caſus eſt, quando uel ꝑ ſtatuti diſpoſitionem,uel alio modo de cōſilio
3 ſapientis ſententia profertur,quo caſu† uariæ ſunt pariter doctorum opiniones, ipſique uarii nūc affirmatiuam, nunc negatiuam firmant,& defendunt regulam. Omniumque prius uariauit Butr. origo illius ſententiæ exiſtens uolens quod hæc ſententia nō tranſeat in rem iudicatam.idq; ſingulariter tradens in dicto cap.propoſuiſti.

ſti,de proba.contrarium poſtea conſuluit. conſi.6.variauit.& Aret.quem refert De. in dicto cap.propoſuiſti.& ipſe Dec. qui legendo defendit Abba.ſententiam,a qua tanquam communi conſulendo receſſit conſilio 278.in fin.lib.1.licet ibidem alteram veriorẽ fateatur,& vti iuri conſonam ex recentioribus ſequũtur Cur.Iun. in repetit.l.admonendi.nu. 20.de iureiuran.& Paxa Scala.qui multis cõtra communem defendit in tract.de conſ.ſapien.li.4.c.21.

Butrij tamen opinionem in dicto capitu. propoſuiſti,& communem ſequitur Roman.conſi.228.in fi.& illius dictum ſingulariſſimum dicit Alex.in l. ſi ab hoſtib. num.12.ff.ſoluto matrimo.& inter ſingularia ponunt, Petrus Gerar. ſingu. 20. & Marſi.ſing.427.& in l.1.§.fi.num.55. D. de quæſtio.Iaſ.in l.ſi conuenerit.num.21. de re iud.Maran.de ord.iud.pa.6.§.expedita,n.130.Ioan.Crot.de teſtib.par.7.numero 53.Bertachin.in dicto.§. ſententia, verſiculo ſententiam ſecundum conſiliũ, & ver.ſequen.ac nu.30.dicitque communem Gribald.inter commun.opin.dicto libro 17 litera S.Chaſſan.in conſuetu. Burgund.dicto §.7.car.127.num.33.Cephal. poſt Ruin.conſi.163.num.4.lib.2.& vere communis eſt, & pro illa videtur vigere tex. quem vti ſingularẽ adducit Barb. ad Abb.& in dicto tractatu de Card.leg.de latere.num.11.quæſt.2.in l.Diui fratres. in primo reſponſo. ff.de iure patronat. ubi de peritiorum cõſilio ſuam iam promulgatam ſententiam,& a Voluſio Mæciano confirmatam , Diui illi fratres Verus, & Antonius retractarunt.Verum hæc lex parum mouet,tum quia de ſententia Principum,& Imperatorum loquitur,quibus id ſemper licuit,tum etiam quia eſſe poteſt, vt per viã recurſus,& appellationis prior ſententia in rem iudicatam.Imo, ut ingenue fatear, nullam video rationem quare ſentẽtia lata de conſilio ſapientis nõ tranſeat in rẽ iudicatam,cũ a Iuriſconſ.profertur,per ea quæ in primo caſu adducimus illo addito,ꝙ ſi hæc,uti cæteræ,ſententiæ nomen obtinet,eundem effectum ſortiri deberet.Rebus etenim iudicatis ſemꝑ eſt ſtandum.C.de re iudica.Itaque communis doctorum opinio in vtroque caſu illũ recipiet intellectum,vt hæc ſentẽtia ante decurſa appellationũ tempora retractari poſſit,nec quo ad eundem iudicẽ tunc iudicatum tranſeat,poſſitque poſt latam ſententiam petere,vel peritiores artifices & expertos,vel ſapientiores conſulentes conuocare pars illa,contra quam iudicatũ fuit,nõ autem poſt decurſa appellationis tempora,vt videtur ſentire P.de Benintẽdis dec.Bononien.97.nu.2.& hoc modo intellecta communis hæc opinio omni difficultate carebit.

Qua tamen admiſſa inferri poterit ad ſententias,quas poteſtates villarum tam nomine Principis quam vaſalorum de cõſilio aſſeſſorum proferunt,quod illæ nunquam tranſeant in rem iudicatam, & quã docunque retractari poſſe peritioribus,& ſapientioribus aſſeſſoribus adhibitis,& ita in facti contingentia cenſuit Senatus ſententiam latam de conſilio periti per poteſtatem Raconiſii nõ tranſiiſſe in rẽ iudicatã.1560.5.Maii.Quamuis cõtraria magis hoc caſu arrideat ſententia per ea,quę in omnibus ſupradictis,& alijs caſibus tenuit Ioan.Bap.Lup.de vſur.tract.2.ad l.2. C.de pact.inter empt.§.5.nu.41.quem vide omnino.

Et cum iterum in Senatu talis caſu cõtigiſſet,re melius diſcuſſa fuit per Senatuſconſultum ordinatum,vt omnes ſententiæ Prætorũ ſiue mediati,ſiue immediati ſint,qui iudicant de conſilio Iuriſconſulti ſeu Iuriſperiti poſt hac trãſeant in iudicatum prout cæterę ſentẽtiæ, aliorum iudicum qui ſunt Iuriſperiti.anno.1565. Referente Domino Enuiarum.

## Inſtrumẽta quando habeant paratã exequutionẽ,& quid ad impediendũ exequutionẽ guarentigiati inſtrumenri opponi poſſit.

### DECISIO XXVI.

1 *Inſtrumenta regulariter non habent paratam exequutionem.*

2 *Statutum dictans,quod inſtrumenta habeant exequutionem paratam eſt, contra ius commune,& reſtringendum.*

3 *Inſtrumentum dotis nõ habet exequutionẽ paratam.*

4 *Laudum an habeat exequutionem paratam.*

5 *Inſtrumentum,quod habeat exequutionem paratam*



5 *Inſtrumẽtum,quod habet exequutionem paratam non exequetur niſi prius fuerit liquidatum.*

6 *Inſtrumentum an ex priuatorum conuentione exequutionem habere paratam poſſit.*

7 *Inſtrumentum iuramentum quando exequutionem habeat paratam.*

8 *Inſtrumentum depoſiti an paratam habeat exequutionem.*

9 *Teſtamẽtum an paratam habeat exequutionem & quid in legato.nu.10.*

11 *Inſtrumentum in forma Cameræ habet paratam exequutionem.*

12 *Inſtrumentum guarentigiæ habet paratam exequutionem,& quid a Camerali differat obligatione.*

13 *Inſtrumentum confeſſionatum paratam habet exequutionem,et an idem ſit cum guarentigiato inſtrumento,quidq; guarentigia & guarentizare.nu.14.*

15 *Inſtrumento habenti paratam exequutionẽ an exceptio erroris opponi poſſit.*

16 *Inſtrumentum habent paratam exequutionem non impedit quin dilatio legalis debitoribus detur.*

1 INSTRVMENTA regulariter†nõ habẽt exequutionem paratã. tex.eſt in l minor uigintiquinq; annis cui fideicõmiſſum de minorib.quem Ang.& Ale.in l. ſi cum dotem §.eo autem tempore.num.6.D.ſoluto matrimonio dicunt meliorem de iure & ibi,Alexa.ponit concordantes , ſed melior tex.in l.ſi pacto quo pænã.C. de pac. ubi Alcia in uerbo more iudiciorum. idẽ Alex.conſi.192.lib.7.num.1. Iaſ. cõſil.9. in princip.lib.1. Franc.Marc. quæſt. 393. & communem hanc regulam plures allegando poſt Zoan.dicit Franc. Becius cõſilio 17.num.2. & firmat. D. Ozaſ.deciſio. 129.nume. 2.Socin.Sen.conſil. 231. lib.2. colum.5 in fi Boe.deciſ.295.num.5. Huius regulæ ratio illa eſt quia antequã exequutio,det,cauſæ cognitio requiritur , in de condemnatoria ſententia præceptum exequutionis præcedere debebit, cum ab exequutione nõ ſit incipiendum l.1.& 2. C.de exequut.rei iudic.Hæc regula adeo uera eſt hinc inferant doctores, quod ſi
2 †ſtatutum dicat inſtrumenta habere exequutionẽ paratam ſi tanquam cõtra ius commune factum reſtringendum.Alec. dicto.§.eo.autem nu.6.Marc.dicta quæſtio.393.num.1.Angel.in l.ait prętę.§. ſi iudex.de re iud.qui tam alliud eſſe uoluit in inſtrumento guarentigiato per rationẽ quam docte adfert.Corne.conſ.238.n.3. libr.3.quod eſt repetitum licet non eiſdẽ uerbis conſil.259.eo.lib. Et hoc iure nos utimur in hac patria in Tribunalibus iuſtitię.Licet per cõſilium ſtatus ſoleant fieri literæ exequutiuæ,committẽdo exequutionem,& in caſum oppoſitionis remitãtur partes coram ſuis ordinariis,ſeu corã Senat.vbi eſt ſubmiſſio,nõ retardata exequutione media cautione.Sed hęc practica eſt iniquiſſima, & cõtra omnia iura mũdi,& omnem æquitatem,& contra eã ſepius exclamaui,nec uidetur ferẽda c. erit autem lex.4.diſtincti. & ſi a tali Commiſſario pars appellet ſolet & debet Senatus appellationẽ admittere, & interim apellatione pendentes inhibet exequutionẽ niſi apparet de opponentis manifeſta calumnia ut quia nihil omnino in contrarium allegaret,uel aliquid manifeſte calumnioſum.

3 Ampliatur pręterea ſuperiori cõcluſio quo ad† inſtrumẽta dotalia,quæ non habent exequutionem paratam Alexan. dicto.§.eo autem.Alciat.in dicta l.ſi pacto. Hincque non ualere ſtatutum,quo diſponitur ut inſtrumenta dotalia habeant exequutionem paratam tanquam cõtra ius commune facta dicit poſt Ange. idẽ Alexand.quamuis ego in terminis ſtatuti fauore dotis dicerem contrarium, cum dos admodum priuilegiata ſit, & dotium cauſa inter pias cauſas connumerentur,uti in quibus non minimum reipubl. intereſſe conſiſtat Idem in minorum inſtrumẽtis ut ipſorum fauore ab exequutionẽ nõ ſit incipiendum,tenet Alciat. in dicto loco ſicut non ualet hoc inſtrumentum cũ minore factum ad dandam exequutionem, niſi cum interuentu tutoris, uel curatoris factum fuerit Benedict. de Barzis in tractatu.de guarentigiat.parte prima , quæſtione.3.

4 Ampliatur tertio regula ſupra poſita †laudo , quod nõ habet exequutionẽ paratam Alexan.conſi.85 libro 5.num.5. & innuit Innoc.in c.quintauallis de iureiur.

Quod tamen intelligit procedere Caſtr. conſilio 260.niſi compromiſſo.nu.4. libr.1.ſi non continet præceptum guarẽtigię,nam ſi contineat illud præceptum habebit exequutionem,quam etiam media cautione habere innuit Bertachin. in uerbo exequutio.num. 290. Quod extẽdũt nonnulli etiamſi eſſet iuratum, Bart.in l. arbitroriũ. §. ſocietatẽ.D. pro ſoc. Roderic.Xuar.in l.poſt.rem iudicatã not.2.D. de re iudic.num.8.& in 2.par.§.circa iudicem num.12.& 13.quod mihi nõ probatur ꝑ ea,quę de iuramẽto infra dicemus, præſertim quando eſt a partibus ratificatum,quia tunc ceſſare debet ratio,quæ ex cauſa appellationis deduci poteſt,& ita intelligẽdus Bal.in l.1.C.de arbit. Menoch de arbitr.iud.lib.1.q 70.nu.20.

Amplia quarto, quod etiamſi eſſemus in caſu inſtrumẽti guarentigiati,quod ha
5 bet exequutionem paratã,† tamen ſi nõ ſit liquidum nõ exequetur niſi facta liquidatione.Corn.221.num.2.lib.4.Ozaſ.dicta deciſ.129.num.4.& ſequen.niſi incõtinenti liquidari poſſit, ut conſuluit idem Corn.conſil.223.nume. 3.lib.2. & firmat Benedict.de Barzis late dicto trac.de guarentig q.2.par.1.licet id relinquat cogitãdum Marc.q.593.

Quod Bart. in l.1.D.de eden.& in l.defenſionis.C.de iure fiſci.lib.10. intelligit eo modo procedere,ut liquiari in exequutione poſſit qua in re uidendus uir doctiſſimus Myſigner.ſingular.obſeruat. cẽt.2. obſeruat.6.& elegantem praxim.petẽdæ exequutionis inſtrumenti non liquidi adfert Didac.lib.2.reſol.c.11.

Ampliatur, & extenditur quinto regula
8 Quocirca † hæc opinio mihi ſemper uiſa fuit de iure uerior, & æquior, altera uti nimis rigoroſa reiecta, pro qua adducebatur in terminis deciſi. Rotæ ſub titulo de reſtitutio. ſpoliator. deci. 4. alias 24. Addo Rotam Bononiẽ. inter deci. Petri de Benintend. deciſi. 20. ubi a die litis motæ dũtaxat poſſeſſor fuit ad reſtitutionem fructuum condemnat, Ioann. de Deo in ſuã doctrina aduocator. libro 6. cap. 5. nu. 5. hancque opinionẽ defendit Natta conſilio 14. numer. 14. & 15. libr. 1. qui omnes indiſtincte loquuntur nulla fructum diſtinctione facta, prout etiam ex recẽtioribus aliqui nõ inerudite defendunt, inter quos Charundas lib. 1. ueriſimil. & ex noſtris Ludouicus Vitali libro 1. uariarũ lectio. ca. 19. & innuit Cuiac. tractatus 7. ad African. in l. quęſitum. 40. D. de acquiren. rerũ dominio. Idque aperte indicat Græci interpretis Conſtantini Hermenopoli dictum, qui libr. 2. promptuar. tit. 1. §. qui alienas in fine. ſcribit, fructus omnes quoquomodo perceptos & a ſolo ſeparatos ad bonæ fidei poſſeſſorẽ ſpectare. Marquar. libr. 2. pareg. capit. 24 in fin. ſicut & a die motæ omnes indiſtincte deberi Reb. ſcripſit. in dicto tractatu de fructib. & reſtitu. cor. artic. 1. gl. unica. num. 37. & hanc poſteriorem opinionẽ maturiori deliberatione facta, priorem ſuam ſententiã eorãdo ſequutus fuit Senatus in cauſa Pio uano. & Biaghi, in qua cõdemnatus fuit Biaghus ad fructus poſt litem captã tantummodo, & ab aliis abſolutus, & ita fuit per totum Senatum cõcluſum fieri debere, & in futurum obſeruandum, & uidi poſtea ita ſemper fuiſſet in ſequentibus cauſis obſeruatum, ſiue eſſemus in fructibus induſtrialibus ſiue naturalibus extãtibus aut conſumptis, nam illa diſtinctio extantium, & conſumptorũ, locum habet poſt motam cõtrouerſiam, & poſſeſſor ſine titulo poſſidẽte. ſicque intelligi debet. l. fructus. D. de uſur. quæ alias eſſet indiſſolubilis, cum dicta l. bonæ fidei. prout illam intelligit Bart. & cum eo fere omnes magis cõmuniter in d. l. ex diuerſo. de rei uindi. quicquid uoluerit Ioan. Cop. in tracta. de fructib. libro 2. tit. 4. cap. 6. Et ratione æquitatis hoc iure hodie utimur in Senatu, & ita in Gallia ſeruari dicit Rebu. de reſciſ. contractuum. in procem. nume. quinto, & ſentit Coſtal. in l. fructus 23. D. de rei uindicatio.

Nõ obſtant contraria. Nam ad primũ dico remedium reintegrãda principaliter contra uiolentos poſſeſſores, & ſpoliatos Epiſcopos inuentum fuiſſe, ut ſonat litera ibi,

**Spoliatis, & eiectis Epiſcopis.**

Et ſi aliquando contra tertios, & bonæ fidei poſſeſſores producitur, non eſt in duriorem partem illius diſpoſitio extẽdẽda ita ut omnia cum fructibus reſtituere teneatur, cum id ęquitas non ſuadeat, ut ſupra dixi, ſaltemque nõ erit hoc remediũ ampliandum ultra rẽ uitio reali effectã, ut uoluit Natta dicto conſilio. 14. nu. 14. ita interpretando dictum Archidia. in dicto cap. reintegrandã Quamuis ego, & eo caſu dicere modo bonæ fidei poſſeſſor ſit & ignorans rem tali uitio effectam, illum fructus omnes lucrari iux. l. bonæ fidei. in qua uitium rei Iuriſconſul. non conſiderat
9 & in hunc † ſenſum accipienda ſunt Iuriſconſultorum loca, quæ de reſtitutione loquũtur in dicta l. uideamus. § in Fauiana. & dicta l. plus eſt. & l. reſtituere cũ ſimil.

ſic



ſic enim uerba tex. in dicto §. in Fauiana recte Accur. ibi ad interdictũ unde ei ſpeciali, & ſingulari quodã iure in odiũ ſpoliati refert. ſicque Iuriſconſul. ipſe loquitur & interpretatio ſumitur ex l. 1. §. ex die. D. de ui, & ui arma. Dicereq; ulterius poſſumus reſtitutionis uerbum tunc demũ ad fructus extendi, ſi malæ fidei poſſeſſor ſit qui reſtituere condemnatus eſt non autẽ ſi bona fide, & titulo poſſideat, quoniam nullibi de bonę fidei poſſeſſore eo caſu Iuriſconſulti uerba faciunt unde interpretatio erit in benigniorẽ partẽ facienda, hocque pariter modo accipienda eſt uiri doctiſſimi Didaci ſẽtẽtia de reſtitutione minorum in dicto libro 1. uariarum reſolu. capit. 3. qui uoluit etiam naturales fructus ad bonę fidei poſſeſſorem ex recepta opinione ſpectare, ut etiam poſt Bartol. uoluit Abb. in capit. grauis. nume. 2. de reſti tut. ſpoliato.

Non obſtat ſecunda ratio ex l. ſed & ſi §. conſuluit. D. de pet. hęred. quod fructu reſtituere tenebitur etiã bonæ fidei poſſeſſor, eo quia locupletior ex illorum per
10 ceptione effectus fuerit. † Nam illud uerum eſt. ſi ita egregie locupletatus fuerit ut augmentata fuerit hæreditas, & ipſius patrimonium, manifeſteq; appareat id ex fructuũ perceptione prodiiſſe & hoc augmẽtum extet, puta in domo, uel fundo acquiſitis, hæc enim tanquam fructus extantes uenient cũ re ipſa reſtituẽda, ſi naturales illi ſint. l. illud quoque. 40. in fi. prin. & l. hæres furioſi §. fructuum. dicto tit. de petit. hæred. Achiles Perſonal. in tract. adipiſcen. poſſeſſ. tit. de petit hæred. nu. 656. & aliquot ſequen. licet etiam extantes ante litem morã ſuos effeciſſe pro cultura, & cura dicere poſſemus. per tex. ubi Iuſtinianus clare, & indiſtincte loquitur in §. ſi quis a nõ domino. Inſtitu. de rei diuiſio. l. quod in fruct. 46. D. de uſur. Nam & extãtes fructus dicere poſſumus eos, qui nondum percepti ſunt, & a ſolo minime fuerunt ſeparati, ut cogitur ex l. certum. C. de rei uendic. & innuere uidetur. Boer. deciſio 98 nu. 1. & ad illos priorem opinionem extendi debere. An uero quis in dubio ex ſola fructuũ perceptione locupletior dicatur effectus, non ſine difficultate poſitũ eſt, ut uidere licet apud Crauet. dicto conſilio 550. nume. 10. & Vincent. de Franchis deciſio. Neapolita. 31. nume. 7. Gabriel. conſil. 108. numero 10. & 13. uide Maſcard de probati. lib. 3. litera P. concluſio. 1164. & 1165.

Denique non mouet ratio. l. qui ſcit. in princ. ff. de uſur. q Iuriſconſul. ibi diſtinguit in his terminis bonæ fidei poſſeſſorẽ a uitioſo. in § porro. unde illa cõſideratio in contrarium facta contra male fidei poſſeſſorem militabit. Ad dictum Archidiac. reſpondet Natta dicto conſilio 14. nu. 15. quia ipſe, & Aegid. loquuntur in ſpecie illa quando quis eiectus a poſſeſſione fuit, & poſſeſſio in alterius manum peruenit, nã tunc iure quodã ſpeciali, ut ſupra dicebamus fructuum reſtitutio fit, ſecus in alio bonæ fidei poſſeſſore, & ita cõcluſum fuit per Senatum.

Cęterũ de diſtinctione horum fructuũ ſi quis indagare uelit, quid de his ſentiãt doctores, uideatur Bar. in dicta l. ex diuerſo. & in l. Neſennius. §. fundum. D. de re iud. doctores ibi, & in §. ſi quis a nõ domino, Inſtit. de rerum diuiſ. Angel. cõſi. 160. & 134. late Didac dicto ca. 3. Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. a num. 573. uſque ad nu. 639. & de arbitrar. iudi. centur. 3. caſu 210. Maſquard. Auguſtan. li. 2. pareig. ca. 24. & qualiter in petitione fructuum ſit formãdus libellus Abb. in cap. grauis. nu. 21. de reſtitu. ſpoliat. omnium late, & ex profeſſo Ioa. Copus de fructib. lib. 1. tit. 2. & 3.

Non erit tamẽ prætermittenda hoc in caſu doctorum conſideratio, ut nõ procedat hæc ſecunda opinio, quãdo ex contra
11 ctu reprobato † res affecta uitio reali ad bonæ fidei poſſeſſorem peruenerit, quia tũc fructus omnes ſaltem extantes erunt a die perceptionis reſtituendi ꝑ doctrina Bar. in d. l. ex diuerſo ita tenet Rota Romana de reſtitut. ſpol. deciſi. 10. alias 129. in antiq. Natt. dicto conſil. 14. num. 15. atque ita intelligenda Ozaſci deciſio. 160. q loquitur in contractu celebrato cõtra ius licet & eo caſu dubium non minimum faciãt rationes ſupra adductæ, & præſertim tex. in dicta l. bonæ fidei in princip. ubi uitium tituli contra ius obtenti non cõſiderat Iuriſconſul. ut ſupra dixi, & cõtra Ozaſcum uidetur facere, quod Ioã. Rupellan, ait in Enchiridio iur. Galli. litera P. §. poſſidens, & Boer. dec. 98. Hieron. Magonius

deciſ.

deciſ.Rotæ Lucen.33.nu.32 & 37. & de his ac ſuperiori q̃ſtione nouiſſime diſputat Hartiman Piſtor.practica.obſeruatio. forenſ.libr. 2.tit.de fructib.cap.3.Alexan. Rauden.de Analog.cap.37.nu.143.& pluribus ſequen.

Sed quid ſi lite mota ceſſatum fuerit p̃
1 2triēnium,an peremptam† inſtantia ueniāt fructus medio tempore percepti, pulchra eſt quæſtio,& dubia,& pro illius reſolutione uiden.Tiraque.de retract.lignag.§. 15. gloſ.2.numero 17.& ſequen.& ego dicerem triennio uſucapi tanquam res mobiles,data tamen bona fide, ſicut de penſione rei emphyteoticæ dixi infra deciſione 114.

## Poſt dictio quid importet̃, & an teſtis dictū deponentis Titiū poſt Caium poſſediſſe,cōcludat.

### DECISIO XXX.

1 *Poſt dictio aliquando incontinenti, aliquando ex interuallo ſumitur apud ſcribentes.*

2 *Poſt,& poſtea dictiones a teſte prolatæ non concludunt,ideo declaratione eiuſdem deponentis opus habent.*

1 POST,† dictio apud ſcriptores uario modo ſumitur,nā aliquādo pro incōtinēti profertur,& tēpus ſtatim,& īmediate ſequēs denotat,ut quādo dicimus unus poſt alium ad eum acceſſerūt,& huiuſmodi,& in hac ſignificatione accipi debēt plura apud Ciceronem loca,pręſertim illud libro 4.ad Herennium.ibi,*Id fieri poterit ſi quæ ante, & poſt, & ipſa re factum erit, comprehendemus*,& hac eadem ſignificatione plures ex antiquis ſcriptoribus uſi ſunt, & Iuriſconſul.noſtri dictionem hanc pro immediato tempore,& nullum interuallum habente aliquādo ſumpſerunt,ut colligimus ex l.iuriſgentium.§ quinimo. & §. ſequē. ff.de pact.& ex aliis pluribus locis, quos late cōgerit more ſuo Tiraquel.in l.ſi vnquam,in uerbo,& poſtea nume.12.& 22. C.de reuocan.donatio.quod & uoluit Iaſ. in l.poſt dotem.nume.3.ſoluto matrimonio.ideoque hanc dictionem non ſemper interuallum denotare, ſcribit Alber. Pergam.in tract.Præpo.num.85.& ante omnes Albe.in dictionario ſuo in uerbo poſt & poſtea,quæ idem eſſe recte pluribus authoritatibus cōprobat Tiraquel. in dicto loco num.13.14.& 15.Nam ſicut ante dictio tempus,quod præcedit ſignificat, ita & poſt illius contrarium tempus,quod ſequitur denotabit.Corat.in l.qui ante calēdas num.2.D.de uerborum obligatio.Aliquādo vero pro temporis interuallo hæc dictio ſumitur,& quidem magis communiter,ut ex locis per eundem Tiraquel.notatis uidere licet,& ita hāc dictionem Accur.interpretatur in l. nō erit.§. fin.de iureiuran.& in l.pacta conuenta in princip. D.de cōtrahen.emp.Cagno.in l.2.in principio.num.22.de orig. iur.& in proœmio Digeſtorum.numero 268.Idque illius dictionis propriū,& naturale eſſe not. Corſet.in ſingularibus litera P.uerſicul.dictio poſtea.Vnde cum hæc dictio uarie a ſcriptoribus prolata fuerit dubium tempus illam denotare uoluerūt aliqui, ita ut hæc dictio ambigua,& p̃miſcua ſit,& hæc fuit originalis opinio Dyni, ut refert Bar.in l. fructus.in fi.ff.ſoluto matrimonio. & illā tempus dubiū denotare uoluit Cyn. in l. prima,in ſexta oppoſitio.D.ſi cert.peta.in qua ſentētia poſt multa reſidet Tiraquel. in dicta l.ſi unquam.nu. 7.16.& 17.

Ex quibus mouet̃ quæſtio ab interpre
2 tibus de teſte deponere † Titium poſſediſſe poſt Caium,an hæc depoſitio ſit cūcludens,& probet. Nam aliqui uoluerūt, interpretationē ab ipſius uocabuli, & diſtinctionis natura diſcerni poſſe ita ut intelligatur Titiū immediate, ac ſine interuallo nemine interpoſito poſſediſſe poſt Caium,in qua opin.fuit Dominic.in capi. frequens.in princ.de reſtitut.ſpol.in 6.ut refert Tiraquel in dicta.l.ſi unquam. nu. 12.in fin.Iaſ.in l.poſt dotem.num.3. ſoluto matrimonio. poſt Geminian.in c.2.de confeſ.li.6.Contrarium defendit idem Tiraquel.in d.l.ſi unquam. nu.20.poſt eundē Dominic.Franc. Cardi. Alexan.Barb. Anto.de Burgos, & alios in ſimili per eū citatos,& cōcludit,quod cum huiuſmodi dictiones poſſint utrunque tempus,& immediatum & mediatum denotare,probationem,quæ de tēpore requiritur non cōcludere



cludere tāquam ambiguam, ideoque erit neceſſaria declaratio ipſorum deponentiū per ea,quæ ſuperius ex opinione Cyni,& Dyni ſcripſimus,& in ſimilibus queſtionibus notat Iaſ.in dicta l.fructus. num. 6.7. & 8.& facit tex.elegās. quem pro hac ſententia conſiderat idem Tiraquel.in ca. in pręſentia.de teſtib.ubi deponens aliquem eſſe minorem annis nullo addito, cum illud uerbum duplicem poſſit habere ſignificationem, ſcilicet annorum 14. & 25.dictum illud parti non nocet,& facit gl. ibi in uerbo dubium,ex quibus cum in Senatu productum fuiſſet examē,in quo teſtes deponebāt, quod Titius poſſedit tēpore uitæ,& mortus,& poſt eum Caius,fuit cōmuni uoto concluſum,teſtes eſſe repetendos,ut dictum ſuum declarent.

Sed ut hæ quæſtiones in iudiciis nō cadant,aduertant iudicēs, cautiq; ſint in examine recipiendo, ut diligenter interrogēt teſtes de tēpore inter medio huius poſſeſſionis, ne deueniatur ad interprætationes has,ut recte monet gl.ſuperius allegata in dicto ca.in præſentia,& cauillationib. uia claudatur.Ideoque recte sācitum fuit per nouas conſtitutiones Sereniſſ.Eman. Filiberti, ut in cauſis grauibus coram Senatu uertentibus examina teſtium fiant per Senatores,ex his enim pendet ueritas negotiorum,& cauſorum uictoria.

## Homicidiū a pluribus animo deliberato commiſſum qualiter in re dubia ſit puniendum.

### DECISIO XXXI.

1 *Homicidio a pluribus unico uulnere commiſſo an omnes de occiſo teneātur, & numero 3.*

2 *Incertitudo rei impedit condemnationem.*

4 *Tex. in l.item Mela.§ ſed ſi plures,& l.ita uulneratus.ad l.Aquil.declarātur, et reſtringuntur.*

5 *Homicidium,quādo a pluribus in rixa commiſſum fuit licet unico uulnere, omnes delinquens uenient extraordinario arbitrio iudices puniendi.*

PLVRES ex propoſito,& animo deliberato Titium unico uulnere occiderunt de occiſore nō conſtat,du
1 bitatam † fuit, an omnes uti homicidæ teneātur pęna mortis,& ſic ordinaria.l.Corneliæ de ſicariis, an uero extraordinaria, Et uidebat̃ dicēdum illos non teneri pæna mortis ſecundum opinionem Dyni,quā ponit Bar. in l.ſi in rixa.nume.10.uerſiculo,ſed huic inſurgit.D.ad legem Corneliam de ſicar. Pro qua opinione adduci poteſt tex. in l. ſi in rixa.ubi condemnatio iuxta ictuū cuiuſque diuerſitatem facienda eſt, unde cū hic unicum uulnus acceſſerit cum non cōſtet de inferente non poterit deueniri ad
2 condemnationem,quia incertitudo † reī impedit condemnationem, l.idem pōponius,alias ſi frumentum.§. fin.ubi not.D. de rei uindica.quam regulam licet ibi gl. uideatur reſtringere, quam ciuiliter agitur,tamen etiam ad criminales cauſas eſſet extendenda,ut in hac ſpecie præfatur Clar.in §.homicidium.uerſ.alia etiam eſt q̃a in his regula generalis eſt, quod in dubio magis eſt nocentem abſoluere,quam innocentem cōdemnare.l.abſentē.D. de pæn & in obſcuris quod minimū eſt ſemper ſequimur.ca.in obſcuris de reg.iur.in 6.cum cōcordatis, & in delictis probationes luce meridiana clariores requiruntur. l.fi.C.de probat.Alex.conſilio 15.num.2. libro 1.neque obſtat ſi diceretur,quod inſpicitur animus, & propoſitum delinquētis in pęnalibus per tex.in l.1.in principio. D.ad legem Cornel.de ſicar.l.uerum eſt. ubi Bar.D.de furt.ex quibus dolus, & culpa manifeſte arguitur,q̃ duo pœnā mortis inferre delinquentibus ſolent.Nam reſponderi poterit.ab his regulis tāquam rigoroſis æquitate ipſa ſuadēte generali cōſuetudine receſsū eſſe,ut poſt Speculato. tradit idem Bart.in dicta l.prima, §. diuus ad legem Corneliam de ſicar.docto.ad l. is qui cum telo.C.eodem titulo.& dixi late infra deciſione 230.in quam ſententiā inclinare uidetur Specula. in titulo de homicid.§.primo,numero quinto, ubi iudicem admonet, ut pœnam pecuniariam tunc imponat,& expreſſe ita uoluit gloſſ. in dict. l.item Mela.§.ſed ſi plures.in uerbo plures.vbi addi marginalis.ad l.Aquil.

Aurelius Mutinen. in terminis inter conſilia Alexand.conſilio 46. per totum lib. 4. & ipſe.Alexand.conſil.15. libro 1.referēs Gandit.ita tenentem in titu. de homicid. Boſſ.de homicid.num.16. ubi dicit communem Grammat.conſilio 5.nu.8. & ex recentioribus cum hac opinione tranſire uidetur Petrus a Placa in epitom.delict.libro 1.cap.12. num.1. uerſiculo cæterum hanc de qua agimus. vbi voluit alterā doctorum opinionem,quod omnes puniantur,eſſe quo ad torturam duntaxat,intelligendam,non autem quo ad pœnam mortis infligendam faciunt, quæ in ſimili caſu ſcribit idem Placa dicto c.12 num.4.& Gomez.libro 3.uariarum reſolut.c.3.nu.36 uerſiculo quarta concluſio.Ludouic.a Peguera deciſio, ſiue quæſtio. Criminal. cap.14. num.6. Alber.3. par. ſtatut.quæſtione 61.Marſil.in repetit. rubr. de probat.cap.num.418.ubi dicit ita pluries cōſuluiſſe,& obtinuiſſe. Ioan. Ficher. cōmunium opinionum.lib.8.litera H.in uerbo homicidium. & plura pro hac parte allegat Roland.conſilio 63.num.10.& 12. libro 2.& hæc opinio ſatis æqua videtur,& in his caſibus vbi de vita hominis agitur amplectenda.

3 Pro contraria†tamen parte,quam ipſe Bart.tenuit in dicta l.ſi in rixa.in princ.& nu.10. verſiculo quandoque non poteſt. ad l.Cornel. de ſica. & ante illum Dynus ipſe in reg.in obſcuris.in fin. de reg. iuris in 6.& glo.in dicta l.ſi in rixa. facit tex. ſatis meo iudicio clarus, & ad literam in dicta l.itē Mela.§.ſed ſi plures. ff.ad l.Aquiliam iunctis Vlpiani uerbis in l. ita vulneratus.verſiculo.Idque eſt conſequens.eo.tit.ubi veterum auctoritati hanc ſententiam aſcribit.argumentoque eſt,quod de re deiecta idem Vlpianus ſcribit in l. 1. §. fi.de his,qui deiecer.uel effuder.cuius iur.rationem Caius in l.ſeq.impoſſibilitati & incertitudini attribuit, & uidetur tex.in l. ſi quis,in fin.cum l.ſequen. ff.de iuriſdict.om.iud. ſicut & Dynus culpæ delinquentiū, & publicæ rationi ne delicta impunita remaneat in dicta l. in obſcuris. aſcripſit.Idque etiam Canonum auctoritate cōprobatur,nempe ex cap.fi.23. quæſtio.8. ex c.ſignificaſti.2.& ca.ſicut.de homicid. & Bar.ſententiam illo in caſu quando delictum animo deliberato a plurib. commiſſum fuit, licet unicum vulnus illatum ſit reperio cōmuniter ab omnibus approbatam,& communem receptiſſimamque teſtatur Placa.d.cap.12.nu.1. Ant. Gom. variar.reſolut.lib.3.cap.3.nu.36. concluſ.1.Grammat.conſi.4.inter crimin.num.7. Pau.Grillan.de relaxat.carcerato.tit. abſolut. Innocent.quæſt.6. nume.2.& 3. Menoch. de arbitra. iud. lib.2.centu. 4. caſu 362 nume.25.Clar.in §.homicidium lib. 5.uerſiculo. alia etiam eſt ubi id ex indubitata iuris concluſione probat,quod præſtans auxilium ei, qui committit homicidiū animo deliberato,punitur pęna mortis,omnes enim ſimul cum dolo, & culpa dant operam rei illicitæ, & aliquando ac ſæpius accidit,quod is,qui occidit, niſi ſe amicorum ſimul exiſtentium corona ſtipatum uideret,tale facinus perpetrare minime auderet, unde hi tanquam dantes opem delicto ueniunt in dubio pari pęna puniendi, ut in ſimili de re pluribus furto ſubtracta doctè ſcribit Hotomā.in li.quæſtionum Illuſtr.queſt.31.& ſimili ratione firmat Ronchegal.in l.reos. nu.12. C. de duobus reis & cum hac opinione nouiſſime tranſit D. And. Gail. Germanus practicar.obſeruat.li.2.obſeruat.109.nu 10. & omnium late defendit doctiſſimus Didac.in clemen.ſi furioſus.par.2.§.2.nu.3. Ludouic.a Peguera.deciſ.criminal.quæſt. ſiue cap.14.nu.6 vbi multa ad hanc materiam non contemnenda adducit Luchi. de Curte.inter conſilia crim. Ziletti lib.1. conſi.60.nu.2.

4 Et ita reſtringēdo† uerba tex.in d.§.ſed ſi plures.& in d.l.ita vulneratus. ad gl.ibi & Speculum ac alios ſupra in contrarium allegatos,nec non iuribus, & argumentis pro illa opinione allegatis facilis patet reſponſio,ut illa procedant quando nō animo deliberato, ſed caſu homicidio aſtiterunt,ut dicam infra, hocque modo gl.cōtrarias concordat Iac.de Belu.in practic. crim.tit.de quæſt.cir fi.quem refert,& ſequitur Marc Blāc.in tract.de indic. & tortu nu.227 & contra Alex eſt communis doctorum opinio, & docte contra illum diſtinguit ibi.in d.conſ. 15.lib. 1.Pariſien. & contra Placam tenent Clar.ac Menoc. in locis ſupra citatis. & ad generalem conſuetudinem Italiæ reſpondet Gomez. d. nu.36.Quid tenendum.

Certe



Certe hęc quæſtio ardua admodum,& difficilis eſt,& ob illius difficultatem plures in hac ſpecie caſus Doctor.noſtri in locis ſupra citatis diſtinguūt.Ego,ſi quidem de interpretatione legum in his terminis agitur,mitiorem partem ſequerer, licet a communi recederemus opinione, vt dixi alias deciſi.12.præſertim ſi inquiſiti torti fuerint & ex ore illorū veritas haberi non potuit,vt innuit Blanc dicto tracta.de indic.num.228.& hæc ſententia maximam ſapit æquitatem,qua attenta dicerem eſſe omnes īquiſitos de huiuſmodi homicidio primo iuxta opinionē Placę.& Clari torquendos,inde alio nō aparente eſſe a morte naturali liberādos,& ad triremes perpetuo damnandos verum opinio Bar.in pūcto iuris eſt verior,tanquam communiorem illam in facti contingentia ſequutus fuit Senatus 1561.15.Septembris.in cauſa cuiuſdam de viola,qui tamen propter lōginquitatem temporis 18.annorum a delicti perpetratione fuit ad mortē naturali liberatus,& ad triremes damnatus, quod etiam facere potuiſſet Senatus ea ratione quod extet decretū Sereniſſimi Ducis Emanuelis Filiberti q anno 1556.cōſtructis aliquod triremibus in portu illo ampliſſimo Villęfrancæ,ne deficeret remiges ſtatuit,arbitrarium eſſet Senatui,vt etiā pœnam mortis ex iuris rigore merētes,ad perpetuas triremes relegare poſſet. *

5 Ex his†infertur ad caſum, quem in hac ſpecie proponūt doctores in locis ſupra citatis,quod ſi nō animo deliberato,& appēſato,neque ex propoſito delictum tale ſed in rixa,& caſu perpetratum fuerit cum ignoratur à quo fuerit cōmiſſum facinus pœnam extraordinariam arbitrio iudicis delinquentes ſubire debeant,ita Menoch. Placa. Gil & ipſe Bartol.in dicta l.ſi in rixa.ita interpretando illum tex.Rolan. dicto conſilio 63.num.17.atque iuxta hanc ſecundam opinionem hoc in caſu per eūdem Senatum concluſum fuit in cauſa ſācti Germani 1568. 26.Maii.vbi fuerūt tres banniti,& in iſtis terminis loquuntur Peguera .& alii ſupra contra Bartol.allegati. * Quādo vero propoſitum demōſtretur in dubio,& quę coniecturæ requirantur, uide Ludou.a Peguera dicto cap.14.nu.9. & late differentem.Menoch.dicto libr.de arbitrar.iudi.caſu.361.Aegid.Boſs.in titulo de homicid.numero 25.& quæ iudicia tractatum dem onſtrent,Marc.Blan. de iudic.& tortu.numero 231.& ſeq.Fran. Caſon.de malefi.tract.3.per totum.Quid uero ſtatuendū ſit,quo ad intereſſe partis dicam infra ſuo loco.

## Donatio inter uirum,& vxorem quæ iure prohibita reperitur, an conualidetur iuramēto,& quid ſi donator ſuperuixerit donatarius quæ præmortuus fuerit.

## DECISIO XXXII.

1 *Donatio inter uirum,& uxorem eſt prohibita.*
2 *Donatio inter uirum,& uxorem an confirmetur iuramento,& n.3.noua adfertur diſtinctio.nu.9.*
4 *Regula non eſt obligatorium.de reg.iur.in 6.qualiter ſit intelligenda.& n.5.*
6 *Iuramentum contra legum formam præſtitum contractum non firmat. & qualiter intelligatur.*
7 *Aſſertorium a permiſſorio differt iuramento.*
8 *Confeſſio dotis receptæ non firmatur iuramento.*
10 *Donatio inter patrem,& filiū firmatur iuramento.*
11 *Donatio etiam iurata non ſubſiſtit,ſi ad importunitatem impetretur.*
12 *Donatio Iudæorum,an firmetur iuramento.*
13 *Donatio iurata an ſubſiſtat præmoriente donatario.*

1 DONATIO inter virum & vxorē regulariter legibus prohibita † reperitur toto titu.D & C.de donatio.inter uirū, & uxorem cap.fi.extra eodem.Vlpian.in corpore titulo 7.qui id moribus antiquis inualuiſſe ſcribit in l prima. D.eodem,cuius mortis diuerſæ rationes cōſtituūtur in l.1.2.& 3. in principio D.eodem, Alteramque non contemnendam tradit Plutarch.inter quęſtiones Romanas.quaſt.7.vt cōiuges omnia inter ſe communia ducerent, ac ſicut unum corpus ipſi catholice finguntur, &


conſti-

conſtituuntur, ita & vnicū patrimonij totiuſque ſubſtantiæ corpus fit, quod & ſanctæ admodum Romulus ſtatuit l.14. apud Præteium in libello ueteris Iuriſprudētiæ illis uerbis. *Mulier uiro legitime coniuncta fortunarum, & ſacrorum ſocia illi eſto, utque domus ille dominus, ita & illa domina.* hincque uxorē diuinæ & humanæ rei ſociā eſſe Impera. Gordianus ſcripſit in l. 3. C. de crim. expila. hære. Plutarchi rationē comprobant. Coraſ. libro 5. Miſcellan. ca. 2. num. 2. Alciat. libro 3. diſpunct. capi. 14. Connan. Commentar. iur. ciu. lib. 8. ca. 11. num. 1. eandemq; rationem nulla Plutarchi mentione habita adfert Agripp. in libello de excellent. fœmin. ſex. colum. 33. Ferrand. Adduen. libro 1. explicat. cap. 21. Poteſt & huius iuris noua cōſiderari ratio quam & ſubtiliter Hotomanus in ſua diſputat. de donationibus ꝓpoſuit licet obſcure, nempe moribus id inductum fuiſſe illoſque cōmuni uſu approbatos ne vxor uel maritus diuortio facto, bonis ſuis ſpoliati remanerent, & liberalitatis ſuæ maximum detrimentum, & incommodum ſētirent vnde diuortio facto (niſi in eum caſum donatio collata eſſet) non valere, nec ſubſiſtere donationem in l. ſed interim. §. fin. & duab. ſequen. & in l. & ideo 62. Iuriſconſu. ſcripſerunt. Hancque regulam ita ueram eſſe reperimus, vt nec quidem in alium, qui in vnius, vel alterius coniugum poteſtate ſit, donationis titulo, quę ĩter viuos appellatur, facta liberalitas ſubſiſtat. l. 3. §. ſecundum hæc eo. ti. Nullo ne vnquā caſu niſi per donantis mortem ex beneficio Antonini Auguſti hęc inter viuos donatio confirmata reperitur. l. cum hic ſtatus. in princ. ff. eo. & c. fi. extra eod. tit. de donat. inter vir.

Sed hic antiqua, & a prudentib. in vtrāque partē agitata oritur controuerſia, quā difficilem dicit Abb. conſil. 95. in princ. libro 2. & diſputabilem ac pro amico Frāc. Curt. in l. pacta quæ contra. nu. 10. C. de

2 pact. numer. hæc donatio donantis iuramento cōualidetur. Ambigua certe, & difficilis eſt quęſtio hæc, & pro vtraq; parte grauiſſimos Iuriſprudētiæ profeſſores ex parte, duoque huius noſtræ ciuilis ſcientiæ lumina contraria, uariaque dixiſſe reperimus, ita vnde communi opinione, quoniā vtraque communis dicitur, & de veriori quoniam vnaquæque uerior appellatur, non parū inter noſtros dubitetur, cuius rei, vt ſcrupulum pariter, & laborem poſteris, & lectoribus tollamus, improbitatē noſtrorum temporū ſequuti, in tot tantiſq; uoluendis, & dinumerandis doctorum libris & authoritatibus, ſingulorum interpretū conſulentiumque nomina, quos tamē videre potuimus, & ab alijs vulgo referuntur, quorum ſcripta facile reperiri nō poſſunt, in medium adferemus, rationeſque ſimul aliquot pro vtraque parte adducemus, vt facile, & quæ verior, & quę communior ſit inde dignoſcamus.

Atque ut a doctorum auctoritate, & numero rem aggrediamur, donationē hanc inter virum, & vxorem iuramento confirmari indiſtinctē tenuerūt infraſcripti. Ba. in l. ſi quis pro eo. in princ. num. 17. ff. de fideiuſſ. in l. Seius & Augerius, in fi. D. ad l. Falci. qui citat Gul. de Cun. ita tenetem in l. 1. de dona. inter vir. & in l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero ff. de iureiur. Albe. in d. l. ſed ſi poſſeſſori. §. itē ſi iurauero nu. 9. Io. Berber. in viator iur. par. 2. ti. de dona. inter uir. in fi. Abb. in c. fi. n. 9. de donat. inter vir. & in c. cum contingat. nu. 30. de iureiur. C. ſtien. in l. pacta quæ contra. n. 4. C. de pact. Iaſ. ibidem n. 5. Dec. nu. 7. Ale. in d. l. Seius. & Augerius. num. 13. ad l. Falcid. vbi dicit ita pluries conſuluiſſe, cuius cōſilia referam infra. Iacob. in l. qui teſtamentum. nume. 2. ff. de probat. Ioan. Lup. in repetit. cap. per veſtras. §. 51. num. 1. de donatio. inter. uir. Alcia. in l. 1. §. ſi quis ita. num. 48. de uerborum obligat. & in l. probrum. 42. de verbor. ſignifi. Alexan. de Neuo in dicto cap. fi. num. 13. & 14. de donatio. inter vir. Ant. de Petrutia. in reper. l. 1. nume. 27. 29. & 44. de iureiuran. Franciſc. Curt. in dicta pacta. quæ contra. num. 10. C. de pactis. dicens ita pluries conſuluiſſe, Clar. in §. donatio quæſti. 9. verſiculo, ſed quid ſi in ipſa. Fortun. Garzias. de vltimo fin. iur. Canon. & ciuil nu. 324. Bal. nouel. de dote, par. 6. priu. leg. 21. nume. 14. in fi. Ioan. Boſcheus in tracta. de nupt. li. 3. nu. 21. Anton. Corſ. in tracta. de iuram. priui. 25. nu. 4. 9. Socin. reg. 141. fallen. 3. P. Duēnas reg. 219. in verbo donatio. Didac. de teſtamen. par. 1. num. 10. & variar. reſolu. lib. 1. cap. 7. nume. 3. verſiculo quinto, eadem ratione. Anto. Gomez. variar. reſolu.





tom. 2. cap. 14. nu. 24. verſic. quinto infertur. Ioan. Guter Hiſpanus in tract. de contractib. iurat. cap. 3. per totum. vbi prę cæteris late diſputat, & defendit. Ioan. Crot in repetit. l. frater à fratre. numer. 41. ff. de. condict. indeb. Gabriel. commun. cō cluſ. lib. 3. tit. de donat. conclu. 3. & in hanc ſententiam trahunt aliqui dictum Alberici in tract. ſtatut. quæſt. 122. nu. 5. dum voluit donationem alias inter virum, & vxorem prohibitam firmari ex cauſa religionis: nam & iuramentum religio eſt. Sed re uera alia eſt intentio Alberici, vt illius argumenta ibi demōſtrant, & hāc opinionem firmat Catellan. Cotta inter memoral. in uerbo donationes inter virū. & in verbo donatio cauſa mortis. VVeſembec. in tit. ff. de Donat. inter vir. nu. 5. Xuares. in l. 1. fori titu *De las arras*. quæſt. 3. nu. 23. Ioannes Saiſon in conſuetud. Turonen. ca. 24. artic. 2. in princ. Kirchou. commun. opin. centur. 2. litera. D. nu. 18. concluſ. 77. Michael. Graſa. commun. opin. li. 1. quæſt. 5. ca. 8. Myſinger. ſingular. obſeruat. centur. 2. obſerua. 33. P. Ioan. Ancharan. quæſtionum familiar. lib. 2. quæſt. 11. num. 14. & quæſt. 32. num. 2. Emanuel. Zoarez. in receptar. ſenten. Teſſau. in verbo. donatio. Fr. Tuizan. in dicto verbo donatio. Viu. communu. opinio libro 1. in verbo donatio. Gribald. inter communes. in dicto verbo donatio B. Villalobos ibidem. Imol. in ca. Quintauallis. de iureiur. Raph. Comen. in d. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. Ioan. de Imol. Anchar. & Anton. in dicto cap. cum contingat. Prępo. in capitu. fin. de don. inter vir. Ioan. de Ligna Imol. & And. Sicul. in clemen. Romani. de iureiur. Imol. in l. ſi quis inquilinos. § fina. de legat. 1. Cor. in authen. ſacramenta puberum. Riminald. Inſtitu. de donat. §. 1. nu. 291. Claud. in l. ſi is cui bonis. num. 24. & l. ſi diuortio. nu. 11. de verbo obliga. & ex Hiſpanis multi hāc ſententiam ſequuti ſunt, quos uidere non potui. ſed referuntur à Guter. in dicto ca. 3. Segur. in l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acquir. poſſeſſ. Gregor. Lopez. in l. 4. Tauri. gloſ. 1. titu. 11. par. 4. Anton. Gomez. in l. 58. Tauri. nu. 66. Tell. Fernard. l. 17. nu. 92. & multis defendit Vaſqu. Menchac. de ſucceſſ. creat. li. 3. §. 29. nu. 11. vbi ponit rationes. Et pro hac parte conſuluerunt tam incidēter quàm ex profeſſo Decius conſil. 202. 240. 232. Rube. 25. nu. 5. 54. nu. 3. 130. numero 6. Abb. 95. libr. 2. Alexand. conſil. 8. numero 2. lib. 2. 157. eod. 152. libro 6. 54. libro 7. Cæpol conſil. ciuili. 8. num. 4. & ſequen. & Caurel. 111. Roman. conſilio 43. numero quinto, & conſilio 293. nume. 1. licet non firmet expreſsè. Federic. de Sen. conſilio 140. Frāciſcus Aretin. conſili. 74. columna 3. verſiculo, ad ſecundum igitur. Barbat. 59. numero 29. libro 2. Soc. Sen. conſilio 77. columna 8. verſiculo, nec obſtat 7. libr. 1. Bellon. conſilio 4. numero 2. 87. numero tertio. Siluan. 40. numero 20. Corn. 163. num. 2. lib. 1. 137. li. 4. Bec. 79. numero ſeptimo. Cępha. 61. num. 15. li. 1. Cell. Hugo. 115. num. 7. Curt. iun. 198. numero 15. Gabriel. conſil. 63. nume. 2. Bertrand. 174. num. 3. lib. 1. 163. num. 1. lib. 2. 208. num. 5. lib. 3. & alibi ſæpius. Purpura. conſilio 9. num. 7. 173. num. 1. 394. nu. 8. lib. 1. Chaſſan. conſilio 2. Simon de Pręcis. conſilio 10. nu. 17. Crau. 81. 102. 852. numero 6. Schurf. conſilio 46. num. 8. cent. 1. Burſat. 183. nu. 3. lib. 2. Roland. 77. libr. 1. num. 1. & 20. Pariſ. 86. nu. 19. & 46. lib. 3. & hęc opinio non ſolum communis, ſed magis cōmunis appellatur à doctoribus, & conſulentibus ſupra citatis, ab illaque in iudicando, & conſulendo recedendum non eſſe ſcribit Dec. refertque Anton. de Petrut. pro illa conſuluiſſe Ioann. Papienſem, & longe communiorem ac indubitatam dicit Burſa. nec deſunt deciſiones nēpe Capel. Toloſ. 261. Boer. 92. in fi. Guid. Pap. 190. colum. 2. Andr. Gail. 40. lib. 2. ob.

3 Contrarium verò, quòd donatio † iuramento vallata non ſubſiſtat, tenet ſibi contrarius Barto. in l. 1. ff. de don. inter vir. vbi tamen refert ſe ad notata in dicta l. ſi quis pro eo. in l. cum quis decedens. § Titia de leg. 3. Bal. in d. l. 1. & poſt Dy. in l. ſi quis inquilinos. 112. §. Diui. de leg. 1. in l. cū multæ. C. de dona. ante nup. & clarius latiusq; in cap. cum contingat. nu. 37. de iureiura. Fulgoſ. in d. l. 1. de donat. inter uir. Salyce. in dicta l. cū multæ. nu. 4. C. de dona. ant. nupt. & in l. ſi ex voluntate. nu. 2. C. de donat. inter uir. vbi tamen dubitatiue loquitur vt in Authen. quod locum, in fi. C. de do. cau. Chaſſan. qui multa, & quidem vbera tia fundamenta allegat in conſuetud. Burgund. §. 6. ſuper tex. *ſuppeſe que lis dictz*. à nu. 4. vſque ad 28. vbi n. 27. hanc partem

dixit tenere longē plures,& excellētiores
doct. & longe maioris authoritatis poſt
Socin.infra citandum Ange.in l.cum quis
decedens. §.Titia.de lega.3.& in l.ſi quis
pro eo.in princ. D. de fideiuſ. Henrinch.
Boich.in ca.cum contingat.de iureiuran.
& in cap.fin de donat.inter uir.& ibi.Car
din.Alexan.Roman.in rubr. de iureiuran.
concl.1. Gulielmus de Mōte Lauduno in
cleme.1.de iureiuran. Card.in clemen.1.
§.porro.de iureiuran. Alciat.in dicto capi.
cum contigant.nume.292. Pyrr. poſt con
ſuetudin.Aureliæ in quæſtione de pactis,
& pro hac ſentētia ſubtiliter conſuluerūt
Bal.conſil.29.& 398.lib.1.Caſtren.61.no
tandum eſt.libro 2.ubi tamen non firmat
ſed clare id conſuluiſſe uidetur conſi.193
ſuper iſto puncto.li.2.Socin.Sen.conſ.65.
& 66.libro 1.Bolognet.cōſil.18.num.16.
Guido Papæ conſilio 238.num.2.& ita in
Gallia practicari dicunt Moderni Pariſ. ad
Dec.& ſequuntur dicto conſil.zoz.& pro
hac parte latè conſuluit Purpurat. conſil.
394.li.1.& hæc opinio uerior dicitur a Ca
ſtren.& cōmunior a Socin. & Chaſſan. de
feruntur que ab eodem Socino,& Cæpol.
dicto conſ.8.pro illa conſilia Ludouici Pō
tani doctoris nobiliſſimi Franciſci de Al
bergotis, & aliorum,& rem ueram docto
res, qui hanc partem tenuerunt, ſunt ma
gnę authoritatis.& qui conſuluerunt ſub
tiliter admodum, & fundatè ſcripſerunt.
uerum ſi cōmunis a doctorū numero ap
pellanda erit ſententia, dubio procul ma
gis cōmunis, & a maiore parte ſequuta il
la opinio eſt,quæ pro donatione facit, &
nō deſunt potētes, & graues defenſores,
ut ex ſupraſcriptis uidere licet, tametſi
multi illorum uarii fuerint, nēpe Bar. Bal.
Soc. Purpurat. Guid.Pap.Ruin.& alii tā le
gendo, quā conſulendo licet ſaluari conē
tur illorum uariæ ſententiæ, præſertim
Bar.ſed Barto.in l.1.de donat.inter uir.lo
quit in uera,& ſimplici donatione, quam-
uis ſe refert ad nota. in dicta l.ſi quis pro
eo.ſed hactenus de communi,quæ parum
me moueret a ſola doctorum authotitate
conſiderata cum doctorum authoritas nō
ſit,ut dr̄ neceſſario legis inductiua, ſed ꝓ
babilis.ideo videamus de rationibus,& iu
ribus utriuſque ut inde facilius quænam
pars uerior ſit dignoſcamus.

Et quidem ſi utriuſq; opinionis funda-
menta conſiderentur rem difficilem om
nimo,& dubitationis plenam reperiemus
& quamuis multa adducantur præſertim
a Guter.Valq.Ripa.pro donatione,& Bal.
Socino Chaſſan. ac Purpurato cōtra dona
tionem,ego tamen rem breuibus conclu-
dam,ne,& nobis tædium, & lectorib.nau-
ſeam tantis repetitionibus,& longa oratio
ne pariamus:& in primis,quod donatio in
ter uirum, & uxorem iurata teneat ita, ut
omnino ſit irreuocabilis,vulgatū illud ad-
duci ſolet quod quotieſcunq; iuramentū
præſtitum ſine interitu ſalutis æternę ſer
uari poteſt illud omnino ſeruandum eſt.
cap.cum contigat. de iureiur cap. quam-
uis de pact.lib 6.tanti enim æſtimatur iu-
ſiurandi religio, ut nefarium iudicetur a
contractu iuramento firmato recedere:ſa
cra enim hęc res firmum rei geſtæ ſigna-
culum eſſe debet,ideoq; omnia iuris ciui-
lis ſolēnia firmare dicitur,& qui illud non
ſeruat mortaliter peccat.Alexan.conſ.21.
libr.3 unde cum de animę periculo diſpu
tetur,erit illa amplectenda ſententia, quæ
pro iuramento facit cum in his dici ſolet
tene certum,& dimitte incertum ca.iuu e
nis de ſponſal.& ſi tantum contractui fir-
mitatem decretum,& pręſentia iudicis ad
hibet,quātam huius ſacramenti præſtatio
tribuere debebit?

Secundo mouetur Barto.vt coniectura
ri licuit ex ſcriptis in dicta l.ſi quis pro eo.
quia quando aliquid prohibetur propter
particulares ſubditorum utilitates, tūc iu
ramētum obligat, & præſtitum contractū
confirmat?ſicut enim quilibet poteſt fauo
ri ſuo renūciare,& tenet renunciatio.l.Ti
tio centum.cum ſimili.D.de cōdic. & de
monſtrat.multo magis iuramento eccedē
te contractus vires obtinere debebit: ſibi
enim imputet qui legis benefici o uti non
uoluit.Neque obſtabit expreſſe legis pro-
hibitio,quia ius canonicum, imo etiam
nouæ iuriſprudentiæ decreta ſtatuūt iura
mentum prohibitionem legis annullare,
exemplum in dicto cap.quamuis.& in au
then. ſacramenta puberum.C. ſi aduer.uē
ditio.& multa huiſmodi ponit Dyn.in ca
pitulo non eſt obligatorium.de regulis iu
ris in ſexto,idque facilius hac ī ſpecie ſua
detur quia prohibitione legis non obſtan
te beneficio Imperatoris Antonini indu-
ctum fuit,ut hæc donatio morte donātis
confir-



confirmaretur l.cum hic ſtatus.dicto titu
lo de donatione inter uirum,non erit igi-
tur abſonum eandem iuramento conua-
lidari.

Denique mouet, ꝙ de legato in teſta-
mento nullo, & iuramento firmato Iuriſ
cōſul.ſcribit in l.cū pater. 77.§. filius ma
trem.de legat.2.illud nempe ualere,quaſi
ex iureiurando enixæ uoluntatis intentio
demonſtretur.

In contrarium donationem iuramento
uallatam, inter perſonas a iure prohibitas
non firmari iuramento,non minora pro-
bāt argumenta,& primo adduci poteſt ra
tio Bal.quod morib.inductum eſt, ut hęc
inter uirum, & uxorē donatio prohibea-
tur l.1.D.de donat.inter uir. ꝗ mores ita
boni iudicati a prudentibus ſunt,ut in nu-
merum ſcriptarum legū referrentur, ita
ut quod priuatum ius erat prius cuiuſque,
publicum ꝑ leges effectum fuerit. Atqui
4 iuris Pontificij† extat regula,non eſſe obli
gatorium contra bonos mores præſtitum
iuramētum.cap.non eſt obligatorum. de
reg.iur.libro 6.ſi non obligat,non erit effi
cax in inſtrumento poſitum, & tanquam
ſine iuramēto facta inefficax reddetur do
natio.Neque mouet reſponſio Caſtren.in
dicta l.pacta.& Abb.in dicto cap.fin.nu-
me.9.& dicto conſilio 95. colu.3. uerſicu
lo ad tertium.ac aliorum, quæ deſumitur
ex diſtinctione Dyni.in dicto c.non eſt in
5 fin.quod regula illius c.procedit† in mo-
ribus naturalibus ex quorum inobſeruan
tia,& iuramento turpitudo oritur, ideo
tunc non erit obligatorium hoc iuramen
tum,ſecus uero in moribus ciuilibus, qui
ex populi cōſuetudine introducti ſunt,ex
quorum inobſeruantia,neque turpitudo,
neque peccatū oritur,quia replicari pote
rit regulam illam generalem eſſe, & cum
de morum a lege receptorū obſeruantia
agitur,generaliter intelligendā eo etiam
reſpectu?ut iuramentum minus lædat ip
ſam legis prohibitionem,alias ſequeretur
maximum abſurdum,& incōueniens om
nes leges tanto ſudore a legum latorib.po
ſitas,quorum inobſeruantia peccatū non
inducit nec turpitudinem, medio iuramē
to annihilari poſſe,quod forte mirum nō
uideretur, cum pactionibus priuatorum
ipſas leges rumpi permiſſum ſit.

Secundo facit,quia quod hæc donatio
non ſubſiſtat nō ſola lege ciuili,ſed etiam
canonica expreſſe cautum eſt, cap.fin.ex
6 tra de donat.inter uir.at† iuramentū con
tra legum diſpoſitionem pręſtitum cōtra
ctum non firmat,ut clare probat tex.in l.
iuris gentium §. generaliter. de pact. in
l.non dubium.in fin.C.de legib.immo ue
niens contra huiuſmodi legum præcepta
mortaliter peccat,vt ī ſpecie docet Purp.
conſil.396.num.11.unde uidetur indubi-
tate concludendum,iuramentum contra
ctum non firmare,quia alias lex canonica
eſſet nutritiua peccati. Niſi dicamus cum
Guterio legum illarum diſpoſitionē per
ius Canonicum hodie correctam, quod
magis animæ periculum,quam ius ipſum
conſiderare uoluit. Verum hæc reſponſio
forte nō ſubſiſtet,quia,& iure Canonico
hęc prohibitia reperitur donatio,ut ſupra
dixi,& imperatores ipſi,qui l.nō dubium.
cōdiderunt Chriſtiani erāt,neque honos
debitus legum potentiæ detrahendus eſt
quas inuentum ac munus Deorū eſſe De
moſthenes,& diuinarum atque humana
rum rerū Reginas, Chriſippus dicunt in
l.2.D.de legi.ideo rectius meo iudicio re
ſponderi poſſet,recte quidem etiam ſacra
mēto adhibito cōtractū ſtipulationēve
nō ſubſiſtere,quotieſcunque contra ipſius
iuſtitiæ præcepta non tendunt, quæ tria
ſunt honeſte uiuere,alterum non lædere
ius ſuum cuique tribuere, alias enim & ip
ſæ leges decernunt in re ſua quēlibet mo
deratorem,& arbitrum eſſe.l.in re mānda-
ra.C.mandati. l.nemo exterus. de iudic.

Vltimo adduci poteſt contra donatio
nem,quod ex Diuorum Seueri & Antoni
ni reſcripto Marcianus ſcribit in l. ſi quis
inquilinos.112.§.fi.de leg.1.

## Iuſiurādum cōtra uim legum & authoritatem iuris in teſtamē to ſcriptum nullus eſſe momenti.

Cui cōueniunt uerba Pontificis poſita
in c.ſi diligenti.extra de foro cōper. quæ
uerba multum mouēt pro hac poſteriori
ſententia,licet tex.in d.cap.ſi diligenti. ha
beat ſecum ſolutionem.

Ex quibus omnibus ꝑſpicere licet quā
anceps,& dubia ſit hæc quæſt. ita ut iudi
cem in proferēda ſentētia notis antiquis.
N.L. uti poſſe, non male concluderetur.
Hancque difficultatem, & am biguitatem

aliqui e doctoribus conſiderantes diſtin-
ctionis fædere utrãque opinionem, & ua
rias doctorum ſententias cõciliare conati
7 ſunt. Nam aliqui† iuramentum aſſertoriũ
a promiſſorio ſeparantes, uoluerunt pro-
miſſorio contractum firmari, aſſertorio
nequaquam, ita reſpõdet Rip. libro 3. re
ſponſor. capit. 17. Ioan. Boſch. de nupt. di-
cto libro 3. num. 21. & hoc modo commu
nem intelligit ſentẽtiã Anton. Corſet. in
tractatu de iuramen. priuileg. 25. nu. 49.
ſicque accipiẽda ſunt Bald. uerba in repe
titio l. 2. num. 133. D. de iureiuran. Barbat.
dicto conſilio 59. libro 2. in fine. Aretin. di
cto conſilio 74. Et hæc ut uideo fuit origi
nalis opinio Cyni in l. 1. C. de ſacroſãct. ec
cleſ. quem uidetur ſequi Socin. Sen. dicto
conſilio 66. colum. 7. uerſiculo quarto re
ſpondetur. pluresque refert Bec. dicto cõ
ſilio 79. num. 8. Rolan. 76. num. 9. libro 4.
Ruin. 142. num. 8. uolum. 1. Gaill. d. obſer.
40. nu. 6. lib. 2.

Alteram ex ſuperiori alij diſtinctionẽ
adferunt, quod aut loquimur in cõfeſſio-
ne dotis receptæ, & maritus fatetur illam
habuiſſe in teſtamento, uel alio inſtrumẽ
to, & tunc non firmari iuramento huiuſ-
modi confeſſionem uolunt, quia iuramen
tum eo caſu pręſtatur ſuper eo, quod eſt
de præterito, & præſumitur factũ in frau
dem legis, & ſimulate. & ita loqui Bartol.
in l. cum quis decedens. §. Titia. de leg. 3.
& fere omnes doctores p Alciat. & Chaſ-
ſan. allegatos, præſertim Socin. dicto cõſi-
lio 65. & 66. Aut uero loquimur de uera
donatione, & iuramento, quod ſuper futu
ro pręſtatur, cum promiſſione de non re
uocando, & tunc ualere, ita poſt Ioan. de
Imol. Soci. Curt. Iun. & Dec. diſtinguit P.
Duenn. dicta regula 219. uerſiculo eſt ta-
men uerum, & probat Boer. dicta deciſio.
92. in fine. Iacobin. in l. qui teſtamentum.
num. 2. de probatio. Alexan. in l. ſi donatio
ne. n. 6. C. de collat. Anton. de Petrut. in di
cta l. 1. n. 47. de iureiur. Clar. in §. donatio.
quæſt. 9 uerſiculo hæc tamen concluſio.
Gabr. dicta conclu. 3. Didac. uar. reſol.
lib. 1. ca. 7. Simon de Præt. conſ. 10. n. 16.
& in his terminis loquitur Ioan. Andr. ad
Spec. in d. titu de donatio. inter uirũ. Pur
purat. conſ. 236. nu. 7. Pariſ. 86. lib. 3. Ruin.
183. uol. 1. Roland. Bec. & alij ſupra relati.
Rationem differentiæ ponit Guter. dicto
cap. 3. nu. 10. & ſeq. uerum hæc diſtinctio
communi admiſſa ſententia non recte ex
cludit uim iuramẽti, ideo Alciato merito
diſplicuit, & in puncto iuris eſt ualde du-
bia, & ex rationibus pro priori ſententia ſu
perius adductis facile ſubuerti poteſt, & il
lam impugnaſſe uidetur Barbat. dicto cõ
ſilio 59. Ad aliamque diſtinctionem ob id
Vaſqu. in dicto. § 29. n. 12. & Bellon. cõſi-
lio 4. n. 7. confugiunt, quæ tamen & eidẽ
rationibus refelli poterit. Imo ex ea nõ re
uocari donationem ex cõfeſſione dotis ta
cite reſultantem promiſſorio ſtante iura
mento contra Roman. & alios conſuluit
Natta conſil. 28. nu. 8. & 9.

Ego in tanta doctorũ uarietate cogita
8 bam diſtinctionem, quod aut† ipſe donãs
uult reuocare donationem, & uenire con
tra promiſſionem iuramento firmatã, &
tunc cum ipſius donatis iuramentum ac
ceſſerit, a quo ſine ſalutis æternæ maximo
periculo diſcedi non poteſt, reuocari dona
tionem non poſſe, quia iuramentum licet
non firmaret cõtractum, claudit tamen os
iurãtis, ut in hac ſpecie dicit Anto. de But.
in dicto cap. cum contingat. ita ut nõ niſi
prius impetrata abſolutione agere dona-
tor ualeat, iuxta Alciat. in d. ca. cum cõtin
gat. nu. 293. & ante eum Paul. de Caſtr. di
cto conſ. 193. Aut uero inter donatarium,
& hæredes donantis, uel eos ad quos ſuc
ceſſio de iure ſpectat, controuerſia oritur,
& tunc dicerem non aſtringi illos ad con
tractus obſeruantiam, qua regula, quæ ha
bet, quod iuramentum propter animæ pe
riculum ſeruari debeat, non militat in hæ
rede, qui nõ iurauit, cum iuramentum ſit
perſonale, & in hærede nõ cadit periuriũ,
quod in donãte timetur, & hæc diſtinctio
nõ ſolum fauore prohibitionis legalis, ſed
etiam ne detrimentum, & damnũ tertio
fiat (quod & Pontifex in dicto cap. quam
uis recte aduertiſſe uidetur) ſubſiſtere po
terit.

Et in hanc ſententiam uideo inclinare
Caſtren. in d. conſ. 193. ſuper iſto puncto.
lib. 1. Bald. 398. li. 1. col. 2. & in donatione
iurata inter patrem, & filiũ firmat Signo
rol. conſi. 199. Neque oberit, quod dici ſo
let. hæredem factum defuncti ſeruare de-
bere, & quemlibet ſucceſſorem teneri ad
cõfirmationem eorum, quæ author ſuus
fecerit, ex regu. l. cũ a matre. C. de rei vẽd.

Item



Item iuramentum obligare ad factum, &
obſeruantiam contractus non ſolum iurã
tem, ſed etiam ipſius hæredem per text.
clar. in authen. de iureiuran. a morien. præ
ſti. §. 1. Anton. Corſet. de iuramen. priuile.
21. num. 45. poſt Bartol. & Caſtren. quos
allegat Bal. in repetit. l. 2. nu. 85. de iureiu.
late Ioan. Bapt. Aſin. in tractatu. de exequ.
§. 8. capitu. 165. colum. 40. verſi. quęſitum
etiam. Quia reſponderi poteſt ceſſare hæc ⋆
omnia, quando contractui lex reſiſtit, &
præſtitum contra legum authoritatem iu
ſiurandum eſt, & quando per alienatio-
nem, vel aliam diſpoſitionem excluditur
hæres a beneficio legis, ipſæ contra factũ
defuncti venire poteſt. Tiraquell. de vtro-
que retract. 1 par. §. glo. 9. nu. 57. & ſi me
dia abſolutione, iuxta Alciat. & aliorum
ſententiam reuocari per iurãtem donatio
poterit, multo magis id erit hæredibus
permiſſum ſine abſolutione, cum is non
iurauerit per ea, quę ſupra dixi, & ſcribit
Gabriell. libro 2. concluſ. titu. de iureiura.
conclu. 6. numero quinto. eſt enim etiam
in ſimplici donatione iuramentum hoc in
fraudem legis prohibentis pręſtitũ, ideo
ſaltem ab hęrede ſubuerti poterit, cum
fraus etiam præſumpta vitiet contractum
non obſtante iuramento gloſſ. in l. 3. C.
plus ualere, quod agitur. Gabriel. dicta con
clu. 3. numero 10. Ponderabis vero verba
tex. in l. cum hic ſtatus. § ait oratio. D. de
dona. inter vir. Verum in facti contingen
tia Senatus communẽ ſequutus ſemper
⋆ fuit ſententiam, valere ſcilicet donationẽ
iuramento firmatam, & illam indiſtincte
tenuit tanquam veriorem, & melioribus
rationibus munitam, quæ tamen diſputa-
tio hodie in patria noſtra ceſſabit quo ad
mulieres, cum ex forma nouarum cõſtitu
tionum in nullo actu iuramentum inter-
ponere poſſint in præiudicium ſuarum do
tium. Ideo quo ad illas erit res redacta ad
puros terminos iuris ciuilis, & neceſſaria
hodie erit in donationibus mulierum inſi
nuatio, vt prius, quando de dotium aliena
tione tractatur.

Præſuppoſita igitur communi ſententia
10 pro vera amplia.† vt procedat etiam in
donatione iurata, quę a patre filio fit, quia
hęc a pari procedũt. Guid. Pap. quęſt. 146
per totam. Anto. Corſe. in dicto tracta. de
iuram. priuil. 24. numero 49. P. Duenn. re
gul. 219. in verbo donatio. verſiculo pro
qua opinione, & quamuis controuerſa pa
riter hæc quæſtio ſit, vt demonſtrat Gabr.
d. tit. de Donat. conclu. 4. Ioan. Guter. in d.
tracta. de contractib. iurat. cap. 4. in princ.
doctores in l. frater a fratre. vbi Cro. & a-
lij repetẽtes. Vaſq. de ſucceſ. reſo. li. 1. §. 3.
nu. 7. neq; minus dubia ſit propter iniuriã
quæ cæteris filijs fit. Tamen Senatus illam
ſequitur, & iuxta illam pluries cẽſuit præ
ſertim in cauſa de qua infra, & iterum in
cauſa Gueræ, & Lexonæ 1589. 13. Martij
referente D. Craueta. quam tamen opinio
nem ego ita declaro, vt ſi ex hac donatio
ne pluſquam legitimam, vel dimidiam hę
reditatis tanquam pro portione ſua filius
acceperit, nõ poſſit aliud de patrimonio
patris cõſequi niſi facta collatione iuxta l.
pen. C. de collat. & §. illud quoque aut. de
triẽ. & ſemiſ. ratione æqualitatis ſeruãdæ
vt notat Rupellan. in Enchiridio iur. Gall.
in verbo donatio inter virũ. hæc enim do
natio in omnẽ caſum vſque ad legitimam
reuocatur, vt eſt cõmunis opinio, quã ex
recẽtioribus firmat Emã. Coſta in repetit.
cap. ſi pater. 3. par. in verbo priuari nõ poſ
ſit. & per Vital. de collat. quæſt. 1. etiamſi
ex cauſa nuptiarum, & contemplatione
matrimonij facta donatio fuerit, quo caſu
plus dico, bona donata eſſe hypothecata
pro dote bonis vxoris, quia ſemper donatio
cauſam illam habet, vt ſeparatum aliquod
patrimonium filius habet, ſuper quo dos
aſſecuretur, licet de hoc in donationis in-
ſtrũo expreſſa mentio non fiat, vt clare te-
net Didac. var. reſolu. li. 3. cap. 7. num. 10.
verſic. quarto non tantum. & poſt Bal. no
tat Dec. in l. ut liberis. nu. 7. C. de collat. &
donationẽ pp nuptias cõferendã eſſe di-
cit Bert. cõſ. 337. vol. 3. & dixi ĩfr. dec. 46.

Limitant vero doctores ſupraſcriptam
communem ſententiam. Primo, ut non
procedat ſi donans ſit minor, vt per Alci.
in l. 1. §. ſi quis ita. num. 48. de verb. oblig.
ſed hæc limitatio non militat ſtãte diſpo
ſitione auth. ſacramenta puberum. & con
tra eam conſuluit Dec. conſ. 232. minoris,
etenim contractus iuramento firmatur.

11 Secundo limita† ſi ad importunitatem,
& continuam petitionem ac inſtantiam
facta fuerit donatio, nam tunc non ua-
let etiam iurata. Aymo in conſuetudin.
Alucrn. titul. 21. articul. 3. Purpurat. con

ſilio

ſil.46.nume.2.libro 1.Lup.in rep.rub. de
dona.inter vir.§.81.in pri.quod intelligo
niſi iuratum fuerit in inſtrumento ſponte
& ſine ſuaſione donationẽ fieri, quia tũc
magis ob animæ periculum iuramẽto ſtã
dum erit.quam iuris præſumptioni, idem
que ſi minis inducta mulier ſit, quo caſu
optime faciet ſi proteſtetur antequam do
net, & hoc caſu præmoriente donatario
magis reuocabitur, vt cenſuit Senatus in *
cauſa Buſtini,& Buſtini Taurinen.

12 Tertio limitant aliqui in † donatione Iu-
dæorum Dec.in l.pactum,ꝙ dotal.de col
lat.Lancell.Gal.de ſtatu.in verbo maritus
quæſt.7.num.7.Soc.Sen.dicto conſil.66.
colum.88.faciunt,quæ ſcribit Corn. cõſi.
163 nume.7.libr.2.contrarium tamen ve
rius puto,quia,& Iudæi ſacramento ligan
tur,& noſtris tenẽtur legibus ſub imperio
noſtrę reipublicæ militantes, & ita tenet
P.Duenn.reg.211.in verbo dona.ampli.
5.Gabr.n.26.Fel.conſi.50.per totum.

Quarto limitatur communis opinio,vt
13 nõ habeat locum † præmoriente donata-
rio,quia tunc ipſo iure reuocatur donatio
iuramento non obſtante,quam limitatio
nem video originaliter poſitam a Bal. in
conſi.29.& 398.libro 1.& 294.lib.3.late
Dec.conſilio 240.& ibi Moder.Par.& cõ
ſi.536.Caſtren.conſil. 86.viſis,& conſide
ratis,volu.2.Sylua.40.nu 20 Gram.deciſ.
103.nu.75.Alc.154.n.8.dicens ſe ita ſoli-
tum tenere.Rip.reſpon.4.li.3.& D.meus
Molignatus dec.208.

Cõtrarium tamẽ tenuit Cra.conſ.102.
per totum,vbi impugnat conſil.Dec. Alc.
in cap.cum contingat.num.297.Gui.Pap.
quæſt.147 Alb.conſi.4.nume.7.Didac.in
rubr.de teſtame par.2.nume.10. Roland.
conſi.7.nume.14.& 77.numero 6.tam in
donatione facta inter virum & vxo.quam
inter patrem & filium.Purpura.conſ.235.
nume.2.Didac.var.reſolut libr.2.capit.7.
num.5.Gabr.dicta concluſ.3.numero 17.
& ſeq.vbi dicit opinionem Deci. eſſe fal-
ſam.& H.Gabriell.conſil. 63. per totum.
Cæphal.conſilio 61.num.22.Burſat. 183.
per totum.lib.j.vbi ponit rationes. Cotta
in verbo donatio cauſa mortis.Ioann. Gu
ter.capit.4.nume.8.Vaſqu.dicto.§.29.nu
me.13.Andr.Gail.pract.obſeruat.lib.2.ob
ſer.40.nu 5.& re vera hæc opinio eſt ve-
rior præſuppoſita communi opinioni, nã
alias fruſtra dubitaret an hæc donatio ſub
ſiſtat,cum ſatis legibus cautum ſit donatio
nem morte donantis confirmari,ꝙ etiam
in confeſſione dotis receptę hoc caſu ma
gis communiter doctores admittũt, vt te
ſtatur Franci.de Eccle.inter conſilia feud,
uarior.conſilio 11.nu.16. ideo opinionẽ
Crau.cõtra Dec.ſequutus fuit Senatus, &
ita cenſuit in cauſa Luperiæ,in donatione
* facta filio iurata, qui deceſſit patre ſuperſti
te,in qua etiam agebatur de trãſmiſſione
infantis hæreditatis,qua de re dicam infra
ſuo loco,& hoc anno 1563.29.Nouemb.

Cæterum ad materiam huius deciſionis
vide q̃ nouiſſime ſcribit ægregius doctor
Senẽſis Seraphinus de Seraphinis in trac.
de priuileg.iurã.priuileg.71. per totũ ubi
multis Ampliationibus, & limitationibus
communem Regulam exornat, qui dum
hæc prædio darentur ad manus noſtras
peruenit.

## Relata in Senatu cauſa,quæ collata dicitur, an poſt data dubia poſſit interrumpi.

### DECISIO XXXIII.

1 *Cauſa relata in Senatu per proceſſus Relatorem,an & quando poſſit interrumpi.*

STILVS Senatus eſt,ꝙ,cum
per relatorem cauſa cępta
eſt referri ĩ Senatu, tũc di
catur collata,item, & quã
do Senatus dubitat ne ad
diffugium pars interrumpat,quæ non cur
rat cauſam expediri, tunc etiam Senatus
poteſt declarare cauſam haberi pro colla
ta,vnde amplius interrumpi non poſſit,
eſt enim datum partibus tempus debitũ
pro relatione ita,vt ante eam ſi aliquid di
cendum,& agendum ſupereſt,producere
& in medium adferre ualeãt,vt poſt mul
ta diffugia debitus finis litibus imponatur
iux.l.properandum.C.de iudic.ca.finem
litibus.de do.& contu.

Quęſitũ tamen fuit per Dominos,nun
quid ſi ante collationem cæptam in Sena
tu relato ueritatis indagãdæ cauſa det du
1 bia partibus,tunc † cauſa poſſit interrumpi
quod magis eſſe videretur,cum ad id du-
bia dentur, vt clarius intentionem ſuam
i udici,



iudici pars demonſtret,vnde ſi aliqua pro
batio eſſe neceſſaria cauſa poterat inter
rumpi,& cum hic caſus diſputaretur in Se
natu in cauſa Parellæ fuit dictum, quod ſi
dubia concernerent factum, tunc interrũ
pi poſſit,& fieri noua deductio,ſecus ſi in
iuris duntaxat ſubtilitate, & illius intelli
gentia conſiſterent, & ita reſolutum fuit,
cauſam nõ haberi pro collata.cum D.Oza
* ſcus,& Malopera collegę noſtri collata in
ter eos ſolos cauſa extra Senatum ex eorũ
mero officio aperuiſſent dubium in facto
aduocato partis cum hac diſtinctione, &
modificatione dubium alias Senatus,ſtilũ
intepretantes. Mẽſe Martij.1561. Et hæc
nõ ſolum in Senatu procedere arbitrarer
ſed etiam ſi cauſa coram alio iudice tracta
retur,ut poſt data dubia in iure non poſſit
amplius interrumpi,nec de nouo capitu-
lari.Ideo cauendum erit, ne iudex det du
bia in facto per notata in l.j. C.ut quæ de
ſunt aduocatis partium,iudi.ſup. ſed dari
poſſunt dubia in iure, ut aperiantur oculi
aduocatorum ad conſiderandum, & alle-
gandum in iure.

## Lucrũ,quod alicui per ſtatutũ defertur, an per ultimam volũtatem,uel aliã diſpoſitionem auferri poſſit,& quomodo ſit intelligẽdum tale ſtatutum, & an ualeat.

### DECISIO XXXIIII.

1 *Lucrum a ſtatuto delatum a teſtatore auferri non poteſt,nec etiam ex alia diſpoſitione,nu.4.*
2 *Statuti diſpoſitio alterari per teſtatorem nõ poteſt.*
3 *Statutum auferens liberam teſtandi facultatem an ualeat.*
5 *Forenſis agnatus an gaudeant ſtatuto.*

1 LVCRVM, † quod alicui de
fertur a ſtatuto,non poteſt ꝑ
eum cuius res ſũt auferri exẽ
plũ,ſi ſtatutũ dicat,ꝙ muliere
decedẽte ſine liberis maritus, uel alius lu
cretur dotẽ,uel parentẽ. Nã hoc caſu non
poterit mulier teſtari de ea dote,uel parte
quia debet,uelit,nolit,relinquere eam illi
cui defertur a ſtatuto,ut ſubtilis Pauli Ca-
ſtrẽ.opinio fuit.in l.ſi cum dotem in prin.
numero 11.D.ſolu.matrim.Bal. in l.2.co
lum.penu.uerſicu.& ad euidentiam.C.de
hæred.act.late Bec.conſi 76.numero 8.ra
tio eſt quia quod lex dat, homo non tol-
lit.l.ſi arrogator.§.ſed an impuberi.D.de
2 adop.non enim † poteſt teſtator venire cõ
tra ſtatuti diſpoſitionem neque eius men
tem alterare. l. quidam decens. D. de ad
min.tuto.Fabi.de Monte in trac.de em-
ptio.& uendit.3.quæſtio.principa.nume.
52.quod quidam ſtatutum tunc demũ ui
res obtinet, ſi loquatur per uerbum lucre
tur.Caſtren.in dicta l.ſi cum dotem.Iaſ.cõ
ſi.127.libro primo.ubi late.Fulg. conſilio
203.Bal. 107.colum. fina. libro 1. Deci.
386.columna pen. uerſiculo, uenio ad ſe
cũdum dubium,aut per uerbum habeat,
uel per uerbum relinquere teneatur,ut ui
detur fuiſſe caſus, quo conſuluit Alexã.
conſilio 55.conſideratis colum.1.li.1.qui
idẽ uoluit in uerbo petere poſſit.ſecus ue
ro ſi ſtatutum utatur uerbo ſuccedat, uel
pertineat tunc enim ſtatutum illam pati
tur reſtitutionem iuxta Caſtren. ut ſucce
dant uocati iure hæreditario, uel ex teſta
mento,uel ab inteſtato,non tamẽ aufera
tur ex eo libera teſtandi facultas, ſecundũ
quem opinionem dicit Caſtren. ſe conſu
luiſſe,& obtinuiſſe, eiuſque conſilium re-
peritur in noua impreſſione lib.primo,cõ
ſilio 82.in negotio circa fin.atque ita con
ſuluit.Deci.dicto conſilio 386.colum. fi.
ad fin. & his omnibus in caſibus cenſuit
Senatus.ut uidere etiã licet apud D. Ozaſ
cum.deci.20.qui hanc pariter quæſtionẽ,
examinat, ideo ego ne rem actam agam
ad ipſius ſcripta lectorem remitto, quam
uis,quod in uerbo ſuccedat etiam obſer-
uetur ſtatutum teneat Bec.dicto conſilio
76.nu.17.

Dubitatum tamen fuit non ſolum in
cauſa de qua per D. Ozaſcum, ſed etiam
3 alias. Nunquid † hoc ſtatutum ſubſiſtere
poſſet,& ſecundum illud eſſet in facti cõ-
tigentia iudicandum. Dubitationem mo
uebat,quia per illud uidetur auferri libe-
ra teſtandi facultas, quo caſu ſtatutum nõ
ualere communiter concludũt doctores
in l.ex facto.ubi Caſtren. & Alexan. per il
lum text.D.de uulga.& pupilla.in l.ſtipu
latio hoc modo concepta.de uerb.oblig.
l.fin.

l.fin.C.de pact.Ang.in conſilio 281.num.
2.Alexan.conſilio 206 ultima colum. lib.
1.Item, quia teſtatenti factio iuris natu-
ralis eſt, ut aliquorum proba ſentẽtia fuit 1
quam ſequitur Didac.libro 3.reſolu. capi.
6.numero 7.& nouiſſime defendit Anto.
Gaibert.quæſt.iur.capit.6.at ſtatutum iu-
ra naturalia tollere non poteſt.Albert..de
ſtatu.li.j.q.129.nu.6.

Contrarium tamẽ in terminis iſtius ſta
tuti uiſum fuit de iure uerius, quia ꝑ hoc
non impeditur libera teſtandi facultas,cũ
alia bona ultra dotẽ habere poſſit mulier
de quibus teſtari poterit,ut reſpondet Ca 2
gno quem ad hoc refert Ozal. dicta dec.
20.numero 7.uerſi.non obſtant conſilia.
faciunt,quæ ſcribit Iaſ. in dicta l. ex facto
numero 9.ideo tale ſtatutum ualere con-
* cluſum fuit die 9. Iunij 1554. licet domi-
nus meus Ozaſcus tũc Pręſes Alten. repu
gnaret multis rationibus motus, & quod
contra huiuſmodi ſtatutum non ualeat te
ſtamẽtum iterum tenuit Senatus in cau
ſa Fazardi,& Motę.16.Martij 1567.& cõ
ſuluit Rolan.conſil.62.numero 30. lib.1.
4 ampliando,ut nõ† ſolum impediatur per
illud teſtandi facultas de illis bonis,ſed ẽt
quęlibet inter uiuos donatio,& diſpoſitio
Iux.Alexand.dicto cõſil.55.& Dec.dicto
conſi 386.& ſimile ſtatutum fauore filio
rum teſtamentum prohibẽs & impediẽs
firmauit Senatus in cauſa Foſſanẽ.de qua
dicam infra deci.250.

8 Limitatur uero hoc ſtatutum, ut nõ† ha
beat locum in agnato forẽſe, quia ille nõ
poterit tali ſtatuto gaudere, ut dicemus
infra ſuo loco.deci.106.

## Vis publica an eo caſu dicatur facta quando,quis ſolus, & armatus alium uulnerat, & de pœna l. Iuliæ ui publica.

### DECISIO. XXXV.

1 *Vis publica quando commiſſa dicatur.*
2 *Lex Iulia de ui publica quare introducta fuerit,& cur ſit dicta num.3.*
4 *Lex Iulia de ui publica an tunc locum habeat quãdo nullis coadunatis hominibus quis alium cum armis agreditur, & numero 6.*
5 *Tex.in l.3 § eadem D ad l.Iul.de ui publ. ponderatur,& diſcutitur.nu.7.*

1 VIS publica† committitur, re
gulariter,quãdo qs coadu
natis hominibus uiolẽtiã
alicui infert,toto tit. D.&
C.ad l. Iul. de ui pub.l.j.&
l.qui dolo malo.§.hac leg.D.eo. quæ uio
lentia non ex ſola hominum coadunatio
ne publica dicitur, ſed ex eo præcipue,
quia cum armis fit,ut per Nat.conſi.665.
lib.4.& conſi.240.nu 10.

2 Cuius† ſic conſtituti iuris rationem ſub
tiliter aliqui perquire conati ſunt,cum ui-
rum uideretur ſolam armorũ præſentiam
publicũ nomen indicere, & inſultũ huic
legi uiam aperire,cum inſultus etiam in
priuata ui accedat, qua in re Duaren.li.1.
diſputat anniuerſ. c.22.ſenſit id,ideo con
ſtitutũ quia arma in publico loco reponi
erãt ſolita,& priuatis hominibus armorũ
uſus erat interdictus, quaſi ꝙ inferre hinc
uelit publicum ius ex hac armorum dela-
tione turbari,& uim publico fieri, quam
rationem probaſſe uidetur Manu. in li. de
legib.Roman.pag.mihi.208.in parua in-
preſſione,& Hotomã.in diction.in uerbo
uis alia publica. & hac forte ratione multę
reſpublicæ,ac etiam alii principes ſolent
delationem enſium,& ſimilium,offenſiliũ
telorum uſum prohibere,quod incõcuſſe
in republica Genuẽ.ſeruatur,ſed hæc Dua
re.reſolutio.licet ſubtiliter propoſita non
ſatisfacit,non ex eo, quod Menoch. illam
impugnando ſcribit de arbitrar.caſu. 394
num. 3.ſed quia uidemus & eadem l. Iul.
de ui publ teneri,qui incendium cauſauit,
qui ſtuprauit,quia rapuit, & ſimilibus utẽ
tem uiolẽtiis,in quibus neque arma acce
dunt neque armorum uſus neceſſarius eſt
item.quod nouum uectigal exercens hu-
ius l.pęna plectitur.l.fi.D.eod. unde Rob.
Aurelianen.lib.3.ſenten.iur cap.22.& Me
noch dicto caſ.394. ad alias recurrunt ra
tione, tandemque Menochio doctiſſimi
Cuiacii ſolutio non diſplicet, quæ tamen
omnes ſuis non carent obiectionibus, &
difficultatibus, imo nobis magis dubiam
quæſtionem reliquunt. Itaque ego † ut
3 breuibus expediam exiſtimabam non eo
ſolo publicam dici uim, quod arma acce
dãt quarum delatione ius publicum offen





datur,ſed publicam uim generalius dici
quotieſcunq; ius,& bonum publicum pu
blice ac publicis hominibus principaliter
offenduntur,quod cum armis ſolet ut plu
rimum fieri.l.1 & pen.in prin.ff.eo.idque
magis coactis hominib armatis ſuccedit,
alias l.Iuliæ de ui priuata locũ eſſet l. hac
lege.ff.ad leg.Iul.de ui priua. l.ſi criminis
cum l.ſequen.C.eod.ideoque offenſio pu
blicis ædificijs facta uectigalis impoſitio
noua,raptus,& ſtuprum(propter criminis
odium)rei ad magiſtratus prodeuntis de
tentio,oſtenſio a magiſtratu uti a publica *
perſona facta inter publica facinora, & in
edicto l.Iuliæ de ui publica referũtur l. 3.
§.itẽ tenetur,& §.præterea,l qui cœtu. in
prin. & §. qui uacantem l.& eum & l.Iuli.
1.& 2.l.q dolo.& l.qui noua.ff.eo.quod.
& Cuiac.in ſuis ad hunc titulũ tam in ff.
quã Cod. Paratitlis adnotauit,& ſequitur.
VVeſembechius in notis ad eũdem ti. in
princip.atque hoc idẽ Cicero in oratione
de Aruſp.cũ reſpõſis demõſtrat illius uer
bis. *Decreuit Senatus eos, qui id feciſſent
lege de ui, quæ eſt in eos, qui uniuerſam
Rempubli.oppugnaſſent teneri*. Non enim
ſolum armorum delationem l.Iulia de ui
publica conſiderat,l.penult.§. qui telum,
ff.eodem,ſed cum arma,& in actu publi-
co, & malo animo deferuntur,ut clare eli
citur ex Vlpiani uerbis illis in l.qui dolo.
ff.eod.

## Item,qui cũ telo dolo malo in cõcione fuerit, aut ubi iudicium publice exercebitur.

Et hæc diſtinctio inutilis non eſt ratio-
ne pęnarum,quæ diuerſimode ab una,&
altera harum legum inferũtur.dicta l.qui
dolo.in fi.& l.1.in princip.ff.ad l.Iul.de ui
priua.Quamuis hodie utraque pœna arbi
traria ſit ut demonſtrat Menoch & utran
que legẽ Imp.& rub.& re ipſa in Codice
coniunxerunt,& pœnam illam publicatio
nis bonorum ꝑ l.Iuliam illatam correctã
eſſe dicit Guid.Pap.deci.437.num.4. licet
Nat.d.conſi.240.uoluerit pœnam eſſe bo
norum deportationem.

4 Dubium tamẽ oritur, nunquid† uis pu
blica tunc dicatur facta,quando quis ſolus
& armatus aliũ uulnerat, uel inſultat nul
lis coactis hominibus quo caſu ampliare
legem illã uis publicæ aliqui uoluerũt, ita
ut talis uulnerãs pœna huius l.mulctaret.
Sed hæc ampliatio uiſa mihi ſemꝑ fuit
dubitabilis, & nimis rigoroſa, & dum in
teruenire collationibus cauſarũ Senatus
Sabaudiæ in hac patria Pedemontana tũc
Vercellis reſidenti 1552.die 22.& 23.De
cẽb.per illos duos dies diſputata,fuit hæc
quæſtio,exiſtẽte tunc Præſide ſuperilluſt.
& doctiſ. D Nicolao Balbo,& maior pars
dominorum inclinabat in mitiorẽ partẽ
ꝙ hoc caſu nõ diceretur uis publica,& ita
iudicatum fuit licet non multis antea die
* bus in ſacris audientijs re non ita plene di
ſcuſſa cõtrarium ſtatutum fuiſſet. Ego igi
tur quo magis quæſtionem hãc dubitabi
lem iudico, ac quotidianam, eo magis ꝑ
ueritatis indagatione in eius examinatio
ne ꝑſiſtere decreui.arguẽdo ad partes, &
authoritatibus utrãque opinionem com
probabo. Quod igitur uis publica tunc di
catur commiſſa, quando quis ſolus cũ ar
mis aliũ uulnerat tenuit ex profeſſo, Th.
Gramma.conſi.crimi.43.per totũ.ubi ita
iudicatũ teſtatur, & cõmuni uſu iudicio
rum hodie ſeruari dicit,ut committẽs in
ſultum.cum armis teneatur.l.Iul.de ui pu
blica. Pro qua opinione allegat.Maria.de
Caram.in apparatu cõſtitut.regni ſi quis
aliquem,qui dicit ita communiter teneri
& Nicola.de Petra.& Petr.de Monfor. ac
quoſdam alios Neapolitanos, præſertim
Andræ de Iſern.quem ita tenentẽ uidi in
cõſtitut.de Illicita portat.armor.libro 1.
conſtitut.titulo decimo,in 1.gl.uer. ſed ſi
damnum.& uerſi. multo. quoque magis
& cõmuniter ita etiam teneri ſcribit apo
ſtillator ad Luc.de Penna per eũ relatus
in fi.dicti conſilij,qui tamen re inquit co
gitãdum, eandem opinionem tenet Mar.
de Afflict.in dicta conſtitut.ſi quis aliquẽ
gloſ.fina.colum.penult.referens illam gl.
per ipſum allegãtẽ.communiter approba
ri,& Carer.in ſua prax.§.circa.num. 343.
idem Gramma.conſilio 55.numero ſecũ
do,& tertio,inter crimina.ſequitur. & cõ
munem dicit.Iul.Clar in practi.crimin.§.
fina.quæſtio. 83 uerſi uim publicam.poſt
eundẽ Grammat.ſuper conſt.regni. Sunt
& alij authores,qui pro hac parte citãtur
& citari poſſunt,qui tamen non clare ex
primunt,ſed ſimpliciter dicunt,quod pro
inſultu cum armis,aut etiam pro uulnere
competit lex.Iulia. de ui publica ita Albe

ri.in l.ſi criminis. C.eodē.Azo. in ſumma eiuſdem titu.in prin. Gomez.li.3. uariar. reſolu.cap.4.in princip.ubi uolūt legem illam Iuliam locum habere aduerſus eum, qui arma in publico portauerit, ergo multo magis ſi liquem uulnerauerit.

Pro hac autem opinione adfert in primis Grā.tex.†in l.3.§.eadem.de ui pu.ibi. 5

## Eadem lege tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit.

Arguendo a maiori, nam ſi hoc uerum eſt, quod ſtans in publico cum telo punitur hac l. ergo a maiori ſi quis inſultet, aut uulneret cum telo, & cum hic text. loquatur in ſingulari, nō eſt ulterius quærendū ego ulterius pondero hunc tex. in illa dictione *cum telo*, quæ ſub ſingulari ſermone non fuit portaſſe perpetuam prolata, demōſtret Iuriſconſul.non eſt pluralitate armorum, & telorum uim publicam induci, ſed etiam unico telo. In quem ſenſum ponderari etiam poſſunt aliæ leges huius titu.de ui publ.quæ pœnam pro delicto a ſolo homine commiſſo inferunt etiam ſine armis, ut dicta l.3.§.præterea. & §.ſed & qui incendio, cum gladio aut telo, l.qui cœtu.§.qui uacantem.cum ll. ſeq.uſq; ad §.*hac l.qui dolo*.D.eodem. faciunt etiam quæ ſcribit Menoch.dicto caſu.394.nu.4. & plurib.ſeq.

6 Secundo aducitur per eundem Gram. tex.in l.1.D.eo.ti.ubi is, qui in domo, uel foris tenet arma ad alium finem quam itinerandi, nauigandi, uel uenandi cauſa, tenetur illa lege, cum illius legis præcipuū edictū ſit, ne quis arma domi habeat, uel foris, quod quidem edictum nō ad plura armorū genera, & plures homines, ſed ad unicum telum, & ſingulos homines referri poteſt.

Tertio ego pro hac parte dicebam eſſe tex.in l.nec intereſt.§.fin.ff. ad legem Iul. de ui priua.ubi tenetur quis de ui priuata non ſolum ſi ad facinus cōuocati homines ſint, ſed etiam ſi nulli fuerint conuocati. imo etiam ſi nulli vulnerati, uel pulſati, ut etiam Caliſtratus ex oratione Diui Marci oſtendit in l.pen.ff.eo.ibi.

## Tu uim putas eſſe ſolum, ſi homines uulnerentur.

Quæ uerba de ui publica accipiēda ſūt qui uulnera fiunt cum armis. Neq; ſolam hominum conuocationē prohibent l. Iuliæ. partem conſideraſſe uidemus, ut in primo argumēto diximus, ſed armorum delationem etiam a ſolo facta; ut pariter innuit Iuſtinianus.§.item lex Iulia. inſtitu. de public.iud.nam ſi ſine armis per uim factum aliquid fuerit, uel ſine magiſtratuum authoritate, uis priuata ſuccedit, ut nouiſſime oſtē diſſe uidetur Anto. Auguſtin. nouiter edicto elegātiſſimo de legib.libello ſub illa.l. de ui publ. & priua.& ex illarum legū capitibus aperte elici poteſt, & Iuſtinian⁹ in d.§.item lex Iulia. uim cum armis factam punit nulla diſtinctione adhibita an uocato cætu uel non, ergo nec nos diſtinguere debemus.

Quarto, & ultimo adducitur pro hac parte ineuitabilis tex. quē citat quidem Grā. ſed nō ponderat in l.2.§.ſed & ſi unus.ff. ui bonor.rapt.ubi edictū illud ſic Vlpiā. in uerbis illis *hominibus coactis*, interpretatur, ut etiam qui ſolus uim fecerit, nihilo minus edicti uerbis comprehenſus cenſeatur, unde quamuis ſupra citatis legibus reſponderi poſſet ea procedere, quando coactis hominibus uis facta eſt, hanc tamē ſolutionem lex hæc non admittit, imo uidemus in titul.Iuliæ de ui pub. caſum illum de hominum conuocatione ſeparate poſitum fuiſſe.

Contra hanc ampliationem, & q†tunc non dicatur uis publica ſed priuata. tenuit expreſſe Barto.in l.ſi criminis.C.eo.ubi Saly.Bonifa.in tit.de ui pub. col.2. uer.item & ille tenetur qui conuocatis, &c. Pro qua opinione allegatur in primis text.in d.l.ſi criminis.quem ad hoc ponderat Barto. & quamuis Barto.ibi teneat nō eſſe uim priuatam ſibi homines cōuocētur, tamen ueritas eſt incontrarium, quia uis priuata ēt tunc dicitur cū homines coadunatur, ut eſt tex.clarus in l.hac lege.D.ad le. Iuliā. de ui priua.

Secūdo adduci poteſt l.3.in princ.& §. fi.& l.qui cœtu.D.eo.ad le.Iul.de ui publ. ubi tunc demum tenetur quis pœna illius legis, ſi cœtum aut turbam eamque cum armis conuocauerit, ego, ut uis publica dicatur requiritur hominū armatorū conuocatio, alias erit locus ſecundo capiti illius legis, nempe de ui priuata.ideoque in l.pen.ad l. de ui publ. in prin. delictum factum



factum in turba, & cum telo puniri illa l. Iuriſconſ.ſcribit.

Tertio facere pro hac parte videtur qđ claīe ſcribitur in l.q dolo.§.hac eg D e.

## Hac lege tenetur, & q cōuocatis hominibus uim fecerit, &c.

Et quamuis illa copula, & ibi poſita caſum ſeparatur conſtituere uideatur, tamē quia uis non ſolet fieri niſi conuocatis hominibus magis dicendum eſt illa uerba ad omnia legis Iuliæ capita referenda eſſe, & hoc modo reſpondebitur ad omnia argumēta pro cōtraria parte adducta, ut intelligantur procedere ſi a ſeruiente cōuocati homines armati fuerint. Præterea reſpō 7 deri ad contraria iura poterit† præſertim ad l.3.§.eadem.ff. eo.illa procedere qn in ſultus fit in uia publica, ut apparet ex verbis text ibi, *in publico*, quod quidem non abſque ratione ſtatuit cum alias ſcriptū ſit in l.1.§.1.de his, qui deiecer. uel effuder. publice intereſſe ſine metu, & periculo itinera commeari iuncta glo.ibi in uerbo ſecuritatem. Et per hunc text. ita declaratū ſuſtineri poteſt ſentētia latis in factis audientiis, qua iudicatū fuit per duos excellentes iuriſtas, eū teneri de ui publica, qui in publico itinere ſolus aliū inſultaſſet ac uulneraſſet, & certe attentis uerbis uix negari hoc poſſit quin talis armata uiolētia facta in loco publico dicatur uis publica. Cęterū ſi in priuato loco ſeu etiā itinere per q uulgo iter fieri non ſolet nec in uia Regia diuerſum ſentiem, ſi non conuocatis hominibus fiat, nec idem hoc caſu putarem quod eſt in edicto de his qui deiecer. uel effuder.§. parui cum in pęnalibus extenſio fieri non ſoleat, quamuis contrariū ſenſerit Bonifa. in tit. de inſul. nu.12.ubi uult, quod ſi ſtatutum punit delinquētē in uia publica puniatur etiā is, qui in loco priuato delinquit ubi iter fieri ſolet, facit ad huc quod ſcribitur in l qui dolo in fin. princip.D. eodem. Ex quibus poſteriorē 1 hanc opinionem, ut ſupra dixi tanquam mitiorem ſequutus fuit Senatus pro qua facit alluſio uocabuli a qua etiā licet arguere, l.2.§ appellata, ff.ſi certū petat. dicitur enim publicum quaſi populicum & bona publica, quæ ad populum pertinēt l.bona. ff.de uerborum. ſig. ideo ut uis ſit publica requiritur, quod ſit populica, & cum aſſiſtentia multorum nō autem vnius tantū, & hęc opinio eo magis locum ſibi uindicabit, quia hodie non ita telorum portatio prohibita fuit imo ad ſolos ſeruos Imperatores Leo, & Antemius prohibitionem reſtrinxerunt. l ſi C eodem iuncto etiā ac quod hæc pœna hodie iudici arbitraria relinquitur, ut ſupra ſcripſimus, & etiam ac caſatori arbitrium relinquitur l. ſi Præſes 32.D de pen & iuxta uarios caſus arbitratur. Craue. conſi 18.num.17. Cæterum de rigore iuris altera opinio ſuſtētabilior ui deri poteſt. Hæc tamē diſputatio licet dubitabilis ſit, tamen in practica redditur ſuperflua, nam licet publica diuerſimodè puniatur quādoque mortis l. pen.ff de vi publi.quando deportationis l.qui dolo.in fin ff eodem ut Pariſ.conſilio.120. regula riter.numero 29 lib.4.Boer. de ſedit o.§. 7.numero 29. tamē hodie uidetur remitti iudicis arbitrio, ut ſupra dixi, qui ſecundum rei circunſtantias grauius, uel mitius puniet modo ad uim publicā modo ad priuatam pœnam declinando iuxta caſus acerbitatem aut leuitatem Craue. cōſi.224.num.2.

## Ceſſioni bonorū an ſit locus ſtāte renunciatione etiam cum iuramento facta. Et quid in milite.

### DECISIO XXXVI.

1 *Ceſſio bonorum regulariter admittitur.*
2 *Ceſſio bonorum fieri poteſt non obſtante renunciatione, & quid ſi iuramentum acceſſerit num 4.*
3 *Pactum, quod debitor carceratus non poſſit bonis cedere, improbatur.*
5 *Miles quomodo a ceſſione bonorum quæſal ua honeſtate concedi ſolet, excludatur.*
6 *Ceſſio an admittatur ad pœnam ex delicto inditam.*

CEDERE† bonis qui poteſt ad euitandos carceres & ut a debito liberet toto tit.ff & C.qui bō.ced. poſ. §.1.īſtit. de act. & utrobique doctores, & aliis in locis inf.allegādis. Dubium tamen non leue inter iuris interpretes eſt, an huic ceſſioni bonorum † lo- 2 cus ſit, qn illius beneficio, expreſſe per debitorem

bitorem fuit renunciatū. Et quidā uoluerunt non obſtāte tali renunciatione debitorem hoc miſerabili beneficio iuuari poſſe, ita Bar. in l. alia. §. elegāter. nu. 14. & 15 D. ſolu. matrim. per gl. in auth. Imo. C. de act. & oblig. poſt Ricard. Malumbr. Imo. ī dicto §. elegāter. Angel. in repeti. l. nemo carcerem. col. 4. C. d' exact. tributor. li. 10. Alber. in rub. C. qui bon. cede. po. num. 11 12. & 13. Iaco. de Belu. in §. quod autē authen. de fideiuſ. Paul. de Leaza. in diſpu. incipiente primo quęritur. in 3. dub. Ant. in cap. Odoardus d' ſolu. Imo. & Cardi. in capit. lator. de pignoribus Dyn. quē refert Alberic. in dicta rubr. numero 11. & 12. Ioann. Faber. in §. fina Inſtitu. de act. & hāc opinionem communem dicit Cum. in d. §. eleganter. Ang. in §. fin. Inſtit. de act. co. fi. Caſtren. in dicto §. eleganter. per illum text. Barto. conſilio 116. Captus nume. ſecundo, lib. 2. Speculat. in tit. de renuncia. & concluſ. numero 29. lib. 2. licet Abb. in loco infra citādo illum pro ſe alleget. Iaffred. Balb. Cherienſ. ſuarum deciſio. ſe. cōcluſ. centur. 1. deciſio 4. & magis communem dicit Menoc. de arbitrar. iudic. libro 2. caſu 183. numero 18 poſt Didac. quē uideas late de hac ceſſionem differentē libro 2. uariar. reſolutio. capitu. 1. nume. 7. Neuizan. qui plures cumulat. conſ. 59. numero 6. Franc. Beci. conſilio 10. nume. 6. illamque cum diſtinctione tamē ſequitur Matth. Brun. Ariminē. in tract. de ceſſ. bonor. quæſt. 21. principa. numer. 13. Ioſeph Ludoui. deciſio 64. nume. 13. par. 2. Rota in antiqui. deciſio 566. colum. 3. ubi dicit eſſe communem & magis cōmunem Alcia. in cap. cum contingat. numero 72. de iureiu. eādemque opinionē receptiorē, & humanæ ſocietati congruētiorem dicit illam ſequēdo Gaſpar. Beat. in ſuo tract. de inope deb. credito. addicē. numero 41. ca-
3 pitu. primo, ratio eſt, † quia non tenet pactum, quod debitor carceratus non poſſit bonis cedere tanquam contra bonos mores, & ipſius hominis uitam præſtitum, ut cōmuniter teneri pręceteris teſtatur Donat. Fina. libr. 1. regula in uerbo ceſſio per nota doctoribus in l. obligatione, D. de pignoribus Soci. reg. 342. alias. 279. pactū quod debitor. hocque pactum uidetur cōtra expreſſam legum ſanctionem in dicta l. nemo carcerem, C. de exactio. trib. quāuis dici poſſit legem illam loqui de carcere φ datur ad pænā non aūt de eo, quod debitori datur ꝓ retētione pſonę donec ſolutum ſit debitum, quia hoc cōceditur, l. 1. C. qui bono. cede. poſ. ideo contraria & forte melioribꝰ munitus rationibus defendit nouiſſime Math. Cole. Saxo. in tractā. de proceſſibus exequu. parte prim. capit. 6. numer. 40. & ſequ ubi late, ſed quo ad renunciationem a ſupra relata opinione quam communem fatetur nō recedit, numer. 86.

Contrariam ſententiam, quod ſtāte renūciatione ceſſioni non ſit locus, tenet ex antiquis Pet. quē refert Alber. in l. ob ęs numero 3. C. de obliga. & actio. Iacob. de Aret. Ang. & Roman. in dicto §. elegāter. Federic. de Sen. conſilio 60. Imo. in capit. cum contigat, in 1. & 10. membro principali. Alexand. qui dicit ueriorem in dicto §. eleganter, numero 11. ubi reſpondet ad contraria. Rot. dicta deciſio 567. colu. fina. ubi tamē tot modis hæc opinio declarātur, ut remiſſa uideatur iudicis arbitrio Abb. cōſilio 42. in prin. lib. 2. qui dicit ita multos tenuiſſe. Felyn. in ca. ex reſcripto. numero 9. de iureiuran. & in capitu. ſi diligenti colum. 2. de foro compet. Rip. in l. obligatione, nu. 30. D. de pignor. ubi late examinat. Cattel. Cotta inter memora. litera S. uerbo ſolui. & ī hac opinione uidetur reſidere Neuizā. d. conſ. 56. num 6. in fin. dicens ita ſepius uidiſſe iudicatum. licet dici poſſet Neuiz. loqui, quando adeſt iuramentum una cum renunciatione pro. ut loquitur nouiſſime Iacob. Micheli ī patrocin. 42. numer. 3. & pro hac opinione facit illa doctorum opinio quod obligatio facta a debitore ad carceres ſubſiſtat, quam docte comprobat Andræ. Gail. practicar. obſerua. libro ſecundo. obſeruā. 45 & Zaſi. ſingular. reſponſor. libr. 2. capitu. 8. licet cōtrarium teneat Guid. Pap. quæſ. 61. in princ.

Alii uero e doctoribus uidentes dubiā huius articuli reſolutionem ad diſtinctiones recurrere cœperūt, quod aut hoc pactum, & renunciatio facta fuit incontinenti in inſtrumento mutui, & tunc ſubſiſtat, aut ex interuallo, & nō teneat, ita cū hac diſtinctione uidetur trāſire Dy. & Iac. de Arena ſupra relati. Ioann. Andr. ad Specu. dicto titu. de renuncia. num. 29. etſi Bru. dicta



dicta quæſ. 21. nu. 2. in fi. referat Dynum. dicentem contrarium.

Quidam diſtinguunt duo capita huius beneficii. Primum quod non poſſit debitor incarcerari, & in hoc renunciatio non ualeat. Secūdum quod teneatur poſt pinguiorem fortunā in plus quam facere poſſit, & ualeat hoc pactum ita Bald. in dicta l. prima. C. qui bonor. cede poſſ. Cumā. in dicto §. eleganter. Angel. in dicto §. fin. inſtitu. de actio. Guido Pap. deciſio ſeu quæſtio. 211. nume. primo, Rota dicta deciſione. 567. in antiquita. Brun. dicta quæſtio. 21. nume. 13. Gaſpar. Beat. dicto tractatu. de inope debito. num. 45. & hęc poſterior diſtinctio mihi nō uidetur contemnenda.

* Quamuis priorem ſententiā nulla diſtinctione facta ſequutus fuerit Excellentiſſ. Senat. 1560 5. Iunii. qui magis æquitatē quam rigorē ſemper ſequi fuit ſolitus, & cū hac pariter opinione Cameram Imperialem tranſire refert Andræ. Gail. uir doctiſſimus in lib. de pace publica. 2. capit. 2. numero 23.

4 Maius † uero dubium oritur quādo renunciatio fit cū iuramento, quia tunc uideretur ob animę periculum debitorē ad ceſſionē non eſſe admittendum, ut tenuit Federic. dicto cōſilio 60. Rota deciſio 2. titulo de iureiurā. in antiquis, alias deciſi. 566. in nouioribus impreſſis eſt deciſione 31. ſub titulo de ſentē. & re iudic. Alexa. in additio. ad Bartol. in dicto §. eleganter. Abb. in dicto conſilio 42. lib. ſecundo. addit. ad Abba. in dicto capi. cum contingat. nume. 32. Henrich. Boich. in ca. Odoard. colum. 2. de ſolut. Neuizan. in dicto cōſil. 59. & uidetur ſatis rationis cōſētanea hæc opinio ſed quia eſt contra bonos mores, quo caſu nō eſt iuramentum obligatoriū ideo ab illa aliqui, & forte magis communiter receſſerunt. Rota dicta deciſ. 566. capela Tholoſa. deciſio 61. & aliquos citat Neuizan. dicto conſilio. 59. num. 6. Ludo. dicta deciſio 64. nume. 21. Imo etiam nō obſtēta abſolutione iuramēti. Guid. Papæ dicta quæſtio. 211. quod dicit ibi mirabile appoſtillator, & ſequit Bero. quæſt. 133. faciunt, quæ ſcribit Ludouic. dicta deciſio 64. num. 20. Egoque ab hac opinione uti benigniore non recederem per ea quę docte ſcribit Gaſp. Bea. dicto tractatu de inope debit. num. 432. ad quem lectorem remittimus, ne longiores inſtituto noſtro ſimus, ſed hoc caſu eo modo ꝓcedere hāc opinionem intelligerem, ut ad ceſſionis quidem beneficium admitatur debitor, ſed ignominioſam facere debeat, nō enim ęquitatis begnignitas in damnum alterius ita extēdenda eſt, ut ſaltē timore hoc debitoribus adhibito creditoribus ſatisfiat. Itaque cauti ſint Principes eiuſque conſiliarii, qui ceſſionis huiuſmodi literas concedunt, ut ita facile debitorem ad ceſſionem illam ſalua honeſtate (prout quotidie fieri uideo) non admittant, multæ etenim fraudes ſub hoc honeſtatis colore cōmittuntur uidemus enim multos poſt hanc ceſſionem non ſint grauiſsima creditorum, iactura non ſolum ſecreto, ſed & aperte opulenter graſſari, ſatiſque erit debitoribus ſi liberati ſint ab antiqua illa legū 12. tabularū rigoroſa ſanctione, & corporis dilaceratione, de qua meminit gloſ. in l. fi. in fi. C. qui boñ. ceder. poſſunt. non pateatque locus regulæ, qui non habet in ære, luat in corpore. capitu. finem litibus, de dolo, & cōtumac. ideo ex ſimplici Principis reſcripto hāc ceſſionem, admittente ignominoſæ ceſſioni non cenſeri derogatum innuit Bald. conſilio. 437. uolumine quarto, quamuis ex eiuſdem Bald. doctrina conſilio 301. uolumine quinto. cōtrarium defendat Brun. de ceſſ. bonor. ſexta quæſtione principali, numero ſeptimo, vbi in fine ponit cautelā pro creditore, vt ante ceſſionē petat debitorem cōdemnari ſibi ad ſeruiendum, de qua tamen dubito ꝓpter l. ob æs. C. de act. & obli. & huiuſmodi ceſſio ignominioſa infamiā irrogat quod antea ex alia leui tollebatur, ut pulchre oſtendit Anto. Contius li. 2. diſputat ſub ceſſi. uar. cap. 18.

5 Supraſcriptam † uero opinionem, quod ad milites attinet quidam limitant, ut nō habeat locum, quādo priuilegiis militaribus eſſet renunciatum, quæ diſponunt, ne quis cedat ignominioſè quia hoc caſu uidentur ceſſare rationes impediētes omnimodam ceſſionum renunciationem cum faciat id, quod lex municipalis ſuadet, & mandat, ſed cōtrarium in facti contingen-
* tia iudicauit Senatus noſter in cauſa Raſati & Breſani, quia miles hoc caſu uidetur renunciare priuilegio, & defenſioni proprii honoris, quod ęquiparatur uitæ. l. iſti

quidem. D. quod met.cau. unde ſicut nõ eſt dominus membrorũ ſuorum, ita nec honoris, item, quia hæc priuilegia concernunt militiam, & illius dignitatem, cui ipſe nõ poteſt ſuo pacto præiudicium inferre, bene tamẽ ad aliam minus ignominioſam ceſſionem admittetur.

Ab hoc uero ceſſionis beneficio excludetur debitor ille, qui totã ſuam, creditorumque ſubſtantiam luxurioſe prodigioſèque uiuendo conſumpſit, quia hoc caſu lata nimis fraudibus uia pateret, & ita eleganter conſuluit Neuizan. dicto conſi. 59. nouiſſime P. Rebuffi conſil. 184. qui ita limitant ſuperiorem regulam. Alias limitationes uide apud Socin. dicta reg. 279. pactum. &c. Et regu. 65. cedens bonis. vbi Benedict. Vad. Rip. in d. l. obligatione. nu. 30. & 33. Afflict. deciſio 278. & 279. Neuiza. dicto conſilio 59. nu. 8. 9. & 10. ubi notandas fallentias proponit, & plura Matth. Brun. de ceſſ. bonor. 4. queſt. principa.

6 An uero † propter pænam ex delicto inflictam tam erga fiſcum quam ergo partem læſam ceſſio admittatur, uide quæ dicã infra deciſio 182. & de hac ceſſione, & illius in pluribus locis obſeruata formula uide Roderic. Xuar. in ll. fori, tit. *de los gouiernos* num. 1. & pluribus ſequen.

Sed quoniam de ignominioſa ceſſione ſupra meminimus, cuius formula non ita omnibus innoteſcit, cum illius praxis refrigeſcat, ſubiicere hic & tranſcribere uolui pulchrum Ducis Amedei decretum, quod manuſcriptum habeo, & cuius obſeruantiam creditores implorare deberent, cum inter antiqua decretorum uolumina Sabaudiæ impreſſum non reperiatur, & eſt tale.

## DE CESSIONE BONORUM

*AMedeus Dux Sabaudię, &c. Dilectis conſilijs nobiſcum, & Camberiaci recidentibus ſalutem, &c. uniuerſis, & ſingulis iudicibus ac iura ubilibet ſubditione noſtræ reddẽtibus modernis, & poſteris rei geſtæ notitiam cum ſalute; Extat eis iuſtitiæ preſidium, & populo quẽ diuinæ diſpenſationis arbitrium, & ſceptri Imperialis culminis munificẽtia noſtro contulit dominio, querela iacturæ interpellat, ut noſter munificentiæ præſagium aſſurgat ad conterendam plerunque malorum debitorum contingentẽ corruptelam, qui in ſuis pollicitationibus reſidere non uerentes, & alias iniuſte corroſum, & ſuorum fraudem, & calumniam creditorum ex abruto repentiniſque, & intentis motibus machinatas per procuratores bonorũ ſuorum fraudoſas faciunt ceſſiones, ad quę illuſoria imo & diſpendioſa proculdubio proſilire formidabant, ſi priuſquam ad talia miſerabilia beneficia admitterentur oprobriis giominioſis quæ actibus ſe cernerent polluturos. Qua de re talium fraudibus, curioſitatibusque debitorum, & ſuorum huiuſmodi creditorum indemnitas obuiare peroptãtes, & ne qđ legislatoris ſolertia impugnare decreuit, talium uerſutiis noſtris temporibus cedat in abuſum, peritorum uenerãda deliberatione, præuia, hoc noſtro peremptorio edicto, amodo in antea incõcuſſe obſeruando decernimus. & ordinamus, neminem ad finem faciẽdi ceſſionem bonorum forè per procuratorem admittendum uerum duntaxat propria in perſona unuſquiſque cedere uolens coram ueſtris competentibus examinibus debeat perſonaliter comparere, & bona cum aliis iuris ſolennitatibus nequaquam imprẹmiſſis obmiſſurum, in ſui admiſſione hora cauſarum ſuper lapidem, quem propterea ante fores ueſtrum cuiuslibet auditorii iubemus affigendum erectus ſtare aliquo temporis interuallo, & demum uſque camiſeam ſuis exutus ueſtibus, (tamen ſibi reſtituendis) palam ſtare, & de poſterioribus ſuper ipſo lapide binauice percutiendo alta uoce clamare,* CEDOBONIS, *vt ignominia actus huiuſmodi quam plurium copioſa cauſat aſſidua prodigalitas & calamitas, cæteri indecoris ſit in pudorem agere proponentibus, propoſitum duntaxat uerti timeſcat. Deinceps tamen & ab huiuſmodi noſtri edicti nexibus excluſis ualetudinarijs, & infirmitate notoriè detentis, adeo quod ueriſimiliter nõ ualuerint ad hoc perſonaliter cõparere, quos ad huiuſmodi ceſſiones per procuratores idoneas iuridice permittimus admittendos uobis, & ueſtrũ ſingulis diſtricte mandamus, quatenus huiuſmodi noſtrum edictum ſeruetis protinus illęſum: quod ſi ſecus fieret, (quod abſit) illud ex nunc irritum, & inane totaliter decernimus per præſentes. Datum Camberiaci. 15. Maij. MCCCCLXVII.*





Statum excludens cognatos admittẽdos agnatos, an includàt fæminas, agnatas, ita ut proximiores ex eis remotiorem agnatum excludant.

## *DECISIO XXXV.*

1 *Statuti uerba cum de perſonarum excluſione agitur ſunt ſtricte interpretanda.*
2 *Maſculinum de iure cõmuni fæmininum concipit.*
3 *Statutum fæminas excludẽs propter agnatos, intelligitur de his, qui ſunt in pari gradu.*
4 *Fæmina dicitur de agnatione, familia, aſaſa, & parentela.*
5 *Statutum excludens cognatos factum eſt ratione agnationis conſeruandæ.*
6 *Statuta agnationis conſeruationẽ reſpiciẽtia ſunt fauorabilia, & extendenda.*
7 *Statutum reſpiciens agnationis fauorem fæminas excludit.*
8 *Agnata proximior per remotiorẽ agnatũ excluditur, ſtante ſtatuto, quod extãtibus agnatis cognati non ſuccedant.*

STATVTVM extat in pluribus Italiæ locis in ſucceſſionis materia ſic diſponens, quod extantibus agnatis cognati non ſuccedant. Pro cuius explicatione dubitari contingit, an appellatione agnatorũ comprehendantur agnatę fœminæ, ita vt hoc caſu maſculinum fœmininum concipiat, & agnata fœmina remotiorem agnatum excludat, quod quidem magnis concludendum videretur tum ex generali, & vulgata regula, quæ in hac materia traditur
1 a doctoribus, quod † ſtatuti verba cum de perſonarum excluſione agitur vti odioſa ſunt ſtricte, vel ſaltem ad literam intelligenda, vt minus lædant ius commune l. præcipimus cum ibi nota, C. de appellat. Corn. late conſilio 271. num. 7. & 8. libro quarto. & in terminis huius ſtatuti arguũt Burſat. conſil. 208. nume. 9. & 10. libro 2. & ideo ſtatutum huiuſmodi uocans ſimpliciter agnatos, vocare videtur etiam agnatas fæminas, quæ tanquam per ſtatutum inuitatæ remotioribus agnatis maſculis excluſis ſuccedere deberent, per doct. Bartol. & Angel. in l. 1. §. filium. de bon. poſſeſſ. contra tabul. de qua Corn. d. conſil. 271. numero 14. libro 4. videtur etenim hoc ſtatuto nõ excluſa fęmina, ſed ſuſcitata illa antiqua agnationis, & cognationis differentiæ a Iuſtiniano inde ſublata, ob idque uocatis agnatis agnata admittitur ad excluſionem cognatorũ ex linea materna uenientium, & dicit Brun. de ſtatut. articulo quinto, quęſt 13. numero 81. quod verba illa *agnatis*, in ſtatuto poſita
2 utrunque ſexum comprehendunt, † maſculinumque hoc caſu fœmininum concipere videtur, iuxta iuris communis diſpoſitionem. § cæterum. inſt. de leg agnato. ſucceſſ. Abb. conſilio 36. numero primo, libro primo. faciunt, quæ in ſimil. ſcribit

Brun.articulo 12.numero 188.& ſequen.
3 quod †ſtatutum excluſiuum fœminarum
propter agnatio,intelligitur,duntaxat de
his, qui ſunt in pari gradu, cui ſententię
conueniunt, quæ ſcribunt Burſat. dicto
conſilio 208.libro 2.Roland.conſilio 15.
numero 21.libro primo,P.Ioann. Ancha
ran.quæſtion.familiar.libro ſecundo,quę
ſtio.66. numero octauo, & libro tertio
quęſt.21.

Tum etiam, quia licet mulier ſit finis
4 agnationis,tamen ipſa†agnata eſt, cum
ſit poſita in agnatorum gradu,& de fami-
lia dicitur l. voluntas. C. de fideicommiſſ.
l.2.circa princip.C.vnde legit. l. pronun-
ciatio.ff.de verbor.ſignificat.dicto.§. cæ-
terum.inſtit.de legit.agnator.ſucceſſ.Pur
purat.conſilio 409.numero quinto.& ſub
agnationis ac parentelæ nomine contine
tur iuxta Alciat.conſil. 69.numero tertio
ac de caſata nominatur Pariſ.conſilio 35.
numero quarto,libro tertio. hincque fit.
vt proximiorum appellatione veniat etiã
fœmina,& ab illa deſcendentes, vt late p
Tiraquell.traditur de retractu. §.1. quęſt.
nona,numero 201.Par.conſilio 88.n. 13.
lib 2.

Et ex his cum hac opinione in huius ſta
tuti terminis reperio tranſire Bal.in conſi
lio 295.libro tertio.Decius conſil. 13.&
563.Ruin.89.numero 28.libro ſecundo.
vbi atteſtatur de communi poſt Angelũ
conſilio 201.Corn.272.numero decimo,
libro quarto.230.verſiculo,item circa li-
bro 3.& 82,numero 8. libro 4. & ita re-
fert Corn.dicto conſil.271.fuiſſe conſul-
tum per Concilium Peruſinum,quod cõſi
lium video eſſe illud Angel.210.ſupra re-
latum, & pro hac parte contra maſculum
iudicatum dicit Alciat.conſilio ſexto, vbi
late in fauorem ſororis contra agnatos cõ
ſuluit,licet fateatur caſum ambiguum, &
periculoſum Ancharan.conſilio 120. Ale
xan.conſilio 28.libro 6.& 17.libro 7.Bo-
lognin.inter conſilia eiuſdem Alexa.con-
ſilio 49.libro 4.Pariſ.conſi.47.per totum.
lib.3.

Quod adeo verum eſſe,quidam ſibi fin
xerunt,ut etiamſi ſtatutum maſculos ex
primeret,tamen adhuc agnatæ fœminæ
proximiores admitterentur, ita conſuluit
Ancharan.Iun.dicta quæſt.66.libro 2. &
cum ſuperiori opinione reperio tranſire
Minadoum.in repetit.conſtit.regni.in ali
quibus.notab.3.num. 21. dicens ita fuiſſe
iudicatum in caſu fideicommiſſi. citatur
etiam pro hac parte aliud conſilium Bal.
473.libro 5.vbi tamẽ uideo illum ſine cõ
cluſione ob quæſtionis difficultatẽ tranſi
re,imo ſi recte põderetur in 2.co.in prin.
videtur magis ſentire contrarium,dum fa
uorẽ agnationis conſiderat, denique hãc
ſententiam aperte tanquam veriorem ſe
quitur Brun.dicto tract.de ſtatut.artic. 6.
quæſt.2.nu.75.& articu.11 numer.188 &
iuxt eam vidi conſulere D. Auguſtinum
Molignatum epiſcopum Britinorii virum
doctiſſimum.

Verum ſupradictis rationibus,& autho
ritatibus non obſtantibus contrariam ſen
tẽtiam communiorem reperi, eãque ue
ritati magis propinquã ſemper exiſtima-
ui.Pro cuius defenſionem pręſuppono in
5 primis, non aliam ob cauſam†ſtatutum
huiuſmodi conditum fuiſſe quam ratione
familiæ conſeruandæ; & agnationis aug
mentandæ,per quam familiarũ ſtemmata
in ſplendore conſeruantur, & diuitiarum
exuperantia illuſtrantur, neque alia ada
ptari poteſt cõmoderatio, vt dicit Corn.
dicto conſilio 271. nu.6. atque hoc nega
ri non poſſe ſcribit Dec.conſi. 13.num.7.
uerſiculo nõ obſtat ſucceſſiue Brun.dicto
art.3 n.12.ſed hæc ratio nullo modo po
teſt cum fœminis adaptari,nam ipſe non
conſeruant,ſed deſtruunt familias,& in ip
ſarum perſonis agnatio deficit, unde faci
le euenit,vt ſi ſtatuto fœmina admittatur
vti agnata,bona in extraneam tranſeant
familiam,& agnati,quia primo ſtipite de
ſcendunt aliquando in maximum familię
dedecus mendicare cogantur,uel turpem
aliquam gentilitatisquę ſuæ minime di
gnam,& congruam artem exerceãt ut in
nuit.Dec.poſt Bal.in l fæminę.nu.95. D.
de reg.iur.quod in fæmina bene maritata
cadere nullo modo poteſt.Hoc ſic in iure
præſuppoſito ſequũtur hæc iuris firmiſſi
ma,& ſolida axiomata.

6 Primo quod†ſtatuta agnationis, & fa
milię cõſeruationem cõſiderantia.& con
tinentia,ſunt utilia reipublicæ & propte
rea ac per conſequens ſunt fauorabilia ex
magis communi ſententia,de qua Burſa.
dicto conſilio 208.nu.5 Riminald.Sen.
conſilio 336.numero 34.libro 2.Cęphal.
conſi



conſilio 309.nu.24.libro 3.Curt.Sen.con
ſilio 9.colum 5.uerſiculo, & pro eadem
parte.H. Gabriell.conſi.13. ob idque latã
habere debeat interpretationem, ut idẽ
Burſat.ſcribit Franciſ.Marc. deciſio 546.
num 2.& 23.Cæpha.conſilio 490.nu.32.
33.libro 4.conſilio 521.numero 9. eod.
ita ut quidam in fauorem maſculorum ta
liter extendant, ut fœminæ per ſtatutum
excluſæ cenſeãtur etiam excluſæ a bonis
extra territorium ſitis.Calderin.conſi.34
rubrica de teſtamen.Minado.conſilio 12
numero 13. & 14.neque ex hac extenſio
impropriabunt hoc caſu uerba ſtatuti, ut
in ſimili dicit Baldus cõſilio 290. inſerto
inter conſilio Angeli quem refert Brũ de
ſtatu. arti.12. quæſt.9.num.129.pulchre
ac docte Ioan.Campeſ. de ſtatu quęſt.4.
num.30.

7 Secundo quod quæcũque†diſpoſitio
& ſtatutum fauorem agnationis,& dom⁹
reſpiciens, nõ comprehendit fæminas in
quibus finitur agnatio.Crauet.conſi.180.
250.& 306.Anan.conſi.4. uerſiculo circa
uero ſecundum dubium Ruin.146.nu.4.
libro 2.Pariſ. conſilio 22.nume.41.& 43
libro 3.Riminal Sen.121.libro 1.Imo ex
propria ſignificatione uocabuli maſculi-
num agnatis non comprehendit fœmini-
num.Iaſ.in l.qui filiabus.nume.18.& 21.
de legat.1.& quando agitur de conſeruã
da agnatione, mares fœminis ſunt præfe
rendi Corn. conſilio 26.num 4.lib.4 ubi
agit de dubia mente teſtatoris interpretã
da. Craue.& alii ſupra ac infra citati Alb.
conſilio 54.num.7.unde in ſimili diſpoſi
tione teſtamentaria, cum eſſet inſtitutus
quidã proximior de domo teſtatoris,fuit
* per Senatũ admiſſus ad ſucceſſionẽ agna
tus remota agnata proximiore ĩ cauſa de
Binelatis Sauilgianen.de qua per D.Oza
ſcum deciſ.127.& iterum me præſide in
quadam Niciẽ.1583.7.Iunii. & de hac di
ctione proximioris an per eam fœmina a
ſucceſſione excludatur,an uero ipſa exclu
dat ſubſtitutum dicam infra ſuo loco,quo
niam hodie iſte caſus contigit in quadã
cauſa ardua de Cuneo.

Tertia eſt concluſio, quod ſtatutum ex
cludens cognatos extante agnato non tã
tum tendit ad excludendũ cognatos quã
ad includendum agnatos qui dictos co
gnatos excludant uigore ſtatuti,agnatum
etiam excludendo,ut dicit Barto. in l.2.§.
uidẽdum D. ad Senatuſcõſul. Tertullian.
cuius dictum etiam in ſimilibus terminis
refert.Corn.dicto conſilio 271.numero 4
cuius argumento uſque ad num.7.hic ſer
uiunt & conſilio 276.numero 5.Brun. de
ſtatut.articulo 6. numero 101. qui nume
ro 106.Bar.dictum communiter probari
ſcribit.

Quibus ſtantibus concluſionis firma re
ſoluto ad quæſtionem propoſitum tradi
8 poteſt† agnatam nempe etiam proximio
rem per remotionem agnatum excludi.
Quam concluſionem aperte firmat in ter
minis Ana.d.conſi.4.ubi ponit rationem
Bolognin.in additionibus ibi per eum fa
ctis Crauet.dicto cõſilio 180.250.& 306.
Ruin.dicto conſi.146.nu.4.lib.2.Pariſ.22
num 41. & 43.lib.3 Riminal. dicto con
ſilio 121.lib.1.Bald.dicto conſilio 473.co
lum.2.libro 5.Corn.uarius,& inconſtans
conſilio 335.colum 3.libro 1.& conſi.13
colum.3.224.colum.2.& 3.libro 2. 6 &
41.lib. 4.Curt.Iunior.conſil.154. & 172.
Soci.1.227.colum.9.uerſicu.ſexto, & ulti
mo.libro 2.Caſtre.conſilio 190. Nouiter.
lib.2.& 47 uol.1.Socin.Iun.conſi.9.nu.5.
186.num.15.li.2.Alexand.188.colum.2.
in fi. libro 6. Dec. expreſſe in d.l. fœmi
næ num.95.de reg. iur.& in rubrica.C.un
de legit.Gabriell commu. opinio.libro 6.
de uerborum ſignificatio.conclu.6. nume
ro 60.Rube.conſi.47.Faciunt,quæ ſcribit
Purpurat.dicto conſilio 409.numero 8 &
9.Atque hoc eſt ius ſingulare,quod publi
cã utilitatem reſpicit, iuxta Pauli diffini-
tionem in l.ius ſingulare.D.de legi.Iuxta
quod in pluribus iuris noſtri articulis de
teriorẽ cõditionem fœminarum quã ma
ſculorum eſſe aliquãdo ſcriptum fuit l. in
multis. D. de ſtatu.hominum Quod qui-
dem iuri communi ex media iuriſpruden
tia conforma erat dicto §.ceterũ. uerſicu
lo media autem iuriſprudentia.& per hoc
ſtatutum ſuſcitatam legum duodecim ta
bularum diſpoſitionem dicit Bald. dicto
cõſi.473.colum.2.Lege enim ueteri cau
tum erat, ut agnatus proximus familiam
haberet imo, & Moſaica lege, ſtante ma
ſculo fæmina nõ admittebatur, ut legitur
Numeri.cap 27 quod etiam nunc Hebręi
obſeruant. Marquard de Iudæis,par.2 c.2.
num.5. ex quo capite colligimus male a

Iuſtiniano damnatam legum ueterum di
ſpoſitionem fœminas excludentium, &
peſſime a quibuſdam ſtatutorum diſpoſi-
tionem ad familiam conſeruationem uo
cantem ſolos maſculos accuſari, cum iſta
excluſio ſit ad ſummo Deo legũ opificæ
maximo in ſuis legibus ciuilibus cõſtituta.

Neque obſtat agnationem etiã per fæ
minam ſaltem ipſa uiuente conſeruari cũ
& ipſa agnata ſit, quia licet illa ſit agnata,
eſt tamẽ principium cognationis, ideo de
illa iudicat ac de cognatione, & in cogna
torũ ordine referri debet, & ſicut a fratre
ſororis maritus cognatus appellatur, etiã
ipſa cognata dicitur, ut tradit notabiliter
poſt Caſt. Curt. Iun. cõſilio 172. num. 5. &
152. n. 13. per illius enim perſonam bona
in alienam tranſeunt familiam. Pariſ. con
ſilio 63. num. 26 lib. 2. & uxorata fœmina
ius agnationis ipſo iure amittit, ſicut, &
ius ciuitatis, cũ efficiatur de loco unde vir
eſt ut dicam infra deciſ. 123. nu. 9. & 12.

9 Ex quibus infertur ad † ſtatutum exclu
dens lineam materiam, & uocãs agnatos
quod fœminam agnatam excludat. Anan.
dicto conſi. 4. Brun. dicto artic. 6. quæſt. 9.
num. 133. & articu. 5. quæſtione 13. nu. 71.
& ſequen. Purpurat, dicto conſil. 409. nu.
6. libro 2. & ita intelligit Cephal. dicto cõ
ſilio 408 num. 36. maleque in cõtrarium
conſuluiſſe. Corn. dicto conſilio 276. li. 4.
Dec. 593. in fin. & conſilio 13. ubi cõſuluit
pro maſculis ex fœmina agnata, & quidã
hoc caſu uolunt ſtatutum ualere ad exclu
ſionem agnatæ ſi mater extat in medio,
nam ſi concurrant mater, & agnatæ, agna
tas a matre excludi uolunt Anan. & alii p
poſteriori opinione citatis, & ita uideatur
ſentire Brun dicto articu. 6, numero 105.
Propterea hoc ſtatutum interpretat Cor
neus dicto conſilio 176 numero 3. ut pro
cedat, quando illi, quorum cauſa cognati
excluduntur, & quos ſtatutum inuitat ad
ſucceſſionem, ſuccedunt, ſecus ſi non ſuc
cedant, quo fit ut agnata excludatur per
proximiorem imo etiã remotiorem agna
tum ſtante tali ſtatuto prout cenſuit Sena
* tus 156. Menſe Martii.

Infertur ulterius, ueram non eſſe ſentẽ
tiam Iunioris Ancharani in dicta quæſtio
ne 66. & dicta quæſtione 21. & aliorum
exiſtimãtium, quod quamuis ſtatutum lo
quatur de maſculis in ſpecie, tamen agna
tæ fœminæ proximiores admittatur, de
quibus miror cum nullibi probetur hæc
ſententia neque enim tantum condonan
dum eſt æqtati, quæ hoc ſuadere uidere
tur a Iuſtiniano cõſiderata in l. maximum
uitium. C. de liber. præteri ut agnati de fa
milia contra claram ſtatuti mentem reipu
blicæ utilitatem familiæ conſeruationem
& rationem ipſam excludantur. Ideo con
trarium noſtri magis communiter reſcri
pſerunt, cum quibus concurrit poſt Soci.
per ipſum allegatum Pariſ. conſilio 22. nu
mero 41. libr. 3. & quando maſculi uocan
tur, hoc eſſe indubitatũ dicit Cæphal. di-
cto conſilio 490. in fi. licet contrarium te
neat ſed male ſi ſimpliciter fęmine exclu
dantur, ut tũc proximiores agnatæ remo
tiores agnatas excludant in conſi. 343. nu
mero 10. lib. 3.

Cõſtitutũ collatum in tẽpus
mortis, uel poſt mortẽ cõſtituen
tis an ualeat, & operetur, & quid
addita illa clauſula ex nũc prout
ex tunc, uel econtra.

## *DECISIO XXXVIII.*

1 *Conſtitutum collatum poſt mortem conſtitu
entis nihil operatur, etiamſi a marito pro
dote reſtituenda ſit factum.*
2 *Clauſula ex tunc prout ex nũc, uel ecõtra
in conſtituto poſita, quid operetur, & nu
mero 4.*
3 *Conſtitutum collatum in tempus mortis an
ualeat, & effectum poſt mortem conſtitu
entis habeat.*
5 *Conſtitutarius cadens per mortem conſtitu
entis cõſtituto, qualiter ius ſuum recupe
rare poſſit.*

CONSTITVTVM, ſeu
cõſtituti clauſula, trãsfert
regulariter, & abſq; alia ſo
lemnitate poſſeſſionẽ rei
cõſtitutę a perſona conſti
tuẽtis conſtitutariũ ſtatim atque quis al-
terius nomine ſe poſſidere cõſtituit tex.
elegans ubi omnes notant in l. quod meo.
in prin. D. de aquiren. poſſeſſ. & per eum
uera acquiritur poſſeſſio, licet modus ac
quirendi ſit fictus, ut per Dec. in l. contra





ctus numero 12. ff. de reg. iur. Ozaſc. deci-
ſio. 36. num. 2. Dubitatum tamen fuit in
1 Senatu noſtro, an tale † conſtitutum ope-
raretur, ſi eſſet collatum poſt mortem in
tali facti ſpecie. Maritus conſtituit ſe ſolu
turum dotem uxori, uel hæredibus eue-
niente tempore reſtitutionis, quo caſu cõ
ſtituit ex tunc prout ex tunc, & e cõuerſo
ſe poſſidere bona ſua nomine uxoris, mor
tuo marito cum eſſet reſtituẽda dos uxo
ri ſuperſtiti, quæſitũ eſt an eſſet in poſſeſ-
ſione, bonorum obligatorum uigore dicti
conſtituti, & uotatum fuit, quod nõ, quia
conſtitutum erat collatum in eum caſum
unde incipere nõ poterat, cum fuerit col-
latum poſt mariti mortẽ, qui nõ poterat
illo tempore eueniente caſu reſtitutionis
poſſidere pro uxore, allegabantur docto-
res maxime Au. in l. quamuis. §. 1. ubi Ale
xan. nu. 7. & 8. & Cald. de Seyſell. ff. de ac-
quir. poſſeſſ. idem Alexan. conſi. 82. & 83.
lib. 2. Dec. in d. l. contractus. nu. 12. Pariſ.
conſ. 98. nu. 21. lib. 4. Iaſ. in l. quoties C. de
rei vendicat. Crot. in repet. l. ſi is, qui pro
emptore nu. 57. ff. de uſucap. Gabr. conſil.
141. nu. 5. & 6. Nat. conſil. 189. nu. 1. & cõ
muniter ita teneri ſcribit Siluan. conſi. 97.
nu. 1. li. 2. conſtitutum enim morte conſti
tuentis extinguitur, Roma. Corn. Gozad.
Grat. Tiraquell. & alii per Menoch. copio
ſiſſime citati in tractatu recuper. poſſ. re-
med. 14. nu. 64. quamuis contrarium ue-
lit Neuizan. conſilio 82. numero 18. ſed
ipſe loquitur ubi iam ante mortem con-
ſtituentis quæſita eſſet poſſeſſio per con-
ſtitutum, & in his terminis cõtra commu
nem tenuit Ferran. Gargiare. Bonon. pa-
troc. 3. qui limitat ſupraſcriptam opinio-
nem niſi conſtituarius eſſet negligens in
recuperando ſuam poſſeſſionem.

Dubiũ tamẽ maius oriebatur, ſtãte illa
2 clauſula in conſtituto appoſita † ex nunc
prout ex tunc, an illius uirtute cõſtitutum
ſuum operaretur affectum, prout illa ſtan-
te tenuerunt Alexan. in dicto conſilio 83.
quod eſt repetitum conſil. 51. lib. 6. Guid.
Pap. quæſt. 268. Iaſ. conſil. 147. libro 2. co
lum. 9. in prin. Neguſan. qui multas ratio-
nes Decium damnando adducit in tract.
de pignoribus. par. 2. 2. memb. nu. 4. & 5.
Caballin. Milleloqu 554. par. 2. & per ea,
quę ſcribit contra Bart. Iaſ. in dicta l. ſi is,
qui pro emptore. num. 344. & ſeq. & quæ
de uirtute illius clauſulæ ſcribit Purpura.
conſilio 557. nu. 34. lib. 2. & Tiraq. in tit.
de retract. conuent. §. 2. gl. uni. n. 85 eoq;
magis ſi conſtitutum conceptũ eſſet ſub
conditione quæ purificatur poſt mortẽ.
tunc retrotrahitur a tempore inhabili ad
tempus habile, ut dicit Alexan. dicto cõſi-
lio 83. Cro. in dicta l. ſi is qui pro emptore.
num. 52. poſt Oldrad. conſilio 139. uel ſi
3 † conſtitutum in tempus mortis eſſet col
latum ut idem Cro. uoluit exemplificãdo
in caſu ſupra propoſito, dicens hoc eſſe
pulchrum dictum, poſt Oldrad. dicto con
ſilio 139. Dec. in d. l. contractus. num. 12.
& in his terminis loquitur Guid. Papa d.
quæſt. 268. & Neuizan. conſil. 82. numero
25. in fin.

4 Sed hoc caſu † contrarium uerius eſſe
dictum fuit per ea, quæ ſcribit Iaſ. l. 1. C.
de codicil. & late in terminis huius clauſu
læ. Dec. conſil. 247. cuius rationes proba
biliores eſſe quam illas Neguſantij dicit
Alben. conſilio 103. in princ. & latius Syl-
uan. dicto conſilio 97. num. 16. uerſiculo
premiſſis tamen, & numero 21. ubi reſpõ
det ad contrarias authoritates, & adducit
elegantes rationes, ideo ad illum lectorẽ
remittimus, idẽque uoluit inter feudalia
Loffred. conſ. 9. num. 10. ubi reſpondet ad
alegatum cõſilium Alexan. Caualcan. de-
ciſio. 42. num. 29. & 30. par. 1. Natta dicto
conſ. 189. nu. 1. quo fit, ut ueriorem putẽ
Bar. opinionem, quam impugnat Iaſ. in di
cta l. ſi is, qui pro emptore. Neque obſtat,
quod in tempus mortis collatum uidea-
tur conſtitutum, quia conditio non niſi
poſt mortem euenit, quo caſu cum non
poſſideat conſtituens deficiente animo,
conſequenter ceſſauit conſtituti effectus,
ut tenet Gabriel. dicto conſ. 141. nu. 6. &
ita cenſuit Senatus Vercellis in cauſa Ver
cellen. cuiuſdã nobilis uiduæ de Rancis.

Declarãtur aũt ſupradicta, iuxt. Meno.
dicto Remed. 14. numero 67. ut pereat
5 quidem conſtitutum, ſed tamen † poſſit
conſtitutarius petere ſe mitti in poſſeſſio
nem uirtute illius clauſulæ, & illam ab hę
rede recuperare poſt Claud. & alios per
eum citatos. idemque dicere uoluit Alex.
in d. §. 1. num. 7. dicens, quod operatur hu-
iuſmodi conſtitutum quo ad dominium,
quod remanet in hæreditate, Neuizan. di
cto conſilio 82. num. 19. & ita pro conſti-

tutario conſuluit Gabriel. d. conſ. 141. n. 8. & 9. eoque modo intelligo procedere opinionem ſupra relatam Croti, Decij, Alex. & aliorum vt nō ualeat quidem conſtitutū ita, vt cōſtitutuarius dicatur ſtatim poſt mortem cōſtituentis poſſidere, ſed poſſit officium iudicis imploranda petere poſſeſſionem ſibi dari, & non poterit illi ſtante maxime illa clauſula ex tunc prout ex tūc denegari talis miſſio. Alias non poſſet conſtitutarius rem propria authoritate ocupare. Affliđ. deciſ. 335. nu. 5. cum multis alijs per Iuniorem Ancharan. allegatis, libro 2. quæſt. famil. q. 23. nu. 4. qui loquitur in caſu conſtituti per maritum facti. vide etiam ad hoc Nat. conſi. 453. nu. 3.

## Feriis ſi fuerint renunciatū, an teſtibus noceat iſta renunciatio, ita ut poſſint cōpelli inuiti ad deponendum. Obiterque nonnulla de Feriis.

### DECISIO XXXIX.

1 *Feriis ad utilitatē hominum indūctis renūtiari poteſt.*
2 *Teſtes an teneātur die feriata deponere ſtate renunciatione partium.*
3 *Teſtis an cogatur inuitus a loco ad aliū pro depoſitione accedere.*
4 *Feriarum plura genera, & qualiter obſeruatæ.*
5 *Feriarum mirabilis penes antiquos religio.*
6 *Feriæ repentinæ, quæ & unde dictæ.*
7 *Ferijs repentinis non renunciatur.*
8 *Feſti dies particulares.*
9 *Nundinæ.*
10 *Semiferiati dies.*
11 *Feriæ unde nomen habuerint.*

1 FERIIS † Meſſium Vindeminarum, & ſimilium inductis ob neceſſitatem hominum poteſt renuntiari, & in his ſine aliquo nullitatis periculo procedi de partium conſenſu poterit. l. prima, & l. ſi feriatis, vbi gloſſ. & Doctores. ff. de er gloſ. & docto in l. omnes, la ſeconda, C. de fer. cap. fin. extra eodem. Specul. de fer. §. nunc videamus. Ayma. Riual. in hiſtor. iur. ciuil. & Pontific. libro 2. numero 34. in fine. Alexand. conſil. 36. columna 3. libr. 1. Vant. de nullitatib. cap. 9. num. 130.

2 Dubitatum uero fuit, an teſtibus noceret iſta renunciatio ita, ut† ipſi ferijs non obſtantibus poſſint ad depoſitionem cōpelli, & reuocari, & reſolutum fuit, quod non, iux. gl. in l. omnes. C. de fer. la. 2. in fi- * ne. Specul. dicto. §. fin. numero 2. quam gl. communiter doctores ſequuntur in dicta l. 1. D. eodem. vbi Alexan. nume. 9. Iaſ. numero 9. Angel. Bal & Fulgoſ. ibi. & eſt notabile dictum Bertachini in tract. de epi. libro 1. parte 1. nume. 15. P. Rebuffus in ſua praxi. iudiciar. cap. 10. num. 77. in fi. quod tamen ego intelligere procedere, ſi teſtes examinandi eſſent rurales, alias dicerem poſſe cogi ad deponendum ſtante partiū renūciatione cum etiam alio tempore feriato mos ſit, ut ad examina procedatur inſpecta diſpoſitione nouorum ordinū, & ita iuris eſſe ſcribit Rebuff in tracta. de teſtib. artic. vnico. gloſſ. vltima, numer. 6. & de repr obat. teſt. articu. 1. & 2. gloſ. unica. nu. 26.

Fallit ſupradicta deci. ſi procederetur die feriata nō propter renunciationē partium, ſed ex natura cauſæ, tunc enim ferijs non obſtātib. poſſent teſtes compelli, iſta dicitur eſſe originalis limitatio Bal. in l. 1. de fer in lect. antiqua, licet ego eū nō repererim, ſed ita tenet expreſſe Ang. ibi. & Alexa. Iaſ. ac Fulg. Sed an hoc caſu poſſint

3 †extrahi inuiti de loco ad locū pro depoſitione, quæſitum fuit in Excellentiſſimo Senatu, & ſuper hoc diu diſputatum, quibuſdam tenētib. non poſſe compelli, & extrahi a rure ad ciuitatem, ſeu loci, quia officiū ſuum fuiſſet illius damnoſum cōtra re. l. ſed & ſi quis. D. quem ad teſta. ape. & quia hoc videretur durum, vt de procuratore dicit tex. in l. ſed & hæ. §. non ſolū. ff. de pcur. in fi. Alij s vero, quibus ego aſſentiebar. tenentib. contrariū dicentib. hanc opinionē eſſe de iure veriorem, & mouebantur iſti authoritate An. in d. l. 1. qui loquitur per verbū trahi inuiti, & la. per verbū extrahi. q̃ verba importare vident ut poſſint trahi extra locū, & p hac parte ac opinione dicebā ego eſſe te. ſatis clarū. i. l. teſtium. 3. §. fin. D. de teſtib. & colligi ex l. lege Iulia. & l. inuiti. prima. & ſecunda. eodem tit. & iuxta hanc opinionem fuit tandem iudicatum attento uoto maioris partis dominorum.

Aduertendum etiam eſt, quod talis renunciatio nocet quidē ipſis patribus, ſed non iudicibus, qui tempore feriato nō tenentē tribunali aſſiſtere, & ſæpe audiui Super illuſtrem D meū Caſſianum a Puteo reprehendentem litigantes, qui petebant cauſas eorum expediri, quia conſenſerant non obſtā ib. feriis procedi. dicebat enim ſi nos renunciaſtis, ego non renunciaui, & feriæ inductæ etiam ſunt in fauorē magiſtratuum, qui tota reliqua parte anni iudicijs incumbunt illiſque etiam danda eſt requies.

Sed quoniam de feriis agimus, ac alibi etiā de his dicemus, ut nihil antiquitatis ignoretur, uolui breuiter de his nonnulla hic obſeruata circa antiquum feriarū morē ſubiicere, ut curioſis, & ſtudioſis lectoribus ſatisfacerē, immo & mihi ipſi, cum nihil de hac materia doctore noſtri antiqui tetigerint. Sciēdū eſt igitur feriarum

4 †plura apud Romanos, (a quibus hæc omnia fere habuerūt initium) fuiſſe genera, ſed illa erant præcipua, quæ in honorem Deorū indicta erant, quæ pænes populos & gēte iuxta ritum, & religionem illorū diuerſimode obſeruabanť. Apud hebræos ſabbati dies ſanctus erat in honorē Dei, quia dominus ſex dierum opere peracto ſeptima requieuit, quo die iō negotia omnia tam familiaria, quam publica ceſſabāt erāt & aliæ feſtiuitates a Domino inſtitutæ ut Paſcha, & Pentecoſtes quarum feſtiuitatum ſicut & ſabbathorum etiam noſtris temporibus religioſiſſimis ſunt obſeruatores Romanis uero, & cæteris gētilib. factus dies erat, quo hoſtiæ cedebantur, & Diis ſacrificabātur iuxta Romuli, & Numæ Pōpilij inſtitutum, ipſorumque Diis feſtus dies celebrabatur, quæ feſtiuitates proprium nomen obtinebāt. Vnde Compitalia de quibus Gell. libro. 10 capitu. 24. Varr. li. 5. de ling. Lati. Pitheus aduerſar. lib. 1. c. 9. Nouēdialia de quibus Titius Liuius multis in locis mentionem facit, quę accidētaliter ex aliqua ſuperueniente cauſa indicebantur quæ nomina etiam nunc obſeruant aliqui qui nouenas (ut uocant) mouent. Fornacalia, de quibus Ouid. lib. Faſtor. Latinæ feriæ, Lupercalia, Saturnalia, de quibus Iuſtus Lipſius lib. 1. ſermo. ſaturnal. cap. 4. Lamprid. in Ale. P. Faber. lib. 1. Semeſtr. ca. 6. Et eiuſmodi de quib. Arnobius li. 7. aduerſus gentes, quę Aeſculapio, quę Cæteri, & Aliis Deiis celebrabātur, de quibus omnibus late & eleganter Hadrian. Iunius Ornan. in faſtorum libro. Idquę & apud Aegyptos, ac alios idolorū ſuperſtitioſos cultores obſeruabať. A Iuriſconſul. noſtris vulgo hi dies feſti, & ſolennes nuncupantur, inter quos dies Dominicus nobis præcipuus qui Solis ab Imper. dic tur in l. dies feſtos. C. de fer. l. ſed, & fi. §. ſolenniū. D. ex quib cau. maior. has ſolēnitates a Diis. hominibus pro laborū intermiſſione datas author eſt Plato dialogo. 2. de legib. in princ. ſic ſcribens. *Dij autem genus hominem natura preſſum miſeranti remiſſiones laborum ipſi ſtatuerunt, ſolennia uidelicet facta uiciſſim in ipſorum Deorum honorem inſtituta præbentes.* Harum

5 feriarum† mirabilis religio apud antiquos erat maiorque proculdubio quā quæ hodie a Chriſtianis hominibus obſeruet, ac que his talis honos habitus, ut nec quidē ex partium conſenſu fari liceret, ſoliſque ſacrificiis in honorem Deorū intenterāt polutaque dicebātur feſta, quib. aliquod ſeruile opus exercereť, unde flamines incedebant, qui opere abſtinendum monebant, ut nouiter elegantiſſime ſcribit Barnab. Briſſon. li. 1. de formul. pag. mihi 130. & l. 12. tab. cauebatur, ut feriis iurgia amouerētur, & omne ſeruile opus ceſſaret, ut apud Riual. in hiſtor. iur. ciuil. lib. 2. nu. 32 in fin. & de harum ſolennitatum obſeruātia elegantes, & notandi ſunt illi Tibulli uerſus.

*Luce ſacra requeſcat humus, requeſcat arator.*
*Et graue ſuſpēſo uomere ceſſet opus.*
*Soluite uincla iugis, nūc ad præſepia debēt.*
*Plena coronato ſtare Boues capite.*
*Omnia ſint operata Deo, non audeat ulla.*
*Lanificam penſis impoſuiſſe manum.*

Hinc forte ſit, ut noſtræ mulierculę quibuſdā diebus ſemeferiatis pēſum trahere, & nere illicitum ducāt, ſeuere autē & aliud ſimile opus facere poſſe credunt. Hinc dies faſti, & nefaſti de quib. Ouid. in

Faſtis,

Faſtis,& quia harũ certi dies erant , ſtatæ
dicebantur , vel ſtatiuæ,vt Macrob in Sa
turnalib.ſcribit,& Alexan.ab Alexan. gen.
dier.lib.5 capit.7.Riuall.dicto lib.2.num.
34.Nobis in his feriis ſunt dies Dominici,
feſti,& alij quos in honorem Dei, & San
ctorum ſuorum , Deipareque Matris coli
mus , de quibus loquitur l.ut in die. & l.
omnes dies.C.de fer.

6 His ſimiles erant† ferię Repentine , quę
repentino aliquo ſuperueniente caſu indi
cebantur a Principe conſulibus,aut popu
lo,vel ob rem proſpere geſtam,vt in dicta
l.ſed & ſi.§.ſi feriæ.l.1.C.de fer.quales fue
runt,quas ob bellum proſpere cũ Cartha
ginẽſibus geſtũ Scipio indixit , apud Liu.
lib.38.aut ob prodigioſi caſus accidentiã,
vt propter vehementem terremotum in
conſulatu.L.Cornelii,& Qu. Mutii conti
git teſte Liu.lj.34.hodie a Principibus no
ſtris,prout etiam antiquitus,ob diem nata
lem ſuum,aut filiorũ,vel a populo in ho
norẽ ipſius Principis iudici ſolẽt, ad quod
alludit Martial li.10.Epigrammatum, illo
carmine.

*Natalem colimus tacete lites.*

Et hę,quia extra ordinem cõtingunt,
extraordinariæ,uel repẽtinę dicuntur, di-
cto §.ſi feriæ,l.ſiue pars.C. de dilat.& qui
ut plurimum a ſummo Principe ſtatuun-
tur,imperiales uocanť.l.a nullo.C. de fer.
ob idque imperatiuas uocat Alex.ab Ale-
xan.dicto lib.5.genia.capit.7.quarum plu
ra exempla apud Varronem leguntur.lib.
5.de lingua lati.& in Chalendario Roma
7 no Manutij.His † nec etiam ex partium
cõſenſu ſicuti ſolennibus renunciari mini
me poterat,ideoque nec iuris dicto exer
ceri.l.1.C.de fer.dic.l.ſiue pars.C.de dila.
Petrus Royz.deciſ.Lituanica.5. nu. 295.
Marant.de ordin.iudic.par.4.diſtinct.16.
nume 59.& quælibet exequutio ſuſpendi
tur.cap.fin.extra eod.gl.in l.omnes. 2. C.
eod.Vant.dicto cap.9.nume.130.Martin.
Lauden.in tract.de Principe quæſti. 419.
Menoch.de arbitr.lib.1.quæſt.29. num 11.
& dicam infra dec.95. quamuis aliqui te
nuerint contra debitorẽ de fuga ſuſpectũ
etiam ad capturã poſſe procedi in die fe
riato in honorem Dei. Maran. dicta diſt.
10.num.68.& par 6. tit.de actor edit,nu-
me.35.Tamen contra hanc opinionẽ ui
detur tex.in l.fin.C.de fer. ibi *ueniant ad
uerſarij non timentes*.De iſtis loquitur de
cretũ antiquum Sabaudiæ Yolant. lib.5.
tit.qualiter,& quan. tempora inſtanti cau
ſur.ciuil.computari, & quæ feriæ,ac pari-
ter, q̃ tempora ex illis detrahi debẽt ubi
Do.Sola. Hæ feriæ vti extraordinarię per
præconẽ indicebantur antiquitus , illa for
mula,*ut litibus,& iurgij abſtineretur*,ut do
cet Cicero libro 1.de diuinat.& has credo
eſſe , quas Flamines præconizabant,q ob
id præclamitatores dicebãtur,ut Briſſon.
dicto libro.1.de formul.ſcribit,apud quẽ
plura de his ſolẽnia uidere licet. Addit &
ferias conceptiuas Riual.dicto li.2. nume
ro 34. quę quotannis a magiſtratibus in
dies certos, uel incertos cõcipiebantur,&
populus tunc candidatus incedebat.

Aliud genus erat,illarum, quę publicã
potius utilitatem , & priuatum cuiuſque
commodum reſpiciunt,quam honorem
Dei,ut Cereales,& Vindemiales,de quib.
in l.1.ſolet. & l.præſides.D.de fer.l.ut in
die.& dicta l.omnes.C.eodẽ. & Sueto. in
Auguſto.Renat.Copin.de priuile.ruſtico.
lib.2.cap 7.Hæ ſunt de quibus Thæodoſ.
in Nouel.8.ne decur.ad Senat.dignitat.&
ferię Senatorũ dicuntur a Iureto in Not.
ad Symach.lib.4.Epiſto.18. & de quibus
Seneca apud Pith.aduerſar.lib.2.cap.20.
ubi pulchre.His renuntiari ad partiũ.lib.
tum ſemper poteſt, & illarũ temporibus
cauſę miſerabilium perſonarum uiduarũ
pupillorum,& quæ celerem expeditionẽ
deſiderãt expediri ſolent. Idque expreſſe
decreto Emã.Philiberti cautum eſt in tit.
*Delle ferie*, §.*Permittiamo pero*. &c.& ad
examẽ.teſtiũ poterit procedi dicto titu.
§.*ſi potranno ſimilmente*. ſoletque con-
tra has ferias Princeps diſpenſare literas
concedendo, ut procedatur feriis non ob
ſtãtibus etiam ex uoto Senatus addita ta
men plerunque illa clauſula,modo partes
non ſint rurales.

Erãt ulterius † feſti dies particulares,&
8 familiarum.Item eius diei,quo quis inau-
gurabatur magiſtratum ineundo de quib.
Simach.lib.5.Epiſt.5.*Hinc factum eſt* (in
quit) *ut me in conſortium faſtorum tutorũ
conſul adſcires*,& li.7.Epi.1.& l.8.Epi.14.
& multis aliis in locis. Itẽ,& dies Spõſalio
rũ,Natalitiorum, ac Chariſtiorũ , de quib.





omnibus late P.Faber libro 1.Semeſtr. ca.
6.in princi.quibus omnibus diebus ſolen-
nes illæ cænę celebrabãtur,de quibus om
nibus uidendus Polydorus Virgil.lib 6.de
inuent.rer.capit.7. qui & ferias Deuicales
adijcit his ferijs.

9 Nundinæ† inter ferias à quibuſdam cõ
numerantur:ſed impropriè quia illæ in fa
uorem dũtaxat agricolarum,& ruſticorũ
adinuentæ fuerunt,imò illis diebus cõtra
feriarum obſeruantiam fari licebat,de his
Macro.in Satur.li.1.c.15.& 16.in fi Alex.
ab Alex.d.c.7.

Sunt & dies ſemiferiati,ut dies rogatio
10 num quibus de † mane tantum feriæ ſer
uãtur,ut inquit Bertachi.d.tract.de epiſ.
par.1.§.nunc quæro,numero 21.feriæ au
tẽ cereales,& uindemiales generales ſunt,
ad omnes etiam ſi rurales non ſint ſpectã
tes,ut iudicauit antiquus doctor Pyleus
in ſuis quæſt.qõ.123.cuius opinionem fir
mat Bartol.Brixien.inter Venereal.quæſ.
28.titu.de ferijs.niſi tales ſint,qui nec per
ſe,nec per alios uocare uindemijs,uel meſ
ſib poſſint,ut hi,qui nihil habent,uel nul-
la immobilia poſſidẽt ſeu ſtabilia bona,ut
Bar.dictũ interpretãdo tenet Bertachin.
dicto libro 1.parte 2.numer.20.in tracta.
de epiſcop.

11 Ferias † à feriẽdis victimis nomen ha
buiſſe docet Feſtus libr.6. fari etenim tem
pore quo hoſtiæ celebrãtur nefas erat, ut
inquit Varro.Ego etiam a forẽſium nego
tiorum uocatione nomẽ obtinuiſſe credo
ex l. diuus D. de fer. hinc feriari,& feriati
dies.Eccleſia uero cõtrario nomine feria
tos dies nõ ſolennes uocat,unde feria 2.3.
& 4.quod quãdo inſtitutum fuerit.ſcribit
Polydor.Virg.de rer.inuen.libro 6.cap.5.
qui etiam nomẽ feriarum a feriendis epu
lis dictum uoluit,& quæq; arridet Etymo
logia.Cæterũ multa de his uideri poterũt
apud Mãdoſ.in trac.commiſſ.commiſſ fe
riis non obſtan.13.quem poſt hæc uidi,&
ex profeſſo paruum tractatulum de feſtis
& quid in eis fieri liceat,& multa diſtinctè
compoſuit Didac.uariar.reſolu.cap. 4. nu
mer.19.& frater Francil.de Cruce Medio
lanen.ubi diſtincte tractant de Chriſtiano
rum feſtis de iure Diuino inductis, & aliis
de iure poſitiuo totius Eccleſiæ,aut unius
diœceſis & conſuetudinariis.Et ad exem
plum Ouidii librum faſtorum noſtrorum
eleganti carmine,& longo poemate con
ſcripſit Frat.Ioan.Bapt.Mãtuam. Carmel.

## Excuſſio an & quãdo de bonis extra territoriũ ſitis fieri debeat.

### *DECISIO XL.*

1 *Excuſſio an fieri debeat de bonis ſitis extra territorium ubi litigatur.& nu.2.*

3 *Excuſſio non eſt neceſſaria,ubi difficile extra territorium fieri poteſt,uel in loco remoto.*

1 EXCVSSIO † an fieri de
beat de bonis ſitis extra
territoriũ iudicis ubi litiga
tur q̃ſtionis fuit.Et Ange.ĩ
authẽ. de fideiuſſorib. §.
ſed neq;n.10.tenet,quòd ſic,& ante eũm
Iac.de Arena de trac.de excuſſionib.quęſ.
5.(quẽ tractatum eundẽ eſſe uideo , quẽ
Bartolo attribuũt aliqui,ut uidere licet in
nouiſſima tractatuũ Veneta impreſſione
ubi uterq; ineſt tractatus.)Bald.in l.fi. §.
pen.colu.fi.uerſ.ſed pone,D.ſi cer. peta.
Luc.de Penn.in l.1.C.de decurionib. col.
2.uer.5.ubi Soc. reg.134.alias 177.fal.8.
Neguſan de pigno.par.8.1.memb.nu.42.
Alexand.conſilio 84.nu. 12.lib.3. Purpu
ra.conſi.462.nu.4.poſt Signor. conſ.57.
ultimo dubio.Crau.conſili.201.Præſuppo
nitur.nu.45.Et pro hac parte uidetur tex.
a Bar.ſeu Iacobo de Aren.citatus in l.præ
ſenti.§.cum autem.ibi(*quocunque loco oc
cultentur*)C.de his,qui ad eccl.confug.
Contrariam† partẽ uidetur indiſtinctè 2
tenere Bald.in l.ſciendum.colum.2.uerſi.
extra gloſam,D.qui ſatiſda.cogan. Iaſ. in
d.l.ſciendum,§.1.num.1.Alexan.ſibi con
trarius conſilio 91.numero 7.lib.7 Socin.
Iun.in dicta l.ſciendum.num.14. Gabriel.
in titu.de fideiuſ.concl.1.nume.62.Simõ
de Præt.conſi.159.nu.30.facitque , quod
dicit Marſi. in rub.de fideiuſſoribus num.
14.pro cuius opinionis defenſione ponde
ro ego tex.in authen.præſente,C. de fide
iuſſoribus ſed melius originalẽ ipſius au-
thẽticę literam in §.1.de fideiuſſorib. ubi
principali abſente ipſe non excutitur , ſed
fideiuſſor primo loco conuenitur,quia,ut
Iuſtinianus in dicto §.1.ſcribit.

Acerbum eſt creditorem mittere alicubi:

Multò minus ergo realis danda eſt perſecutio, cum nõ cogatur creditor perſonalem actionem contra debitorem abſentẽ intentare, facit etiã pro hac ſententia tex. in l. ſed & hæ. §. non ſolùm, D. de procuratoribus unde uidemus articulum ex his diſputabilem.

Pro concordia harum opinionum dico
3 non eſſe, † cogẽdum creditorem ad excuſſionem bonorum alterius territorii ubi locus remotus eſt, in aliena prouincia, ita ut difficilis ſit, & incõmoda excuſſio, alias excuſſionẽ etiam extra territorium iudicantis neceſſariam eſſe. Ita uidetur ſuam opinionem intelligere Ang. in dicto §. ſed neque. numer. 10. & nota. per Bart. in d. l. ſciendum. §. ſi poſſeſſor, ff. q ſatiſ. cogan. & ita tenet ĩ terminis Bald. in dicta l. fi. §. pẽ. uerſi. ſed pone. ſi cert. peta. cuius dictũ ſequitur Alexand. dicto conſil. 84. num. 12. Neguſan. dicto numero 42. unde dicit Alexan. notabiliter in dicta l. ſciendum. §. 1. numer. 3. quòd poſſidens immobilia in loco remoto à loco iudicij debet ſatiſdare, & ibi Socin. nu. 13. & 14. facitq; quod de reb⁹ poſitis in fortalitio ſcribit Socin. dicta regu. 177. fallẽt. 9. & expreſſè, quòd nõ debeat fieri diſcuſſio ſi bona ſint in loco remoto, tenuit Benedic. de Plumbino in tracta. de diſcuſſionib. nu. 7. ob idq; ſcribit Deci. in d. l. fin. num. 26. ſi cert. pet. excuſſionem eſſe faciendam bonorum, quæ ſunt in loco uicino. Guter. de cõtrac. iurat. capit. 23. nume. 4. & cum hac diſtinctione tranſiuit Rota Romana apud Cardin. Put. deciſio 191 libro 1. & iuxta illam cenſuit
* Senatus 1. April. 1566. cenſendo non eſſe neceſſariũ, quòd Terzagus cõtra tertios poſſeſſores agens, excuteret bona creditorum quæ Mediolani extabant propter excuſſionis difficultatem, quæ inerat, & hac admiſſa diſtinctione utraque conciliatur opinio & iuribus cõtrarium annuentibus facilis inde reſultat reſponſio.

**Socius inuito ſocio quãdo utatur re communi, magiſtraliter cũ ampliationibus, & limitationibus claratur pluribus deciſionibus adiectis.**

*DECISIO XLI.*

1. *Socius inuito ſocio utitur re cõmuni ad illum uſum deſtinata.*
2. *Socius poteſt uti re communi etiamſi alterius nocumento ſit, quando res erat ad talem uſum deſtinata.*
3. *Socius inuitus cogitur ad ædificandũ, & cõtribuẽdum in expenſis pro refectione ſeu reparatione muri communis.*
4. *Succeſſor tenetur ex pacto anteceſſoris cum ſocio inito.*
5. *Parietem proprium habens ſuper muro cõmuni, poteſt ſocio inuito ſuperædificare.*
6. *Seruitus augeri non poteſt.*
7. *Socius ſuperædificãs tenetur communicare ſocio parietẽ ſuperædificatum, & an paries communis ipſo iure fiat, etiam nõ ſoluta parte muri, & quid ſi ſe utendo inuicem impediant.*
8. *Socij nõ poſſunt inuicem ſe impedientes fabricare.*
9. *Parietis forma antiqua mutari à ſocio non poteſt.*
10. *Socius nõ poteſt uti re communi ad æmulationem & quãdo dicatur ad æmulationẽ fieri, remiſſiuè.*
11. *Socius nõ utitur re cõmuni iure ſeruitutis*
12. *Socius murum tenuem etiam ad id deſtinatum tollere non poteſt.*
13. *Socius inuito ſocio re communi nõ utitur, ſi ad eum uſum à principio non fuerit deſtinata.*
14. *Socius rem communem ſocio inuito nõ reficit, niſi refectio neceſſaria ſit.*
15. *Socius feneſtram aut foramen in muro cõmuni inuito ſocio facere non poteſt.*
16. *Socius an prope rem cõmunem aliquid facere poſſit, & quomodo factum teneat.*
17. *Socius an poſſit propria authoritate demolire rem à ſocio factam.*
18. *Socius non utitur re non deſtinata etiamſi uelit communicare, quo ſit niſi eius nihil interſit.*
19. *Socius pœnam ſubterraneam cũ muro cõmuni facere an poſſit.*
20. *Maior pars ſociorum uno diſſentiẽte nihil in re communi facere poteſt.*
21. *Socius poteſt uti muro communi pro diuiſo pro ea parte, quæ propria eſt, & quãdo muro pro diuiſo, uel indiuiſo cõmunis iudicandus ſit.*
22. *In muro communi poteſt ſuper ædificari ſtante conſuetudine.*
23. *Stante conſuetudine ſuper ædificandi teſtis dictum quomodo intelligatur.*
24. *Murus quando dicatur deſtinatus ad eleuandum, & cui onus probandi incumbat, & quid in dubio iudicandum.*



SOCIVS inuito ſocio quid poſſit in re communi facere, dubitari multoties conſueuit, & quoniam quæſtio eſt quotidiana, multaque continens capita, ideo illam magiſtraliter examinabo, & pro pleniori intelligentia duas conſtituo regulas vnam affirmatiuam, negatiuam alteram. Prima erit affirmatiua
1 regula, quod ſocius inuito † ſocio vtitur re communi ad vſum deſtinatum, ſiue ſit ad hoc deſtinata a principio ex cõuentione, *
vt in caſu, l. cum duobus. §. item mela, D. 2
pro ſoc. vbi agitur de eleuando pariete, (qui caſus erit nobis pro exemplo in tota hac quæſtione) & per gloſſ. in l. ſi ædes, D. comm. diui. & in dicto §. itẽ mela, in verbo. p ſocio, & in nouella Zenonis cõſtitutione, quæ a Contio ędita fuit poſt l. pen, C. de ędif. priua. incipiẽte, Et litib. de qua Imperator meminit in l. fin. C. eo. tit. ſiue ita ſimpliciter tacitè appareat de deſtinato vſu rei in cuius cõmunionẽ incidimus ex naturali habitu, ut inquit Felin. in cap. cum omnes. de conſti. nu. 24. ut in ſpecie, l. ſi is, qui duas, D. de ſeruitu. lega. glo. in dicta l. ſi ædes vel ex cõſuetudine, vt p Lap. allegat. 85. uiſis omnibus, numero puta ſi paries vtriuſque domus onera gerat, & ſuſtineat, nam ſi naturali ratione communis eſt, l. parietem, D. de ſeruitu. vrba. præd. ut de cratitio pariete ex partiũ conuentione facto loquitur Iuriſcõſ. in d. §. item mela de quo pariete Vitruu. libro. 2. c. 8. meminit, & libro 7. cap. 3. in fi. & alibi integerrimum uocat quaſi, quòd cõmuniter gerendo vſui ſit, ut ait Coraſ. lib. 4. Miſcellan. c. 16. Et hanc generalẽ regulam probat tex. in l. ſi ædes. & in l. hoc quod dictũ, §. ſi ex tribus. de ſeru. præd. vrba. & de ſepulchro communi loquens Marcia. in l. in tãtum. §. in cõmune. D. de rer. diuiſ. & ita firmat generaliter gloſſ in dicta. l. ſi ædes. & in l. Sabinus eo. tit. & tex in dicto §. item mela. ubi actio pro ſocio datur, ſi ſocius poſt conuentionem factam nõ patiatur ſociũ re cõmuniter facta uti, unde regulam generalem ad ſimilitudinẽ ſuperioris ponit Specula. lib. 4. titu. de iud. §. generalia. numero 2. ſocium nõ poſſe prohibere ſociũ ne faciat id, ad quod murus factus eſt, ſicque intelligẽdi ſunt tex. omnes ſupra citati de refectione, de molitione, aut ſuperędificatione loquentes, & l. in reficiendo & l. damni. §. cum parietẽ, D. de dam. infect. & ſupradictam regulam quo ad deſtinatũ vſum rei probant Cyn. in l. ſi ut proponis, C. de ædif. priua. Dyn. in c. in re communi. de regur. iur. libro. 6. Bald. conſil. 203. ſi per inſtrumenta li. 3. alias eſt conſilium 233. lib. 1. Caualcan. deciſio. 9. numer. 14. 2. par. P. Rebuff. conſil. 156. colum. 1. & ſecundum hanc primam regulam uidi ſæpiſſime in Senatu practicari.

Ampliatũ hęc prima regula ut procedat † etiamſi prohibenti noceret. argu. l. fluminum. §. fina. & l. Proculus, D. de damno infect. Ita in terminis Iaſ. late conſil. 98. colum 1. lib. 1. ubi reſpondet ad dictum Alberici in l. altius. C. de ſeruitu. quod procedas quãdo non faciebat ad vſum deſtinatum, & ita ętiam ſentit Angel. in l. quidã Hyberus. colum. fina. D. de ſeruitu. urba. gloſſ. in l. fiſtulam. eodem titulo, Corn. conſ. 78. per totũ. lib. 4. ubi in ſpecie ampliant etiamſi lumina uicini offuſcantur. Alex. cõſ. 174. lib. 2. alias eſt conſilium 9. volum. 6. & eſt tex. in l. cum eod. D. de ſeruitu. urbano. Ita ut iuxta Iaſ. poſſim uicino nocere, & legitimo ſpatio intermiſſo ĩ horto, vel area mea altius tollẽdo, uel de nouo ædificãdo parietẽ, in totum offuſcare uicini feneſtras, etiamſi longiſſimo tẽpore illo iure uſus non fuerim. Gomez. Leon. informat. ſeu deciſio. 7. arguendo à ſimilitudine molendini a ſocio in ſuperiore parte fluminis cõſtructi de qua dixi ſupra deciſi 16. nu. 10. Et quamuis in muro communi ſint illę feneſtræ, ut per Burſat. conſil. 111. Quam tamen ampliationem tũc demum procedere intelligo, dummodo damnum, quod ſocio inde fit, non ſit graue. iuxta Bart. Ange. & Flor. in dicta l. quidã Hyberus. Cœpol. in tract. de ſeruit. urbano. prædio. titu. de pariete. nume. 20. Ita loquitur Burſa in conſi. 57. & 58. lib. primo, Bero. quæſt. 26. numero 3. & 6. cuius rei cognitio in dubio arbitrio iudicis relinqui debet, Frãç. Marc. deciſi. ſiue quæſtio,

Rio.498.nume.29.Quod adeo verum eſt vt procedat etiamſi aliquod damnū in re contingat vtēdo ea ad uſum deſtinatum, argumē.l.arboribus.§.nauis, ff. de uſufru. quo tamen caſu dicerē damni infecti cautionem poſtulari poſſe,ſi damnum emergens ſit,iuxta gloſ.in l.fiſtulam,ff.de ſeru. vrb.prædio. Burſ.d.conſ.57.n.9.

Amplia ſecundo regulam ſupra poſitā,
3 vt ſocius ēt inuitus eo caſu† cogatur contribuere in expenſis refectionis,ſeu reparationis illius muri,imò ēt neceſſitate ſtante ad ædificandum.Cy.in dicta l.ſi vt proponis.C.de ædifi.priua.vbi eſt tex. ad literam,pulcher etiā tex.in l.ſi ædibus, D. de damno infect.& mouetur etiam Cyn.per l.his cōſequenter.§.Celſus,ff.famil. erciſ. Coraſ.dicto cap.16.num.5.Et ſi ſocius noluerit rem commuem reficere,poteſt priuari commodo,aut agi cum eo pro expēſis,& intereſſe dicta l.ſi vt proponis. l. cū duobus.§.idem reſpōdit,ff.pro ſoc.Iaſ.in l.quominus.nume.109.ff. de fluminibus. Ita ſingulariter Franciſ.Cremen. ſing.97. Cęp.caute.85.vbi apoſtillator dicit ita cōtigiſſe de facto in Gallia. P. de Vbald. in tra.de duob.fra.parte 6.nu.8.Renatus Copinus de iuriſdictio.Andegau.lib.1.ca.20. per totum.Rebuf.dicto conſilio 156.in fi. Et hoc multò magis verum eſſe iudico in ædificiorum ſtructura,pro commun. Reipub.bono, ne deformetur ciuitas ruinis, ita vt etiamſi res nō ſit deſtinata ad uſum ædificādi,tamen etiam cogatur ſocius cōtribuere in refectione,vt dicam infra in ſecunda regula.Non tamen ſumptus factos ſocius in re communi reficienda recuperabit,ſi ſcienter,& animo ſuum faciendi ędificium illud refecerit.l.ſi is contra quem, C.de ędif priua.vnde cautela, & practica erit in hac materia,vt antequā reparationi manum ſocius apponat, interpellet ſocium iudicialiter ad contribuendum,alias petat ſibi per iudicem concedi teſtimoniales de ſtatu loci,& ita vidi per multos peritos viros practicari.

4 Amplia tertio, vt talis† deſtinatio muri ex pacto pœnali trāſeat in ſingularem ſucceſſorem,qui is tenebitur ex pacto ſuorū anteceſſorum,cum pactum huiuſmodi rē aſpiciat, & ipſam vndecunque ſequatur, ſeruitutis exemplo in rem conſtitutæ. ita Ioann.Andr.in addit.Ad Speculato.dicto titu.de iud.numero ſecundo.

Ampliatur quarto.& vltimo ſupradicta affirmatiua regula, vt magis locū ſibi vin
5 dicet,ſi† quis habeat murū proprium ſuper muro communi:nam is inuito ſocio poterit ſuper muro illo proprio ſuperædificare,& altius vſq; ad cœlum tollere per tex.in l.cuius ędificium,ff. de ſerui. vrba. prædio.Corn.conſi.90.numero 31.lib.2. modo ſeruitus grauior nō imponatur.vnde ſi quis ſemel ſuper muro cōmuni ędificauerit,poterit poſtea ſuperædificare,etiam poſt multum temporis ſpacium ſocio inuito.

Ampliatur quintò iſta regula, ꝙ etiamſi eſſemus inter vicinos,& murus eſſet alterius proprius,ſi tamen vicino non noceat ędificium,& ego antiquitus haberem tectum meum apodiatum muro vicini,poſſim eleuare domum meam,& altius tectū appodiare,nec tenebor q: artem murum ad fort.l.fin.ff.fin.regun.conſtruere,ita cēſuit Senatus in quadā Cunien de Murris
* contra Britios referente D.Crauet.1589. Menſ.Nouemb. licet multa in cōtrarium
6 allegarentur,& præſertim,ꝙ† ſeruitus antiquitus in muro proprio vicini conſtituta augeretur contra tex.in l.ſi cum meus, ff.ſi ſeruit.vindicet.Cępol.de ſeruitu. urba.præd.titu.de ſeruitu.tigni.immitt.col. 5.verſicul. ſecundo caſu,& per Bero.conſi.132.numero 8.libr. 3.Pariſ.conſil.116. numero 13.volumine 4.& Ruin.conſ.55. numero 7.libro 4.placuit enim magis Senatui ædificationem concedere ad decorem ciuitatis, præſertim cum nihil penitus illa eleuatio vicino ,[cuius paries erat proprius noceret.

Fallit primò ſupradicta regula retento
7 exemplo parietis,ſi ſocius† ſuperædificās vult ſuperædificatum eſſe proprium non autem commune,tunc enim non poſſe ſuperędificare in muro etiam ad ędificandum deſtinato,tenet Barto in dicta l. quidam Hiberus.nume.2.Socin.reg.177 domum ſuam.fall.3.Ange.& Cuman.in d.l. quidam Hiberus.in princ.Corn.dicto conſilio 90.nume.14.& 22.Cæpol. dicto tit. de pariete.nu.20.& eſt tex.in l. an vnus. in fi.ff ſi ſerui .vind.ex quibus aliquorum fuit ſententia,vt murus a ſocio ſuper communi pariete eleuatus,communis efficiatur etiā ſine ſolutione partis parietis ,ita Cæpol.



Cæpol.ſingulariter conſilio ciuil. 35. nume.12.& dixi ſupra deciſ.23.nume.2.quia ædificium factum ſuper pariete cædit parieti inferiori , cum ædificium ſolo ceda.l. ſuper tuum. D.de acquir.rer.domi.Pet.de Vbal.de duob.fratrib.par.6.prin.nume.6. Rebuff.dicto conſilio 156. uerſiculo deinceps.Sed huic Cædo.doctrinę cōſuetudo contraria eſt,pręſertim in hac patria, & in hac ciuitate Taurini , ubi murus ſuperædificatus licet dici poſſit cōmunis ſecūdum quid, tamen illo frui ſocius non poteſt,donec per illum medietas muri ſoluta fuerit æſtimatorū prętia taxa,& ita ſemper obſeruari uidi,& iuxta hanc obſeruantiam iu
* dicari , tam per iudices huius ciuitatis, quam per Senatum,qui nouiſſime ita cenſuit in cauſa Rolandi,& Bini Taurinen.ubi cū primus iudex omiſiſſet ponere in ſententia , ſoluta per ſocium ædificantem , (qui tigna immittere in muro iam ſuper ædificato intendebat) medietate parietis, forte fretus illa Bartol.& Cæpol.doctrina iudicis ſententiam in ea parte Vicarius reparauit,& confirmauit Senatus 1586. 17. Octobris,& hanc conſuetudinem , licet a ſummo iure alienam æquam tamen iudico & iuxta illā Veronæ ſeruari ſcribit idē Cæpol.dicto titulo de parie.num. 29.in fi. ubi late de hac re a numer. 27.uſq; ad 31. & iterum in facti contingentia confirmauit Senatus 1587 9.Martij.in cauſa Familiæ,& Paſchę.de qua dicā infra ſuo loco. & hæc opinio placuit Rebuffo in dicto cōſilio 156.columna prima,uerſiculo , item licet.

Fallit ſecūdo ſi ambo ſocij uelint uti re
8 communi eodē tempore, † uel eo modo, ut ſe inuicem impediant,quia tunc nō poterunt uti illa re communi iuxta Rip.in l. quominus.nume. 137.D.de fluminib.debent enim prius concordare in utendo,& ſi non conuenient,officio iudicis ſuccurrtur,qui adhibitis expertis ſocio concordabit,& iuxta arbitrium ſuum rem terminabit, ut in ſimili de locatione a duob.ſocijs fienda ſcribit idem Ripa.numero 139. cuius dictum cum opinione Socini ibi relata in facti cōtingentia ſequutus fuit Senatus & ita tenet gloſſ.in l.quotiens duobus in principio.in uerbo , impedient.D. de uſu fructu.

9 Falit tertio ſi per uſum mutaretur† forma antiqua parietis, & ipſius ſubſtātia, ut per Floria.in dicta l.Sabinus.puta ſi ſocius uellet ingroſſare murum,ut poſſet eū magis onere. Bald.in l. parietem. præſertim ſi multo tēpore murus ſtetiſſet in ea forma nec aliquis eo uſus eſſet altiando.Bal. dicto conſilio 233.Caſtren.cōſilio 334.incipiendo libro 2.colum.2.Burſa. dicto cōſilio 57.num.8.Riminal.conſi.71.uolu.1. non enim mutare antiquum rei ſtatū ſocius poteſt. ut Nouella Imperatoris Zenō conſtitutione caueatur,& multis oſtendit Connan.commentar.lib.4.c.10.num.10. ſecus uero ſi ſolum incruſtare murum ſocius uellet.l.quidam Hyberus.§. parietē. D.de ſeruitu.urbanor.Coraſ.dicto ca.16. nume.5.uel ſi facta eſſet conuentio inter partes etiam ſimplex de reficiēdo. Bero. d.q.26 cuius tamen controuerſiæ deci.iudicis arbitrio relinquitur.in l.an in totum C.de ædifi.priua.

Limitatur quarto ſuperior affirmatiua
10 regula,ſi ſocius † uelit ſuperædificare ad ſolam ęmulationem,& animo nocendi l. 1.§.denique.D.de aqua plu.arce. & in terminis muri Roman cōſi.52.num.4. latiſſime dixi ſupra deciſio.9.Furnos.num. 10. & in his terminis loquitur Alex. cōſ. 174. num.2.Bertran.conſilio 333. libro 3. Hippol.ſingul 154.ubi ponūt de feneſtra,quę a uicino fit.Burſat.dicto conſil.57.nu. 14. ubi de communi teſtatur.quando uero dicatur quid ad æmulationem fieri , ſcribit Burſat.d.cōſi.57.& late Anton.de Padilla in repet.l.altius.n.18.& 22. C. de ſeruitu. & dixi dicta deciſio.16.in dubio uero non præſumitur quid ad æmulationem fieri. Angel.in l.ex hoc iure.colum.4.fallent.3. de iuſt.& iure.

Limitatur,& declaratur quinto,ut non
11 procedat dicta regula,ſi† ſocius nolit uti ſe cōmuni ad illum uſum deſtinata iure communionis,ſed iure ſeruitutis,per l. parietem.ſecundum unū intellectum.Marc. dicta quæſt.498.num.14.in fi.& de hac re loquitur.tex.in l.in re cōmuni.D. de ſeruitu.vrba.prædi.niſi ſeruitus fuerit a principio impoſita,put dicit.tex.in l.an unus D.ſi ſeruitu.uindic. iuxta Bartol. intellectum ibi.

12 Fallit ultimo, † ſi murus ſit tenuis ita, ut onus ſuper impoſitum,uel ſuper imponendum fere nō poſſit, nam tunc licet ſit

a princi-

à principio deſtinatus ad id tamen nõ po
terit eleuari, prout conſuluit Burſat. dicto
conſilio 57. numero 9. Rebuff. dicto conſi
lio 156 & Gabriell. conſi. 149. li. j. ſed tũc
debebit murus communibus expenſis refi
ci ita craſſus, ut opus ſuperædificatum fer
re poſſit, poteritque compelli uicinus ad
contribuendum in expẽſis, niſi forte adeo
ſit pauper, ut ſumptus ferre non poſſit, &
tunc adhibẽdũ erit remedium de quo in
l. 4. C. de ædifi. priu. In quib. omnib. cauſis
plurimum, & conſuetudini locorum, & iu
dicis arbitrio committitur, l. 3. C. eod.

SEcũda erit negatiua regula retẽto exẽ
plo parietis, qa ſæpe accidit in facto p̃
ſertim in ciuitate iſta) ubi ciues noſtri pa-
ce bonorum dixerim libenter iurgijs, & li
tibus conſentiunt, & ſe inuicem ædifican
13 tes impediunt.) Quod† ſocius uti non po
teſt inuito ſocio re communi ad uſum nõ
deſtinatum, & hæc regula generaliter pro
batur ex l. Sabinus, D. communi diuidun.
quem tex. ita communiter declarãt gloſ.
& Doct. infra allegandi, præſertim gloſ. il
lius text. ĩ uerbo cõſtat, & in ſpecie hac lo
quitur tex. in l. ſi ĩter, §. ſi in area, D. de ſer
uit. urb. ubi regula generalis ꝓponitur ſo-
cium inuito ſocio in re communi non ha
bere ius ædificandi. Imo ius eſſe ſocio pro
hibendi ſcribit Marcel. in l. an vnius, D. ſi
ſerui. uindi. & cũ hac generali regula tran
ſeunt communiter ſcribẽtes maxime Flo
riã. in dicto §. ſi in area. Cy. in d. l. ſi ut pro
ponis, C. de ędif. priua. Bar. in l. fiſtulam. ff.
de ſeru. urba. quem ſequitur Fely. in c. cũ
omnes de conſtitu. num. 22. Iaſ. dicto con
ſilio 98. Corn. dicto cõſilio 78. numer. 1.
Burſa. conſilio 112. numero 21. Caballin.
de diuid. & indiuid. par. 3. nu. 306. & hoc
modo credo intelligẽdos eos, qui ſimpli
citer dicunt in pariete communi nõ poſſe
ſuperædificari, ut intelligantur quãdo nõ
fuit ad id a principio deſtinatus, & ita lo-
quitur Ang. in dicta l. quidã Hyberus co-
lum. fi. Burſa. conſi. 58. num. 26. libro 1. &
ita regu. l. in re cõmuni. de ſeru. urb. intel-
ligit Stefan. Forcatulus in l. ut pomũ. §. ſi
prædium numero 4. D. de ſer. Huius regu
læ exemplum fingi poteſt in pariete com
muni pro clauſura duorum ædificiorũ fa
cto, quia ille murus eleuari non poterit ſo
cio prohibente, cum non fuerit ab initio
ad altius eleuãdum deſtinatus, ut per Cæ
pol. dicto tit. de parie. numer. 33. & in his
cõſuluit Burſa. conſilio 57. & 58. Dum ue
ro ſocius in hoc muro vult ædificare, no-
uum opus non nuntiatur, ſed prohibere
uolenti officio iudicis, uel communi diui
dũdo iudicio ſuccurritur, l. 3. §. 1. D. de no
ui oper. nun. quod quam ob rem fiat pul-
chre docet Zaſ. libro. j. ſingula. intellect. ca
pit. 1. num. 10. licet Neuiza. uideatur con-
tradicere in conſi. 65.

Amplia nunc primo ſupradictam regu
14 lam, ut rem communem† puta murum
non poſſit ſocius reficere per tex. in dicta
l. parietem de ſeruitu. urban. gloſſ. in d. l. ſi
ædes. commu. diuidun. quod tamẽ ego in
telligo ut procedat, quando refectio non
erat neceſſaria, prout regu. dictam leg. pa
rietem. declarãt plerique pręſertim Ripa
in dicta l. quominus. numero 120 ita ſen
tit. gloſ. in dicta l. ſi ædes Coraſ. dicto libr.
quarto Miſcellan. capit. 16. numero quar-
to, imo illo caſu non ſolum habet ſocius
ius reficiendi, ſed etiam demoliendi, l. in
parietis, cum duabus ſequen. ff. de dam. in
fect. l. fiſtulam. §. fina. de ſeruitu. urban. Ia
ſo. in l. quominus, quęſtione 17. Gramma
tic. cõſilio ciui. 164. præſertim ſi talis refe
ctio, uel reparatio non eſſet nocitura ſo
cio, ut in ſimili docte cenſet Renat. Copi
nus dicto capitul. 20. num. 4. & ante eum
Bartol. expreſſe in l. in communis, D. de
damno infecto. ubi & demolire, & refice
re murum communem ſocium alio inui-
to poſſe cẽſuit. caute uero. hoc caſu ſocius
aget, ſi authoritatem iudicis interponet,
ut optime conſuluit Forcatul. in l. 2. num.
6. in fine, D. de ſeruit. qui expertis adhibi
tis utrũ refectio neceſſaria ſit diiudicabit
& quo ad eleuationẽ hæc procedũt ſiue
contendat ſocius eleuare murum, uel uti
re iure ſeruitutis, uel iure communionis
aut ſocietatis gloſſ. in l. in re communi de
ſerui. urbano, & etiamſi paries, uel alia res
fieret melior, ſecundum Bald. in dicta l. pa
rietem. ubi tamen uidetur hoc declarare
ſi expenſis etiã prohibentis meliorare ſo
cius vult, & Bald. ibi ſequitur Caſtren. Ia-
ſo. in dicta l. quominus. quæſt. unde eun-
dem. Bald. conſi. 348. ad euitandam. libro
2. imo etiamſi facientis multum interſit.
Caſtren. d. l. in re communi.

Ampliatur ſecundo ſupradicta regula,
15 ut nec quid minimũ ſocius† ĩ dicto muro





facere poſſit, quo res deterior reddat̃, pu
ta feneſtram, uel foramen, quamuis com
munis ſit Caſtren. in dicta l. parietem Cæ
po. de ſeru. urb. tit. de feneſtra, n. 3. de qua
feneſtra, quod nõ liceat noua conſtrui, eſt
tex. in l. eos ff. de ſer. vrb. & tenet Ioſeph.
Ludouic. deciſio. Lucen. 58. Periſ. conſilio
63. nume. 3. lib. 1. P. de Vbald. de duob: fra
tribus par. 6. numero 6. qui generaliter, &
indiſtincte loquit̃, ſiue murus ſit deſtina-
tus ad altius eleuandum ſiue non pulchre
Connã commentar. iur. ciu. lib. 4. cap. 10.
nu. 13. licet alias in proprio & altius tol-
lere, & feneſtras fabricare domino liceat,
ut in dicta Zenonis cõſtitutione cauetur.
& tenet Bal. in l. Altius. C. de ſer. & aqua.
Cæpo. in d. tit. de feneſtra. in prin. ubi am-
pliat etiamſi murus vicini ſteterit per cen
tum annos ſine feneſtra, & in muro com-
muni pulchre diſtinguit nume. 3. & 4. ui
de de hac feneſtra Affli. dec. 224. & 225.
Bertran. d. cõſi. 333. vbi ponit formam ar
ticulandi. appoſtilla ad Bar. in l. inter quos
litera A. D. de dam. infec.

16 Amplia tertio, †ut nedũ in re, uel ſup.
rem communem quid de nouo conſtrui
poſſit, ſed nec properẽ ſi ita fiat, ut ſubla-
ta re communi, id quod factum eſt, ruat.
l. fiſtulam, ubi Florian. hoc notat. D. de ſer
uit. urb. niſi aliquod nõ nocibile ponatur,
l. quoniã Hiberus, D. de eodẽ tit. & dicam
late infra deciſ. 229.

Sed in his caſibus quæſt. eſt an propria
17 authoritate† ſocius innouarũ tollere poſ
ſit, & ſuperædificatum demolire, Et quan-
uis Roma. conſi. 52. uideatur retinere qđ
ſic, referens ſe ad Barto. in l. 1. §. meliora
tio, D. de noui. oper. nunci. Caſtrẽ. d. conſi
lio 334 uerſicu. nec ſuper, & diſtinctione
utatur. Marc. quæſtio. 120. lib. 1. per l. quẽ
admodum. §. 1. ad l. Aquil. & dicta quæſt.
498. nume. 16 & 31. circa fin. Tamen ego
dicerẽ officium iudicis nobile potius im
plorare ſocium debere, nec ſine ipſius au
thoritate quidquam faciendum, cum me
lior ſit ipſius prohibentis cõditione ad ar
ma ueniatur, & a ciuili in criminalem de *
ſcendamus controuerſiam, niſi de facili iu
dicis copia haberi non poſſit, & damnum
inde emergens graue admodum ſit, & ita
uidetur uelle text. in d. l. quemadmodum

Ampliat̃ quarto ſuperior regula, ut lo
18 cum ſibi uindicet, † etiamſi ſocius re non
deſtinata frui uolẽs. velit de nouo factum
eſt eſſe cõmune. Ita videtur ſẽtire Bar. in
d. l. quidam Hiberus. Cæpal. dicta rubr. de
par. nume. 20. uerſi. Aut quis uult altius.
niſi aliter ante refectionem partes conue
nerint, ut in caſu de quo p Bero. quæſ. 26.
Hæc tamen ampliatio declaratur, ut dixit
ſupra dicto loco Cępo. Primo, quãdo mu
rus poteſt ſuſtinere ſuperædificatũ. Secun
do quando ſocio prohibenti id nõ nocet,
& facienti prodeſt, ſecus ſi noceret ſocio,
& facienti nihil intereſſet, ut diſtinguit,
Dyn. in d. cap. in re communi. uerſicu. aut
nihil intereſt, nam ſi non intereſt ſocio in
re communi ſuperædificari inciuile eſt, &
contra ius bonæ ſocietatis id prohibere
præſertim ſi ſocius utatur re iure cõmu-
nionis non autem iure ſeruituti, & ita in
telligendus Alexa. in conſ. 174. numero 4.
lib. 2 hoc quæ modo generalem regulam
negatiuam limitat Corn. dicto cõſi. 74. nu
mero 1. dicens ita omnes communiter te
nere. Cyn. ut d. l. ſi ut proponis Frãc. Mar.
dicta quæſt. 498. numer. 1, & 499. num.
5. in fi. gloſſ. in §. religioſum, cum addit
ibi in uerbo inuitis. inſtit. de rerum diuiſi.
Sed dubium eſt, quòd ſi facientis quidem
intereſt, verum id prohibenti nocet an ſo
cius uolẽs ędificare eo pacto vt murus ſit
communis poſſit hoc facere? & Barto. &
Cæpol. ſupra allegati videntur uelle, ꝙ
poſſit. Contrariũ tamen uerius puto ſi de-
ſtinatio non ſit, iuxta. Ang. in d. l. quidam
Hiberus. col fi. uer. demum quæro. & idẽ
vr̃ tenere Dy. in d. c. in re cõi. & cum hac
* opinio. trãſiuit Senatus in cã de qua inf.

Amplia quinto in eo, qui uellet ædifica
19 re ſub pariete communi, ut qa† uellet fa
cere in eo pęnam ſubterraneam, nõ enim
de iure poſſet hoc facere inuito ſocio, li
cet cõſuetudo ſeruet oppoſitũ, ut late tra
ctat Cæpal. de ſeru. vrba. c. 45. de penu. &
ego hoc caſu dicerem, quod quamuis mu
rus ſit pro clauſura, tamen poſſit ſub illo
muro aliud facere ꝓ pena conſtruendã, ſi
non noceat talis ſtructura ſocio, & ita cen
* ſuit Senatus ſuperioribus annis in quadã
controuerſia Biſtorti ciuis Taur. Vltimo
ampliatur dicta regula, ut procedat ẽt in
20 † pluribus ſocijs: nam licet maior pars
uelit quid facere in re communi ad uſum
non deſtinatum, tamen non poterit ſocio
inuito, Felyn. in dicto capitu. cum omnes

numero 22.& 23.de conſtitutio. ubi etiã
Deci.in prima lectu. num.5.& in 2. lectu-
ra num.3.& dicit Felyn.ibi,quod ſi eſſent
mille,factum illorum non nocet unico ſo
cio.ut per Oldr.conſi. 34. argum. l. hęre-
des.§.incerto . D .fami.erciſcun. q enim
omnes ſingulari tangit , ab omnibus de-
bet approbari.

Fallit,& declaratur primo hæc ſecũda
negatiua regula,ut non procedat eo caſu
21 † quando murus eſſet communis pro di
uiſo,quia tunc in ea parte,quæ ſocium re
ſpicit, poterit is inuito alio ſocio ædifica-
re capiẽdo medietatẽ muri recta linea.Ita
ſentit glo.in l.hoc,quod dictum,§.ſi ex tri
bus . D . ſeruitu . urban. per illum tex. ſe-
cundum vnam lecturam. vbi idem tenet
Ange.& Alber.Corn.d.conſi. 78. lib. 4. &
conſilio 90.lib.2.184.lib.1. Alex.dicto cõ
ſilio 174.Cæpol.d.tit.de par.quæſt. 1. nu
mero 11.& quæſt.3.numero 19. Deci. cõ
ſilio 388.ubi ampliat etiamſi eſſet murus
pro clauſula deſtinatus.Socy.conſilio 44.
colum. 1.libro 4.dicẽs communẽ, & tunc
poterit ſocius excarpare murum pro ſua
parte,ſecus ſi pro indiuiſo ut in caſu Gab.
conſilio 149.Burſat.dicto conſilio 57.nu
me.6.late Bero.conſi.131.uolu. 3.& hæc
fallentia procedet,quando murus eſſet la
tus,adeo quod poſſit ſocius ædificare ſu-
per parte ſua non tãgendo partem ſocij.
Ang.in d.§.ſi ex quibus.Deci.dicto cõſil.
388.Corn.dicto conſilio 90.nu.20. ſecus
ſi ſit tenuis,ut in caſu.Gabr.dicto conſilio
149.numer. 7.& dixi dicta deciſione 23.
numero 2.in fi.& Corn.dicto conſ.78.qui
loquuntur maxime eo caſu, quando eſſet
deſtinatus ad ſuper ædificandum,& eleuã
dum,nam tunc etiamſi ſit communis pro
indiuiſo poterit ædificare, cenſuit Sena-
tus dicta deciſio.23.quãdo uero pro diui
ſo,uel indiuiſo in dubio paries ſit iudican
dus,pulchre colliges ex Barto.in d.l.inter
quos,ff.de dam.infec.Cępol ubi ſup.Cor.
dicto conſil.78.& in dubio iudicatur pro
diuiſo.Corn.d.conſi.90.nu.15.

Secundo fallit, & declaratur,ut nõ pro
22 dedat ubi eſſet† conſuetudo in loco,quòd
in muro communi poſſit ſuperædificari
* inuito ſocio, prout iudicabat Senatus in
quadam cauſa Vercellen. inter Guiſcar-
dum,& de Nigris. per doctrinam Marc.
dicta quæſtione 498.nume. 28.& 399.in
fine.& eam conſuetudinẽ Veronæ eſſe di
cit Cæpol.dicto tit.de par.numero 30.in
23 quo caſu oriebatur dubitatio† ſi teſtes nõ
exprimat, an hæc conſuetudo intelliga-
tur de pariete cõmuni deſtinato ad id,an
etiamſi non ſit deſtinatus, & concluſum
fuit, quod cum teſtium dicta ſint ſtricte
interprætanda, debeant intelligi de com
muni muro ad id deſtinato, & tanto ma
gis quia teſtium dicta interprætanda ſunt
ne deſtruant ius commune, propter con
ſuetudinem allegatam.Barbat.conſilio 5.
lib.2.& in ſimili dicitur ſtatutum, & con
ſuetudinem interprætãdam,ut minus de
rogent iuri communi quam ſit poſſibile,
ut dixi ſupra deciſ. 37.nume.1.

Maior uero inſurgit in hac materia in-
24 ter doctores noſtros dubitatio,† quando
murus dicatur deſtinatus ad eleuandum,
nam in dubio non præſumitur deſtinatus
ad id,ſed ſeruanda eſt facies,& conſiſten-
tia antiqua.l.cum in totum.C.de ædif pri
ua.Bal.dicto conſilio 233 libro 1.Burſat.
dicto conſilio 57.numero.7.unde exiſti-
mat Bal.ubi ſupra hoc remittendum eſſe
peritis,qui debent loco uiſitato referre,&
iuxta illorum uotum iudex ſententiam
ſuã proferet,ut in his terminis dicit Ale
xan.dicto conſilio 174.numero 7. nam il
lorum relationi iuratę plena fides adhibe
tur,ut dixi d. Deciſ.23 nu.2.& tenet Cæ
po.d.titu.de parie. nu.14. & ego deſtina
tum dicerem nõ eſſe, ſi pro clauſula duo
rũ ædificiorũ in cõfinio horti, uel arreæ,
aut in medio horum uideatur cõſtructus,
cum merlis ſeu corona in ſuperiore parte
muri, uel paries ſit factus in ſuperiori ſu
perficie ad dorſum Aſini, quia hæc sũt ſi
gna communia diuiſorij parietis.Itẽ ſi te
nuis ſit murus ita ut cõmodam ſuperædi
ficationem non recipiat, ut per Gabriel.d.
conſi.149.lib.1.& Burſat.d conſil.57.uel
ſi tectum habeat ſuperimpoſitum,ut dicit
Corn.d.conſi 78.

Sed qd ſi murus hincinde recipit tigna
an uideatur deſtinatus ad eleuandum? Et
uidetur dicendum q non,ut per Caſtren.
d.conſ.334.co.2.li.20.Gram.d.conſ.164.
diuerſa enim ſunt ſeruitus altius tollendi,
& tigni immittendi.Contrariũ tamen ue
rius eſt,& ita conſuluit Pariſ. conſi. 55. li.
* 4.Rui.conſi.116.lib.4.& cenſuit Senatus
hoc caſu murum poſſe altius eleuari in ſu





pradicta cauſa Guiſcardi,& in alia de qua
in d.Dec.23 num.3.& nouiſſime in cauſa
Familiæ,& Peſchę Taurinen.1587.9.Mar
tij,de qua dicam infra deciſ.220. Quæſitũ
pariter fuit cui incumberet onus probãdi
murum eſſe ad in deſtinatum,vel non, &
dictum fuit hoc ſpectare ad ſocium ædifi-
care uolentem,quia ipſe dicitur actor, &
in hac materia melior eſt conditio prohi-
bentis.dicta l. Sabinus,& d.cap.in re com
muni,& in his terminis tenet Bald. dicto
conſil.233.& conſilio.165. lib. 1.Corn.di
cto conſilio 78.Roman.dicto conſilio 52.
Caſtren.in l.in re communi.ff. de ſeruitu.
urbano.Burſat.dicto conſilio 57.nume.4.
Renatus Copinus de iuriſd.And.dicto ca.
20.num.4.& hæc omnia inter plures con
uaſallos locum obtinuere poterũt, vt per
Bald.conſ.165.

## Teſtes pro rei ueritate eruenda quãdo tam in ciuilibus quã in criminalibus torturæ ſubiiciantur.

### DECISIO XLII.

1 *Teſtes cogi poſſunt ad deponẽdum,quid ſci*
*ant de negotio etiam per uiam tortura,&*
*quando id locum habeat,n.3.*
2 *Teſtis etiam in cauſa ciuili torqueri poteſt.*

1 TESTES† cogendi ſunt ad
deponendũ,quid ſciant de
negotio etiã per viam tor
turę,ſi veriſimiliter ad ſciũt
Ita generaliter tenet Bal. ĩ
l.milites.C.de quæſtionibus.pro cuius di-
cto eſt tex.ad literam in l.vnius,§.teſtes.ff.
eod.in .fin. C.de abolit.imo, quod etiam
2 †in ciuilibus amplietur hoc dictum ſi ali-
ter veritas haberi non poſſit,tenet gloſ.in
l.ex libero.in princip.verbo non vacillan-
te.ff.dicto tit.de quæſtionib.per text.in l.
diuus eodem videtur titu.& Iuſtiniani sã
ctione in ignobilibus teſtibus ſatis aperte
deciſum in §.ſancimus authe.de teſtibus,
cola.7.Nat.conſil.349.numero 1. & in fi.
conſilij. Dubitabatur tamen in Senatu, an
hæc opinio eſſet ita indiſtincte admitten-
da,vt ex ſola aſſiſtẽtia poſſit teſtis torque
3 ri:†Dubitationem faciebat dictum Pari-
dis à Puteo in tracta.de ſindic.in verbo te
ſtes.vbi vult,quod ad ſit etiam mendatiũ,
& negatiua teſtis,vt torqueri poſſit, & eo
caſu etiã tertio quæſtioni ſubijci poſſe vo
luit.eo.trac.in viſo de repet.nu.3. & dicit
gl.ĩ d.§.teſtes.hæc duo requiri copulatiue
vt ſit locus torturę.videlicet,vt vacilet, &
dicat ſe interfuiſſe,per d.l.ex libero. idem
videtur voluiſſe Pu in uer.licet alias. pag.
mihi 320.ĩ noua impreſſione Veneta om
nium tractatuum. Verum contrarium vi-
ſum fuit de iure verius nẽpe , vt torqueri
poſſit ex eo ſolo, quod actui pręſens fue-
rit,in vno etenim capite vacillationis lo-
quitur d.l.ex libero.Et ita cenſuit Senatus
1562.27.Aug.in cauſa Caſtagnolarum,in
quia in tumulto,& maxima turba fuerat
occiſus Præpoſitus Satellitum,nec ſciri po
terat,quis illum vulneraſſet, & ideo fue-
rũt torti duo ex his,qui illic aſtabãt cũ ar
mis. Et pro intellectu materię vide pul-
chram diſtinctionem. Ba.in d.l.ex libero.
& Franc.Brun.in tract.de iudic.& tortu.4.
q.2.par.per totam.& Soc.reg.417.

## Vſuræ dotis an debeantur ab hæredibus poſt annum, ſi ſint in mora dotis reſtituendæ.

### DECISIO XLIII.

1 *Alimenta debentur uxori infra annum lu*
*ctus ab hæredibus uiri.*
2 *Vſuræ an debeãtur uxori pro dote poſt an*
*num non ſoluta.& quando debeantur. n.*
*3.*
4 *Alimenta debentur uxori etiamſi habeat a*
*liunde.*
5 *Mulier an in dubio præſumitur habere,un*
*de alimenta capere poſſit.*

1 MVLIER† mortuo viro al 1
tur ab hæredib. poſtea do
tes repetit, & hæc alimẽta
illi quaſi debita ſunt, quia
cum intra tempus anni do
tes non habeat,ob quam alimẽta vir vxo
ri præſtaretur tenetur,æquitatis ſuadente
ratione interdum dos penes hæredes eſt
ab eis ali debet.iuxta.Bar.doctrinam com
muniter aprobatam in l.diuortio. num. 1.
D.ſolu.mat.& iſta eſt generalis ( præſer-
tim huius patriæ) conſuetudo, de qua do-
ctores in l.1.§.exactio.C.de rei uxor. act.
Et quãuis cõtrariũ videatur tenere Roffre.

Beneu.in ſuis q.ſaba.q.27.nu.10. Tamen
ſuperior opinio in practica ſeruatur, & Se
natus noſter illam ſemper pro firma,& in
dubitata tenuit,iuxtaq; illam ſupremo Pa
riſien. curiæ decreto ſancitũ fuiſſe ſcribit
Ioannes Imbertus Rupellanus in ſuo En-
chiridio iuris Galliæ litera.M.§.mulieri a-
limenta.quam amplia etiã ad ueſtes lugu
bres,ut per Cordubã in l.ſi quis a liberis.
§.ſi quis ex his.nu.125. ff.de lib.agno.

2 Sed quęſitum fuit,an ſi† hęredes ſint in
mora reſtituẽdę dotis poſt annum luctus
uſuræ debeantur, iuxta notata in ca. ſalu-
briter.de uſur.Et quamuis Ioann.Roias in
ſua ſucceſſion.epito.c.33.nu.27 indiſtin
cte uideatur tenere,quod ſic, & ita de cõ-
ſuetudine.Neapoli obſeruari ſcribat Affli.
deciſio.93.in principio & deciſione 284.
communi tamen omnium uoto cõclusũ
extitit uſuras non deberi ex docto.Bar.in
l.inſulam.§.uſuras. ſoluto matrimo. poſt
Innocen.& Ioan.And.in dicto ca.ſalubri-
ter.& communem hanc ſententiam dicit
Didac.variar.reſolu.li.3.c.1.num.3. uerſ.
6 Roland.conſilio 55.libro 2.per totum.
& præſertim a Canoniſtis ita communi-
ter teneri dicit Afflict. dicta deci.284. Ga
ball.Milleolqu.433.par.1.Neuizan.conſi-
lio 74.num. 3. Cotta in memorabilibus.
in uerbo Dos ſoluto matri.uerſic. quid au
tem ſi hæredes nouiſſime ſequitur Alphõ
ſus.Vilagut. Neapolitan. quæſtio.21.nu.
14.concluſ.12. in ſuo tract.de uſu. Quod
adeo uerum eſſe quidem arbitrati ſunt ut
nec ſtatutum , aut ultimam ipſius mariti
diſpoſitionem ualere uoluerint qua cau-
tum ſit mulieri annuum quid uſurarum
nomine pręſtari debere,donec dos ſoluta
ſit.ita Anch.conſi.92.& 148.Bald.166.uo
lum.1.appoſtilla. ad Bar. in dicta l.diuor
tio,quia hoc pactum uſurarium eſt ut te-
net Lup.in repet.ca.per ueſtras. 6.notab.
nu. 8. de donat. inter uirum , & uxo. qua
de re uidendus Didac. in dicto c.1. uerſi.
ſeptimo ab eadem ratione.licet talem ſta
tutum eſſe Romæ, & in uiridi obſeruãtia
dicat Pontan.in tract.de alimen. cap.15.
num.7.Et ualidum omnino eſſe defendat
D.Alphonſ.dicta quæſt.22. nu.17. concl.
15.& poteſt eſſe hoc uerum conſideratio
intereſſe,ut inf.dicam.

Item non ualere pactum ab uxore fa-
ctum cum hæredibus,ut donec ipſi ſolue-
rint dotem uſuras præſtent,tanquam uſu
rarium.tenent Alex.conſi.200.vol.6. Pa-
normit.conſil.39.& Crauet. conſi. 89. &
ita per Sabaudiæ Senatũ iudicatum teſta-
tur Gulielm.Vnciac.Sabaud.q. Academi.
libro 1.quæſt.84.

Hęc tamẽ opinio uti nimis rigoroſa an
interpretibus paſſim & conſulentibus de
3 claratur,ut non habeat locum † ſi mulier
non habeat unde ſe alat, ita communem
concluſionem limitat Ange. in §. fuerat.
nu.6.inſtitu.de act.Afflict.deci.284. Lup.
dicto nota.6.nu.8. & alii quos citat Did.
dicto uer.6.dicens ita paſſim teneri.Crau.
conſilio 189.col.5.uerſic.ſextus caſus.ubi
ponit alias fallentias, ſi eſt ſolita negotia-
ri,ex qua negotiatione alimenta quærere
poſſit,ſi paſſa eſt damnum ob morã , uel
ſi trãſeat ad ſecũda uota.de quibus Lup.
ubi ſupra & ita loquitur Hoſtienſ.in ſum-
ma de uſur.§.aliquo.uerſ. quid in conuer
ſo. dum uoluit mulierem computare in
ſortẽ fructus perceptos ex prædio nomi
ne dotis ab hæredibus remiſſo ſub pigno
re donec dos ſoluta ſit,& cum hac diſtin-
ctione uidetur tranſire Pontan.dicto tra-
ctatu.cap 15.num.4.Burſa.conſilio 8. nu.
41.libro primo. Roland. dicto conſil 55.
nu.4. & in fine conſilii. Marc. Solon.a Pa
ce.conſilio quarto numero 28.& nouiſſi-
me D.Alphonſus Vilagut.dicta quæſtio.
22.numero 14.concluſi.12.ubi multis fir
mat rationibus,& authoritatibus Pine.de
bon.matern.l.4.nu 5.Kirchou. commun.
opinio.centur.5.litera A. conclu.24. Ca-
ualcan.deciſio 18.nume.29. par.2. & in
his terminis intelligitur ſtatutum Medio-
lanen.poſitum cap.312.inter uolumi. ſta
tutorum Mediolani. Et quamuis hæc fal
lentia Didaco nõ placet rigore utriuſque
iuris inſpecto, ut ipſe loquitur, ego tamẽ
dico iure apertiſſimo uſuras mulieri con
cędi durante tempore reſtitutionis dotis.
per tex.in d.l. 1. §. exactio. in uer.ſinau-
tem ſuperſederit.ibi.

## Etiam uſuras æſtimationis omnium rerum.

Et in l.fi.§.pręterea,C.de iu.do.ubi mo
derantur iſtæ uſuræ ad tertiam partem cẽ
teſimæ,& ſic ad quatuor pro ſingulo cen
tenario, faciunt quæ ſcribit Beneuent. in
d.q.ſabat.27.a nu.5.uſque ad nu.10.

Ex



Ex quibus fortius dicerẽ,ſuſtineri poſſe
quod etiamſi mulier aliũde haberet unde
ſe aleret , tamen etiam uſuræ deberentur
tum ratione cuiuſdam intereſſe , quod ue
riſimiliter patitur,ut dicit Grammatic. de
ciſio 103. numero 92. tum etiam quia &
4 tunc † alimenta debentur de bonis mari-
ti,ut cenſuit Camera Imperialis teſte My
ſinger.ſingu.obſeruat.centur.prima obſer
uat.64.quamuis Accurſii contrariam ſen
tentiam communiter recipi,& uſu obſer-
uari tradat Cordub.in l.ſi quis a liberis.§.
ſi quis ex his. numero 123. D. de liber.a-
gnoſcend.Neque mouet me ratio illa uſu
rę quam doctores conſiderant in hoc ca-
ſu,quia ſi canonum decreta in capit.ſalu
briter.id concedunt marito ex eo,quia vt
plurimum dotis fructus non ſufficiant ad
onera matrimonii ſuportanda ut per Do.
Ozaſc.deciſ.132.numero 1.Caluacan.de
ciſio 35.numer.21.prima parte,quare id
non concedent mulieri,quæ uiro orbata *
nullum habent lucrum,& damnũ ſemper
emergens eſt,miſeraque uidua non habet
unde uictum ſibi parare poſſit , hæredes
uero mariti ex dote pauperis uiduæ lucrũ
percipiant,& hac conſideratione attenta
cum hac opinione modo non fiat in frau
dem uſurarum, tranſit indiſtincte quo ad
hoc Conradus Summenart. de contracti-
bus tractato ſecundo , quæſtione 35. con
cluſi. 9 Præterea ſi emptori cõceditur,ut
uſuras propter pretium non ſolutum a
uenditore petere licite poſſit.l.curabit.C.
de actio.& emptione & nota in capitu.cõ
queſtus de uſur. ubi gloſſ.magna Roland.
conſilio 65.numero 7.libro quare id mu
lieri ob retentionem dotis nõ concedetur
& ſi cõſideremus rationem doctorũ qua
re id mulieri denegatur,ne faciat uſuram,
quia quicquid ſorti accedit,uſura eſt , ui
deo eandem rationem in uiro concurere
neque commodam uideo diuerſitatis ra
tionem adduci poſſe, niſi quod onera ma
trimonii ſuſtinet uir,ſed ſi incõmoda,quę
miſera uidua poſt mariti mortem patitur
cõſiderabimus, proculdubio mariti oneri
bus præponderabunt, uel ſaltem commo
dam compenſationem admittent, ęquita
tis magis ſuadẽte ratione prout ex ea ſub
tiliter innuit Vnciacus dicta quæſti.84.&
quod uſuræ pro dote nõ ſoluta ſoluantur
ita conſuetudine in Saxonia obtentum te
ſtatur Matt. Coler.in libro de proceſſibus
executiu.par.prima,capi.10.num.79. ſiue
habeat aliũde mulier ſiue non, & uidi hic
in Senatu multoties obſeruatum ratione
cuiuſdã damni emergentis,& faciunt quę
pulchre idem Coler.dicto capitu.numero
72.& ſequen. ſcribit demonſtrans uſura-
rum moderatorum conceſſionem magis
utilem quam pernicioſam , & licitam eſſe
Cæterum durum forte eſſe contra ſtimu-
lum calcitrare propter cõmunem docto-
rum opinionem ſupra relatam. cum in ea
tempora incideremus,quibus non ſola ue
ritas ſed magis multitudo etiam errãtiũ
aliquando(modo communis nomẽ obti-
neat opinionis)ſectari ſolet.

Ampliatur ſupradicta falentia,ꝙ curãt
uſuræ,ſi mulier nõ habeat unde ſe alat , ꝙ
5 ſi ſimus in dubio,† & pars non probet mu
lierẽ alia bona habere , præſumatur nulla
bona habere,& ſic teneatur hæres ad uſu
ras. ita cenſuit Senatus in cauſa Cõteſine
& Alboſch.1562 29.Aug.ubi plus erat. ꝙ
mulier illa habebat uſumfructum in qui
buſdam prædiis mariti, non tamẽ ſufficiẽ
tibus ad alimẽta , & taxate fuerunt uſuræ
ad octo pro centenario.Quamuis eo caſu
dubium eſſet quia habebat alimenta in il
lis prędiis, & hæc ſententia ſua habuit exe
quutionem,quæ rationẽ ab alimẽtorũ fa
uore capere põt. Et hoc modo dotiũ uſu
rã ſimiliter taxatam fuiſſe dicit Gram. de
ciſ. 103.n.101.per conſi.Neapol.licet for
te melior eſſe taxa , quam imperator tri-
buit,ut ſit tertia pars cẽteſime hoc eſt qua
tuor pro ſingulo centenario.Eſt.n.centeſi
ma uſura duodecim pro centenario quic
quid cæcutierit in hac re Acc.ut docte ad
monet Anto.Aug.emendat.li.1.c 9 & li.
2.c.10.poſt Soc.huius erroris primum ani
maduerſorem Alcia. & alios ibi relatos.

In hac tamen uſurarũ eſt cauſa dotis ta
xatione ſolet Senatus quandoq; ad triẽtẽ
quandoq; in quincuncẽ, quandoq; in ſex
tuncem,& uſq; ad beſſem taxam ſuã arbi
trari,habita ratione quãtitatis dotium , &
qualitatis perſonę,& onerum.

## Alimẽta præterita an mulier ab hæredibus uiri petere poſſit , cũ durante anno luctus pro illarum præſtatione non interpellaſſet hęredem.

## DECISIO XLIIII.

1 *Alimenta præterita an debeantur mulieri cum tempore anni nõ interpellaſſet hæredem.*
2 *Viduæ toto tempore uiduali an alimenta debeantur etiam poſt annum luctus.*
3 *Vxor inops, et uidua relicta capit. quartam in bonis mariti alimentorum loco.*

ALIMENTA debentur uxo
ri durãte anno luctus ab hę
redibus, ut dixi ſupra proxi-
me. Dubitatum fuit, quid
1 ſi ipſa ſe aluit, † an petere
poſſit alimenta præterita, cum tempore
anni non interpellaſſet hęredem ad ſoluẽ
dum, & pro affirmatiua uidebatur conclu
dendum ex doctor. Decii. in l. de alimẽtis
C. de tranſa. ubi Dec. uidetur tranſire cum
hac opinione, cũ qua nouiſſime poſt Ba.
& alios tranſit Corduba in l. ſi quis a libe
ris, §. ſi quis ex his. D. de libe. agnoſcen. nu
mero 134. & 140. pro qua opinione. uide
tur eſſe text. in l. libertis. §. 1. D. de alimen.
leg. Cor. conſ. 212. nu. 4. lib. 3.
Pro negatiua uero dicebatur ſtare com
munem doctorũ ſententiam, ut per Alex.
Curt. & alios in dicta l. de alimentis. Caſt.
in l. diuortio. numero. 6. D. ſol. matrimon.
apoſtilla ad Bart. in dicta l. diuortio. litera
B. Capic. deciſ. 24. num. 9. ratio eſt, quia ꝓ
alimentis futuris nõ pro præteritis iudex
officium ſuum impartitur. Lãcilot. Galia
de ſtatut. quęſt. 6. in uerbo ſolidos. nume-
ro 121. poſt Bart. in l. liberis. §. manumiſ-
ſis. de alimen. lega. item alimenta ex cauſa
neceſſaria petuntur, quæ neceſſitas ceſſat
& non cõſideratur niſi pro præſenti & fu
turo non pro præterito tempore, ut conſi
derat Ioan. Bap. Pontan. in tract. de alim.
ca. 12. in prin. qui teſtatur iuxta. hanc opi
nionem fuiſſe per Rotam iudicatum, im
putet enim ſibi mulier, quæ non petiit du-
rãte tempore petẽdi, vt in ſimili dicit Ho
ſtien. in titu. de uſur. §. aliquo uer. quid. in
conuerſo facit etiam ratio illa, quia licet
alimentorum cauſa ſit fauorabilis, tamen
omnis fauor ceſſat quod alimenta pręte-
rita. Vincen. de Franchis dec. Neapo. 203.
num. 2. & iuxta hanc opinionem cenſuit
* Senatus in ſupradicta cã Alboſchi, & Con
teſinæ. 1562. 29. Auguſt. quod procedit ni
ſi in defectum alimentorum non pręſtito
rum mulier æs alienum cõtraxiſſet, vt per
Ponta. d. trac. de alim. c. 15. nu. 6.
Sed an vidua dum vidualem vitam agit
2 eti am poſt annum † ali debeat ab hæredi-
bus mariti, diſſenſio eſt inter noſtros, vera
tamen illa mihi videt̃ opinio, ut nõ teneã
tur ad alimenta, niſi ſi dotem retinerẽt pe
nes ſe, quia hęc ſaltem vſurarum loco illi
debentur, qua de re vide Cordubam in d.
§. ſi quis ex his. a num. 142. vſque ad num.
156. Pinel. de bon. matern. l. 4. num. 6. 7. &
8. Kirchou. commun. opin centũ. quinta li
tera. A. cõcluſione 23. faciunt, quæ ſcribit
Roſſe. Beneu. in ſuis quæſtionibus ſabati.
quæſt. 27. nu. 5 8. & 9. & a num. 12. vſq; in
fin. Florian. conſi. 9. num. 10. quod ſi inops
3 & in dotata ſit, † alimenta illi non debebũ
tur, quia quartã in bonis mariti ex nouel-
la Iuſtiniani conſtitutione conſequitur in
auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. cuius
authẽticæ diſpoſitionem licet quidam ad
mulierem diuitem extendere voluerint
magis tamen eſt, vt inopis, & indotatæ
perſonã non excedat, prout ex clara illius
loci lectione colligere licet, & tenet Cor-
dubia in d. § ſi quis ex bis. n. 55. dicens id
vſu forenſi receptum eſſe.

### Vſuræ an debeãtur mulieri pro mora hæredũ in reſtitutione augmenti dotalis. Examinat̃ deciſio Afflict. 291.

## DECISIO XLV.

1 *Vſuræ an debeãtur pro mora hæredum in reſtitutione augmenti dotalis.*
2 *Dos, & donatio propter nuptias a pari procedunt.*
3 *Afflicti deciſio ſub nu. 291. & Capic. ſub n. 5. 6. 7. impugnantur.*

1 VSVRAE † Augmenti dota-
lis an debeãtur ad hæredi-
bus, qui poſt ſolutum ma-
trimonium fuerunt in mo
ra illud reſtituendi, dubita
tum fuit, & hanc quæſtionem in terminis
tractans Afflict. deciſio. 291. concludit at-
tẽta diſpoſitione iuris canonici, & propter
peccati contingentiam has vſuras non de
beri, & ita dicit ter fuiſſe pro conſi. Neapo
lit. iudicatum, & ante ſua tempora ita ſem
per obſeruatum, & cum Afflicto tranſit
Capic. deciſ. 65. In cauſa honorabilis. mo-
uetur Affli. illa ratione, quia argumentum
hoc dicitur uſura quodammodo dotis cũ
ſit ipſius, lucrum, & uſusfructus, unde ſi ſol
ue etur de eo uſura diceretur improbum
fœnus, nẽpe vſuræ de uſura omnino pro
hibitum l. improbum, C. ex quibus cau. in
fam. irrogat. cle. 1. de uſur. ulterius pro Af
2 flicti ſententia dici poterat † augumẽtum
& dotem a pari procedere, cum augumẽ
tum dotale eadem priuilegia habeat, quæ
& dos, ut latè per Berta. in uerbo augumẽ
tum. nu. 10. & Brun. in trac. de augumen.
cõcluſ. 5. Deci. in l. ut liberis. nu. 6. de col-
la. & habetur in auth. de æquali. dot. & do
na. prop. nup. ſed pro dote nõ debẽtur uſu
rę, ut dixi ſupra proximè deciſi. 43. multo
igitur minus ꝓ augumento ſeu donatio- *
ne obnuptiali debebunt̃. faciunt, quæ ſcri
bit Brun. in d. tract. de augm. conclu. 5. nu-
me. 25. & 26.
Ego dicebam hanc opinionem nõ eſſe
ueram, & aduertendum eſſe, quod Affli.
3 non mouetur bona ratione, † nam primo
concedit de iure ciuili uſuras illius augu-
mẽti deberi, per authe. de nõ eligen. 2. nu-
ben. §. ſi autem omnis. deinde arguit, ꝙ
de iure ciuili uſuræ uſurarum non deben
tur, unde uti leue eſt argumentum Afflic.
ita & illius cõſequentia, & poſtquam ni-
hil ualidi allegat, & uidebam id iure ciuili
cõcedi, nec iure canonico expreſſe prohi
beri imo potius tacitè permitti in c. ſalu-
briter de uſur. eram in illo uoto, ut uſuræ
taxerent̃ prout taxatæ fuerant uſuræ prin
cipalis dotis ad octo pro cẽtenario, ut di- *
xi ſupra. Verum propter authoritatem Af
flicti, & Capicij, & conſilij Neapolitani cũ
tunc nulla urgẽs in oppoſitum adducere
tur doctorum authoritas, non obſtãtibus
prædictis conſiderationibus, uſuras augu
menti dotis non deberi cenſuit Senatus.
1562. 29. Auguſti.
Sed cũ iterũ in alia cauſa de hac quæ
ſtione tractaretur in Senatu, ego adduce
bam cõtra Afflicti ſententiam conſilium
Bal. 58. li. 2. uerſ. ſuper quarto. ubi uult ali
menta pro dote aſſignata dari ratione cu
iuſdam interuſurij ad ratã dotis, & dona-
tionis propter nuptias, & quod contra Af
flictum, & Capicium tenuit poſtea Gram
maticus deciſio. 103. nume. 98. & 101. ubi
refert ſuis temporibus per multas ſenten
tias receſſum fuiſſe ab illa opinione Affli-
cti, & taxatas fuiſſe uſuras ad rationẽ octo
ꝓ cẽtenario, & requiratur nouiſſime Mar
cel. Solon. a Pace Hiſpanus conſi. 4. nume
ro 28. ubi ita Hiſpaniæ iudicatũ teſtatur
tã ſuper dote quam ſuper arrhis, quæ ſen
tentia mihi ſemper æquiſſima uiſa eſt, cũ
ſit ualde iniquum, ut quis cum iactura al
terius locupletetur, & hæres ex ſua mora
lucrum capiat contra iuris regulas.
Et propterea cum iſte caſus iterum cõ
tigiſſet, in cauſa magna comitum corigij
cõtra Comites. Vriti, quæ fuit Senatui de
legata per Imperatorẽ, & relata per Do.
Bellacombam tunc Senatorem, & Colle
gam noſtrum coram toto Senatu re me-
lius diſcuſſa iuxta uotum meum, & con-
tra priorem ſententiam cenſuit Senatus
ut uſuræ etiã pro augumento deberentur
re per multos dies diſputata 1574. unde-
cima Auguſti. Et fuit determinatum ita in
poſterum ſeruari debere, & cum alias ca
ſus contigit, ab hac opinione non fuit re
ceſſum, & hæc nota, quia frequentiſſima
ſunt, & difficilis eſt quæſtio propter tot
deciſiones contrarias.
Poterit ampliari hæc concluſio, ut pro
cedat etiã reſpectu augumenti dotis a pa
tre promiſſę, & tempore ſtatuto non ſolu
tæ, cum eiuſdem ſit naturæ acceſſorium,
quod principale, & ita conſuluit Pariſ. con
ſilio 126. numero decimooctauo, & deci
monono, libr. primo. qui reſpondet ad al
legata per Corne. tenentem contrarium
cõſilio 240. libro tertio. & ſecundum opi
* nionem Pariſi. iudicauit Senatus. 1575.
Confirmata ſententia prolata per Doctiſ
ſimum conciuem noſtrum, & Senatorem
Do. Iuuenalem Capellum, Compatrem
meum honorandum Iureconſultum Foſ
ſanenſem, qui ita iudicauerat in una cau
ſa Trinitatis.

### Augumentũ dotis conſtitutũ à ſocero, qui dotẽ recepit, an cenſeatur donatũ filio ſeu nurui, ita ut ĩ diuiſione fiẽda inter fratres, id in primis filius detrahere dẽt.

## DECISIO XLVI.

1 *Augumento dotis an inter fratres confe-*
*ratur*

*ratur, & legitimam imputetur, & numero 4.*

2 *Dos & Donatio propter nuptias a pari procedunt.*

3 *Dotis lucrum patri ſpectat nuru moriẽte.*

5 *Argumẽtum ſubſiſtit ab imputatione in legitimam ad collationem.*

6 *Augumentum dotis confertur ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedatur patri.*

7 *Donatio obnuptialis, ſiue augumentum dotis marito mortuo redit ad eius hæredes, & quid ſeparatum a dote iudicatur.*

8 *Iocalia, & ueſtes magni ualoris nurui donatæ in diuiſione fienda inter fratres conferuntur.*

9 *Collatio non habet locum niſi quando agitur de hæreditate illius, a quo donatio proceſſit.*

10 *Filius an teneatur conferre dotem, quam lucratur ex forma ſtatuti.*

11 *Donatio, qua a patre fit cõtemplationem futuri matrimonij, an conferatur, & in legitimam portionem imputetur.*

AVGVMENTVM dotis (ꝙ conſuetudinario iure donationis ante nuptialis, & obnuptialis loco ſucceſſit) conſtitutum a ſocce-
3 ro, qui dotem recepit a nuru † an cenſeatur donatũ nurui ſeu filio, ita ut in diuiſione fienda inter fratres id in primis filius detrahere debeat, & in ſuam legitimam portionem imputare, dubia eſt quæſtio & uideretur primo aſpectu dicendum in fauorem filii, ut illud detrahere poſſit, & non imputare in legitimam teneatur ꝗa hoc augumentum fit propter dotẽ, & acceſſorium dotis dicitur, unde principalis dotis naturam, & cõditionẽ ſequi debeat, cum
2 † a pari procedant dos, & donatio. ꝑpter nuptias, ut dixi ſupra deciſ. ꝓxima, num. 2. & eſt tex. cum rub. in aut. de æqua. dot. & in his terminis ita arguit Neuiz. conſi. 76. numer. 14. unde priuilegium hypothecæ, & anterioritatis datum doti cenſetur etiam datum augumẽto. Neguſant. de pignorib. 4. memb. 2. par. princi. nu. 46. & illud marito urgente ad inopiam ob id mulier detrahit Ioan. Lup. in repett. c. per ueſtras. §. 19. in prin. ſed dos in diuiſione fienda primo detrahitur ergo, & augumentũ.

Secundo quia eum ſequũtur commoda, ad quem incommoda ueniunt, & contra vulga. reg. ſecundum naturam de reg.
3 iu. ſed moriente † filia, & nuro dotis lucrũ remanet patri, & diuiditur inter filias, ut latè per Deci. conſi. 67. circa propoſitum. Doctores in l. ſi cum dotem §. tráſgrediamur. ubi Alex. nu. 12. D. ſol. mat. ergo augmentum dotis ipſorum etiam portionem onerare deberet.

Tertio cõſidero, quod hæc obnuptialis donatio ſolet ut plurimũ, imo, ſemper fieri cõtemplatione dotis dotæ, & in uxorẽ traſferri deberet, dicitur enim donatio, quia donatur non filio, ſed nurui, ergo a filio non deberet conferri tanquam res de bonis alterius, cum durante matrimonio non poſſit eſſe de bonis ſuis, ut de dote dicitur in l. pater filiæ, D. de euict. imo & illud ſequitur, quod cum ſit donatio, uti talis tẽpore mortis patris deſinit eſſe in hæreditate, cum ſtatim in puncto mortis ſeparetur, ergo, cum non poſſit dici hæreditaria portio, uti ſimplex donatio non erit conferenda per ea, quæ ſubtiliter ſcribit Pau. de Monte Picho in rep. l. in quartam num. 26. D. ad leg. falci. & donatio hæc cenſeatur in mulierem tráſlata ẽt abſque traditione, & ſpeciali priuilegio dicitur infra deciſ 48. & pro ea ſicut ꝓ dote mulieri tanquam dominæ etiã uiuo maritus datur rei uindicat. authe. donationem. C. de iu. do. & hãc partem reperio tenuiſſe Neuiz. in d. conſi. 76. nu. 12.

4 Supraſcriptus † tamen non obſtantibus
* cõtrarium Senatui uiſum fuit de iure uerius per tex. in l. ut liberis. C. de coll. ubi docto. & præſertim Deci. nu. 6. per quem text. aperte deciditur filium cõferre cum fratribus ab inteſtato ea, quæ habuit ex donatione ꝑpter nuptias ad idẽ uidetur tex. in l. quoniam nouella. C. de inoff. teſt. ubi dos & donatio propter nuptias imputantur in legitimã, ut ibi per DD. & per Dec. dicto numero 6. Rip. in l. in quartam numero 148. ubi ponit rationẽ. D. ad leg. falc. Fabian. in repe. authen. nouiſſima. numero 84 C. de inoff. teſtam. ergo rãto magis de illa donatione habẽda erit ratio, ut
5 conferatur cum fratribus, cum † ualeat argumentum ab imputatione legitimæ ad collationem l. illud. §. 1. C. de colla. & dici poſſit computatur in legitimam ergo conferetur. Dec. in d. l. illud. col. 1. Pich. in repe.

dicta



dicta l. in quartam. nu. 87. præſertim cùm mediatè a patre proceſſerit quo caſu firmior redditur hæc conſequentia, vt per Ruin. in d. l. in quartam. num. 29. & regula generalis eſt in hac materia, ꝙ ſubiacent collationi quæcunque imputãtur in quartam legitimæ. Iacob. Richius in tracta. de unio. prol. cap. 5. nu. 6.

Præterea, & tertio facit pro hac ſententia, ꝙ donatio hæc ſicut dos dicitur profectitia cum à patre proficiſcatur, l. dos a patre, C. ſolu. matrim. ergo veniet conferenda, l. certum. C. famil. erciſ. Azo. in ſumma de collat. nume. 4. verſicu. item ſit & hanc 7
opinionem poſteriorem tenet Cagnol. in l. ſi emancipati. nume. 204. C. de colla. qui ita per conſilium tunc Taurini reſidẽs iudicatum teſtatur, & communiorem fatetur Neuizan. dicto conſilio 76. & cum ea tranſeunt conſulendo Bertrand. conſilio 337. volumine 3. 1. parte. Roderic. Beci. Crauet. & alij quos refert Burſat. conſilio 176. numero 11. Bal. Nouell. de dote parte 7. priuile. 7. & iuxta illam uidi poſtea ſe-
* pius iudicaſſe Senatũ ſiue de ſucceſſione ex teſtamento, ſiue ab inteſtato capienda
6 tractaretur: nam in vtroq; caſu eſt † facienda collat. per tex. in l. illud. §. ad hæc & auth. ex teſtamento C. de coll. gl. elegans, in l. Pomponius. Philadelphus. in fine D. famil. erciſcun. Hęc enim collatio inducta eſt ad eum finem, vt æqualitas inter liberos ſeruetur dicta l. illud. & dicta l. ut liberis. vbi Caſtren. numero 3. quæ ratio militat in vtroque caſu, vt per Azo. in ſumma illius tituli numero 17. cum quo tranſeunt omnes vno ore magiſtri noſtri tam veteres quàm recentiores. Et pro hac opinio facit ratio, quod omnis donatio eſt ſtricti iuris, & ſtricte interpretãda. l. quidquid aſtringendæ. ff. de ver. obliga. & in ea ita ſunt intelligenda verba, vt minus lædant patrimonium donantis, & hæredum quàm fit poſſibile, vnde talis donatio facta cenſebitur in leuiorẽ partem, ſcilicet vt filius haberet quo vxori augmentum dotis pro more regionis conſtitueret, ſed ita vt id ſibi imputaret: poterat enim pater clarè donationem facere non imputabilem ſi hoc voluiſſet quod cum nõ fecerit videtur noluiſſe alijs filijs præiudicium facere, & in dubio pro æqualitate filiorũ iudicandum eſt. Et hoc tanto magis, & indubitatè procederet, ſi pater poſtea talem eſſe mentem ſuam declaraſſet, uel inter viuos, vel in vltima voluntate.

Non obſtant tunc contraria. Nam ad primum dicitur verãm quidem eſſe regulam æqualitatis ſeruandę in dote, & obnuptiali donatione, ſed fauore ęqualitatis inter fratres ſeruandæ non eſſe hanc extenſionem faciendam, imo ſatis ęqua lance procedunt, cùm ſicut dos confertur per filiam, & loco legitimè ſuccedit, ita & donatio propter nuptias in legitimam imputetur & conferatur. Vlterius obnuptialem hanc donationem quid † ſeparatum a dote fuiſſe reperio, cùm de iure marito mortuo nullis extantibus in contrarium pactis, non ad mulierem tranſeat vna cum dote, ſed ad mariti heredes tráſmittatur. gloſſ. in authenti. dos data. C. de donatio. ante nupt. Purpurat. conſilio 48. numero 1. lib. 1. Alben. conſilio 68. numero ſecundo. Laurent. Kirchou. commun. opinio. centur. 1. concluſ. 91. D. Sola in commen. decretorum Sabaud. tit. de feud. gl. uni. 1. par. nu. 9. vbi vide multa de hoc augmẽto.

Ad ſecundum reſpondetur, patrem lucrari dotem ſtantibus in cõmunione liberis propter onera matrimonij, & ideo quaſi omnes vna cũ patre huius oneris participes ſunt ipſo mortuo tanquam quid hęreditarium capiunt, & æqualitas hoc modo augetur, quæ in contrario caſu deſtrueretur, & conſiderandum eſt damnum, & præiudicium, quod fratribus fieret, ſi detraheretur, cùm ſubſtantia paterna diminuatur, ex quibus patet reſponſio ad vltimum fundamentum.

Nec obſtat allegatum conſilium Neuizani: nam primo contra ipſum ſtat communis ſententia, vt ipſemet fatetur, ſecundo nihil validi allegat, & Iaſon. per ipſum citatus in conſilio vltimo 2. volumine loquitur in alia donatione, & quãdo expreſſe conuentum eſt vt non conferatur, quo caſu ẽt dubitari poſſet propter inæqualitatem, quæ oritur, & aduertendum, ꝙ reſpõſio quam ipſe facit ad contraria non ſubſiſtit, dum inquit, quòd illa procedunt quando ſponte facta fuiſſet patre donatio abſq; eo, quòd fuiſſet obligatus: nam contrariũ verius eſt, quia ob cauſã dicitur donatio, & conſetur, vt videre licet apud Burſa. dicto conſilio 179. numero 11. libro 4 Ster

igitur

igitur firma concluſio donationem hanc
obnuptialem, ſiue mauis augmentum do
tis conferendum, & in legitimam impu-
tandum, & hæc eſt æquiſſima opinio, iux-
ta quam ſemper conſulerem & iudicarem
nec vnquam vidi Senatum a tali opinio-
ne diſſentire, quamuis ſæpe occurrerit his
caſus.

8 Amplia, vt procedat etiam in† iocali-
bus, & veſti bus magni valoris a patre nu-
rui traditis, vt hæc etiam conferantur, &
in legitimam portio nem imputẽtur filio
vxorato.iux.Cro.in repe.l.frater. a fratre.
nu.78.ff.de condict.indeb.Vital.in tracta.
de collat.quæſt.11.

Declaratur tamen ſupradicta opinio de
9 collatione augmenti dotalis, vt† habeat
duntaxat locum in bonis illius, de cuius
hęreditate agitur, a quo ipſum augmen
tum proceſſit, quia de facili redit ad na-
turam ſuam. Ita declarat Iaſo.in dicta l.vt
liberis.numero 6.& alij doctores ibi.inter
quos Dec nume.7.Picus in d.l. quartam.
10 num.89. An autem† frater teneatur con-
ferre dotem quam lucratur ex forma ſta-
tuti, vide Vital.in dicto tracta.de collat.q.
12.vbi multas alias quæſtiones ad hãc ma
teriam pertinentes diſcutit.

11 An vero donatio, quæ† a patre filio in
poteſtate exiſtenti occaſione matrimonii
ſit conferatur, & imputetur in ſuam por-
tionem legitimam, quęri poterit, & credo
imputari eoque magis ſi ipſe pater in ſuo
teſtamento, vel alibi hoc declaret, de qua
re vide Iaſ.in dicto conſilio vlti.lib.2. per
totum, late Bec.conſ.20.Burſa.d. conſilio
179.numero 11.Bertrand.dicto conſilio
337.libro 3.Rolan.conſilio 70.libro 4.Vi
tal.de colla.quæſt.1.dixi aliqua deciſi.32.
num.10.faciunt text.& nota.in l.2. C. de
inof.donat.& nouiſſimè multa ſcripſit D.
Ozaſc.conſil.62.per totum, & vide Natt.
conſi.609.lib.3.in 1.dubio.Maſuer.ad Pa
pien.in For.libell.pro hæred.vel re ſingu-
la.diuiden.ſuper verbo communiter, & ꝑ
in diuiſo.ſub nu.13.

**Iuramẽtum vt ſolenniter præſti
tum dicatur, an requiratur tactus
ſcripturarum, & quando, & quid
in dubio præſumatur, & quæ ſcri
pturæ tangi debeant.**

## *DECISIO XLVII.*

1 *Iuramenti de ſubſtantia an ſit, ut corporaliter tanguntur ſcripturas.*
2 *Promiſſio ſimplex, & ſub uerbo ueritatis facta obligat non minus quàm iuramentum, & nu.9.& 13.*
3 *Iuramenti uaria genera.*
4 *Iudiciale iuramentum tactum ſcripturarũ requirit.*
5 *Tactus ſcripturarum quando in iudiciali iuramento requiratur, & nu.6.*
7 *Iuramentum extraiudiciale qualiter præſtetur.*
8 *Iuramenti ſimplex delatio, quæ à lege præcipitur. non requirit actum.*
10 *Iuramẽtum firmius eſt in quo, corporaliter ſcripturæ tanguntur.*
11 *Principum, & Prælatorum ſola promiſſio iuramento æquiparatur.*
12 *Clerici non tangunt iurando ſcripturas.*
14 *Mixtum iuramentum quod ſit, & an in eo tactus requiratur.*
15 *Iuramentum purgationis.*
16 *Scripturæ in iuramẽto manu tangẽdæ sũt.*
17 *Aræ tactus in iuramẽtis mos uetuſtiſſimus.*
18 *In dubio an tactæ ſcripturæ præſumantur.*

1 IVRAMENTI† de ſubſtan
tia an ſit, ut tangantur cor-
poraliter ſcripturæ, contro-
uertitur inter doctores,
& controuerſia oritur ex
pluribus iuris tam ciuilis quàm pontificij
locis, vbi aliquando de ſola præſentia ſcri
pturarũ, aliquando de ſimplici verbali iu-
ramento, multoties vero de corporali ta
ctu ſcripturarum, earumque non ſecula-
rium, ſed ſacrarum, iura loquũtur. Et qui-
bus communem eſſe ſentẽtiam aliqui vo-
luerunt, vt regulariter non requiratur ta-
ctus ſcripturarum, vt Alc. poſt multos do
ctores in rub.de iureiu.num.28.Alua.in §.
ſi enim domino.titu.quid ſit inueſti lib.2.
feudor. Alij vero magis communiter ſcri
pturarum corporalem tactum requiri ſcri
pſerunt.ex capi.ſi quis presbyter 2.quæſt.
4.ita Saly.ita in trac.de feu.recogn.quæſ.
109.num.6.Bal.in Margarita ſua in verbo
iuramentum, quod præcipitur Franciſc.
Marc.quæſt.674.n.4.& 11.Marſi. ſingula
415.in fi.vbi concordantes allegat. Diſtin
xerunt alij varios iuramenti caſus, & illis
ſolen-



ſolennitates ſubſtantiales in his terminis
tribuunt, ex quibus quando tactus com-
munium ſcripturarum quãdo Euangelio
rum, & ſacrarum literarum requirãtur de
ſcerni facile poterit, ut per Imo.in clemẽ.
1.de hæred. num.16.Anton.Corſet in ru
bri.de iureiur.in quarto euidentia.nume.
7.vſque in fin. & quidem difficile erit ꝑ-
fectam huius materiæ cognitionem habe
re niſi ſedere diſtinctionis, & iura diuerſo
modo loquentia, & cũ his doctorum con
trarietates componamus

Itaque clarius diſtinguendo quam per
Corſ. & alios (quos hactenus uiderim) di
ſtinctũ fuerit, pręſuppoſito in primis ob
2 ligationem † ſatis firmam, & ueritatem
ex ſola uerbali promiſſione, & affirma-
tione oriri poſſe. cum uulgatum illud no
tumque ſit, *Verba ligant homines, taurorũ
cornua funes*, ob idque ſimplicem promiſ-
ſionem, uel ſolam affirmationem uerbalẽ
iuramẽto æquiparari uoluerũt aliqui, cũ
hominis fidei exuberantia iſta ſolemnia
non requirant, iuxta illud, quæ procedunt
de labiis meis non faciam irrita, & ſuffi-
ciat uiro bono dicere eſt eſt, non non. ca-
3 pitu. & ſi Chriſtus de iureiuran. Dico † iu *
ramẽtum in tres principales, & generaliſ-
ſimas ſpecies diſtingui, quodam enim eſt
iudiciale, quodam extraiudiciale, aliud
mixtum iudicialis, & extraiudicialis iura
menti naturam participans: licet multæ
aliæ ſpecies ſint quas congerit Ioann. de
Selua. in tracta.de iureiur.2.per quæſt.1.

Iudiciale iuramentum defertur in iudi
cio, & corã iudice, uel ex pręcepto ipſius
iudicis, uel ex delatione partis, aut ex præ
cepto legis, uel ſtatuti, aut forma decre-
4 torũ His† omnibus in caſibus non dicetur
ſolenniter pręſtitũ, niſi corporaliter ſcri
pturæ tangantur. iux.Bal. in dicta Marga
rita in uerbo iuramentũ. Imol. d.clem.j.
de hęret.numero.16.Alc.in dicta rubr.de
iureiur.Anto. Maſſa Galeſ. in tract. ad for
mul.Cameral.obliga.par.2.§.fi.n.10. præ
ſertim ſi lex uel ſtatutum requirat corpo
rale iuramẽtum, uel pars deferens requi
rat, ut corporaliter iureiu. Alciat. in dicta
rubrica, numero.32. (quamuis Hoſtien.
quem ibi Alciat refert, ſimpliciter teneat,
quod in iuramẽto delato a parte requira
tur ſcriptura,) uel de conſuetudine id ſer-
uetur, ut ꝑ Alc.in d.rub.nu.34.aut lex uel
ſtatutum dicant, ut ſolenniter iuretur. Al
cia.ibidem.n.33 ſed in hac ſpecie quo ad
tactum ſcripturarũ diuerſitas eſt. Nam ſi
5 ſimus in iuramento † litis deciſiuo aut iu
ramento purgationis, uel in litem aut in
iuramento ueritatis in arduis cauſis tunc
requiritur de ſubſtantia tactus Euangelio
rum ex magis communi ſententia quæ, &
ipſa conſuetudine corroboratur, ut de pri
mo caſu quando ex iudicis præcepto de-
fertur, dicit Caſtr.in l.3. §.lucri. D. de iu
reiur.per glo.in cap ut circa.in uerbo cor
poraliter de elect.in 6.Bellon.conſi 4.n.
5.& uidetur eſſe gl.de hoc in cle.1.§.por
ro.ſuper uerbo tract.de hær. & in hac pa
tria expreſſa ſunt decreti uerba, ſub titulo
*del iuramento*.in.§.Et *primieramente*. ibi,
*& meterſi le mani ſopra i Santi Euangelij*,
ubi formula huius iudicialis iuramẽti præ
ſcribitur quæ ſolẽnitatis in terminis illius
decreti, quo ad tactum Euangelicũ in om
ni iudiciali iuramẽto requiritur cuiuſcun
que illud qualitatis ſit ut in §. *La medeſi-
ma*. ibi. *& la medeſima forma ſi oſſeruara
in ogni altro iuramento giudiciale, ſia di
qual ſorte ſi uoglia*, *&c.* & idem dictum
fuit de iuramento in litẽ, cum ſuper hoc
diſputaretur in Senatu in cauſa Niciẽſi in
ter Rocamaureum, & Fabiũ, referente Do
mino Senatore Enuiarũ anno.1575.xxx.
Maii. Et de iuramẽto purgationis apperto
loquit̃ tex.in c.presbyter, & in c.quoties.
2. quęſ 4. ſiue hoc purgationis iuramẽtũ
in ſupplementũ probationis a iudice de
feratur quod ſub hac ſpecie iuramenti iu
dicialis recte collocatur, ſiue ſponte corã
iudice ſuſcipiatur, quod in mixti iuramẽ
ti deſcẽdit ſpeciem, de qua infra dicemus.
Et quando in arduis cauſis defertur ſu
per ueritate dicenda, dicit Bald.Euange
lia requiri.in auth.ſacramenta puberum.
C.ſi aduer.uen.quem ſequitur ibi Iaſo.n.
13.Sylua.in d.q.109. nu.6.& in cauſis cri
minalibus ita tenet Marc.d.q.674.per to
tam. & hoc caſu quando tactus Euãgelio-
rum requiritur; ſufficit tactus unius Euã
gelii licet iura, & doctores ſub plurali lo
quantur numero gl.in auth.iur.quod pręſta.ab his. & Bal.quem refert.Syl.in d.qu.
109.nu.6.dicit poſſe iurari ſuper qualibet
ſcriptura ſacra, ut ſuꝑ ueteri, uel nouo te
ſtamento, & ſuper imagine ſãctorum, uel
crucis, quod uerum puto niſi expreſſe di
catur,

catur, quod iurari debeat ſuper Euangelijs.

6 Si vero † ſimus in cauſis minimis, vel in iuramento calumniæ aut teſtium, requiritur quidem tactus ſcripturarum, ſed non ſacrarum, vt ſunt Euangelia, & ita obſeruatur in practica, niſi expreſſe pars cōtrariū poſtulet, & in his iuramenti caſibus ſunt accipienda omnia iura, & intelligendi doctores, qui corporale iuramentum requirūt, quos ſup. retulimus, & aliq. reperient.

7 Extraiudiciale iuramentum, quod extra iudicium † præſtatur pro corroboratione cōtractuum, & hoc ab ipſis notariis deferri eſt ſolitum ſiue promiſſoria, ſiue aſſertoria ſtipulatio ſit, & in hoc caſu non eſt de ſubſtantia tactus ſcripturarum, ſed magis de conſuetudine introductā eſt hæc ſolennitas, vt ſcripturæ manu tangatur, & hanc conſuetudinem Italorum propriam eſſe vt quælibet ſcripturæ tangatur, dicit gloſſ. in d. §. porro in verbo tacta in fin. Francus in dicto cap. vt circa colum. 3. in fi. de ele. libro 6. Imol. in capitu. cum contingat. de iureiur. Sylu. dicta quæſt. 109. numero 6. Gomeſ. in §. item ſi quis poſtulāte. numero 1. Inſti. de act. Zabarell. in dicto §. porro, num. 4. Ioā. de Selua. in trac. de iureiur. par. 1. quæſt. 4. nume. 5. in fi. dicens, quod hodie ita iurare ſufficit. Hanc tamen conſuetudinem dicta gloſſ. in verbo tacta. intelligit procedere, ſi requiratur corporali tactus ſed non ſi expreſſe cautum ſit, vt tactis Euangelijs iuretur, & illam gloſ. communiter receptam eſſe teſtatur Corſ. in dicto tract. de iureiur. in quarto euident. nume. 7. unde ſi lege cautum ſit ſimpliciter

8 † ut iuretur non requiritur tactus ſcripturarum, ſed ſufficiet quodlibet ſimplex iuramentum Abb. & Doctores in rub. de iureiur. vbi Alcia. numero 29. dicit communem Imol. in dicto §. porro. nume. 16. atque hęc opinio iuris authoritate, & ratione non deſtituitur, nam quod non ſit de ſubſtantia contractus, vt tangantur corporaliter ſcripturæ, aperte elicit ex l. ſi alterius. C. ſi minor. ſe maior. dixer. vbi in fortiſſimis terminis, & vbi de iuramento minoris agitur. Imperator corporale hoc iuramentū a ſimplici ſeparat, & maiori efficaciæ illud eſſe in quod corporaliter tāgūtur ſcripturę, quam aliud demonſtrat, cū hoc reparari ex probatione inſtrumētorū poſſit, illud vero nequaquam. Ratio vero deducitur ex uperius facto, preſuppoſito (quod Chriſtianæ religioni maxime convenit,) nempe

9 † ſatis eſſe Chriſtiano homini ſi ſub fide ſola, vel ſub ſimplici veritatis verbo aliquid promittat, nam hęc promiſſio pro iuramento habet, & potius ex quadā vulgi opinione tanguntur ſcripturæ, quam quod ita rei ſubſtātia requirat, nā de iure & apud Deum ſola aſſertio ſemper eſt iuramentum. Alcia. in dicta rub. de iureiu. n. 35. Præceptum etenim Euangelicum eſt, quod legitur Matt. c. 5. *Nolite iurare, ſit autem ſermo ueſter eſt eſt, non non*, quod præceptum canonizatur in c. ſi quis presbyter. 2. q. 4. Et apud Deum a ſimplici promiſſione ad iuramentum nulla differentia cōſtituitur. cap. iuramenti. 22. quæſtio. 5. & plura de his ſcribit Matth. Coler. de proceſſibus exequuti. par. 1. c. 10. num. 242. & ſeq. Nulli vero dubium, quod † fir-

10 mius eſt iuramētum, in quo corporaliter ſcripturæ tāguntur. Imo in dicto §. porro num. 16. Abb. in c. tuis. col. fin. de teſtibus. Siluan. in d. q. 107. nume. 8. probatur ex dicta l. ſi alterius. in fin. & ideo orta eſt illa Italica conſuetudo, iuxta quam in patria iſta practicatur, & hoc eſſe abūdare in cautela dicit Anton. Maſſa. Galeſ. in tracta. ad formul Cameral obli par. 2. princip. §. ſed hinc ſumpta occaſione in fin. & huic conſuetudini antiquitus obſeruatę ſtādū erit. iuxta Fel. in c. fraternitatis. col. fi. de teſtib. Nec erit tunc tactus. Euangeliorum neceſſarius, ſed ſuper qualibet ſcriptura iurari poterit. Gabr. conſ. 127. n. 9.

Ex quibus infertur, quod homines illi, in quibus maximam fidei exuberantiam reſidere leges preſumunt, ſola promiſſione ligantur non minus atque ſi corporaliter ab ipſis tactæ ſcripturæ fuerint, vt ſunt

11 † Princeps, & Eccleſiarum prælati, vt de Epiſcopis habetur in dicta 2. quæſt. 4. multis in capitibus, niſi purgatorum præſtent iuramentum, vt in dicto cap. presbyter. ſecundo. & cap. quotiens. dicta 2. quæſti. 4. nam tūc Euangeliorum tactus requiritur, vt mox dicemus. Et de Pricipe hoc tenet expreſſe vir doctiſſimus Ioachim. Myſinger. ſingular. obſerua. cētur. 1. obſerua. 17. ibi ita iudicatum teſtatur. And. Gail. Germanus practicar. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 59. num. 6. qui id etiam ad Illuſtres perſonas extendit. Imol. in dicto § porro. num.

16.



16. per ca. non flagitetur. 11. quæſtio. 1. &

12 in clericis, † quod non requiratur tactus ſcripturarum, eſt textus in dicto capitul. ſi quis presbyter, & tenet. Alciat. in dicta rubri. de iureiur. nume. 34. ubi allegat rationem. & idem in iudice iudicante tenet gl. in dicta authen. iuſiur. quod præſta. ab his, ſuper uerbo teneo, & quo ad Epiſcopus ſufficiet præſentare Euangelica. ca. fina. de iuram. calum. Ioan. de Selua. de iureiuran. 1. part. quæſt. 4. in fine. unde dicitur tacto pectore more religioſorum. niſi ſimus in iuramento graui, & purgatiuo, nam tunc etiam Eccleſiaſtici iurant ad ſancta Dei Euangelia, ut eſt text. in dicto capitu. quotiens. §. porro. extra de purgat. canon. & quando litigat. Eccleſiaſticus coram iudice ſeculari in hac patria, res uidere expedita attenta forma decreti Ducali.

13 Secundo infertur, quod in † quolibet cōtractu etiam a muliere facto in quo iuramentum requiritur, ſola promiſſio contrahentes obligabit, ut in terminis ſtatuti tenet Lamberteng. in tract. de contractibus eorum, quibus uel a iur. commu. uel a ſtatu. ſine certa ſolen. contrahere permiſſ. non eſt in fine. n. 92. quæſt. 16. poſt Bal. & Felyn. per eum citatos, & alibi forte dicemus.

14 Quo ad tertiam iuramenti ſpeciem, quam † mixtā nomino ob id, quia utriuſque iuramēti naturam participat, cum iudiciale dici non poſſit, quia extra iudiciū, & extra iudicialem delationem pręſtatur & extraiudiciale dici non poteſt, cum in figura, & forma iudicij, & ad formam iudicialis ſuſcipiatur, vt eſt purgatorium illud iuramentū, de quo ſupra dicebamus, & de quo titulus eſt in Decretaliū libris, ſub rub. de purga. vulgari, & de purga. Canon. item iuramentum, quo ab officialibus, & magiſtratibus, & aſſecurationis, & fidelitatis, quod a domino feudi Principi, & a ſubditis ipſi vaſallo præſtatur, & eiuſmodi. His igitur omnibus in caſibus tactus Euangeliorum neceſſarius eſt, quia ita leges diſponunt, & expreſſe requirunt unde talis omiſſio tāquam de ſolēnitate requiſita actum vitiaret. Fely. in d. ca. fraternitatis. colum. fina. de teſtibus. Alc. in d. rub. de iureiur. num. 30. qui dicit communem.

15 De primo, quod requiratur † tactus Euangeliorum, ſunt text. aperti, in d. capi. presbyter. ſecundo, & in dicto capitu. quotiens, & illud iuramentum compurgatorium antiquiſſimum, & frequens erat ex Longobardorum conſuetudine quadā ad inuentum, apud quos aliquando duello, aliquando iudicio aquæ feruentis, & candentis ferri, uel ſuper ſanctorum corporibus, & reliquiis iuramentum huiuſmodi pręſtabatur, ut inter ipſorum leges uidere eſt, quæ tria priora abrogata Pontificū cōſtitutione fuerunt, ut in capitu. Mennam. 2. q. 4. & in his purgatoriis iuramentis cōteſtes adhibebantur, qui ſuper crudelitate tactis Euangeliis iurabāt, ut in d. c. presbiter quæ forma ad ſacramētales illos teſtes de quibus feudiſtici iuris authores meminerunt protrahenda eſt, que de re diſſerē di campus alijs relinquitur.

De ſecundo uero res eſt notaria iurare magiſtratus, & officiales ad ſanta Dei Euāgelia, & eſt expreſſum, & notatur in auth. iuſiurandum, quod præſta ab his &c. ubi glo. & elicitur ex l. 2. in prin. C. de iur. propter calum. & ex l. rem nō nouam. C. de iud. Et ſecundum hac formam iurant Magiſtratus, qui ad officij ſui exercitium admitti uolūt in ipſo Senatu ſe præſentātes & genibus ad terram poſitis tactis ambabus manibus literis ſacris iurant iuxta formam in decretis antiquis poſitam.

De ultimo uero iuramenti genere, quod generali nomine fidelitatis appellat tex. eſt in §. ſi enim domino titu. quid ſit inueſtitu. ubi Bal. & Federic. Schench. & de hoc pariter in centurijs quibuſdam feudalibus notatum late reperietur, ubi de hoc fidelitate iuramēto late diſſeretur. Addo uero his iuramētum præparatorij iudicii, de quo in auth. ut litigan. iur. in exord. lit. c. 1. & iuramentum, quod pro recta adminiſtratione a tutoribus, uel curato. præſtitur de quo in authen. ut hi qui obligat. ſe habe. per ib. res minor. §. fin. Nam in his de ſubſtantia eſt ut Euangelia tangantur corporaliter, quemadmodum in ſupradictis locis aperte caueatur. Idēque in iuratoria cautione ſeruabitur per authen. de litigi. § ad excludendas, in fi.

16 Notandum uero eſt quod ubi requiritur tactus ſcripturarū neceſſe eſt, ut † manu tangantur nō autem tāgi poſſent ore, pede, uel cubito. Fely. in d. c. fraternitatis,

de

de teſtib.col.fin.gloſſ.in capit. vt circa de elec.li.6.& non poſſent per interpoſitam perſonam tangi,vt idem Felyn.ait.neque ſufficiet illas eſſe in præſentia , ſed tactus requiritur,gloſſ. corporaliter. in dicto ca. vt circa dicto cap.presbyter.2.quæſt.4.& in clemen.1.§.porro.el ij.de hæret. & ibi Imo.numero 16.& Zabarell.num.3.Nam quod præſentialiter tantum inſpiciantur & non tangantur,iudicibus ſolis præcipitur.in l.2.in princi.C.de iuramen.propter calumn.& in dicta l. rem non nouam. C. de iudic.& his caſibus crederem ſuper reliquijs Sanctorum iurari poſſe,vt per Fely.in.cap. tuis.de teſtib.colum.penul.facit tex.in l.generaliter.in fin.C.de reb.credit. Siluan.dicta quæſtio.100.numero 6.Imo Aris tactis ſolitũ eſt deferri in arduis cauſis iuſiurandum,vnde deſcendit antiquus mos iurandi ſuper altari Sancti Antonij de quo in veteribus Sabaudiæ decret. ꝙ tamen non ita paſſim nũc admittitur , vt ſuo loco dicemus,deciſio 61.incipien.Iu-
17 ramentum.Et morrem hunc† antiquiſſimum fuiſſe,vt Aris tactis iuretur , indicat nobis eleganter locus ille apud Plautum in rudente actu.5.Scena 3.

*Gr.Tange Arã hanc Veneris.La.Tango.*
*Quid tibi lubet id mihi impera.*
*Gr.Per Venerem hanc iurandum eſt tibi.*
*La.Quid iurem tibi.*
*Gr.Quod iubeo.*
*La.Prei uerbis quod uis , id quod domi eſt,*
*nunquam ulli ſuplicabo.*
*Gr.Tene Aram hanc.La.Teneo.* Et quæ ſequuntur.

Vbi iuramenti formulans colligit , quæ a nouorum decretorũ præſcripta formula nõ deſcẽdit,& Cicero in Orat. pro Flacco huius iuramenti efficaciam demõſtrat illis verbis *Is ſi aram tenens iuraret, crederet nemo*,pluraque huiuſmodi colligit nouiſſime rerũ antiquarum indagator diligentiſſimus Barnabas Briſſo lib.8.de formul.pag.mihi 814.

Dubitabatur tamen in facti contingentia inter Senatores,& collegas noſtros, an
18 † in dubio ſi dicatur ſimpliciter iuratum fuiſſe,præſumantur tactæ ſcripturæ , quę tangi debent,& communi voto reſolutũ fuit , ꝙ diceretur iuratum fuiſſe præſente iudice & parte tunc tactæ ſcripturæ præſumãtur licet expreſſum non fuerit , idq; ut actus magis ualeat quam pereat .Ita tenet Fely.in c.fraternitatis.col.fi.poſt Ab. ibi in fi.vbi addit.hoc euenire ꝓpter prę-ſẽtiam iudicis,& notarii , & partis taciturnitatem,ad quod faciunt nota.per Craue. de antiquita tempo.in §.quæritur etiam. nume.30.& facit regula,quę habet, quod præſentia iudicis ſupplet omnes defectus præſertim ſolẽnitatum,de quo per D. Solam in decre.Quittationem.& Simoncellum in ſuo tract. de decret.Aliã rationem ponit Bal.in l.fi.C.ſi ex falſ.inſtrumen.ſcilicet,quia ex conſuetudine tanguntur ſcripturæ,ideo propter talem cõſuetudinem præſumitur.Alcia.in d.rub.de iureiur.nume.38.dicens ita ſeruari in practica.ſequitur Imo.in d.ca.fraternitatis. numero 11. & quamuis iſti doctores loquantur in teſte,tamen idem dicit Alciat.in alijs Fely. in cap.tuis colum.penul.de teſtib.pro Butri.& Specu.vbi tamen in fi.dicit Abb.nõ pręſumi partis pręſentiam, & late in hoc conſuluit Imo conſi.86.rub,de iureiu.ubi conſuluit pro eo,qui ex forma ſtatuti debebat iurare tactis.Euangelijs, ſed id Alc. dicit procedere propter dictionem,*&cæ.* alias cum pars eſſet abſens forte Imo.male conſuluiſſet.Et quamuis allegetur glo. in dicto capitu.vt circa.de electio.ad hoc quod non pręſumatur tactus , tamẽ apud me hoc non dicit,& talem glo.illius intellectum reprobat.Iaſ.in auth.ſacramen. pube.nu.14.C.ſi aduer.vendi. vbi ſcribit , ꝙ in dubio illud eſt proprie iuramentũ , vbi ſacrę ſcripturæ manibus tãguntur , & vide eum ad materiam ſupradictorum cum addit.in litera B.ſuper verbo ſacro libr. & expreſſe idem Iaſ.in l.ſciendum.num. 12. D.de uerbor.obligat.poſt Bald.in capi.1. quid ſit inueſtit.& in procœm.digeſt.in 1. conſtitu.in princ.pulchre Alex.ad Barto. in l.Theopompus.in litera D. D.de dot. pręlegat.& in terminis ſtatuti ſimpliciter iuramentum requirentis. Grat.conſil.47. numero 4.& ſequen.libro 1.Gabri.de ſimplici notarii aſsertione loquens dicto conſili 127.nu.11.Si plura uelis ad materiam huius deciſionis uide Aſi.in tracta.de execu.§.8.capit.1.& pluribus ſequen.præſertim.capitu.21.& 22.hæc autem huic ſufficiant.

Regu-



Regula ,qđ dotis cauſa,& donationis ꝓpter nuptias dominum, trãsferatᷣ ſine traditione, an hẽat locum etiã ratione poſſeſſionis,

*DECISIO XLVIII.*

1 *Dominium dotis cauſa , & donationis propter nuptia transfertur ſine traditione.*
2 *Peſſeſſio an dotis cauſa ſine traditione ſicut dominum transferatur.*
3 *Gloſſa in l.Pomponius Philadelphus.D.famil.erciſc.examinatur.*
4 *Conſtitutum tranfert poßeſſionem cum domino.*

1 DOTIS cauſa eſt donationis propter nuptias dominiũ †trãsfertur ſine traditione,& hæc eſt generalis regula ex ſpeciali dotis priuilegio inducta,ſed de qua in gl.1.ſuper l. 3.C.de inoff.donatio.Deci.in l.ſi donatæ. numero 5.C.de collat.Iaſ.in l.traditionib. numero 20.C.de pact.& conſilio 147.lib. ſecundo Socy conſilio 107.lib.3.doctor. in l.in rebus ubi text.ad id. C. de iure dot. Burſ.conſilio 120.numero 14.& hoc priuilegium dotis eſſe dicit gloſ.in l.Pomponius Philadelphus D.fam. erciſcun.Bald. nouel.de dote.par 7.priuile.19.Hartman. pract.obſeru.forenſ.libro 2.tit.de dote.c. 5.Et hæc eſt communis omnium ſcribentium ſententia.

Quæſitum uero fuit,an hæc regula pro
2 cedere etiam ratione† poſſeſſionis,ut abſque traditione trãsferatur,& quod proce deret allegabatur gl.ſingu. in dicta l.Pomponius Philadelphus. In cõtrarium adducebatur doctrina Barto. & Iaſ. in l.fina.C. de ſacroſanc.eccle.ubi uolunt, quod in caſibus in quibus trãsfertur dominium ſine traditione,non tamẽ acquiritur poſſeſſio, cuius rei ratio aſſignari illa poteſt quod facilius tranſit dominium quam poſſeſſio. Nat.conſi.429.num.5.libro 2.& hanc opinionem limitãdo ſuperiorem regulam tenet Baldus de Bartolinis.ſiue nouell.in repetitio l.1.numero 196.in fine. & numer. 197.D.ſolut.matrim.ubi omnino uide ad hanc materiam,& eſt repetitum in eiuſdẽ tractatu.de dot.par.8.priuileg.6.numero 17.per gloſſ.in l.cum duobus. §. idem reſpondit.ſuper uerbo dominium.D.pro ſocio Rola.conſi.77 num 36.lib.1. poſt Ange.Bal.& Deci.per eum citatos.Melch.Paleaz . Hiſpanus in tractatu Maioratuum, part.3.q.19.nu.3.Idemq; in Eccleſia dicit Burſat.conſi.65.n.23.li.1. hanc & video magis communiter receptam opinionem licet apud me certe non ſit ſine difficultate,ut ẽt dicit Paleaz.in d. q.19. per † tex.
3 in l.ſi quis poſt hac.in prin.C. de bon.proſcrip.ubi mulieri datur pro rebus dotalib. rei uindica.in quam rem addo meliorem tex.in l.in rebus,& in authẽ.dona.C.de iure pot.per quæ iura aperte elicimus nõ ſolum ficte.ſed uere dominam rerum dotalium uxorem remanere , ex illiſq; reſoluitur famigerata illa quæſtio, quæ etiam recentioribus noſtræ ætatis uiris doctiſſimis altercandi cauſam præbuit . an uxor dicatur rerum dotaliũ domina,uel uir, de qua in l.doce ancillã & ibi doct.C.de fur. Zaſ. intellec.ſingu.lib.2.c.3.& apud Robertum adimaduerſi lib.3.c.9. contra quem diſſerit doctiſſimus Cuiacius ſub nomine Mercatoris in ſuis no.ad illud.cap. 3. Vlterius pro opi.gl pondero tex.in d. l. Põponius Philadelphus in illis ultimis uerbis.

Filiam etenim,quæ naturaliter agros tenuit , ſpecie dotis, cuius capax fuiſſet,defendi.

Ibique Papinianus illius legis author de retinenda poſſeſſione loquitur non de recuperanda, uel accipiẽda. Ad quid uero traditio fingeretur,ſi poſſeſſio non tranſiret?nõ uere dicetur tradita res, cuius poſſeſſio non transfertur,fauoreq; dotis eſſet hęc amplectenda ſententia . nec dubitarẽ recedere a communi per ea,quę circa hęc dotis priuilegia ſcribit Conſtat.Roger. de dot.§.octauo oportet.nu.33.& ſequ.

4 Facit præterea ratio, ꝙ ex † conſtituto trãsfertur dominium & poſſeſſio,propter priuileginm illius clauſulæ , ut per Franci. Marc.quæſt.570.numero 5.Vnde non eſſet nouum ex ſpeciali fauore dotis poſſeſſionem cum dominio trãſire. Verum iſtis non obſtãtibus cum quæſtio hæc in Senatu agitata fuiſſet,cenſuit Senatus illam gl. in dicta l.Pomponius,non eſſe ſequendã. & a communi non eſſe recedendum.

Attentata an dicatur ſentẽtia

quæ

quæ poſt apellationem interpoſi
tā, ante tamē præsētatas literas
inhibitoriales lata fuit, & quid in
dubio ſit præſumendum, quiſve
actus præceſſiſſe præſumatur, an
ſententia an uerò inhibitio, ſub
eodem dię notate reperiantur.

*DECISIO XLIX.*

1 *Iudex poſt appellationem ab interlocutoria poteſt procedere, donec ſit inhibitum.*
2 *Sententia lata eadem die, qua fuerunt præſentatæ literæ appellationis cum inhibitione, an uia attentatorum reuocari poſſit.*
3 *Sententia lata poſt appellationem an in dubio ante inhibitionem lata præſumatur, & quis actus preceſſiſſe præſumatur.*

APPELLATVM fuit ab
1 interlocuria, † quo caſu
iudex ꝓcedere poteſt ad
ulteriora donec ſit inhibi-
tū, ut per Mara. de ordin.
iudi. par. 6. titulo de appellat. num. 161. &
169. & inhibitio ipſo iudici fuerit intima-
ta. Robert. Lancel. de atten. c. 12. ampliat.
15. nume. 20. Myſinger. ſingular. obſeruat.
centu. 4. obſeruat. 44. Herculan. de attēta.
capit. 30. numer. 170. quamuis regula ge
neralis ſit, quod appellatione pendente ni
hil eſt innouandum, & ita omnia iura cla-
mare dicit Deci. conſilio. 97. num. 1. Man
doſ. de inhibit. q. 102. nu. 4. Iudex igitur
illinc ad quindecim dies proceſſit ad ulte
riora pronunciando in meritis cauſæ, &
principalis negotii. ſub eadem die reþe
riūtur præſentatæ literæ inhibitoriæ: cum
iſte caſus contigiſſet per Senatum reſoluē
2 dus, Quærabatur an actus, & † ſentētia per
iudicē a quo ea die factus, & lata deberet
per uiam attentatorum irrita declarari, &
certe ſi eſſet lata ſentētia poſt pręſentatio
nem literarum, & inhibitionis, nulli du-
bium, quòd eſſet irrita ad formam clauſu
læ literarum, ut per Herculan. de attenta.
ca. 18. in princip. Sed dubiū oriebatur, ex
coniectura prioritatis actus, cum non con
ſtaret, quis actus præceſſerit, & uidebatur
pronunciandum utrunque actum inuali-
dum argu. l. duo ſunt Titii cum aliis mul-
tis per Tirequ. more ſuo comulatis in tra
cta. de iur. primoge. quæſtio. 17. opinio. 6.
& 11. Alii uerò videbant eſſe in hac re du
bia pro ſententia pręſummendum, nō tan
tum fauore ipſius ſentētiæ pro. qua in du
bio preſumitur etiam pēdente appellatio
ne. Menoc. de pręſumpt. lib. 2. præſumpt.
67. nume. 26. ſed etiam pro actus ualidita
te tex. l. quoties. de reb. dub. vt dicit Alcia.
de preſump. reg. 3. præſum. 42. & per ea
que idē Alciæ. in d. regu. 3. ſcribit præſum.
1. nu . facıunt quæ in his terminis doctè
ſcribit Quinti. Mandoſ. in tract de inhibit.
quæſt. 81. & in tract. de monitor. quęſ. 27.
3 ita ut ſententiam † ante factā inhibitio-
nem latam fuiſſe, & præceſſiſſe in dubio
magis ſit præſumendum.

Ego dicebam in dubio fauendum eſſe
appellanti, cum ſit adiuuanda illius appel
latio, quæ de ſui natura fauorabilis eſt. l.
2. D. rem rat. habe. Bart. in tract. de arbit.
num. 20. & dicitur remedium fauorabile,
Herculan. dicto tract. de attent. c. 2. nu. 4.
& tanto magis in caſu iſto, in quo appel-
lans erat reus per reg. l. fauorabiliores de
regu. iur. & per ea, quę ſcribit Alc. de regu.
3. præſump. 44. in princ. unde benignior
eſt appellatio quam ſentētia, & conſequē
ter iuhibitio, quę appellationi cōiūcta eſt,
quo caſu ſi dubitet̄ de prioritate actuum,
ne ex incertitudine uterq; uitietur, præſu
mitur pro benigniore iux. Alciat. d. regu.
3. præſumpt. 43. in princ. ex quibus cū rei
difficultas maxima ineſſe uideretur tem-
peramentum quoddam, & quaſi mediam
viam ſequendo Senatus pronunciauit be-
ne proceſſum ad illum actum ſeu ſenten-
tiam per iudicē: uerum ex dubietare prio
ritatis ipſum contra quē actus factus fue
rat ex officio in integrum reſtituendum,
prout ad proſequēdam appellationem re
ſtituit, & hanc quæſtionem nota. quia eſt
ſingularis, & ſepæ contigeret poteſt. An
autem hoc caſu appellans ab interlocuto
ria poſſit iterum appellare diffinitiua, vi
de Hartman. practicar. obſerua. forenſ. lib.
2. tit. ſent. c. 18.

## Excuſſio an requiratur, quādo apparet mēdacē eſſe fideiuſſorē.

*DECISIO L.*

1 *Fideiuſſor, qui negat ſe fideiuſſiſſe, an ꝑdat excuſſionis beneficium.*
2 *Negans amittit omne ius, quod habet in re negata.*
3 *Excuſſionis beneficium denegatur tertio poſſeſſori neganti rem authoris fuiſſe.*
4 *Neganti non aufertur in pœnam mendacij ius ſuum, niſi id ſpecialiter a lege exprimatur.*
5 *Inficiatio, & inficiator.*
6 *Mendacium quid propriè.*

FIDEIVSSOR conuentus
negauit ſe fideiuſſiſſe, poſtea
actor probauit contrarium,
cum ille fideiuſſor uellet uti
beneficio excuſſionis, & exciperet
poſtea de excuſſione non facta, du-
1 bitari contigit † an eſſet in hac exceptione
audiendus: & non eſſe audiendum ſuade-
bat, quòd excuſſio nō requirit̄, vbi appa-
ret mendacem eſſe fideiuſſorem, Iaſ. in §.
item ſi quis in fraudem. num. 79. inſtit. de
act. poſt Bal. in authen. cōtra, qui propriā.
3. colum. C. de nō numerata pecun. idem
Iaſ. in l. quod te. nume. 30. ſi certam petat.
Myſinger. ſingular. obſeruatio. centur. 2.
obſeruat. 15. P. Duē. regu. 335. limitat. 14.
& regu. 329. in uerbo fideiuſſor. Gabriel in
titu. de fideiuſſorib. concl. 1. limita. 18. poſt
Grat. conſilio 62. num. 44. libro 2. ac alios
multos, quos allegat Roland. conſilio 88.
numero 2. libro 4. qui limitat. numer. 16.
Matt. Coler. in tract. de proceſſib. exequu.
par. 1. capit. 10. nume. 349. Hartman. pra
cticar. obſeruat. forenſ. libro 2. obſerua. 5.
titulo de fideiuſſorib & uideo magis com
muniter abſque ulla difficultate receptū
paſſim à doctoribus in pęnam mendacij.
per text. qui mihi uidetur ꝓ hac parte ſa
tis clarus in l. ſi dubitet § ita demū. D. de
fideiuſſoribus, quem etiam ad hoc allegat
idem Iaſ. & ante eū Bald. & Angel. ibi. &
ad hoc faciūt plura iura, quæ cumulat idē
Iaſ. in dicta l. quod te. contra mendaces, &
negantes, & nota. ad l. fina. C. de rei uindi
cat. ſed magis id, quod dicit Alexand. poſt
2 Bartol. in l. ſed hōc ita. D. de re iudi. uolen
tes † negantes in pænam mendacij amitte
re omne ius, quod habent in re negata ex
3 quo etiam dicto infertur, quòd † aduerſus
tertiū poſſeſſorem nō requiritur excuſſio
ſi negauit rem authoris fuiſſe, & conuinca
tur, & hoc ī terminis uoluit Iaſ. in dicto §.
item ſi quis in fraudem. nume. 79. ubi hoc
ualde exclamat tanquam ſuam nouam cō
ſiderationem, pro qua multa allegat iura,
& rationes, ut ibi per eum & cum dicto.
Iaſ. tranſit Aquen. in l. exitus. de acquiren.
poſſeſſio. pro qua cōſideratione ultra iura
per Iaſonē allegata addo tex. iudicio meo
clariorem. in Authē. item poſſeſſor. C. qui
potior. in pignor. habe. ubi is, qui poſſidet
rem iure pignoris, uel alio modo, ſi etiā à
poſteriore creditore cōueniatur, & neget
rem illam fuiſſe authoris, illico amittit ius
poſſeſſionis illius rei propter mēdacium,
& transfertur in actorem poſſeſſio, & cla
rius id exprimit̄ in corpore. §. illud quoq;
in iudicijs. Authen. de trien. & ſemiſſe. vn
de ab Irnerio authen. illa deſumpta fuit. fa
cit l. fin. D. de rei uendic. ubi doloſè negās
ſe poſſidere amittit poſſesſionem, & tranſ
fertur in aduerſarium ſine aliqua traditio
ne. Sic etiam punitur fideiuſſor, qui negat
ſe fideiuſſorem: debitor qui negat ſe debi
torem, ut non excuſetur à mora propter
difficultatē: item in eo, qui negat ſcriptu-
ram, ut amittat exceptionem nō numera-
tæ pecuniæ: & q̲ negat ſe ſocium, uel ma
ritum conuenitur in plus quā facere poſ-
ſit: hæres negando rem legatam eſſe lega
tariam non detrahit Falcidiam. Caſtren. in
l. hæreditatum. §. fi. ad l. Falcidiam. in eo,
qui negat ſe filiumfamilias, itē qui negat
ſe uaſallum, uel libertum, de quibus omni
bus uide Iaſ. in l. quo te. numer. 40. ſi cert.
petat. in negante ſe emphyeotā. Iacob. à
Sancto Georgio. de feud. car. 31. num. 43.
negans ſe tutorem punitur, ut per Iaſ. in l.
1. nume. 11. C. de tranſactio. & de menda
cio in duplum punitur ex l. Aquil. §. in du
plum inſtitu. de actio. & inſtitu. de pen.
tem. litig. §. & ad uos. & ibi gloſ. & Ange.
idem in negante ſe ciuem l. fina. C. ad mu
nicipal. idem in negante poſitiones ueras.
Specul. de poſitioni. §. octauo, numero ſe
cundo, de creditore, qui negat rem hy-
pothecam eſſe debitoris. authen. itē poſ
ſeſſor. C. qui potior. in pignor. & ſic ui-
demus multa in pœnam mendacij intro-
ducta fuiſſe.

Pro cōtraria uerò ſentētia, quòd nega
tione fideiuſſoris nō obſtante excuſſio ni
hilominus neceſſaria ſit, adducebatur re-
4 gula, ꝙ † in pænam mendacij nemini au
fert ius ſuū, niſi id ſpecialiter à lege expri
matur.

ius ſuum,niſi id ſpecialiter a lege expri-
matur.Iaſ.in l. 1.num.11.& 12.C.de tran
ſacto.Dec.in l.nemo ex his. de regul. iur.
latè Rip.in dicta l.quod te.num.51.Marc.
Ant.Cuch. in tractatu de mentien. circa
poſſeſſio.num.116.Ideo cum iura a docto
ribus allegata,& text.in d.§.ita demũ. lo-
quantur in alijs caſib. non erunt ad hunc
extendenda,cùm materia ſit priuatiua iu
ris ſuis,& odioſa , ut in ſimili tenet idem
Rip.in dicta l.quod te.nume.51.Vlterius
omnia,quę de mendace,& negãte docto
res dicunt,locum habent, ſi dolo,& ſcien-
ter negatio facta fuerit , uel in fraudem:
5 hęc enim eſt propria † inficiatio de qua
Iuriſcõſul.loquitur in dicto §. ita demũ.
& propriè iſti inficiatores in iure noſtro
damnantur , cùm hi uere dicantur tales,
qui in iudicio,quod debent negant.Vnde
Cicero.libro 1.de Orator. *Quod pettoris
cauſa comparatum eſſe non intelligebat:*
(inquit) *ut ſi ille inficiator probaſſet iudici,
ante petitam eſſe pecuniam , quam eſſet de
beri cæpta.*Et Martial.lib.1.Epigrammat.

*In ius o fallax atque inficiator eamus.*

Requitur enim intentio fallẽdi,ut men
6 dacij pæna ſequatur,cùm† mendaciũ ſit
falſa uocis ſignificatio cum intentione fal
lendi.iuxta Auguſtinum quem poſt glo.
in l.de ætate.§.ſi cum eſſet.in uerbo.mẽ-
dacii.D.de interrogat.actio refert Marc.
Anton.Cuch.in dicto tract.de ment. cir-
ca poſſeſſ.nume. 81. & ut pæna ſequatur
dolus requiritur iuxta Alben.conſilio.97.
nume.35. dicitque Bernard. VVemſerus
inter Hartmani obſeruat.libr.1.practicar.
obſeruat.titu.ultimo cap.12.quòd lex pu
niens mendacium debet intelligi ſi dolo,
* uel lata culpa , & ſcienter fuerit dictum.
Quibus ſtantibus Senatus in quadam cau
ſa Mozetti,& Villæ ſtellonis ubi hoc tra-
ctabatur cenſuit non incidere in pœnam
priuationis beneficij excuſſionis eum qui
negabat,cùm nõ appareret eum ſcienter,
& doloſè negaſſe,& hæc ſententia huma
nior eſt.

## Excuſſio an requiratur,quando quis habet ſuper re,quæ debitoris fuerat ſpecialem hypothecã.

### DECISIO LI.

1 *Excuſſio an requiritur,cum quis habet ſpe cialem hypothecam in re debitoris.*
2 *Excuſſio non requiritur , quando quis eſt creditor ſpeciei,quæ reperitur pænes tertium poſſeſſorem.*
3 *Excuſſio requiritur in qualibet actione hypothecaria, & etiam in Saluiano interdicto.*
4 *Excuſſio non requiritur in actione reali.*
5 *Tex.in §. ſed neque authẽ.de fideiuſſorib. cum §.ad hoc auth. de litigioſ. examinantur,& conciliantur.*
6 *Excuſſio an requiratur in hypotheca legali.*
7 *Excuſſio requiritur in re uendita, quæ poſtea ad manus tertij peruenit non obſtante ſpeciali hypotecha, ſuper ea re reſeruata.*
8 *Excuſſio ceſſat ,ſi agatur ſuper nomine debitoris.*

EXCVSSIO multis in caſi
bus nõ requiritur,quos la
tè ſuis locis Doctores no-
ſtri enumeiãt,pſertim Iaſ.
in §.item ſi qs in fraudem
ubi ponit 8.fallentias, & 12.colligit Negu
zan.de pignoribus part. 8.primi membri
principal.lateque examinat nouiter And.
Gail.Germanus practicar. obſeruat.lib. 2.
obſeruat.27.per totã Gabriel. de fideiuſſ.
conclu. 1.per totam.Sed illa uidetur præ
cipua,ut non requiratur,quando quis ha-
1 beret ſpecialem † hypothecam in re,pro
qua agitur.Ita uidetur de mente Bald. in
rubr.C.de reuocãd.his, quæ in frau.cred.
colum.1.uerſiculo & nota & quamuis ibi
Bal.non loquatur ſpecifice in re hypothe
cata,tamẽ uerba ſua hoc important cùm
dicat,quòd ſi debetur ſpecies alienata nõ
requiritur excuſſio poteſt enim largo mo
do dici ꝙ res hypotechata debetur credi
tori iure hypothecæ,qua rem ipſam affi-
cit,& hanc opinionem magis in ſpecie in
hypotheca ſpeciali uidetur tenere Cra
uet.conſil.77.nume.18.& faciunt ſcripta
per Neguzan.dicta par.8.nume.20. item
limitatio quam ponit Iaſ.in dicto.§.item
ſi quis nu.76. uerſiculo 2. principaliter li
2 mi tatur. dicens† non requiri excuſſionẽ
quãdo quis eſt creditor illiuſmet ſpeciei,
quæ



quæ a tertio poſſidetur, perdictum. Bald.
ſupra relatum. Denique ꝓ hac opinione
allegabam Bertachin.in §.diſcuſſio.n.14.
3 qui uult , quod quando agitur † actione
reali non poſſit opponi excutionem non
factam,allegat Bald.in.l.2.C.de his , quæ
in frau.creditor.credo voluiſſe allegare in
rubr.C.de reuo.his, quæ in frau. colum.1.
uerſiculo & nota ille autem , qui agit hy-
pothecaria,agit actione reali, ut dicit tex.
cum glo.1.&glo. maxime in §. item Ser-
uiana inſt.de act.ubi doctores, & maxime
Iaſ.numero 119.& 95.l.pignoris.D.de pi
gnoribus.

Contrarium,quod imo nõ obſtãte ſpe-
ciali hypothæca excuſſio nihilominus re-
quiratur,ſuadet ratio, quæ in facti contin
gẽtia allegabatur,quod idem operatur ge
nus in ſuo genere, quod ſpecies in ſua ſpe
cie , unde cum in generali hypotheca ſit
expeditum excuſionem requiri,idem erit
in ſpeciali quamuis ad hoc dubium faciat
quod ſcribitur in deci.Rotæ Genuen. 13.
num.19.poſt Socin.ibi relatum.

Secundo mouet id,quod notat Bald.in
l.1.colum.1. de his , quæ in frau.nempe
ſpeciale eſſe in pignore prætorio,ut is ꝗ
cadit a Poſſeſſione,poſſit agere ſine excuſ
ſione , ergo in alio pignore requiritur ex
cuſſio, & tamen pignus prout proprie ac
cipitur ſemper eſt in ſpecie & certum , cũ
corporalis illius poſſeſſio adipiſci debeat
per illius creditorem.§.itẽ Seruiana. in fi.
inſtit.de actionib.

Denique pro hac parte uidetur textus
ſatis clarus in.§.ſed neque authen.de fide
iuſſor.& authen.hodie.C eod.titu.ex quo
axioma illud firmiſſimum,& indubitabile
magiſtri noſtri deducunt, hypothecariam
4 †actionem cõtra tertios poſſeſſores nulla
modo dari niſi prius excuſſo principali,
uel eius fideiuſſoribus Coraſ ĩ dicto §. itẽ
ſi quis.nu.7. & hęc regula in iudiciis paſ-
ſim recipitur & pro ea multos allegat Lu
douic. deciſio Peruſ.45.nu.1. Andr. Gail.
dicta obſer.22.num.7.& adeo uera eſt,ut
etiã in Saluiano interdicto ob id excuſſio
nem neceſſariam eſſe multi uoluerunt, li
cet nõ ſine modica controuerſia poſitum
ſi ut ſuo loco late dicemus.Imo & in ip-
ſ[illegible]s actione Gail. dicta obſer. 27.n.9.
Vincent.de Franch.deciſio.270.par.2.qui
bus ſtantibus ad contraria reſpondebatur
& primo ad conſil.Crau.77.quod ille non
vult ibi excuſſionem non eſſe neceſſariã
ratione ſpecialis hypothecæ , ſed propter
ſcientiam tertij poſſeſſoris,argumen.l. fin.
§.fi.de lega.2.quem allegat.

Ad Neguſantij dictũ reſpõdetur, quod
loquitur,quando agitur aduerſus tertium
poſſeſſorem,qui nõ habet ius hypothecæ
in re poſſeſſa,quo caſu etiam ſi prior cre-
ditor habeat non ſolum ſpecialem,ſed ge
neralem tantum,tamen nõ requiritur ex-
cuſſio , vt ibidem tradit Neguzant. poſt
Soc.conſilio 198.primo aſpectu.ad quod
vide Caſſan.in Cathalo.glor.mun.par.12.
conſiderat.99.verſiculo pro 25. limitatio
ne.& Rolan.conſil.36.lib.4.Didac.reſolu.
li.3.ca.18.

Non obſtat illa liminatio Iaſ. & dictum
Bal.quia reſpondetur, quod pinguius ius
quis habet in ea re cuius eſt creditor, quã
in ea ſolum habeat hypothecã , quæ ſolu
ta pecunia debita reſoluitur,& quod illud
dictum Bal.intelligatur quando agebatur
ad conſequẽdam rem per actionem in rẽ
nõ autem hypothecaria tenet Bertachin.
in §.diſcuſſio.numero 13.& quod etiam il
la limitatio Bal.& Iaſ.non ſit vera expreſ
ſe dici Seiſell. Aquen.in l.exitus.tertia li-
mitat.ff.de acquiren.poſſeſſio.vbi ſentit in
ſpeciali hypotheca.

Ad vltimũ,quod adducebatur.de actio
ne reali,cõtra quam non requiritur excuſ
ſio,reſpondebatur, quod hæc actio nõ eſt
proprie realis cum agatur tantum ꝓ euo-
catione poſſeſſionis.

Et his videmus quam anceps, & dubia
ſit hæc quæſtio,imo obſcura propter tex
tus diſcordantes,vt infra dicemus,& cum
hic caſus diſputaretur in Senatu in ſupradi-
cta cauſa Mozetti,& Villaſtelloni,Senatus
fuit die anceps ob difficultatem quæſtio-
nis,& ſecta erant vota,tandem ſe reſoluit
maior pars dominorum,quod vbi non eſt *
conſtitutum,ſpecialis hypotheca non tol-
lat excuſſionem,quamuis aliqui ex domi-
nis & ego contrarium ſentiremus.

Et inter alia ſuperius adducta pro mea
opinione dicebam eſſe text meo iudicio
clariſſimũ in §.ad hoc authen.de litigioſ.
vbi Iuſtinianus electionem dat creditori,
vel cõtra debitorem agere,uel hypotheca
ria in rem contra poſſeſſorem,quod & an
tea Impp.Dioclet.& Maxim. ſtatuerant.

in l.diſtractis.C. de Pignorib.† quem tex. præſentiens gl.in dicto §. ſed neque. ual de obeſſe diſpoſitioni illius.§.uarias pro conclinatione ſolutiones adfert antiquorum illius temporis doctorum, & gloſſatorum.

Prima eſt Bulga.& Ioan.quod §.ſed neque ſit correctus.p §.ab hoc. quod ueriſimile dici poteſt(licetnō admiſſibile)nam authen. illa de litigioſis quæ eſt nouella conſtitu.112.fuit edita poſt authen.de fideiuſſoribus,quę eſt nouella cōſtitutio.4. cum hæc condita fuerit anno Imper. Iuſtinia.9.menſe April.& ſic anno ſalutis.535. illa uero anno eiuſdem Imperii. 15. Mēſe Septembr.& ſic anno.540.ut ex data ipſarum conſtitutionum colligimus,& ex ſubtiliſſima Ioann.VVolfanghi Freymoni Iuriſconſul Symphonia iuris Chronologica pagina mihi 907.& 909 perſpicere licet.

Secunda eſt glo.ſolutio,quę authorem habet Irnerium antiquum ſummiſtam, ut electio quidem detur creditori ad formā illius.§.ad hoc.& iuxta l diſtractis. & l. p ſecutione. C. de pignorib. ſi debitor ipſi poſſideat, non autem ſi res apud tertium poſſeſſorem reperiatur, & in alienas manus pignus peruenerit,ob idque ſuæ huic conciliationi inſeruiens, quaſi pro limitatione poſuit authen.hoc ſi debitor.poſt dicta l.perſecutione. ſed hæc ſolutio nullo modo ſubſiſtere poteſt,cū in dicto. §.ſed neque unde illa authen.hoc ſi debitor.de ſumpta fuit, nulla reperiatur diſtinctio. prout Inter. præſupponit. & in §.ab hoc aperte de re uendita nominatim hypothecata Iuſtinianus loquitur, prout & in ipſa l. diſtraſtis. de diſtractione pignorum ſermo eſt,imo idem Irner.hoc ſenſit,& admiſit dum poſuit aliam auth. hoc ſi debitor. poſt.d.l.diſtractis.

Tertia uero ſolutio, quam Alb.Accurſ. dicit, & ſequi uidetur in dicto §. ab hoc. prorſus reicienda eſt, dum uoluit procedere dictum in §.ab hoc facta prius excuſſione.Nam ad quid daretur electio, ſi excuſio facienda eſt, eſſetque manifeſta ſublatio l.diſtractis.& l.perſecutione, quod neque dicendum, neque pręſumendum eſt.

7 Ad euitandum agitur legū correctionē ceſſantibus.ſupraſcriptis ſolutionibus neceſſario ſequendā erit ipſius Accurſii ſolutio,quam ultimam proponendā ſequi uoluiſſe coniectura eſt, & meliorem fatetur in dicto §. ſed neque. qua admiſſa noſtra opinio abſque difficultate procedit tollendo obiectum illius.§. ſed neque, nēpe ut Iuſtinianus in §.ſed neque loquatur & intellexerit de generali,& tacita hypotheca & in §. ab hoc de ſpeciali, & expreſſa Ita ut in hac non requiratur excuſſio, in illa uero ſic, quod & Balduino doctiſſimo placuit in dict.§ ſed neque & in dicta authen.de litig.ueriſ.porro hac ubi omnino uide,quæ ſolutio & ex ipſius loci lectione colligi poteſt,ponderando priora uerba illius.§.ab hoc ibi.

Vt ſi quidē ſpeciales res mobiles,uel immobiles,aut ſe mouentes nominatim fuerint hypothecæ ſuppoſitæ,&c.

Alluditque uerbum rei uendicationis, quo Iuſtinianus ibidem uſus eſt, quaſi ex ſpeciali hypotheca dominium in creditorem trāſlatum uideatur, quod in generali non eſt & ita intelligi poteſt generalis doctorum regula, ut loquantur illi in generali hypoteca,non autem in ſpeciali,nec arguendum eſt de Saluiano ad hanc ſpecialem hypothecam,quia in illo non reſeruatur hypotheca,ſed dicitur† hypotheca legalis in qua dubium eſt an neceſſaria ſit 6 excuſſio,ut per Purpurat.conſ.462. n.31. libro 2.licet Saluianum ſit pinguius hypothecaria,ut dicam inſra late deciſi.175.& cum rei uindicatio ſit actio realis,non requiritur excuſſio ut ſupra dixi. Ideo ſemper dubitaui de illa deciſione,& hactenus dubio ſtātibus præſertim his, quæ ſcribit Menoch.14.remed.nu. 28. Et propterea cum interū ſimilis caſus in Senatu diſcutiendus contigeſſet de anno 1588. fuit dictum quod quotieſcunque ſuper re uendita eſt reſeruata ſpecialis hypotheca,uel in mutuo res ſpecialiter pignorata nō eſt neceſſaria excuſſio, modo de anterioritate conſtet.

Retenta uero illa prima Senatus ſentētia, iuxta quam iudicatum fuit in dicta cauſa Villæſtelloni ut dixi, inferi pōt ad 7 caſu quod licet † aliqua res uendita ſit cum reſeruatione ſpeciali hypoth[illegible] niſi dominium reſeruatum ſit expreſſe, ſi res illa



illa reperiatur penes tertiū poſſeſſorem, quod requiritur excuſſio principalis debitoris,antequam agatur hypothecaria,niſi eſſemus in caſibus, in quibus de iure non requiritur excuſſio, cæterum enim ſemper reſeruata cōdictio caſu nō ſoluat debitor nec habeat unde idque uidetur expreſſū in dicta authen.de fideiuſſorib.§. & nō ſolum ideo cautela erit, quod ſi uelimus agere ex hac ſpeciali hypotheca ſuper re mobili intentetur actio principaliter contra debitorē, & petatur ſequeſtrum illius rei ſpecialiter hypothecatæ, uerum tamē eſt, ꝙ debet præferri is creditor propter ſpecialem hypothecam omnibus aliis qualitercunque anterioribus, & ſic de aliquo ſeruit illi iſta reſeruatiua cautela. Sed de hac illatione multum dubito, & ſi caſus contingeret iudicarem cōtrarium, quia ſi in caſu conſtituti, & præcarij excuſſio nō requiritur, multo minus hic requiretur propter reſeruationem illam hypothecæ, ideo cautela maior erit.ut cum hac hypotheca dominiū reſeruetur, & poſſeſſio, ut cauti notarij facere ſolent, donec integre creditori ſatisfactum ſit,& ſtante conſtitutores uidetur poſita extra difficultatem, ideo prudentes notarij ſolent in hoc caſu ultra ſpecialem hypothecam in inſtrumēto apponere clauſulam conſtituti,& ita ut 8 ſemper faciant conſulo ad euitādas doctorum controuerſias. Cæterum † ceſſat excuſſio ſi agatur principaliter ſuper nomine debitoris.quia is debitor nō poterit exceptione hac iuuari.ut per Ludouic.dicta deciſ.Peruſ.45.nume.13. & nouiſſime P. Surd.conſi.4.num.32.& 35.

Excuſſio an requiratur,quādo agitur ſummarie,& ſola facti ueritate inſpecta.

DECISIO LII.

*1 Excuſſio ceſſat, ubi proceditur ſummariæ, & ſola facti ueritate inſpecta, & num.3. & quid in tertio poſſeſſore.num.6.*

*2 Excuſſio eſt de apicibus iuris & nu.4.*

*5 Excuſſio non requiritur in cauſis mercatorum.*

*7 Perpenditur diſpoſitio decreti noui Philiberti ſub titulo* Delle eſcuſſioni, *& illius diſpoſitione attenta probatur diſtinctio Ludouici.dec.Peruſ.45.nu.8.*

EXCVSSIONIS aūt exceptio an admittenda ueniat in eo iudicio,in quo† 1 agit, & proceditur ſumarie,& ſola facti veritate inſpecta diſputant Doctor. & opinione sūt pro una,& altera parte,vt imperfecti moris eſt in hoc ambiguo iure noſtro, nam quod hoc caſu ceſſet excuſſio, tenuerunt Bertachi in §. diſcuſſio.numero 13. verſiculo diſcuſſio non requiritur.colu. 2. Neguzant.in tracta.de pignoribus,par.8.primi memb.numero 28.ſed cum diſtinctione,vt infra dicam.Decius conſilio 27. colum.fin.addit. ad Iaſ.in §. item ſi quis in fraudem.numero 78.inſt.de act.Soc.cōſilio 14.viſis.verſicul. inſuper Aufrer. in addit.ad Capel.Toloſ.deciſio 196. Marſil.in repet.rubr.de fideiuſſorib.Guido Pap.conſilio 163.& 164.Roland.conſil.9.num.21. 14.num.15 71 numero 38.libro 1. Ludouic.deciſio Peruſ.45.numer.8.qui allegat Crauet.in hac quæſtione varium cōſ.20. numero 47.licet re vera Crau.ibi hoc non firmet.Andr.Gail practicar.obſeruat. lib. 2.obſer.27.nu.26.Rota Genuen. deciſio 78.nume.3.pluresque citat copioſiſſimus Menoch.in ſuo eleganti tractatu de arbitrar.iudi.lib.1.quæſt.51.num.8.& vt vide re potui reperio hanc ſententiam magis communiter recipi,ac inter cōmunes opinio.refert Kirchou.commun.opinio. centur.2.litera E.concluſio.26. & ob id dicebat Grat.conſilio 63.in fin.lib.2. quod vbi proceditur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſi millies fuerit oppoſita excuſſio non ceſſare actionem,& hāc dicit eſſe cōmunem opinionem idemque cōſilio 119.nu2 me. 28. Ratio huius opinionis adducitur per Dec.& alios,quia† excuſſio eſt de apicibus iuris.qui ceſſant quando ſummarie agitur,& ſola facti veritate inſpecta, vt etiam voluit Iaſo.in dicto. §.item ſi quis in fraudem,num.78. vbi infert propterea illā non requiri in cauſis mercatorum, & de iure canonico,vbi non requiruntur hæ iuris ſubtilitates.Benedict. de Plūbino in tracta.de diſcuſſionib.in fi. Matth. Coler. de proceſſib.exequuti par.1.c.10.n.266. & 269.

Contraria uero partem, quod imo ne
3 ceſſaria ſit excuſſio † etiam in his cauſis,
in quibus proceditur ſummarie, tenẽt A-
quen.in l.exitus.in fine.D.de acquir. poſſ.
& in l.decẽ, D.de uerbor,oblig. poſt Are.
Alciat.conſil.382.num.5.dicens etiam in
cauſa dotis,& corã arbitratore opponen-
dam.Feli.in cap,1.poſt.num.51.de conſti
tut.Dec.ſibi contrarius in l.fin. nu,23.D,
ſi certũ petat.& ibi Alciat.Crot. in repet.
l.ſi conſtante. ſoluto matrimo. Craue.cõ
ſilio. 263.colum.2.ubi dicit.communem
parum etiã ſibi conſtans latiſſime Natta
4 conſilio 521. Ratio eſt,† quia huiuſmodi
exceptio nõ ſolum comprehendit ordinẽ
iudicii, ſed etiã ius partis,ut per Alciat.
dicto conſilio 382.& conſi.285.n.8.ideo
recte ſcribitur a Rota Genuẽ.deciſio 90.
nu.10.& 11.quod multum refert in mo
do excipiendi, nam aliud eſt excipere de
excuſſione non facta quo ad ſimplicẽ for
mam iudicialis ordinis, & ſubtilitatẽ quã
dam iuris,aliud ſi opponatur tanquam de
graui patris præiudicio, nam hoc caſu ſi *
hæc excludatur exceptio, uidet̃ iniquitas
fieri prout etiam cõſiderat diſtinguendo
Neguzant.dicto primo membro. nu.31.
quamuis hãc diſtinctionẽ impugnet Cra
uet. dicto conſilio 263.nu.1.& 2.Et ideo
conceſſionem illius in maxima æquitate
fundatã eſſe quidam uoluerunt, & ratio- *
ne illius æquitatis hãc opinionẽ doctiſſi
mus Menoch.ſequitur in dicta quęſt. 51,
num.6.Ideo dici non poteſt uere de apici
bus iuris, cum ſit adinuenta, ut circuitus
euitentur ex magna ęquitate,ut dicit apo
ſtilator ad Dec.dicto cõſ,27.in fin.& hęc
opinio etiã in materia fideiuſſorum ſatis
probabilis, & æqua uidetur, ne detrimen
tum ex beneficio ſuo patiatur,ut alias di- *
cat. Sed replicari poteſt, quod imo alia
5 opinio ęquiore uidet̃,quia cũ agitur cau
ſa de bono,& æquo ut in† cauſis mercato
rum reiicitur excuſſionis exceptio, ut ſu- *
pra dicebamus,& tenet Gabr.de fideiuſſo
rib.cõcluſio 1. Stracha.de mercatu,in tit,
quomo.in cau.mercat. procedẽ.ſit. in uer
bo de exceptionibus.num. 5.& 6.& cum
illa tranſibat Senatus, ut dicam ſuo loco
* faciuntque ſcripta ꝑ P.Duen. regu,335.
uerbo. fideiuſſor.

Ego cum hæc quæſtio diſputaretur in
Senatu in ſupradicta cauſa Mozetti,& Vil
læſtelionis attẽta huius diſputationis dif
ficultate cogitabam diſtinctionem, quod
6 aut agitur † contra fideiuſſorem, & tunc
contra communem opinionẽ nõ admit
titur excuſſionis exceptio, cũ ipſe ſe obli
gauerit ꝓ alio & ita loquitur Deci. dicto
conſilio 27.aut uero agitur contra tertiũ
poſſeſſorem, & tũc diuerſa videtur ratio,
& equitas ſuadet excuſſionem fieri,& cũ
hac diſtinctione videtur trãſire Alciat.di
cto conſilio 382.numero quint.ubi uult,
quod licet ſtatutũ tollat fideiuſſori exce
ptionem excuſſionis non tamen illam au
fert.tertio poſſeſſori, & facit apoſtila ma
gna ad Abba.in capit.peruenit. de fideiu-
ſoribus, & uidetur idẽ ſentire Crau. dicto
conſilio 263. numero tertio, & nume.6.
uerſiculo ex præmiſſis. licet contrarium
uideatur uoluiſſe in dicto cõſilio.201.nu.
me.47. hæcque diſtinctio uidebatur pro
habilis Domino.Ozaſco,ut enim teſtatur
& adfert in ſuis deciſio. deciſio. 2.nu. 15.
& cum hac diſtinctione trãſibat Senatus,
& cenſuit in ſupradicta cauſa.

Verum cũ iterum diſputaretur in alia
cauſa ſuper eadem quæſtione,& res eſſet
per multas ſeſſiones diligentiſſime uenti
lata referente domino tunc Senatore Cã
biano poſtea primario Senatus noſtri Prę
ſide compatre meo honorandiſſimo, cen
ſuit Senatus nullam eſſe conſtituendam
differentiam inter fideiuſſorum, & tertiũ
poſſeſſorem,& hoc anno 1565.20.Martii
& ita Solitũ Senatum facere, & exceptio
nẽ admittere,dicit Ozaſc dicta deciſio.2.
in fine.Imo quamuis agatur ſola facti ue
ritate inſpecta excuſſionem requiri etiã
in fideiuſſore,qui ſe principaliter obliga-
uit,incenſuit iterum, 1582.20. Settembris
referẽte Domino Senatore Crauetta do-
ctiſſimi Aymonis Crauettæ filio, de qua
quæſtione dicam infra deciſio. 165 & ſẽ
per poſtea ubi caſus contigit, judicauit Se
natus excuſſionẽ requiri etiam in Saluia
no interdicto,ut dixi ſupra Anno.1585.8.
Iunii.in quadam cauſa relata ꝑ dominos
Senatores Agatiam,& Cernam,de qua di
cam infra deciſio.175.idque confirmatur
ex diſpoſitione nouorũ detretorum Phi-
liberti,quibus licet diſponat̃ tit,1.in cau
ſis procedendum eſſe ſummarie,& ſola fa
cti ueritate inſpecta, ut etiã in hac patria
ſolet procedi,ut de ordinario ſtilo attẽta

decreti



decreti diſpoſitione teſtatur D. Ozaſcus
dicta deciſio 2.tamen in libr.3.titu. *Delle*
7 *eſcuſſioni.*† cauetur expreſsè excuſſionem
requiri,ſiue agatur contra tertium poſſeſ-
ſeſſorem, ſiue contra fideiuſſorem licèt
agatur,& ꝓcedatur in omnibus cauſis in
hac patria ſola facti ueritate ĩſpecta,ibiq;
ponitur formula huius excuſſionis, puta-
bamque fortè inaduertẽter factum fuiſſe
illud decretum ab illis,qui tunc non me-
minerant,quod cum proceditur ſumma-
riè,ut in hac patria,excuſſio non attendi
tur.Verùm ad iſtud decretum reſponde
ri poteſt, quòd non remouet in materia
excuſſionis diſpoſitionem iuris cõmunis
niſi in forma ipſius excuſſionis fiendæ, &
eam formam requirit in caſu, ubi de iure
communi neceſſaria eſt excuſſio, ut in il-
lis uerbis. *Ilche di ragione non ſi permette,*
*ſe prima non è fatta l'eſcuſſione, &c.* prout
in terminis ſtatuti Põtremuli dicit Curt.
Sen.conſil. 6. quem refert Menoch.dicta
quæſt.51.nu. 11.ſed hæc reſponſio in ca-
ſu noſtro non ſubſiſtat,quia decretum ex
preſsè loquitur non obſtãte,quòd proce
ditur ſola facti ueritate inſpecta, & licèt
fortè inaduertenter fuerit factum,tamen
ſeruandum eſt, nec uidentur abſque ratio
ne,& authoritate mori illius cõditores ex
his,quæ ſupra pro contraria ſentẽtia dice
bamus.Non erit tamen contemnenda di
ſtinctio illa,quã in hac materia doctè qui
dem tradit Ludou.dicta deciſio Peruſ.46.
nu.8.ad quem lectorem remitimus: nam
per eam apta ſit conciliatio,& iuris termi
ni non confunduntur.Ideo licèt reſcripta
in hac patria regulariter impetrentur cũ
illa clauſula ſola facti ueritate inſpecta nõ
tamen cẽſendum eſt Principem excuſſio
nem tollere uoluiſſe, ut conſuluit Crauet
ta dicto cõſ.263.nu.4.& hoc iure utimur.

## Decretum Sabaudiæ,quo caue tur eſſe faciendã excuſſionẽ, an procedat in caſibus, in quibus de iure communi non requiritur excuſſio, ut in conſtituto.

## *DECISIO LVIII.*

1 *Excuſſionis exceptio,quæ non admittitur ſtante clauſula conſtituti an ceſſet quan-do exſtat ſtatutum,uel decretum mandans fieri excuſſionem.*
2 *Statutum regulari debet ſecundũ ius com-mune.*
3 *Remedium l fin.C.de acquir poſſeſſ ad hæ-redes tranſit,quod declaratur num.4.*
5 *Remedium l.fina.C.de acquir.poß. an ſub inteligatur ſub illa clauſula ius, & iuſti tiam miniſtrari.*
6 *Remedium, l.fina.ſeu conſtitutum inten tari poſſit ſi debitum non ſit liquidatum cum principali debitore.*

POSITO, ꝙ decretum Sa-
baudiæ de quo ſupra ſit di-
ſpoſitiuũ, ideſt, ut requirat
excuſſionem tam in cauſa
tertij poſſeſſoris quàm fi-
deiuſſorum non obſtante,
quod procedatur ſummariè ſola facti ueri
tate inſpecta, vt ſupra dixi.Pulchra oritur
1 quæſtio † an in caſibus in quibus de iure
cõmuni nõ requiritur excuſſio,ueluti ubi
adeſt cõſtitutum,ut dicam infra ſuo loco,
uel quãdo eſt fideiuſſor, uel poſſeſſor mẽ
dax,ut dixi ſupra deciſio. 50. ac ſimilibus
in caſib⁹ quos ſuis locis Doctores enume
rãt,requiratur nihilominus propter uerba
illius decreti excuſſio:Et uideretur dicen
dum excuſſionem requiri non obſtante
clauſula conſtituti,& ſimilium per doctr.
Alexan.in ſimilibus terminis ſtatuti conſ.
83.viſo proceſſu. nu.14. uerſiculo ſubdo
etiam.libro 6.ubi cõſuluit in caſu, in quo
aderat conſtitutum:nihilominus,quia ade
rat ẽt ſtatutũ,quòd omnino fieret excuſ-
ſio antequam ad tertios poſſeſſores deue
niretur,attendenda eſſe ad unguem uer-
ba ſtatuti,& excuſſionẽ fieri debere ſcri-
bit,& hanc doctr.Alexan.tanquam ſingu
larem ſequitur, & comprobat Tiraquell.
in tracta.de cõſtit.part.1.nu.67.Menoch.
in 14.remed.recuperan.poſſeſſio.nu. 39.
Bero.cõſi.80.num.2.lib.3.faciunt ſcripta
per Alberic.de ſtatut.par.1.quæſtione 68.
& cum dicto Tiraquelli aliquãdo Senatus
inclinabat.

Verùm cauſa hac maturius in cõtingẽ
tia facti diſcuſſa coram toto Senatu vota
tum fuit per Dominos,quod decretũ no-
* ſtrum intelligeretur(tũc ſcilicet excuſſio
nem requiri)quando etiam à iure cõmu
ni requiritur:cæterum ubi à iure commu-

 ni ex-

ni expreſſum eſt non requiri excusſio-
nem,ut in cauſa conſtituti,& ſimilium,in
illis caſibus ceſſare exceptionem excuſſio
2 nis:& ratio ea eſt,quia decreta, † ſtatuta,
& conſtitutiones iſtæ regulari debent ſe-
cundum ius commune, cùm ab eo decla-
rationem paſſiuam accipiant,ut per Bart.
in l.omnes populi.numero 60.nec extẽdi
debent contra regulas iuris, ut ibidẽ Bar.
D.de iuſt.& iur.Imò potius ſtrictam quã
latam habere ſolent interpretationem ex
communi omnium ſententia, & tãto ma
gis id locum ſibi uindicare uidetur in ter-
minis decreti noſtri, per illa uerba, *Il che
di ragione non ſi permette*: Ex quibus in-
fertur, ꝙ eatenus excuſſioni dat formam,
quatenus ea à iure cõmuni requiritur, nõ
autẽ in caſibus exceptuatis Ad conſi. Ale
xan reſponderi poteſt,quòd diuerſus eſt
ille caſus à caſu noſtri decreti,cùm ibi ex-
preſſè à ſtatuto requirat̃ excusſio, ideoq;
non immeritò ponderat ibi Alexand. di-
ctionem *omnino*.Tiraquel.verò intelligit
hoc dictum procedere, ne uerba ſtatuti
ſint ſuperuacua, quæ ratio ceſſat in caſu
noſtro,cum Decreti noſtri intẽtio ſit circa
formam excusſionis,in quo non redditur
decretum ſuperuacuum, cum nouam for
* mam præbeat,& ita fuit reſolutum in cau
ſa Boni,& Rochi de Summaripa.& ex his
etiam puto bene iudicaſſe Senatum in ſu
pra dicta cauſa Mozetti, & uillæ ſtelloni
ordinando attento conſtituto nõ eſſe ex
cusſionem fiendam, quamuis mortui fuiſ
ſent & conſtituens, & conſtitutarius cùm
3 † remedium l.fina.C.de acquiren.poſſeſſ.
ad hæredes tranſeat,& conſtitutum mor-
te non finiatur,ut per Tiraquel. dicto tit.
de conſtitu.par.2.ampliat.12.& 13.Grat.
conſilio 63.libr.2.& dicam infra ſuo loco.
Imò etiam ceſſante hypothecaria ſtante
præcario:nam tunc non requiritur excuſ
ſio,ut late per Afflict.deciſ.139 Menoch.
dicto remed.14.nu.28.queſtione 7.Quod
4 tamen † intellige,quando expreſſè actum
eſt ex remedio dictæ l.fina.ſecus ſi hypo
thecaria,ut ꝑ Alex.in diſputatio. incipiẽ.
Sigiſmondus Rex,quæſtio.5. uerſicu.e cõ
tra.Ioã.Guter.Hiſpan.de cõtractib. iurat.
capit.23 nu.32.Nam legi fin.hoc priuile-
gium tribuitur.Roland.conſilio 9.nu. 19.
lib.1.Alias extra terminos conſtituti quã
do nõ agitur remedio dictæ l.fina. ſed hy
photecaria etiam in caſu dotis requiritur
excuſſio,ut per Andræam Gaill.obſeruat.
libro 2.obſeruat. 7.numero 9.& nume.
31.eſt bona glo.in l.ubi adhuc.quam per
cõſilium Neapol.receptam.dicit Vincen.
de Franch.deciſi. 270.parte 2.& in termi
nis l.fina.quòd nõ ſit neceſſaria excuſſio
cum procedatur uia executiua dicit Bero
dicto conſil.80.numero ſecundo,libro 3.
quẽ ſequitur Ludouic. deciſio. Peruſ. 45
nume. 4 & dicam infra deciſio. 215. Ex-
cusſio.
5 Neque ſufficiet hoc caſu † huiuſmodi
remedium implorante uti illa clauſula
ius,& iuſtitiam miniſtrari,ſed debet ſpeci
fice cõſtituti clauſulam proponere,ut ob
* tineat,& ita cenſuit Senatus 1589. Quic-
quid innuere uideatur Roland.dicto cõſi
lio 9.& alibi.
Dubitatum tamen fuit in prædicta cau
ſa Rochi de Summaripa, an ut locum ha
beat remedium dicta l.fina. requiratur,
quòd principalis debitor ſit cõdemnatus,
uel debitum ſit cum eo liquidatum? & ui
deretur requiri,cùm hęc actio eſt cõſtitu
to ſit acceſſoria ad principale debitùm,
ergo ſi de illo non conſtat,nõ poterit hoc
remedio agi.Contrarium tamen fuit com
* muni uoto reſolutũ per Dominos ꝑ ea,
quę in terminis ſcribit Alexand. conſilio
85.ponderatis.num.2.libr.6.Anno 1568.
15.Maii.

## Decretũ antiquum Sabaudiæ Amed.lib.2.ſub rubrica, Sufficit appellanti apud acta,&c. perpenditur,& examinatur.

### *DECISIO LIIII.*

1 *Appellatio quæ in ſcriptis ex diſpoſitione decreti facienda eſt, an requirat pariter ut cauſa appellationis in ſcriptis redigantur.*

DECRETO antiquo Ame
diei lib.2.ſub rubr.*Sufficit
appellanti apud acta, &c.*
Cauetur, ut appellãs ab in
terloquutoria dẽt in ſcri
ptis appellare, cauſas grauaminis in ap-
pellatione inſerere.Sed cõtigit partem ap
pellantem à quadam ſententia his uerbis
eſſe uiam, *Appello ex cauſis,de quibus in
hac cedula*,deinde Notarius, ſeu actuarius
cauſæ ſcribit appellationẽ,& deſignat ce
dulam productam, in qua narantur quidẽ
cauſæ grauaminis, tamen nulum uerbũ
1 de appellatione, † Quæſitum fuit an vali-
da eſſet appellatio,& videretur validam eſ
ſe dicendam.Primo,quia c.cordi.de appe.
in 6.vnde illius decreti uerba oriuntur cõ
ſiderat ſcripturam ratione cauſarum,ne in
eis varietur,vt per glo.ibi in uerbo ſcriptis
& tradit Bar.in l.eius.ff.de appel.recip.
Secundo,quia ſatis pars videtur in ſcri-
ptis appellare, cum cauſę illico in ſcriptis
exhibentur quę ſunt fundamenta appella
tionis,vt in argumentum dicit Iaſo.in l.1.
ff.de edẽ.& quod illico fit poſt appellatio
nem interpoſitam vnico,& eodem cõtex
tu fieri dicitur,neq; enim alia de cauſa ce
dula producta fuit,quam propter appella
tionem,vnde intentio partis erit conſide-
randa,& ita ego in Senatu putabam de iu
re verius,ſicque iudicãdum,& in hac mea
ſententia cõcurrebat votum D.Marci An
tonij Bobæ tunc Senatoris poſtea Cardi-
nalis meriſſitimi.
Contrarium tamen fuit notatũ per ma
iorem partẽ dominorum,& deciſum,quia
hic duo videntur requiri copulatiue, nem
pe quod appellatio fiat in ſcriptis,& quod
cauſæ ſimul redigãtur in ſcriptis,vt eſt de
mente Doctorum,quos citat Marã. de or
din.iud.par.6.art.2.num.126.& ita ſonãt
verba illius decreti,qua de re latius diſpu-
tatur ꝑ D.Ozaſ.dec.6.vnde latius nõ exa
mino.Ideo cauti ſint aduocati, & non lo-
quantur intra dentes in ſuis cedulis, quia
interpretatio fiet contra eos in dubio ſer
mone.l.veterib.D.de pact.Alex.conſ.11.
li.2.& conſ.114.li.3.



## Fructus pendentes cũ pars fundi dicantur an emptoris lucro cedãt,& quid de parte colonica iudicandum ſit.

### *DECISIO LV.*

1 *Fructus pendentes pars dicuntur.*
2 *Fructus ueniunt fundo empto declaratur. nu.6.*
3 *Fructuum pars colonica an in uenditione cẽſeatur comprehenſa.*
4 *Stante conſuetudine, & ſcientia emptionis, ut medietas fructuum colono ſpectat. an cenſeantur cum parte dominicali uẽditi. Examinatur Iaſo.limitatio in l.cum filio familias,nu.181.D.de legat.1. & nume ro 5.*

1 FRVCTVS † pendens fundi
pars eſſe videnť l.fruct⁹.ff.de
rei vend late Tiraquel.de re
tract.lignag.§.1.gl.7.nu.37.
39.cum ſequ.vbi ad plura infert & latius
in ti. de retract.conuent.§ 5.glo.4. per to
tã latiſſime Dida.varia.reſolu.lib 1. ca.15.
Et hæc eſt trita iuris regula,ex qua ad plu-
2 ra infert,& inter cętera,ut † emptor emẽs
fundum cẽſeatur fructus emiſſe, quamuis
non ſit expreſſe aliquo modo de eis con-
uentum.tex.elegans in l.Iulianus.§. ſi fru-
ctus ff.de act.emp.ſunt enim fructus pars
rei,& acceſſio, quæ emptoris lucro cedit,
dicta l.Iulianus.§.fina. ſiue illi maturi ſiue
immaturi ſint l.fin.§.fructus.D.q̃ in frau.
credit Rober.animaduerſ.iur.ciuil. lib. 2.
c.11.& ita uno ore omnes interpretes dę
ducunt ex ca.dictæ l.fructus, & examinat
Fabian.de Mon.de empt & vend.6. quæ.
princip.5.memb.nu.22.Ioan.Cop.de fru
ctib.titu.de fructib.rei emp.& vend.c. 1.
Anto.Peregrin.in ſuo tract.de iur.fiſci. li.
6.titu.4.num.31.Vincent.de Franch. de
ciſio 390.num.1.& 2.par.2.Ludouic. qui
multos allegat.deciſio.Peruſ. 83.num.6.
Anton.Gomez.variar.reſolut.libr.2.ca.2.
nume.11.Et ita obſeruat Senatus,vt vẽdi
tione facta nihil de fructibus dictum ſit
cedant emptori fructus omnes penden-
tes.
3 Ampliatur hæc illatio,vt non ſolum cẽ
ſeatur empta † fructuum pars dominicalis,
quæ ſpectat domino uenditori, ſed e-
tiam pars colonica, quæ ſcilicet ad ipſum
vẽditorem ſpectaret,qui colonum partia
rium non habebat, niſi ea excepta ſit.Ita
tenet Iaſ.in l.cum filiofamilias num. 180.
D.de leg.1.poſt Roman.conſ.309. & ibi
dem Socin Iun.num.74. & 75.& videtur
de mente gl.in dicto. §.ſi fructibus. ſuper
uerbo,ei cedent. Burſat.conſ.71.num. 25.
libro tertio.Ludouic. dicta deciſione 83.
num ſexto.Sed hanc ampliationem idem
4 Iaſon.loco ſupra citato limitat, † niſi em
ptor

ptor ſcire notorie, ( ſtante maxime con-
ſuetudine) venditori non ſpectare partem
colonicam, ſed ad colonũ partiarium, ( vt
moris eſt in tota fere hac patria) per iura,
& rationes quas ipſe allegat. Quibus addo
quod in generali venditione venditor nõ
videtur ea vẽdidiſſe, quæ ad eum pleno iu
re non ſpectant, ex traditis per Gomez. di
cto cap. 2. num. 12. qui diſtinguit ſimiliter
in emptore ſciente, & ignorante. Vſusfru-
ctus enim huius partis iam alienus eſt, &
in eo nullum ius dominus habet, quo caſu
non habetur ratio fructuum, vt per Bar. in
l. fructus. vltima oppoſi. ff. de rei vendica.
immo fortius dicendum videretur etiam
nulla ſcientiæ, vel ignorãtię ratione habita
coloni partem venditam non cenſeri, cũ
ſit tanquã locator colonus, per dictum. §.
ſi fructibus. verſiculo ſi in locatis. & Acur.
in glo. ibi. & ideo bene nullam inter ſcien
tem, ignorantem facit differentiam Pere-
grin. dicto titu. 4. nume. 32. & hæc Iaſo. li-
mitatio eo magis procedere debet, vt eui-
tetur turpis. lucri cõſideratio, argu. l. Quin
tus. D. de donat. inter vir. & l. merito. ff. p
ſocio. Turpe enim eſſet alicui rem alienã
uendere, cum eam ſciat alienam, prout ve
riſimiliter ſcit dominus fructuum medie-
tatem ſuam non eſſe, ſed coloni, qui ſuam
induſtriam cum natura poſuit, vnde ſequi
tur, quod Bart. de induſtrialibus fructibus
in hac quæſt. diſtinguendo ſcribit in l. fi. §.
fin. ff. de iure fiſci. Vlterius confirmatur Ia
ſo. opinio ex eo, quod ſciẽs rem alteri hy-
pothecatam cum illi obligatur non habet
beneficium execuſſionis, vt per Crau. cõſi
lio 77. n. 18.

Ex quibus puto Iaſo. limitationem eſſe
ueram, maleque ipſum reprehenſum a So
cin. Iun. dicto nume. 75. cuius oppoſitioni
bus facillima patet reſpõſio, & ob id male
cenſuiſſe Ludoui. in dicta deciſio 83. dum
contra Iaſ. opinionem iudicauit, nam Iaſ.
opinio vltra quod iure fundatur, vt ſupra
dixi, habet etiam æquitatem quia colono
pars ſua debetur propter expen. & labores
vt Ozaſc. ait deciſio 82. nume. 8. & iniquiſ
ſimum eſſet, fructibus illis tot laboribus,
& ſudoribus paratis, & cõſeruatis colonũ
priuari ſine eius facto, dareque illi actionẽ
dubia contra venditorem. Faciuntque ad
hanc rem quæ de ſemẽtibus poſitis, & ex
pen. in fundo empto factis ſcribit Tira
quell. dicto §. quinto glo. quarta, nume. 7.
& 14.

Et per hãc Iaſ. limitationem inferebam
in contingentia facti coram Senatu, quod
5 in patria noſtra cum communiter prædia
dentur ad coloniam, quæ conſuetudo om
nibus notoria eſt, nunquam emptor pote
rit hanc ignorantiam allegare, & ſic ſem
per in dubio cenſebitur excepta in vendi
tione pars colonica, & ita Iaſ. limitationẽ
confirmãdo cenſebat Senatus in cauſa Ba
rilis, ſtãte præſertim communi regula de
qua in l. ſi non fuerint. in prin. ff. pro ſocio
quod fructus ſemper diuiduntur inter do
minum, & colonum & hoc niſi venditor
eſſet ruſticus, qui notorie fundum ſua ma-
nui coluiſſet, nam hoc caſu crederem etiã
colonicam partem ad emptorem ſpecta-
re prout ſentit gl. in d. §. ſi fructibus in ver
bo exploratum eſt.

Cæterum ſuperiorem illationem, quod
re vendita fructus lucro cedant emptoris
6 declaro. vt non habeat locũ ſi fructus † tẽ
pore venditionis plene maturi ſunt, & ſta
tim recolligendi, & iam venditor paraſſet
ſe ad collectionẽ, & manum appoſuiſſet
emptore ſciente, vt per Tiraque. dict. §. 5.
gl. 4. nume. 9. Didac. dicto cap. 15. num. 7.
verſicu. 2. diligenter. alias enim emptoris
ſunt, vt ſupra dixi, qui videretur pluris emiſ-
ſe fundum ratione inſtantium fructuum
per ea, quæ in ſimili ſcribit Zoanet. in rep.
l. 2. C. de pact. inter. em. numero 141. Go-
mez. dicto capi. 2. numero 12. Rem enim
hoc iuxta modicitatem, vel exuberantiam
pretij traditi, prudens iudex deijudica-
bit.

## Fructus prudentes tempore cadẽtis retractus cuius lucro cedãt & an pro rata tẽporis diuidãtur defenſa Cumani opinio. Ab Alexandri impugnatione.

### DECISIO LVII.

1 *Fructus pendentes in uenditione neceſſaria pro rata temporis diuiduntur.*

2 *Fructus cadente tempore retractus pendentes pro rata temporis inter emptorem, & uenditorem diuiduntur ex magis communi.*





3 *Franciſci Zoanetti opinio declaratur in l. ſecunda, C. de pactis inter emptio. & uendit.*

4 *Fructus pendentes non ueniunt in emptione non ſimpliciter, ſed cauſatione uoluntaria.*

5 *Diuiſio ad formam. l. diuortio. D. ſolu. mat. qualiter pro portione Geometrica, uel Aritmetica facienda ſit.*

6 *Penſiones ex re uendita prouenientes cuius ſint.*

FRVCTVS fundi uendit
emptorem tanquam domi-
num ſequi ſupra ſcripſimus;
& comprobauimus. Hanc re
gulam in uẽditione quidem
1 † uoluntaria procedere nõ autem in neceſ
ſaria noſtri magis communiter ſtatuunt,
quia tunc fructus pro rata temporis diui-
dẽdos eſſe ſcribũt. Ita Tiraq. dicto §. 5. &
4. nu. 9. & inter uoluntatem & neceſſita-
tem diſtinguit Bart. in l. diuortii, alias l. fru
ctus. §. Papinianus. D. ſoluto matrim.
Exemplũ poni poteſt in eo, qui uẽdit ex
2 pacto retrouenditioni, tunc enim † ſi uen-
ditor uelit redimere pendentibus fructi,
diuidũtur fructus pro rata temporis inter
emptorem, & uenditorem ex magis com
muni ſententia, quæ authorem habet Cu
ma ſubtiliſſimum iuris magiſtrum, quem
ſequuti ſunt Iaſ. Soc. Cagno. & alij, quos
citat, & ſequitur Tiraquel. in dicta glo. 4.
nu. 6. illiuſque ſententiam æquiorem, &
practicandam dicit Didac. uaria. reſolut. li
bro 1. cap. 15. num. 7. & ita uidetur tenere
Fabian. de empt. & uendi, 6. quæſt. princi.
num. 25. Ioan. Cop. de fructibus. lib. 4. tit.
1. ca. 43. & communem teſtatur Chucon.
commu. opinio. centur. 2. cõcluſ. 60. poſt
Rolan. qui pro Cuma, opinione conſuluit
conſil. 27. numer. 13. uſque in fin. libro 2.
late Ludouic. deciſio Peruſ. 79. per totam
ubi firmat hanc Cuma. ſententiam reſpon
dendo contrarii, & nouiſſima Caualcan.
deciſ. 16. nu. 51, 2. par, qui dicit ueram, &
magis communem Ludouic Molina, de
primogen. lib. 3. cap. 11. nume. 9. quamuis
contra Cuma. diſputet Alexã. in l. qui Ro
mæ. in prin. D. de uerborum. obligat. & te
neant. Bal. & Bero quos citat Ludo. dicta
deciſio. 79. nu. 1. Et re uera licet Cuman.
opinio æquior proculdubio ſit ob idq; for
te in practica locum obtinuerit, & in iudi-
cijs obſeruetur, tamen in puncto iuris ſu-
ſtentabilior videtur contraria opinio tam
ex reg. ſupradicta l. fructus pendẽtes, quã
ex his, quæ late congerit Aegid Roma. de
collect. in §. vendentes. num. 1. & ſequen.
vbi reſpondet a Socino rationẽ. Ideo † ſub- 3
tiliter forte conſiderãdo Zoanet. in l. 2. C.
de pact. inter emp. num. 157. alias in tract.
de emp. cum pact. retrouendit. arbitratur
nullam inter emptorem, & venditorẽ fru
ctuum eſſe diuiſionem faciendã, ſed tem-
pus initi contractus, & cadẽtis diei ſpectã-
dum eſſe. Ita ut ſi illo anni tempore, quo
primitus facta venditio fuit, extabant fru
ctus in fundo, eodem modo retrouẽditio
faciẽda ſit, ſin vero lectis fructibus fundus
emptus fuerit, nullo iure redemptio ante
perceptos fructus fieri poſſit, & hanc con
ſiderationem nulla Zoanetti mentione fa
cta probaſſe videtur. Dida. dicto. c. 15. nu.
7. in fin. licet eius opinionem falſum dicat
Ludou. dec. 79. Verum Zoanetti opinio
non reſolueret caſum de quo Imperator
in l. C de pact inter empt. nẽpe ſi emptor
quandocunque redimere poſſet, nam tũc
non tenebitur expectare diem contractus
ideo tutior erit Cuman. ſententia prout
idẽ Zoanet. in prin. huius quæſt. fatetur, quã
tandem poſt multas diſputationes ſequu
tus fuit Senatus, & coadiuuatur ex eo, quod
Fabian. in d. 5. memb. nu. 27. ſcribit, quod
qui promiſit reuendere nõ tenetur ad fru
ctus medij tẽporis per tex. in l. his. §. man
cipi. D. ſol. mat. Poſſet tamẽ declarari Zoa
netti opinio vt procedat ſi tẽpore primæ
venditionis pedentes erant fructus, dieſ-
que retrouẽditioni præfixus ſit prout ma
ior pars notariorũ facere ſolet, vel eodem
met tempore cadat luendi terminis, non
autem ſi quocunque tempore facienda
ſit retrouenditio.

Ex hac ergo Cuma. doctrina inferri nõ
incommode poterit ad venditionem, vel
4 retrodationem † aliquo quidem modo vo
luntariã, ſed cauſatiue, vt tunc etiam pro
rata temporis fructuum fiat diuiſio, vt in
caſu nunc cõtingente. Dicit quis ſe læſum
in ſubhaſtatione, ſeu leuatione de gagio,
uel nulliter factam, cũ pars euocata in iu
dicio uellet ſe a lite redimere, obtulit ſe pa
ratam recipere ſuũ creditũ, licet lapſum
ſit tempus redimendi, qua oblatione attẽ-

ta circa menſem Maii Senatus iudicauit li
cere pignorato,media pecunia fundū ſuū
recuperare lapſis quatuor menſibus, cum
imminerent uindemia pars pecuniā obtu
lit,poſſeſſor uero dixit nolle fructus remi
tere,qui adhuc pendebāt, dubitatum fuit
quid iuris cenſuit Senatus in caſu iſto ſer-
* uandam opinionem Cuma. eo quod iſta
oblatio retrouenditionis non eſſet omni-
no uoluntaria, ideoque fructus non debe-
ri omnes redimenti, ſed tantum dimidiā
partis dominicalis, & ita exequutum fuit,
pro qua quæſtione uide, quæ in ſimili ſcri
bit Aluar.Vallaſc.Luſitan.cōſultat.37.ubi
in pulchro caſu conſuluit. quāuis hic etiā
multum obſtaret,quod idem Zoanet.ſcri
bit in d.l.2.nu.135.

5 De proportione † vero Geometrica,
quæ in hac diuiſione iuxta formam dictæ
l.diuortio facienda eſt uidēdi ſunt inter-
pretes in dicta l. diuortio. dote Cuiacius,
libro 14.obſeruatio.capitulo 22.Ludoui.
dicta deciſione 79 in fi.Anton.Faber.cō-
iecturar.iur.ciuil.libro primo, capitul.13.
Ioann. Buten. in libro de Geomer. ad di-
ctam l. diuortio. ubi omnium acuratus
rem explicat.

Grauis uero eſt in hac materia quæſti.
6 an penſiones† ex re uendita debitæ lucro
cedant emptoris an uenditoris,quam exa
minant doctores in dicto §. ſi fructibus.
præſertim Petr. Coſtalius, Didac. dicto
capit.15.numero tertio, & quamuis mul-
tas diſtinctiones ibi, & in l.final. §. final.
D.quæ in fraudem creditor adferant, res
uidetur clara, ur uenditoris remaneant,
per text.in dicto §. ſi fructibus . quod ta-
men intelligo, & declaro, ut procedat in
penſione rei locatæ,quæ in inſtāti, uel in
continenti debentur,non quæ annua, uel
binnalis eſt,aut ad longum tempus, nam
iſta per uenditionem tollitur.l emptorē,
C.locati.Gomez variarum reſolutionum
libro ſecundo,capitulo ſecundo,numero.
vndecimo, & cenſuit in colono partiario
diſtinguēdo Senatus,ut apud Dom.Oza.
deciſio 82. in fine uidendus tamen in his
Vincent.de Franchis deciſione 79. De fru
ctibus uero rei legatæ,hæreditatis, & fide
commiſſi late Menoch. de arbitrar.iudic.
caſu 256. & de omnibus Peregrin. in tra-
ctatu de iure fiſci. libro 6. titulo quarto,
numero 35.

Iudæis uſuram exercere nun-
quid liceat, & an Princeps ſecu-
laris tale exercitium expreſſe ſuo
priuilegio concedere poſſit.

## DECISIO LVII.

1 *Iudæis an Princeps in ſuo dominio fauoris exercitium concedere poſſit, & num.4. & quid in Pontifice.n.2.*
2 *Moderatas etiam uſuras Princeps concedere non poteſt.*
4 *Eccleſia ſolet aliquid tollere, ut maius malum euitetur.*

IVDAEIS vſurā facere in
ſuo dominio per toleran-
tiā cōceſſerunt Duces Sa
baudiæ glorioſæ recorda
tionis Carolus, & Ema-
nuel Philibertus, taleque priuilegiū fuit a
Sereniſſimo nunc regnante Carolo, Ema
nuel Duce, & Principe noſtro confirma-
1 tū.† Quæſitū fuit an id iure facere potue-
rint,anceps eſt quæſtio,& profunda ſecū-
dū Iaſ.in l.cunctos populos. nu. 32. C. de
ſumma Trinit.& ponam primo authorita
tes,deinde rationem, breuiterque proce-
dā ſummarie ac deciſiue loquendo, cum
ſint alii qui ſuper hac quæſtione in utrā-
que partem abunde ſatis, docte, luculen-
turquè ſcripſerunt, præſertim D. Collega
tunc,& Compater meus,inde primus Ca-
meræ computorū, & nunc primus huius
Pedemōtani Senatus Præſes meritiſſimus
dominus Amedeus a Ponte, & eius ſpiri-
tualis filius Gaſpar, Antonius Teſſaurus,
quorum conſilia pro perfectior huius ma
teriæ intelligentia infra ſubijciam.

Negatiuā igitur patrē, quod non poſ-
ſit Princeps tale priuilegium cōcedere ſi-
ue tacite,ſiue expreſſe tenuerū Antonius
de Prato ueteri apud Alex.conſ.40.nu.6.
lib.4.ubi ponit miraculum,dicens ita con-
ſuluiſſe Senis, & iuxta illius ſententiā ob-
tentum,& ita tūc D. Bernardinum de Se
nis iudicaſſe,& prædicaſſe. Ioan.de Imol.
per illum tex.in cap.ſuper eo.de uſu. poſt
Laurent.de Rodul.Bal.in auth.ad hæc co
lu.2.C.de uſur. & in l.1.C.de ſumma Tri
nita.& ibi latiſſime Ioan. Baptiſta de San
cto Seuerino nu. 43. & plurib.ſequentib.
Anchar.



Anchar.conſi.243.alias 235. Apoſtillator
ad Alex.conſi.1.lib.2.late Alex.de Neuo.
conſi.100.cum tribus conſiliis ſeq.Clar.in
§.vſura.lib.5.Marquar.in tracta. de Iudę.
par.1.c.11.n.11.vbi late examinat,& dicit
hanc opinionem magis piam Didac. li.3.
uaria.reſol.c.1.nu.8.Sūma Angeli.& ſum-
ma Sylueſtr.in verbo vſura 9.Caſtren.con
ſil.20.& viſis,& ponderatis.nu.4.li.2.Cur.
iun.in l.eius,qui in prouincia.num.5. ff. ſi
certum pet. vbi dicit communem Hipp.
Riminal.cōſ.399.in præſenti cauſa. n. 15. 5
Et quamuis Iaſ.in d.l.cūctos populos.du
bitet,tamen in 1.lect.nu.56.dicit hāc opi-
nionem ueriorē,& ſibi ſemper magis pla-
cuiſſe,& in Pōtifice hoc tenet Pariſien.ad
Ale.conſi.8.lib.6.& in conſuet. Pariſ.§.1.
gl.9.n.19.

Pro hac opinione facit gl.in c. quanto.
de vſur in verbo immoderatas.vbi nō ob
ſtantib.verbis tex.qui innuebat contrariū,
tenet ꝙ Princeps non poſſet Hebræis etiā
3 †moderatas vſuras concedere,& eam gl.
ibi cōmuniter ſequuntur Doctores, & di-
cit Hoſt.quod illa gl.nō deſtruit textum,
quia ſub verbo immoderatas intelligitur
de qualibet vſura, quoniam omnis vſura
poſſit dici exactio immoderata, & cū Ho
ſtien.videtur tranſire Abb. Moderatā ve-
ro vſuram dicere poſſemus in Hebræis cē
teſimam illam, & pinguiorem iure ciuili
in certis caſib.conceſſam, quę duodecim
pro cētenario capit,vt in l.eos.C.de vſur.

Affirmatiuam ſententiam, quod immo
4 †Princeps poſſit hoc concedere tenuerūt
Alex. conſ.1.lib.2.vbi late id conſuluit in
Pontifice,de quo tamen dicit Iaſ.in d.l.cū
ctos populos.nu.56.quod forte ita conſul
uit Alex.vacillante conſcientia. Anch. d.
conſ.243.Chriſtianiſſimę.vbi dicit proce-
dere ſolum in Pōtifice, & ita ſentit Cotta
in memoralib.in verbo vſuræ.Caſtre.con
ſi.358.quoddam commune.& conſ.497.
Non videtur lib.2.Roch.Curt. in tract. de
conſuet.quem refert.Didac.Soc.iun.con-
ſil.108.lib.2.dicens communem quinimo
addit,qđ poſſunt Principes cōcedere He
bræis vt exigant vſuras vſurarum, (quod
mihi tamē valde durum videtur) vt alias
dicam Barba.conſi.16 lib.4.Alex.d. conſi
lio 8.lib.6.Cotta in uerbo Iudæi.Anan. in
c.poſt miſerabilem de vſur.Zoarez.in the
ſau.recept.ſent.in verbo Iudæus.

Et pro hac opinione videtur tex.in ca.
quanto.de vſur.arguendo a contrario ſen
ſu dum ſolum prohibet principibus ne cō
cedant exactionem vſurarum immodera
tarum.

Secundo allegabatur ratio,quod cum ne
ceſſaria ſint c[illegible] mercia mutuorum pro ſu-
ſtentandis quotidianis impenſis pauperū
& a deo refrigeſcat Chriſtianorum chari-
tas, vt ſine vſuris mutuare noluit, & ſub
uſuris non poſſint,neceſſe eſt,vt id permitta
tur Hebręis,cum† eccleſia malum toleret,
vt maius malum euitetur.c.offerebat. 22.
q.7.quamuis hoc infringere conentur.Io.
And. in regula peccatum.de reg. iuris. &
Ale de Neuo. d.cōſ.100.ac alij Theologi
contrariam ſequentes opinionē,quod qui
dem facilius in Iudæis admittendum eſt,
cum non ſint de corpore noſtro,& de his
quę fortis ſunt nihil ad nos.

Dū conſuluiſſet Sereniſſimus,Dux no-
ſter Emanuel Philibertus Senatum ſuper
hac quæſtione,fuit aliquorum opinio, vt
poſſet, immo deberet publicæ vtilitatis
gratia cōcedere Hebræis moderata vſura
ideſt cēteſimas, aut ad plus ſeſquicenteſi-
mas,per d.c.quanto & authoritates ſupra
citatas,in qua ſententia videtur reſidere
D. meus Ponte in ſuo conſil.infraſcripto.
Alij vero dicebant,quod non poſſet Prin-
ceps expreſſe hāc licentiam cōcedere, ſed
tolere quo ad vſuras moderatas,inhiben-
do fiſcalib.ne Hebræos moleſtarent.Quo
tuplex autē ſit hæc tolerātia declarat Ale
xan.de Neuo.d.conſi.100.nu.12. Verum
maior pars dominorum in cōtrariam par
tē inclinauit,vt nullo modo poſſet. Prin-
ceps expreſſe hanc licentiam Hebræis cō
cedere nec etiam priuilegio tolerare niſi
accedente ſummi Pontificis expreſſa licē-
tia & aſſenſu,& ita reſponſum fuit etiam
Principi Carolo Emanueli,qui uti pius, &
catholicus Princeps nō prius antiqua pri-
uilegia Hebręis conceſſa confirmauit,
quam obtento a ſummo Pontifice ſuper
hoc conſenſu anno 1583.reducto intereſ
ſe,ſeu vſuris ad 18.quæ antea erant ad 33.
pro quolibet centenario, quæ conceſſio
fuit poſtea per Sanctiſſimum Pontificem
Sixtum Quintum confirmata,vt infra ſu-
biiciam.

Sequuntur

*Sequũtur duo cõſilia ſupra enũciata
in eadem materia. Et primo. Ex
cellentiſſimi D. Amedei
Primi Præſidis.*

CONCESSIT Sereniſſi-
mus Dux noſter annis ela
pſit ſuaſione aliquorũ Iu-
dæis in eius dominio habi
tantibus, ampliſſimum pri
uilegium permiſſionis mutuandi ſub uſu
ris immoderatis ad rationẽ triginta trium
& vltra pro cẽtenario ſingulis annis, adie-
ctis alijs quibuſdam facultatibus prout la
tius in dicto priuilegio continetur, quod
(pace conſiliariorum dixerim) adæquari
poſſe videtur mari magno. Frãciſcanorũ,
idque pecunia tum præſenti, tũ annua me
diante fuit cõceſſum. Demum ſua celſitu-
do re diligentius, ac mature magis pẽſata
habito voto Reuerendiſſimi Angeli Iuſti-
niani Chij Antiſtitis Gebennen. edicto ge
nerali vetuit, Hebræos poſſe exigere in
eius dominio vltra vſuras centeſimas, nẽ-
pe vltra duodecim pro cẽtenario ſingulis
annis, aut ad ſummũ duodecim cum dimi
dio certis legib. adiectis. Decretum ipſum
fuit frequẽtiori calculo Senatorum interi
natum, deinde mandauit ſua celſitudo, vt
differreur eius publicatio, tandem contra
rium fuit reſcriptum, quod tamen nõ fuit
interinatum, ſed tãtummodo dictum per
Senatum, *Parati obedire*, quo ſtilo dicendi
Senatus vtitur quoties perſuaſus ab ali
quibus cõſiliariis aliquid Princeps iubet,
ꝙ Senatui non videtur iuridicum. Nõ de
lebo, quod dicit Alexand. de Neuo conſi.
100. & 101. num. 14. relatus a pluribus, &
nouiſſime à Iulio Claro li. 5. ſentẽt. §. vſu
ra. verſi. hæc autem. Malitiam Doctorum
conſulentium contra apertam veritatem,
& quod Iudęi offerentes mercedẽ, & mu
nera plures inueniant, qui iniuſtitiã eorũ
apud Principes tueantur. Verum ſcribant
quicquid velint conſulẽtes, de hoc nõ eſt,
vt timeamus cum Principi noſtro aſſiſtãt
hodie integerrimi cõſultores, accerrimiq.
Chriſtianę fidei, & religionis defenſores
Sed rem ipſam aggrediar in cõſultatione
poſitã, nunquid Princeps poſſit tolerare
Iudęos in dominio ſuo fænerãtes. Et quo
ad permiſſionẽ habitationes licet Iudęo-
rum cõuerſatio cum Chriſtianis periculo
ſa ſit. c. ad hæc. de Iudæ. ideoq; caute ſit in
ea procedendum, vt non habitẽt Chriſtia
ni cum Iudæis ſub eodem tecto, neq; con
uiuentur ſimul, atque ab aliis abſtinendũ
ſit, de quibus in 28. cau. q. 1. glo. in c. Iudæi,
el 2. extra de Iudæ, ꝑ Hoſt. in ſumma. de
Iudæ. Angelica, & alii ſummiſtæ in verbo
Iudęos. Franc. Squilacen. in tracta. de fide
Cathol. c. 48. n. 1. tamen in eadem prouin-
cia ſunt tolerandi iuxta Chriſti exemplũ
Matth. 13. qui uolebat permitti zizaniam
creſcere cũ tritico, vt per Hoſt. vbi ſupra.
c. cõſuluit. & c. ſi Iudæos. & toto tit. de Iu
dæ. Gondizla, in tract. de hæret. q. 9. nu. 9.
Rolan. conſ. 25. n. 9. vol. 3. Bonacoſſ. inter
commu. opi. in verbo Iudæos de ciuitatib.
vbi poſt Pariſ. dicit Iudęos eſſe a Princip
bus tolerandos non expellendos, niſi
ex cauſa.

Plura ſunt nihilominus Iudæis verita,
quæ a Principibus Chriſtianis abſque pec
cati labæ permitti non poſſunt, de quib. in
præſentiarum mihi non eſt agendum, ſed
tantum id quod principaliter in dubium
vertitur, an Princeps poſſit permittere Iu
dæis, vt vſurã exerceant in dominio ſuo,
& cum quæſtio hęc ſit abunde tractata a
Theologis, Canoniſtis, & Legiſtis, non eſt
intentionis meæ illam in vtranque partẽ
diſputare; ſatis erit mihi referre Theolo
gos omnes fere, ex Canoniſtis plurimos.
ex Legiſtis non paucos tenuiſſe negatiuã.
S. Tho. in 2. 2. q. 78. art. 1. Sũma Angelica
in verbo Iudæus. nu. 22. glo. in clem. de v-
ſur. §. cæterum. in verbo cenſura. Ioa. And.
in c. peccatũ, in vlt. art. 11. memb. de regu.
iur. in 6. Laur. de Rodulph. in trac. de vſur.
q. 146. Ioan. Baptiſt. de Sancto Seuerino,
in l. 1. C. de ſumma Trinit. nu. 44. Didac.
li. 3. varia. reſol. c. 1. nu. 8.

Affirmatiuam autem ſaltem per modũ
tolerãtiæ tenuerũt Ang. de Caſt. & Caual
cal. relati a Corrado in d. tract. de contra
ctib. q. 25. & ſeq. Caſtren conſi. 397. nõ ui
detur. uol. 2. vbi nedum honeſtam, ſed ſua
uem conſuetudinem dicit huiuſmodi per
miſſionis, quæ uiget per totã Italiam. Sed
dulcedo quidem eſt accipientibus, quę au
tẽ inſit patientibus diiudicet quilibet, non
aliam ego exiſtimo quam eam, quæ obue
nit percuſſo ab aſpide, cuius morſu ſopora
tus is tandem moritur, ſed & aliud abſur
dum



dum ſubnectit, quod iudices de facto exe
qui debent uſuras in gratiã Hæbreorum,
licet de iure id nõ poſſint, cõſtituendo iu
dices meros facti illiciti exequutores ne
dicã carnifices, quis a iure cõſulto talia ex
pectet, cuius opinio communiter. refelli
tur, Ang. in uerbo uſura. 2. num. 14. & pro
hac affirmatiua ſtat Roc. de Curte in trac.
de conſuet. num. 120. ſe fundans in gene
rali obſeruantia, & cõſuetudinę tanquam
non ſit contra ius diuinum. Socin. iun. cõ
ſil. 108. uol. 2.

Alij affirmatiuã tenentes illam reſtrin
gunt. in ſummo Põtifice, qui poteſt decla
re contractum alias reputatum uſurarum
non uſurarium, & ꝗ poteſt ius omne etiã
Diuinum declarare, & ampliare, ut in ex-
trauagan. Marti. & Caliſti titu. de empt. &
uendit. c. cum omnes de conſtit. quod nõ
licet Imperatori cæteriſque Principibus
ſecularib. habentibus ſummum Imperiũ,
ſine principali decreto. Alexan. conſ. 1. &
conſi. 107. uol. 2. & conſil. 8. uol. 6. Barba.
conſi. 16. col. 8. uerſ. & etiam eſt põderan
dum vol. 4.

In tãta uarietate mihi ſemper uiſa fuit
humanior, ac amplectanda media uia, ut
moderatas uſuras nedum Papa ſed Prin
ceps ſecularis poſſit permittere Iudæis, ꝙ
uidetur elici ex cap. quanto de uſur. quic
quid gl. dicat ibi non procedere argumen
tum ſi contrario ſenſu, ratio enim tex. cõ
trarium ſuadet, quæ ex procœmio colligĩ
dũ intendit pro uidere, ne Chriſtiani a Iu
dæis immaniter grauentur, atque ita tem
perãdo opinionem tenentium affirmati
uam illa innititur probabili cauſa uideli
cet ob neceſſitatem cõmericorum, & vti
litatem publicam glo. in lege. 10. diſtin.
Mode. de uſur. nu 76. & 531. & 534. ideo
que dicebat Alci. in l. uſura in fin. de verb.
ſignifi. quod publice intereſſe etiam inter
Chriſtianos ciuilem legem obſeruaris, nã
quod moderatè ultra ſortem accipiĩ non
lædit proximum, ſed, quod immoderatè,
§. ſi autem. uerſi. & hãc legem. aut. nul
lum creden. agric. Seruit quod in ſimili ad
mittunt Theologi ualere pactum pænale
mutuo adiectum dummodo nõ ſit immo
deratum & abſit praua intentatio Hoſtie.
in ſumma de uſur. §. an aliquo caſu. uerſic.
undecimo Moder de uſur. num. 25. & 35.
uerſic. & ita. & aliqui etiam tenentes affir
matiuã utũtur hoc argumento, quod uſu
ræ ſint permiſſæ per leges ciuiles conditas
a Principibus Catholicis nempe Iuſtinia
no qui non ignorauit conſilium Latera
nen. ſecundũ. quas Princeps poſſuit teſta
tuere. Ancharan. conſi. 243. nu. 2. & conſe
quenter de moderatis uſuris ſenſerunt, re
ferendo ſe ad leges per Iuſtinianum cõdi
tas. Et improposito facit, quod notat Ioã.
Bapt. de S. Seuerino. in dicta l. 1. nu. 58. C.
de ſumma Trin. quod Papa poteſt decer
nere, quod rẽcipere aliquid ex mutuo ul
tra fortẽ, in aliquo caſu nõ ſit uſura dam
nabilis, uſq; ad honeſtũ, & congruum mo
dum, & ſentit Bero in. c. quę in eccleſiarũ
num. 92. de conſtit. quod Princeps ſecula
ris ex iuſta cauſa poteſt ſtatuere, ut in ali
ꝗbus caſib. uſura licite exigi poſſit. Hinc
dixerunt Moder. in d. tractatu. de uſu. nu-
me. 15. 79. & 84. & 515. moderatas uſuras
quibuſcũque eſſe permiſſas utraque pagi
na. ac iure tam canonico, quam Ciuili. Al-
legãt. Eccleſiaſ. c. 29. quod tamen affirma
re nõ auſim, refragãte etiam Martino Na
uarro in ſuo manua. confeſſ. c. 17. nu. 208.
Licet ipſi pluribus argumentis nõ ſpernẽ
dis id comprobent, diſtinguendo mutuũ,
quod ſit pauperibus uel ægenis ab eo, ꝙ
fit cauſa negotiationis. num. 74. Sed quic
quid ſit de Chriſtianis, quod Iudęis mode
ratæ uſuræ permittantur è republica eſſe
cenſeo quod etiam uiſum fuit quãdoque
ſummus Pontificibus cõcedentib. per Di
plomata ſua moderatas uſuras, Caietan.
S. Thom. q. 78. & has etiam cõceſſit Impe
rator Federicus in Regno Siciliæ, ut in cõ
ſtitu. regni. titulo de uſur. permittentes
Iudæis propter neceſſitatem hominũ, ut
licite capiãt decimales, ſeu decem pro cen
tenario quolibet anno, & ibi dicit Afflict.
notab. 13. nu. 30. quod Eccleſia parum cu
rat de Iudeis tanquam hominibus dereli
ctis, & ideo eos directe nõ punit ſi uſurã
exerceãt, bene ta men pro intereſſe Chri
ſtianorum prouidet, ut nõ exigant immo
deratas uſuras a Chriſtianis, ea tamẽ lege
ut iam improbo fænore abſtinerunt, nec
extenderent metã dextãtis, ſeu ad decem
pro centenario ſingulis annis Ferret. cõſ.
73. nu. 20. ſentit, & ipſe moderatas poſſe
concedi, immoderatas autem uſuras con
ſtanter teneo Principem nõ poſſe permit
tere Iudæis. d. c. quãto. de uſur. & ca. 1. de
uſur.

uſur.in 6.Quod generaliter prohibet uſu
rarum uoraginem,mandaturque Principi
bus,ac aliis ad quos pertinet, ne ꝑmitant
quoſcūque alie nigenas in domino ſuo do
mos cōducere ad fœnus publice exercen
dum quod ad eos,qui immēſas uſuras exi
gunt, &(ut in eo dicitur) facultates paupe
rum exhauriūt recte referri poteſt. ut ibi
ſentiunt Ioan. Andr.Gemin. & Anchar.in
principio dicentes cōſtitutionem editam
propter eos, qui uſuras immoderatas exer
cebāt,nam,& de immenſis uſuris Latera
nen. cōcilium loquitur. Seruit admodum
ratio tex.in dicto c.quāto.quę colligit cau
ſa fin. ne Chriſtiani a Iudæis immaniter
grauētur, propterea Pōtifex Principibus
præcipit,ut a tanto grauamine Iudæos co
hibeant,quem text.ita declarat Afflict. in
dicta cōſtitutio uſurariorum. numero 30
dicens immoderatas eſſe reſtituendas.Idē
ſentit gl.Inſti. Canon.de uſur.§. Iudæi di
cens,ꝙ uſus, & practica, quæ eſt optima
legum interpres hunc intellectum ſuadet
& admittit, & quod doctores aliter ſenti
entes potuerunt decipi,& ibi additio ſub
dit ex mēte Caieta. quod Principibus lici
tū eſt cōdere leges permiſſiuas uſurarū ad
maius malum euitandum nō autem pro
pter lucrum per Princeps captandum, ꝙ
& in cap.poſt miſerabilem.eodem titu.pa
riter reperitur diſpoſitum, nec id ſine ra
tione maxima cū ad principē ſpectet ſub
ditos tueri,ac fouere,nō permitere ne im
manibus uſuris lacerentur ab huiuſmodi
tracidatoribus pauperem quos ita uocat
Auguſtinus in ca. quid dicam.14.quæſt.4.
quod etiā maior quandoque pęna tenuit
quā fures,ut eſt apud Mar. Cato.de re ru
ſtica.lib.1.in princ.Cicero.li.2.offic. in fi.
hoc etiā ignominoſo ac alijs epithetis ꝑ
doctores uſurarii denominātur. Archid.&
alii in c.1.de uſur. in 6.Huic ſententiæ ad
ſtipulatur, quod uſuram exercere pecca-
tum eſt,quo ad Deum,& ꝓximum lædit,
d.clem.1.ibi.

## In offenſa Dei,& proximi.

De uſur.& cum omne delictum com-
mittatur, uel in Deum tantummodo, uel
in Deum,& proximum,quatenus uſuram
exercendo Iudæi delinquunt in Deū,pro
cedere poſſet,quod dicitur in cap. gaude
mus de diuor.& c.multi.2.q.1.quod quæ
foris ſunt nihil ad nos, quo argumēto vti
tur tenentes indiſtincte affirmatiuā, qua
tenus uero in proximum delinquunt im
menſas uſuras exigēdo,cum pernicioſum
id fit non minus quam rapina, non magis
uſurā Princeps poteſt permittere, quam
furta,& latrocina.l. illicitas in princ. D. de
offi. Præſi. unde argumentum tenentium
affirmatiuam, & ſe fundantium, quod ne
que ex parte Iudæi mutuantis, neque ex
parte Chriſtiani capiētis peccatum eſt cō
cludens non eſt,ex quo nō eſt a ſufficien
ti partium enumeratione,cum ex parte ꝓ
mittētis illicita ſit peccatū, ſed peccatum
eſt etiam ex parte mutuātis,cum rapinam
dicatur committere,& ex hoc capite con
cludit Corn. Iudęos poſſe puniri cōſi. 19.
col.4.uer.non obſtat. 3. uolum.3 & ibi di
cit,ꝙ nō iudicatur de eis quatenus Deum
offendāt,ſed quatenus proximū lædunt
& cum foro ſeculari Iudęi ſubiiciātur, &
legibus ciuilibus ſint aſtricti c poſtulaſti,
& ibi no.de Iudæi l.Iudę.C.de Iudæ.Are.
cōſi.157.modum legitimum excendētes
puniendi. ſunt Didac.li.3.uar.reſolut.c.3.
num.2. & in epito.de ſponſali. pa.2 ca.6.
in princ.nu.17. Menoch. de arbitrar. li.2.
centur.4.caſu.398.nu.17. & ſeq.ubi poſt
multos reſpōdet argumento, quod uolen
ti nō fit iniuria, cum ex parte mutuantis
& uſuris accipientis committatur rapina
prout in ſimili adducit tex.in.l.ſi quis ꝓ
ſeruo.C.de.fur.

Pręterea dicūt Hębrei, quod fratri ſuo
nō licet mutuarę ſub uſuris ſed extero id
eſt Chriſtiano ſic, quāuis id falſo aſſerant
peruerſè ueteris teſtamenti textum inte
ligendo tamen habebunt Chriſtianum ꝓ
hoſte cui nō minus fænerari, quam noce
re liceat.c.ſi.14.quæſt.4 & ſi nullam ipſi
Chriſtianorum rationem habent, talis ne
debet eſſe Princeps Chriſtiani uolūtas, &
intētio, ut ipſe pariter Chriſtianorum ac
ſubditorum ſuorum nullam rationem ha
beat,ꝑmittatque ac toleret uoracitatem
immenſam ſimilium Luporum?abſit hoc
a Principe, & ſeculo noſtro cum pij ac re
ligioſi Principis, qualis noſter eſt munus
ſit ꝓuidere ne exhauriātur facultates ſub
ditorum ne eorum ſanguinis de manibus
ſuis requirat.c. irrefragabi. de offi.ord. hinc
paleata nimis excuſatio aliquorum dicen
tium Principi nō licere quidem permitte

re uſuras



re uſuras graues,ſed poſſe tolerare,nā to
lerando dicit permittere. cap.error.82.di
ſtinct.cap.forte.23. quæſt.4.cap.quātæ,in
fin de ſentēt.excommun.quod ibi glo. re
fert ad Principes,uel eos,q alias præſunt.
Prepoſit.in cap.qui ſincera.in fin.45. diſt.
ubi dicit quod nō eſt ſimilis tolerantia ri
tuū Iudæorum prout eſſet de aliis pecca
tis,quos Principes nō debent tolerare, &
dicit Apoſtolus, quod digni ſūt morte nō
ſolum qui faciunt, ſed etiam, qui conſen
tiunt facientibus.Ozaſc.deciſi. 137.n.18
Inſuper cōuenit inter doctores, ꝙ Prin-
ceps pro permiſſione uſuram non licite
capiat tributum a Iudæis Card. in cleme.
1.quæſtio.15.de uſur.Caieta.ſup.S.Tho.
quæſt.78.ſed tantummodo pro permiſſio
ne habitationis ac negociationis in domi
nio atque ex cauſa aliorum priuilegiorū
quæ Iudæis ſolet cōcedere, & hoc quia ra
tioni cōgruit,ut Iudæi quoque cōtribuāt
in oneribus publicis ac ꝑmanutentione
ſtatus additi ad dictum cap.quāto in fine.
cum ibi nota. Verum,ſi nihil ꝓ permiſſio
ne uſurarū poteſt capere Princeps,quæ ra
tio poteſt Principē mouere ad exceſſiuas
uſuras concedendas,& nō potius modera
tas ex quibus abunde ſatis prouidentur ne
ceſſitatibus ſubditorum Quis nō uidet ex
cōceſſione immoderatæ uſuræ capi tribu
tum ſi illas Princips permittat, & eū fie
ri participē tam illiciti, & turpis lucri.ca
pitu.ſicut dignum.uerſiculo illi de homi-
cid.cap.facientis 86.diſtinct.& dicit Caie
ta.in ſumma in uerbo uſura.uerſiculo.de
dominis quoq; temporalibus,quod de eis
idē eſt iudicium, ſi componant cū uſura-
riis accepta pecunia, ut uſuras impune fa-
cere poſſint,quod de participantibus uſu
ras cū ipſis uſurariis, & quod peius faciēt
ſi etiam illicita cōcederent, quęſitus autē
color tunc deprehenditur ex eo quod di
cat Princeps accipere ob cōceſſionem ha
bitationis,ſed quicquid agunt homines in
tentio iudicat omnes tunc autem ex con
ceſſione habitationis tātum uere dicetur
tributum licite accipere ſi moderatas uſu
ras permittat, ut ſuccurat neceſſitatibus
populi,nec excuſat tacitus cōſenſus popu
li qui contradicere non poteſt neque eo
rum, ꝙ ſub uſuris pecunia mutuo capiūt
uoluntaſque dicitur coacta ex neceſſitate
capiēdi.l.eius eſt.& l.ſequen. cum.ibi no
ta. de regulis iuris ſit itaque cōcluſio Prin
cipem immoderatas uſuras non poſſe per
mittere neque directe, neque indirecte
ꝙ exacte notat Hippol. Bonacoſſa inter
communium opinio.crimina.in uerbo Iu
dæi prohibētur.Modo uis eſt uidere quæ
dicatur moderata, & q̄ immoderate uſu
ra.Immoderata uſura dicitur, quæ legiti
mum modum tranſcēdit. l.eos.§.1.C.de
uſur.ibi.

## Duram,& grauiſsimam earum molem.

Quod improbum quoque fœnus dici-
tur l.improbum.& ibi gl. C. ex quib. cau.
infa.irrog.& hoc eſt proprie, quod Theo
logi,Philoſophi,ac iureſcōſulti omnes ua
riis nominibus appellant, feram beluam,
latrocinium legale,morſus aſpidis, uermē
latente,rodentem, ignes conſumentem,
os inferni,& id genus alia, de quibus per
Bald.conſi.449.ius naturale volumine 3.
Moder.in tracta.de vſur. in principio. nu
mero 2.& triſtiſſimā peſtem incurſione
barbarica nō minorem uocat Iuſtinianus
in authent.nullum credet.agrico. & hanc
voraginem quæ animas deuorat, & facul
tates exhaurit dicit Grego.in dicto cap. 1.
de vſuris in 6. prægrauat enim tale fænus
proximum illique fraudi eſt.Modern. vbi
ſupra nu.11.cum itaque iuxta legales ſan
ctiones ſic moderanda vſura,centeſimam
id ſummū in quibuſcunque negotiis non
debet tranſcendere, hæc maxima ac gra
uiſſima vſura a Iurecōſultis, etnicis appel
latur.l.q. fine.& ibi glo.in verbo maximas
de nego.geſt.l.non exiſtimo,& l.tutor.qui
repertorium.§.idem ſolent.ff.de admi.tu
tor.& maiorē centeſima etiam apud Ro
manos nullo unquam tēpore fuiſſe admiſ
ſam probant Moder.d.n.36.cū ſeq. Quid
ſentient Iurecōſulti Chriſtiani, & pii Prin
cipes ſi apud etnicos modus ſtatutus fuit,
quo ēt argumēto vtuntur Moder. n. 58.
deteſtātes impiū ac barbaricum fęnus ma
ius centeſima,unde nō minus animoſè, ꝗ
inique auſi ſunt aliqui aſſerere nō dici im
moderatam duplicem centeſimam, ad tri
ginta pro cētenario in ſingulos annos,cū
cēteſimam tantum leges permittant, im
probeturque ꝓ Canones etiam ſeſquicen
teſima. c.quoniam multi.47. dictictio ubi
abuſus, legum tranſgreſſio in capien

 dis

dis emollis, & ſeſcuplis, (q̃ de uſuris ſeſquicenteſimis accipiendæ ſunt) improbatur, ex quo tex. notãt Gemin. & Præpoſit. etiã Iudæis eſſe tales uſuras prohibitas. c. ſi quis oblitus. 14. q. 4. & licet in dictis capitulis damnetur etiam centeſima uſura, id eſt, quia eo in caſu nedũ clericis, ſed etiam laicis in negociatione terreſtri tãquam ſũma, & extrema uſura regulariter licita nõ eſt, etiam per leges ciuiles, & cum moderatio hanc uſurarum fauore publico ſit inducta. moribus utentium approbata, nõ reſidet in Principis arbitrio eam mutare. l. minime. D. de legib. cũ neque etiam ualeat contraria conſuetudo eius, quod e Republica ſtatutum eſt, ſi uergat in perniciẽ populorum. c. fi. de conſuetu. cap. mala, cum ſequẽ. 8. diſtinc. & in ſpecie de qua agitur d. l. eos. §. 1. Fortius cũ tales immoderatæ uſuræ ſint contra bonos mores, ac per cõſilia, & Canones reprobatæ, cõtrariũ Princeps non poteſt neque debet ſtatuere. clemen. 1. de uſur. c. nuper, eodem tit. c. nõ licet, cum ſequen. ubi glo. notat. diſtinc. 10 faciunt cap. 1. de conſtitu. in 6. c. Imperatores. 19. diſtinct. & c. lege Imperatorum. 11 diſtin. c. erit autem lex honeſta. 4. diſt. cũ ſimilibus. Quod ſi quis dicat Iudęos non aliter mutuaturos niſi ſub immenſis uſuris, id ueriſimile nõ eſt ſi id eis nõ permittatur, nam cũ in patria iſta Iudæis referta, ipſi aliunde quæſtum non faciant cogetur equidem ſub moderatis uſuris mutuare, aut ſaltẽ in centeſimas, quas Cicero lib. 6. ad Attic. epiſt. 1. etiam acerbiſſimis fęneratoribus gratas ſcribit. Maioris etiam detrimẽti eſſent Reipub. exceſſiuæ uſuræ, quã ſi omnino non admitterentur, cum in pluribus prouinciis ac regnis in q̃bus Iudæis interdictum eſt fænus exercere nihilominus floreant ibi commertia, & commode uiuatur ꝑut dicit Ioã Baptiſta de S. Seuerino in dicta l. 1. unde ceſſat argumẽtum, quod ob maius malum euitandum poſſit permitti minus malum, quamuis & illud argumentum de facili cõfutetur, tũ quia malum, quod permittitur ſit ſpirituale, & malum, quod euitatur ſit temporale, tum quod nullum bonũ inde ſequatur. Angelica in uerbo uſura. 2. n. 14. poſt Io. Andr. in regu. peccatũ. uerſi. ulterius, & quod in Italia admittantur Iudæi fænerari ſub immenſis uſuris idẽ Ioan. Baptiſta corruptis moribus aſcribit. itaque nõ procedit ratio dicentium, uſuras conceſſibiles ob euitandum maius malũ, ſeu ob neceſſitatem publicã, nam minus malum eſſet nullas, uel moderatas tantum uſuras permittere, perniciosa namque ualde eſt cõceſſio exceſſiuarum uſurarum, ex quibus Chriſtiani depauperentur, Iudæi dicantur, unde quãto magis ex arte fæneratitia Iudæi pauperib. Chriſtianis inſidiantur, eo fortius excludi debet eorum uoracitas, & quãto crebrior & communior eſt neceſſitas æris alieni, tãto minus exceſſiuæ uſurę sũt admittẽdæ ob detrimentum populorum, alias nõ bonum, ſed malum publicum ſequeretur.

Itaquẽ cõcludẽdo ſentio grauiter peccare Principes permittendo graues, & immoderatas uſuras etiã Hebręis, utque eis cauendum eſt, ne incidãt in Eſaiæ dictum *Ve uobis, qui conditis leges iniquas*. quod intelligendum eſt de eis, qui id ſcienter admittunt, non autem ſi ignoranter. c. cõſuetudo. 8. diſtin. quod euenit plerunque, ubi Principes ſuaſi ſunt ab iniquis cõſiliariis pſallentibus illud *Placebo domino in regione uiuẽtium*, & forte etiam muneribus excecatis dicentibus malum, bonũ, & bonũ malum, de quibus Gregor. ſcribit ĩ c. ſunt nonnulli. 46. diſtin. ꝙ puluinar. ſub. cubito, & ceruical ſub capite iacentis ponunt uerũ tremendo Dei iudicio ſubiacebunt ubi nõ ualebunt ſophiſmata, aut colorata argumẽta. Dominus Deus in cuius manu cor Regis eſt, dirigere dignetur piam ac religioſſimam Principis mentem in uiam ueritatis, & iuſtitiæ. Quæ omnia ſubiicio correctioni Sanctæ Matris Eccleſia.

*Amedeus a Ponte.*

## *Sequitur aliud conſilium in eadem materia Gaſparis Antonij filij mei.*

1 *Difficultas quæſtionis.*
2 *Vſura omnis tam iure naturali, quam diuina eſt prohibita.*
3 *Iudæi legibus, & ſtatutis Chriſtianorum ligantur & nu. 8.*
4 *Tex. Leuit. 25. Deutoronom. 23. declarantur.*

*Conſuetudo*



5 *Conſuetudo ex ſcientia ſuperioris inducta facit licitum, quod alias erat illicitum, & contra eã præſcribitur ſpatio 40. annorũ*
6 *Principe aliquid concedente, iſta conceſſio præſumitur.*
7 *Pontifex poteſt diſpenſare quo ad Iudæos ſuper uſuris.*
9 *Text. in capitulo poſt miſerabilem, capitu. quanto de uſuris. declarantur.*
10 *Communis opinio ſemper ſequenda.*

## D. M. A.

REVOCATVM in dubiũ ꝑ Reuer. P. Timotheũ Dominicanũ intellexi, ꝙ iam ab alijs nõ vulgaris diſciplinæ Theologis excitatum aliquando fuerat, nunquid Sereniſſimus Pñceps, & Dux noſter Carolus. Emanuel poſſit iudæis permittere, vt fœnus in illius domino exerceant, & ex ea permiſſione cum eis paciſci, & vt aliquod annuũ cẽſum recipiat. Qua de re rogatus vt ſcriberem, ſententiamque meam proferrem calamo parcendum non eſſe duxi, illã diſputationem aſſumẽdo, quam veteres, & recentiores Theologi, nec nõ iuris noſtri Profeſſores aſſumere non dubitarũt ſalua tamen ſemper in infra dicẽdis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſura, cui me humiliter uti minimus ex filijs ſubmitto. Et re vera
1 quæſtio hæc† vt in difficili poſita mirum in modum noſtrorum torſit ingenia, vnde Iaſ. in l. cunctos populos. ſecunda lectura, numero 32. dicit ſe in hac quęſtione male eſſe auditorem quam doctorem, periculoſaque illius videtur tractatio tã ob varias interpretum, & conſulentium inter ſe diſcrepantium ſententias, quam ex eo, quod aliquibus non ſine ſcrupulo cõſcientiæ eã tractare poſſe viſum fuerit, ita vt etiam nimis audacter dicere non erubuerint aliq hæreticos eſſe eos qui in fauorem iudæorum pro uſuris conſulunt. ducti ex clemẽ. unica. de uſuris. Et vt onus ꝓ rei veritate eruenda libenter aſſumptũ Deo auſpice aggrediar, diſputationem hanc in mero iuris puncto tractando, videamus quibus rationibus, & authoritatibus moti defenderint aliqui, iudæos fœnerari nõ poſſe, nec Principi, hoc permittere licitum.

Et multa quidem pro hac ſententia adducunt Alexa. & Iaſ. conſilio primo, libro ſecundo, & in d. l. cunctos populos. in prima, & ſecunda lectu. & longe plura Alexa. de Neuo conſilio 100. & tribus ſequen. cõtra Ange. de Caſtro, & quendam Theologum ad nauſeam vſque diſputans congerit, quę omnia ego in duo, quæ mihi viſa ſunt vrgentiora fundamenta redigam. Pri
2 mum eſt, quod vſura† omnis tam iure naturali, quam diuino prohibita reperitur. c. quia in omnibus. & c. quam pernitioſum & toto tit. extra de vſur. cum multa ingerant damna a Reipu. & præſertim pauperibus pernitioſiſſima, vnde merito ab Ariſto. in politic. ca. 7. & 8. fuit improbata, & immoderata a Romanis damnata, legitima licitaque conceſſa, l. pecunię. D. de uſuris. l. acceptam. & l. eos. C. eodem titu. non uulgariaque ſunt. quæ in hanc rem adnotat Alexan. ab Alexan. genial. dier. libro 1. cap. 7. Odio habitam a veteribus vſuram fuiſſe oſtendens, & tam veteribus Græcis quam Romanis execrabile fœnoris exercitiũ, illudque magis quãdo vſura uſuram parit fuiſſe, ſcribit Appian libr. 1. bellor. ciuil. lege veteri iubente ſupra fænus fœnerari minime licere, & hoc eſt, quod improbum imperatores appellarunt. dicta l. improbum. & l. ut milin. C. de vſu. & ideo lege duodecim tabularum cauebatur, ne ſupra unciarum fœnus vſura exerceatur de qua meminit Tacitus libro 6. annual. ſcribitque Liuius li. 10. aliquod fœneratores bonis mulctatos fuiſſe, ſanctæque Lucullus contra fœneratores Aſiæ edictum propoſuit, ne vltra cẽteſimam iure fænoris repetere poſſent, & iuxta morem antiquũ uſuras deleuit, Imperauit; neminem vltra quartam fructuum debitoris poſſe accipere, ut Plutarch. teſtis eſt in Luculli uita Iure vero Canonico omnis penitus vſura prohibita reperitur, ita vt nec etiam cauſa boni publici pro redimenda vita captiui, (quod alias fauorabiliſſimum erat, vt etiã religioſam, & ſacram rem pro hominis liberatione vendere promiſerint, iuxta Didac. libro 2. variar. reſolut. ca. 16. num. 8.) eas exercere iuris illius authores expreſſe prohibuerint. ca. ſuper eo. de vſur. Ex quo

motus Iaſ.dicebat,hanc ſententiam uerio
rē ſibi uideri, & ſemper illi magis placuiſ-
ſe & hoc caput ſępius repetit in omnibus
illis conſilijs Alexan. de Neuo fortiori for
te deſtitutus argu mento. Non ergo pote-
rit contra ius diuinum , & humanum illis
permitti uſura non ſolum a Principe ſecu
lari,ſed nec a ſummo Pōtifice per ea,quæ
late adnotat Menoch.de arbit. iud.lib.2.
cent.4.caſu 398.

Secūdo pro hac ſentētia ſortius dici po
3 teſt,quod Iudæi legibus† Romanorum ci
uilibus, & ſtatutis locorum , immo & Ec-
cleſiaſticis aliquid prohibentibus decretis
ſubijciūtur l.Iudęi commune. C.de Iudę.
ſicuti & ea , quæ ciuium Romanorū ſunt
propria,habere intelliguntur. Pariſ.conſ.
1.lib.4. & latiſſime Iſodor.in tractatu de
Iudæ.Atqui iure canonico omnes,iure ue
ro ciuili immoderatæ prohibentur uſurę
ergo Iudæi non magis quam alii incolæ
loci fœnus exercebunt, cum, & circa illa-
rum uſurarum exactionem expreſſe fauor
omnis , & auxilium prohibitus uideatur,
dicta clem. 1. de uſur. & ita uidetur con-
cludere Marquard. in tractu. de Iudæ. p.
1 cap.11.num.7.& in terminis , quod Iu-
dæus expreſſe in tali exercitio prohibea-
tur elici uidetur ex decretis Innocentii.
III.in c.poſt miſerabilem,&c. quanto. de
vſur.ubi compelluntur a iudicibus ſecula-
rib.Iudæi receptas uſuras reſtituere, ergo
nec recipere poſſunt , uti omnes Canoni
ſtæ,& Panor.ubi concludunt.

Tertio hanc ſententiā Iudæos fænera-
ri nullo modo poſſe,nec etiam ex Princi-
pis cōceſſione tenuerūt multi, inter quos
enumerātur Anton. de Prato ueteri apud
Alex.conſ.49. numero 6 libro 4. ubi po-
nit miraculum, dicens ita etiam conſuluiſ
ſe Senis.Ioan.de Imola. in c. ſuper eo. de
vſur. Bald.in authen. ad hæc col.2. C. de
uſuris.& in l.1.C.de ſumma Trinit. & ibi
Ioan.Bapt.de Sancto Seuerino. Anchara.
conſil.235.Pet. Belluga. in Speculo Prin-
cip.Rub.11. §.de uſurariis.num.21. & 24.
Moder.Pariſ.in conſuetud. Pariſ.§.1.gl.9.
nu.19. Alexan. de Neuo . dicto conſ. 100.
& ſeq. Iul. Cla. libro 5. ſententiar.§.uſura
uerſi.hæc autem cōcluſio. & ut uidere po
tui hæc opinio receptior eſt , & commu-
nis inter Theologos. & ſequitur. D.Tho.
& B.Antoninus,ac alii a ſupracitatis addu
cti , illamque uti magis piā ſequi uidetu
Marquard. dicto capit.11. numero 11. &
Didac.libro 3.uariar.reſolut.cap.1.nu.8.
facitque glo. in dicto ca.quanto. late Cor
rad.Sumenart.de contract:b.tract.2 quæ
ſtio 28.per totā, ubi & fortioribus in ter-
minis Papæ nō concedit, ut Iudæis ſuper
uſuris diſpēſet,quem ſequitur Ioan.Lup.
in tractatu de uſu.§.4.numero 4.in fine.
Lauren.de Rodulp.in tractatu de uſuris.
quæſt.55.Guido Pap.eodem tractatu nu
mero 36.& 41.& hanc opinionem de ſtri
cto rigore ueram dicit Belluga.in Speculo
Princip.Rub.11.§.de vſurariis.numer.24.
& omnium latiſſime defendit Petr. Roy-
zius deci.Lituanica 5.a nu.220. vſque ad
numerum 335.vbi docte quidem hac de
re diſſerit.

Verum quicquid his uiſum fuerit con-
trariam ſententiam non vereor amplecti
loquendo nō in terminis æquitatis, ſed ri
goris iuſtitię,& ſuper eo puncto an ſit pec
catum.Pro cuius opinionis cōfirmatione
in primis ſciendum eſt,iure veteri diuino
uſuras Iudæis a Deo prohibitas nūquam
fuiſſe,quotieſcūque eas inter ſe non exer
cuiſſent,immo expreſſe cōceſſas reperiri
multis in locis,quæ cum a contrarę partis
defenſoribus calumniētur diligenter per
pendenda ſunt eoque magis cum hic aga
mus etiam cū Theologis clariſſimis, qui
4 omnia hęc optime norūt. Primus,† locus
eſt(quod uiderim.) Leui.25.ubi ī hæc uer
ba filii Iſrael . Deum præcipiſſe legitur.Si
*attenuatus fuerit frater tuus,& īfirmus ma
nu,& ſuſceperis eū quaſi aduenam,& pere
grinū,& uixerit tecum,nec accipias uſuras
ab eo,nec amplius quā dediſti,&c.* & paulo
poſt. *Pecuniam tuam nō dabis ad uſuram
& frugum ſuperabundantiam non exi
ges.*

His uerbis, ꝙ in fratrē fieri prohibet,
erga alienū cōceſſum ꝑſumitur, iure expo
ſitores quidā eo loci afferūnt, inter quos
Radulfus enumerāt non abſq; cōſideratio
ne,ne Iudæi qui pauperē fratrē loco adue
næ, & peregrini penes ſe habeant nō tāꝗ
a fratre,ſed uti ab aduena,&peregrino ho
mineq;penitus alieno uſuras exegiſſēt Al
ter locus eſt clariſſimus. Deute.23 in hæc
pariter uerba.*Non fænerabis fratri tuo ad
uſuram pecuniā nec fruges,hoc quaulibet
aliā rem*,ſed alieno. Quo ꝙ apertius: hoc

profecte



profecto ſcietiſſimorum iudicū relinquo
arbitrio,& eodem loco ſtatim repetitur,
*Fratri autem tuo abſque uſura id,quod indi
get commodabis , ut benedicat tibi dominus
Deus tuus.*Hunc vero clariſſimum locum
cum videāt illi laqueum ex eo fortiſſimū
gutturi imponi cōtrariæ partis defenſores
deſtruere ac penitus a codice impreſſo de
lere conati,sūt addita verba illa,*ſed alieno*
fuiſſe tradentes ab ipſis Iudęis in ipſorum
gratiam,vt dicit ſumma Aſten.libro 3.1.
par.tit.11.de uſur.3.arti.Ioan.Lup.in tra-
cta.de uſur.§.4.num.5.vbi multas reſpon
ſiones adfert.quam reſpōſionem omniū
penitus impreſſorum veterū,& recentio-
rum codicum, ac etiam manuſcriptorum
fragmētis fide deleri,nemo neſcit, immo
vt hæreticorum aliquādo propriam dam
nare neceſſe eſt, ſic enim miſeri hęreticæ
prauitatis ſectatores,cum fortiſſimum ali-
quod contra ſophiſticas illorum opinio-
nes argumentū ex ſcripturæ teſtimonio
obijcitur,dicunt verba ſuperflua, & a lib.
delenda Melior igitur forte erit expoſitio
B.Thomæ, & aliorum Sāctorum patrum
ſacręque Theologiæ profeſſorum, qui(li-
cet mihi aliquātulum diuinare præſuman
tur)cōfitentes conceſſionem illam vti ve
rā,& a Deo factam,dicunt premiſſionem
fuiſſe comparatiuam, ad vitandum maius
malum,ne ipſi inter ſe vſuras exerceāt,&
hanc expoſitionem ſequit nouiſſime poſt
B Antonium in ſumma ſua part.2. cap.7.
§.2.Dominicus Soto de iuſtit.& iur.lib.6.
quæſtio.1.art.1.fol.mihi 147.colum.3. &
Ambroſ.de Vignate in tract.de vſuris.nu
me.44.verſic.& ad primum quam etiam
acerimus ille pro cōtraria diſceptator.Ale
xan.de Neuo.d.cōſil.100.nu.2. ſequi de
dignatus non eſt,& cum ea tranſire Cano
niſtas fatetur,neque videt ſuæ omnino il
lā aduerſari ſentētię,nā & nos dicere hinc
arguendo volumus, quod cum neceſſaria
ſint multorum commercia pro ſuſtentan
dis quotidianis pauperū impēſis , & adeo
refrigeſcat Chriſtianorum charitas,vt mu
tuare nolint neceſſe eſt , vt maius malum
euitetur,hoc permitti Hæbreis,ca. offerre
bat. 32.quæſt 7 ſic enim Sanctus Loth,ut
Sodomitas a nefando illo vitio auerteret
filias proprias obtulerat. Geneſ.29.facitq;
quod in ſimili dicitur permiſſas eſſe inter
Chriſtianos proſtitutiones meretricū , vt
alia maiora euitentur ſcandala,toleratque
illas publice Eccleſia , Magiſtratibus ipſis
in hoc ſcelere conuiuentibus, vt dicit Co-
raſ.libro 1.Miſcellaneor.capitu.3.num.6.
& 7.quāuis peccatum illud expreſſe vtri-
uſq; teſtamenti pagina damnetur. Multo
igitur magis permitti poteſt,immo & pu
blice vtilitatis gratia debent vſurā facere
ne a Chriſtianis exerceatur,vti ob eā cau-
ſam Fidericus II.Imperator ī Regno Nea
politano ſtatuit,vt Iudæi non punirentur
cum reliqs,in vſurarum exercitio , ut tra-
dit Matth.de Afflict.in conſtituto.Neapo
lita.libro 1.rubr.7.numero 31.de vſur.pu
nien.Nugę,vero ſunt & ineptię,quas pro
huius argumenti ſolutione effingit Alex.
dicto conſilio 100.numero 3.dicens Moy
ſem nō potuiſſe Iudæos a fænoris exerci-
tio arcere,quia alias ſi in eius dominio,&
facultate fuiſſet,vtique prohibuiſſet , hoc
tamen fieri poſſe in terris Chriſtianorum
ſed hoc quæſo quo iure? Nam Moyſes il-
lorum Dux,& rector Spiritu Dei ductus
non prohibuit,quare eccleſia fautrix iuſti
tiæ,& miſericordiæ ſicut illos in ſua lege
viuere concedit,hoc non permittit, cum
eadem ratio reſultet , vt malum euitetur.
Hac igitur expoſitione admiſſa nō ſpreta
illa quam ex grauiſſimo quodam Theolo
go adfert Hotoman.libro 2.de vſur. ca.3.
dicendum eſt non male Iudęos,& abſque
peccato quo ad terminos ſuæ legis fæne-
rare poſſe,neq; hoc illis a lege prohiberi.
Neque mouet,quod dici poſſet hoc cōceſ
ſo nos numerari inter alienos, indecorum
que eſſe amicum ab inimico laceratū tolo
rare,nā laceratio hæc ſpontanea eſt,& ue
teri lege inſpecta nos alienigenas eſſe ne-
gari nullo pacto poſſe.Deniq; vt hoc pri-
mum argumentum tandem cōcludamus
Iudæis conceſſas eſſe vſuras erga alienige
nas,indicat pulcherrimus locus eo.Deut.
c.29.quem Ale.pro ſua nitebatur adduce
re opinione in d.conſi.100.n.3.conſ.102.
nu.4 ſcribitur.n.ibi duob.locis,*Fænerabis
gentib.multis,& ipſe a nullo fænus accipies*
deinde,*Ipſe fænerabit tibi,& tu nō fænera-
bis ei*,Quæ loca in ppria vt ſtant ſignifica
tione ꝓ materia ſubiecta accipienda ſunt,
ibi.n.cū Deus legem populo dediſſet , ac
illius obſeruantiam pacto aliquo firmare
uellet,duo propoſuit, benedictionem, &
maledictionem , vt iuxta operationes il-

ſorũ premiarentur, pro benedictione hoc tribuit ut in ſignum opulentiæ, & diuitiæ ipſi fænerentur gentibus multis, nõ fratribus, hoc eſt, (ut quidam recte intelligunt) mutuo dent alijs fænus accipiendo, alij uero ab illis vſuras nõ exigent, cũ hac enim ſignificatione illud eſt accipiendum, alias peruerteret tex. apertiſſimus At pro maledictione inquit è cõuerſo. *Ipſe fænerabit sibi, &c.* hoc eſt ille a te uſuras non exiges petunia tanquam diues accipiet, tu vero pauper effectus ab illis uſuras non exiges. Hinc igitur colligimus illis conceſſas eſſe vſuras, nec peccare fænus ab alienigena accipiẽdo, non enim peccat populus a fretus benedictione a Deo exhibita. Nos uero Chriſtiani, quãuis re uera poſt Chriſtũ natus contrarium ſit apud eos ſumus pro alienigenis, & peregrinis, cum ita per Prophetas etiam Deus dixerit, *Auferam a te legem meam, & dabo genti. &c.* & ſimilia, quæ breuitatis cauſa prætereũda duxi, ut cõcludamus pro fine omnium ſupradictorũ, Iudæis vſuras præmiſſas fuiſſe, ut exercerent in alios non inter ſe, ſic enim populum ſuum appellat Deus omnes Iudæos, vnde fratres erant Exod. 22. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebit eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.*

Secundo pro hac ſententia urget cõſuetũdo, quę longiſſimis, & immemorabilib. ab hinc annis per totam Italiam inoleuit, quæ hominum quorumcũque memoriã excedit: ut teſtatur Clar. in dicto §. vſura, verſiculo, ſed certe, & etiam uiguiſſe antequam compoſita fuiſſet clem. illa de uſur. dicit Caſtre. conſilio 397. non uidetur expediẽs. Immo hæc cõſuetudo non ſolum vigebat in terris ſecularium, ſed etiam Eccleſiaſticis & ſummus Pontifex priuilegio ſuo cõcedebat moderati fęnoris exercitũ ut tradit Campeg. in tracta. de dot. par. 1. q. 49. ꝙ & hodie nouiſſime a Beatiſſimo nunc regnante Pontifice Gregorio XIII. Hebræis Romæ habitantibus, & in Marchia Anconitana conceſſum audiui, ut accipiant 24. pro quolibet centenario, nec ꝑ ea conceſſione cenſum ſoluunt, quod magis eſt, ſed ſi Pontifex, qui ius eccleſiæ conſeruare debet, hoc facit iuridice, quare, & ſeculari Principi nõ licebit, cum non mittatur manus in hoc in corpore Eccleſiæ, Conſuetudo uera hæc longo tẽpore munita uim legis habere dicitur, & pręſumitur ſcientiam, & patientiam Pontificis, ac alterius cuiuslibet ſuperioris interueniſſe ita ut alius non requiratur aſſenſus, iuxta Alexan. ſententiam conſi. 24. Ponderatis nume. 8. lib. 5. Balb. de præſcriptionibus, par. 4. 5. par. princip. colum. 10. uerſic. ſexto quęro. & notatur per illum tex. a doctoribus in l. de quibus. ff. de legib. conſuetu-
5 do enim † ex illa præſumptione ſcientiæ facere debet licitum, quod alias erit illicitum, & Princeps, qui eccleſiam ſequitur non peccat ſi hoc patitur. Et ſi dicatur cõſuetudinem illam contra ius eſſe, reſponderi poteſt iunctis ſupraſcriptis, quæ faciunt illam iuridicam, illam ſpacio quadraginta annorum præſcriptam eſſe, ut communis Canoniſtar. ſententia eſt in c. fi. de conſuetu. Pet. Duen. late in tracta. regula. reg. 160. & Soci. reg. 110. unde dato contra ius eſſe hanc fænerandi Hebraicã conſuetudinem abſque dubio erit præſcripta ex immemorabili tempore, & ſic ſeruanda cum legẽ ipſam uincat, ſuoque modo interpretetur, ut multis docet Rebuff. in ſuo tract. de conſuet. qui in ꝑin. legibus etiam duodecim tabul. cautum aſſerit, ut conſuetudo omnis ſeruetur eoque magis hæc locum obtinebunt, cum vt ſupra dixi hęc conſuetudo ſit tolerata ſciente, & patiente Pontifice iuxta ea, quæ ſcribit Franciſ. Sarmient. de redditib. eccleſiaſt. par. 2. c. 6. & par. 4. c. 1. num. 8. poſt Couarru. & alios per eum citatos.

Tertio ita mihi uidetũ argui poſſe. Aut iure diuino, aut naturali ante gẽtium proprio, uel ciuili uſura hæc Iudæis prohibita cẽſetur. Iure diuino nouo expreſſe prohibetur. Luc. 5. & Matth. 6. dum dicit Saluator. *Mutuum dantes nihil inſperantes.* Sed lex illa euangelica cum a Iudæis non fuerit recepta, & in ea perfidia eos uiuere Eccleſia ꝑmittat ac tolleret, legeſq; illi ſuas non prohibeat, dicendum eſt etiam libere uſuras eos exercere inter alios poſſe neq; illi turbãdi ſunt in ſuo ritu, ut recte notat Ferret. in tractatu de gabel. nu. 268. cum peccare ipſi ſe non exiſtiment. Item uſura omnis lege diuina inſpecta prohibita eſt, & ex trãſgreſſioni peccatum oritur, cuius tranſgreſſione Eccleſia, ſiue laicus iudex, (ut aliquorum ſententia fuit) pænam ingerit,





gerit, & contra tranſgredientes inquirit: ſed Iudæi tanquam legi huic Euangelicæ aſtricti peccare non dicuntur, neque peccant Chriſtiani mutuo accipiendo ab illis, ut multis comprobat Alex. d. conſi. 1. li. 2. nume. 2 in fi. & eo magis a peccato excuſantur iſti fœneratores, quia qui pecuniã mutuo accipit, uſuram libenter ex ea cõmoditate ſoluit, immo ut plurimum ſtipulatione iuramento uallata hæ uſuræ promittunt, unde donare magis creditor præſumitur in odium uſuræ, non magis quã ſi domum, uel prædiũ, aut quid ſimile in locationem conduxiſſet, cum & cõductionis nomine uſura aliquando notata fuerit, iuxta Horatianum illud.

*Omnia conductis coemens obſonia nummis.*

Sic enim & pecunia utimur ſicuti re cõducta, licet re uera contractus diuerſi ſint ut nuperrime adnotat doctiſſimus Cuia. lib. 9. obſeruat. cap. 18. & ſuperiora innuũtur a ſumma Aſten. d. li. 3. 1. par. tit. 11. artic. 3. & ſi dicamus Iudæos peccare fænus exercẽdo, cedo: ſed nonne magis peccãt in incredulitate, & perfidia quam hoc agẽdo, & tamen hoc illis non denegatur, ſed per tolerãtiam conceditur, & expreſſe ob utilitatem Chriſtianæ religionis concedendum eſt, iuxta ea, quæ in terminis de Iudæis in ſtatu Mediolani habitantib. ſcribit latiſſime Rolan. a Valle conſilio 25. uolum. 3. Ergo uno conceſſo maiori cõceditur & reliquum quod minus eſt hoc enim eſt uti acceſſorium illius principalis peccati, & ſine hoc peccato sũt extra ſalutis gremium, unde nihil ad nos de his, quę foris ſunt. c. gaudemus de diuor. 2. q. 1. c. multo & ſuperuacaneæ operam dat rei, qui Iudæos a peccatis conatur auertere. Dec. c. 1. n. 2. de probatio. Vlterius ut iam dixi in terminis ſuæ legis non ſtatuitur illis hoc peccatum.

Si autẽ dicamus iure naturali illis uſuram prohiberi, hoc falſum erit, cum illi iuri ex permiſſione diuino derogatũ cenſeatur: poteſt ſiquidẽ omnipotens naturæ parens ipſum naturæ ius pro ſuo arbitrio immutare, tãto magis iſtud cum potius ſit iuris poſitiui aut gentium quam naturalis, ſi quidem natura hoc omnia animantia docuit, ut minora maioribus ſeruiant, & cedant, & quod unuſquiſq; ſibi potius bene uelit quam alteri etiam fratri, iuxta illud Terrẽtianum, *proximus ſum egomet mihi.*

Neque etiam dicẽdum eſt legibus ciuilibus, uel gẽtium proprijs hoc prohiberi: nam ciuilibus ꝑmiſſa erat uſura moderata, ut ſupra diximus, & gentium proprio ipſi fœnerabant.

Si denique in iure municipali, & ſtatutario hoc damnetur, Princeps, uel cõmunitas, qui hoc ſtatuerunt, ut clari iuris eſt poterũt illi ſtatuto, ſeu legi derogare. Accedat, quod Eccleſia dũ prohibet uſuras prohibet pęnis excommunicationis, & alijs ſimilibus, quę Iudæos non afficiunt, cum illis legibus non ſubiaceant. Ergo his omnibus ſtãtibus ipſi uſuram libere exercebunt.

Deniq; ex iuſta cauſa Principem etiã ſecularem Iudæis uſurarum exactionem poſſe saltẽ per tolerantiam cõcedere pro-
6 batur, quia cũ bonus Princeps aliquid cõcedit † iuſta accedente cauſa, & iuri conſona hoc facerę præſumitur, preſertim cum de conſilio procerũ ſuorum quamuis ẽt cõtrarius reſcriberet. Cyn. & alij in l. reſcripta. C de precib. Imper. offeren. Euerar. conſ. 2. uerſic. primam igitur partẽ in fi. Curt. Iun. conſilio 75. numer. 3. 2. colum. & aliquid dicitur fieri per ipſum in ciuitate, quod de iure non ualeat. Euerard. conſil. 99. uerſicu. nec obſtat ſi dicatur, quod ſi ordinatio Principis. per ca. quę in eccleſiarum ubi omnes notant. de cõſtit. Princeps enim legibus ſolutus dicitur publicis, licet priuatis, & proprijs eius ueluti cõtractibus ligetur, l. digna uox. C. de legibus. Nec obſtat ſi diceretur, Principẽ ſuꝑ uſuris diſpenſare non poſſe, cũ hoc Eccleſiaſtici fori ſit. Nam cedo, ſed cùm ius ciuile non Eccleſiaſticum ſequuntur Hebræi, illud iuxta formam iuris ciuilis non Eccleſiaſtici condonabit. Præterea nõ diſpẽſat in re Eccleſiaſtica: nam hoc eſſet mittere falcem in meſſem alienã, ſed poteſt tolerare in foro ſuo. Iuſta uero cauſa hoc concedi dicitur, ut maius malũ euitetur quicquid uelit Ioan. Aud. in regula peccatum. in 3. dub. nu. mihi 36. & ratione boni publici, ut pauperes pecuniã habere mutuo poſſint, ne fame & inedia aliquando pereant, ſiquidem refrigeſcẽte omniũ Chriſtianorum charitate, noſtri ſine uſuris mutuare

tuare nolunt, & cum uſuris non audent. Nonne enim minus malum eſt mutuo a Iudęo accipere, quam prębere cauſam uel Chriſtiano ſub uſuris mutuandi, uel negãdi mutuũ cõtra diuina pręcepta, ex quo pauper & indigens uel filiam proſtituat, uel rem ualentem decem uẽdat ſex? & ita intelligenda eſt authen. ad hęc. ex qua indocte aliqui arbitrantur Iure ciuili uſuras prohibitas eſſe, ut uoluit Marquar. dicto c. 11. nu. 2. ſi connectatur cũ corpore unde ſumitur, & hanc cauſam expreſſit Sereniſſimus Dux. in priuilegio Hebræis conceſſo: unde concludendum eſt, nõ male Principem hoc conceſſiſſe.

Minus uero obſtat, quod aliqui exclamant fœnus eſſe rapinam, hominem occidere, pauperes deuorare, & ſimilia Sed tu qui es, qui ita iudicas, & te ipſum condemnas, forte Hæbreis ditior, & Hebræo crudelior, qui neque uis ſine fęnore pauperi mutuum dare neq; uis pauperem ab Hebræo miſericordiam quęrere, & quodammodo pauperi alimenta hoc modo negas, quod necare eſt. Et quomodo hãc rapinam appellas, quæ ſponte cum gratiarũ actione a uolente datur? furtum autẽ, & rapina eſt contrectatio inuito domino. Cui enim dubium eſt, quod ſi Chriſtianus à Chriſtiano gratuitum mutuum accipere poſſit, quin id libentius faciat, quam ſub graui fænore ab Hæbreis poſtulare, aut res ſuas uili pretio uendere: ſed quia tu crudelis es ad Hebræum recurrit, ſine cuius auxilio quãdoque famæ cum familia periret.

Hanc uerò opinionem cùm cęteris prudẽtibus uiris, qui ita ſenſerũt de iuris ſubtilitate, ueram iudico, & ita conſuluerunt Caſtren. conſ. 397. Non uidetur expediẽs. & 358. quoddã commune, & hoc innuere uidetur ex uenditione pignoris conceſſa conſil. 295. ſi dicta pignora, quem ſequitur angelus de Caſtro. eius filius in conſilio ſequen. Alexan. conſilio 1. & ſeq. lib. 2. & conſilio 107. quod repetitur libr. 6. conſilio 8. Ancharan conſil. 243. Chriſtianiſſime. Socin. iun. cõſilio 108. libro 3. Vbi ita communiter ſeruari per totam Italiam aſſerit, ponens quidem dubium in Principe ſeculari, ſed ſoluit in eodem conſilio. In
7 † Pontifice uero hoc ſine dubio concedit, & dicit ibi conceſſum fuiſſe priuilegium a [illegible], ut acciperent uigintiquinq; pro centenario. Barba. conſil. 16. libro 4. qui vult, quod Princeps ſecularis cõcedendo huiuſmodi uſuras motus p ædictis rationibus ſit immunis a peccato. Catellan. Cotta in memorabil. in uerbo Iudæus. ubi ſcribit ex cõcluſione Bald in conſil. 349. ius naturale, libro 3. quod Iudæi fęnus exercentes tolerari poſſunt permiſſu Principis, adductus etiam ex ea ſingulari ratione Bald. quam & Iaſo. refert in authen. ti. ut omni no. uerſiculo, ſed pone. ne uxor pro marito, quod ſtatutum principis, ut Iudæi uenientes ad fenerandum pro duobus denarijs pro libra tractentur vt ciues, ualidum ſit, & in Pontifice id abſque dubio procedere innuit idem Cotta. in uerbo uſuræ, Et ꝙ Iudæis Papa fęnerari poſſit permittere ex cauſa neceſſitatis, uel boni publici dicit Ioann. Caraffa. in tractatu de ſimon. numero 55. licet ipſe contrarium teneat, & nouiſſime hanc partem in utroq; Principe tã Eccleſiaſtico quam ſeculari ratione maius mali euitandi tenuit, & defendit Dom. Alphonſus Vilagut Neapolitanus in ſuo tracta. de uſur. quæſtio. 13. concluſio. 4. num. 11.

Facit etiam ratio illa pro Iudæis, quod illi teſtamentũ cõcedere poſſunt, quod publicis uſurariis non permittitur, quæ ratio communi noſtrorum axiomatæ fulcitur, ut ſcribit Viu. lib. 1. communium opinio. opinio 444. in uerbo uſurarius manifeſtus. Roch. Cur. in tractatu de cõſuetud. numero 36. ſectio. 9. & alij multi, quos longum eſſet recenſere, & pręterea ne diſputatio hęc noſtra in uolumen immẽſum creſcat. Ex quibus locis hęc opinio pro Iudæis mihi uidetur eſſe communior, & æquior durante hac temporum calamitate, & melioribus rationibus ſuffulta, neque eam in totum impugnare uidetur Marquard. dicto ca. 11. qui in Pontifice hoc permittit, quẽ etiam hoc diſpenſare poſſe tradit Carer. in tractatu de hæret. 3. colum. num. 10. & Ioan. Campeg. de dot. par. 1. quæſtio. 46. per totam, ubi refert ita diſpenſatum per Eugenium, & Martinum facitque gloſſ. ad inſtitutio. Canonicas Lancello libro quarto, titulo de uſur. §. Iudæi. in uerbo immoderatas.

SVpereſt nũc, ut cõtrarijs ſatisfaciam argumẽtis, quæ urgentiora nobis uiſa ſunt, reliquis enim ſatis aptè reſpendens Alexan.



Alexan. & alij ſupra citat. Et ad primum, quod uſura, uti deteſtabilis prohibita eſt iure diuino, & humano, ex ſupra proxime adductis facillima patet reſponſio, eo argumento pro indubitato conceſſo Iudæis in ſua lege nõ prohiberi fęnoris exercitũ in terris alienis, ut ſupra ſatis abunde concluſimus. Nec obſtat capitu. ſuper eo. de uſur. quod toties repetit, & inculcat Alexan. de Neuo. Nam ibi non de iudæis, ſed de Chriſtianis, qui ſub nomine boni faciẽdi uſuras exigebat loquitur Alexan. iij. quod iudicãt uerba Põtificis in pręfatione illius capitis prolata, quæ reſtituit uir doctiſſimus. Antonius Auguſti Epiſcopus Illerden. caput illud ſic integrum reddẽs.

Sup eo uero, quod a nobis tua deuotio poſtulauit, utrũ poſſit in recipiẽda pecunia ad uſurã fieri diſpẽſatio, ut pauperes, qui in Saracenorum captiuitate tenẽtur p eãdem poſſint pecuniã liberari pręſentibus tibi literis duximus reſpondẽdum, quod cum uſura, & cętera.

Ex quibus uerbis colligimus ibi pro redimẽda uita captiuorum conſultum fuiſſe Summum Pontificem a Panormitano Archiepiſcopo, cũ ille requiſitus de diſpẽſatione fuiſſe a Chriſtianis, quæ diſpenſatio non fuiſſet petita a iudeis, qui abſque diſpenſatione fænerari poſſunt.

Vlterius reſponderi poteſt non de eſſe grauis doctrinæ uiros, qui acriter ſuſtinuerunt ad facilitanda hominum commercia & euitandas dubias lucri ceſſantis, & dãni pbationes, moderatas uſuras ſaltẽ quicũces concedendas eſſe, tolerabilemque eſſe conſuetudinem talia permittentem aſſerẽtes, quos hic adſcribere poſſem, lateque rem hãc diſcutere, ſed quoniam dum hæc ſcriberem peruenit ad me tractat. elegãs Moderni cuiuſdam Germani Matthęi Colerii de proceſſibus execut. qui doctè, & abundè ſatis capitu. 10. illis tracta. nume. 71. & pluribus ſequen. hac de re diſſerit, ad illum omnino uidendum lectorem remittimus.

Minus obſtat ſecundum fundamentum Iudeos legibus Chriſtianorum ligari, ergo ſicut Chriſtianus prohibetur, uſura, ita &
8 Iudæis † nam ultra id, quod dici poſſet ex Calder. ſententiam conſilio. 30. quẽ refert & ſequitur Ioann. Lecirer. de primo genitu. libro primo, quæſtio 16. numero 15 litigari illos quotieſcunque aliter nõ reperiatur diſpoſitum in Moſayca lege, reſpondeo ligari quidem eos poſſe legibus ciuilibus, ſed leges ciuiles permittunt uſuras moderatas, ſatis uero moderatum erit fœnus, cum a Principe taxatur, & hoc modo illis iure ciuili per tolerãtiam permittitur uſura, ut notat Ioann. And. in dicta regu. peccatum numero. 37. Ius uero, Canonicum non ligat Iudæos. niſi quatenus contra eos aliquid expreſſe prohibet, unde, & clemen. illa de uſur. ex qua excommunicato. quidam aſſerunt eos, qui pro Iudæis conſulunt, & compellunt Chriſtianos, ut debitas uſuras ſoluant loquitur ſolum in Chriſtianis, cum pœnam excommunicationis ibi ingerat Põtifex, quæ Iudæos nullo modo afficit, unde in capitu. poſt miſerabilem, excommunicationis pœnam Pontifex non indicit Iudæis, ut commercium prohibeat, ſed Chriſtianis, iuxt. Caſtren. in dicto conſilio 397. qui illam clementinam recte eſt interpretatus.

Nec obſtant decretales illæ, quæ omnibus poſt habitis multum mihi prima frõte ſtringere uidebantur cõtra Iudæos nẽpe. dictum capit. poſt miſerabilem, & capitu. quanto de uſur. ubi Iudæi compelluntur reſtituere, uſuras quas acceperũt nam longam illis interpretationem tradere poſſem, ſed me in longiora trahamur, breuibus agendo, duas meo iudicio non contemnendas reſponſiones afferam.
9 † Prima eſt, quæ diuinationem ſapit non habere locum diſpoſitionem illorum capitum quotieſcunque Princeps ſecularis permittit Iudæis, ut fænus in ſuo dominio exerceant, quod Principem facere poſſe non ineleganter ex capi. poſt miſerabilem principio elici poſſe uidetur dum præcipitur, ut hæc compulſio fiat per Principem ſecularem quaſi ibi dubitatum fuiſſet an eſt Eccleſiaſticum pertinuiſſet, cum res hæc peccatum concernat. Secunda reſponſio textui magis propinquo eſt, quæ ex capitu. quanto. colligitur dum ibi expreſſe graue magis immoderatum uſuram prohibet Papa. Verba apertiſſima ſunt, quæ ex caſu, & narra-

narratione propoſita mentem diſponētis iudicante. l. fin. D. de hær. inſtituen. interpretationem accipiunt.

Quanto (inquit tex.) amplius Chriſtiana religio ab exactione cōpellitur uſurarũ, tanto grauius ſuper his Iudęorum perfidia inſoleſcit, ita quod breui tēpore Chriſtianorum exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte proſpicere Chrĩanis, ne tenaciter aggrauētur, Synodali decreto ſtatuimus, ut ſi de cętero quoquam prętextu Iudęi a chrĩanis graues, & immoderatas uſuras extorſerint Chriſtianorum eis participiũ ſubtrahat, donec đ ĩmoderato grauamine ſatisfecerint cōpetēter, &c.

Ex his uerbis nos duo colligimus Primo ex principio, & fine Chriſtianis duntaxat prohibitas eſſe uſuras. Secundo de immoderatis uſuris, & grauibus, non de licitis, & legitimis Prohibitionem factã quod geminata uerba iudicant, ibi, *graues, & immoderatas*, & alia ibi, *Donec de immoderato grauamine, &c.* Quaſi uelit ſtatuens eo loco compenſationem fieri uſurarum immoderatarum cum licitis, ut has retineant alias reſtituāt, nec aliter intelligi debet ille text. quicquid uelit ibi gloſſographus, qui loco interprætationis apertiſſimã peruertit literam, & quando alias compellerētur Iudæi uſuras ex illorum capitum diſpoſitione reſtituere, hoc per induectum fieri doctiſſime ſentit Ioa. de Ligna, inter conſi. criminal. Zilleti libro. 1. conſilio. 19. numer. 14. & ſequen. Eoque magis hoc uires obtinet, quia ſi voluiſſent Pōtifices Iudeos ab uſurarum exercitio arcere, hoc expreſſiſſent, ſicuti in titulo de Iudæ. multa illis expreſſe prohibita reperiuntur, unde ſuccedit regula l. unicę. §. ſi autē ad deficientis. C. de caduc. tollend.

Et ſi denique obiiciatur hanc opinionē non eſſe communem ſed aliam uti nō erubeſcunt dicere hi qui in communes, iurarũt opiniones. quamuis falſiſſime aliquando ſint, Reſpondebo. & hanc mihi magis communem uideri, demptis Theologis, qui hanc in re (puta conſulendo) nullam, fidem merentur, ut dicit Ancharan. in ſuã diſputa. incipien. antiquis, & Modernis ubi dicit errare Theologos, qui ſuper uſuris, & aliis. quæ Canonicam. potius ſcientiam quam Theologicam ſapiunt, uolunt diſputare, cum grauiter aliquando errant & hunc etiam refert Alexan. dicto. conſilio 1. numero. 10. & ſequitur Ioan. Bapt. Lup. in tracta. de uſur. par. ult. §. 4 num. 9.

10 Pręterea dato communem eſſe, dico† cōmunem doctorum ſententiam nō ſemper ſequendã præcipue, quando apertiſſimis rationibus reprobatur, non enim ex multitudine authorum iudicandum eſt, cum poſſit unius forſitan deterioris ſentētia, & multos & maiores in aliqua parte ſuperare, ut legantiſſime dicit Imperator in l. 1. C. de ueteri iu enucleã. & notata Panormitan. inter queſtiones ſuas. quæſt. 4 uerſiculo item multũ. Imo multitudo ſæpius doctorum magis fallitur, neque enim tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant, ſed argumentum peſſimi turbata eſt, ut Seneca dicit Inter alios uero mihi ſuſpectus eſt pro contraria ſententia Alex. de Neuo cum nimia ſemper animi paſſione motus loquatur, ita ut ĩ ea uerba tandem proruperit, hæreticos, excommunicatos eſſe eos, qui contrarium defendere uellent. Neque erubuit grauiſſimum Theologum hæreticum appellare a qua calumnia cum ego in fauorem Hæbreorum conſulam me longis defenderem, niſi certo ſcirem hæreticum, & excōmunicatũ apud uiros grauiſſimos nō eſſe eum, qui rei ueritatem (ſubmittendo ſe melius ſentientis iudicio, & eccleſię ſanctioni) inquirrere conatur. Nec officit ut iam dixi clemen. illa de uſur. quia de Chriſtianis loquitur quibus re uera Principes ipſi ſeculares contra omnia iura fœnoris exercitum permittere non poſſunt, licet ex plenitudine poteſtatis (quam rectius Cra. poſt Bal. in conſilio. 241. plenitudinem tempeſtatis appellat) qua ſiſi multa facere præſumunt concedant etiam ipſis Chriſtianis uſuram quincuncem, ſemiſſem, uel beſſem. iux. l. eos. §. 1. C. de uſur. & l. publica. § Titius. D. depoſiti. cũ cētesſima per Nyceam ſynodum antiquata fuerit. c. quoniam. 46. diſtin. Guibert. Tholoſan. quæſtio iur. queſt. 1. & Ioann. Lup. in tracta. de uſur. ad. l. curabit. C. de act. emp.

§. 3.



§. 3. num. 23. & ſequen. & in his terminis nempe de Chriſtianis intelligēda eſt Ozaſci deciſio 137. num. 8. dum vſuras Principem ob maius malũ euitãdum non poſſe concedere contendit.

De Pontifice uero an ille cōcedere poſſit ſubſiſto cum maximam authoritatem ſucceſſione relictã habeat, & ita continue ſeruari fuerit ſolitũ tolerantias cōcedēdo vnde miror de illorũ ſentētia, qui ad Pontifici non conceſſerunt, cum etiam hodie. cōcedāt, vt ſupra dixi, & infra ſubijciam. Imo (vt ad rem redeamus) idem Alexan. de Neuo ſibi parum conſtans conſilio 99. reuoluto, (vt aiunt) mantello, conſuluit poſſe iuſtitiam Iudæi in pignore vendendo, & vſuras exigendo miniſtrari.

Concludamus igitur ex his Principem potuiſſet Hæbreis legibus eorum munitis fænoris exercitium concedere, & per tolerantiã permittere, aliquod annuum cenſum iſtius de cauſis recipiendo, cum & Hębrei ad cenſum ſoluendum cogantur. iux. Marquard. de Iudæ. capitu. 7. par. 1. in fin. verſiculo, & ſic firma. ſcribitq; Suetonius in domitiano. capitu. 12. Imperatorem illum Iudęos grauiſſimis vſuris pręſſiſſe pręſertim eos, qui in vrbe Iudaicam vitam agere uolebant. Accedente pro corrolario hic coniectus duos eſſe cũ Hæbreis initos unũ Sereniſſimi Emã. Philiberti prædeceſſoris, alterũ nunc dominantis Ducis Caroli Emanuelis, ex quibus, Cum oneroſa impoſitione, quæ cōtractũ firmiorem reddit, vt dicit Soc. in dicto cōſilio 108. in fin. ſcribit late Rolan. in terminis dicto conſilio 25. numero 35. uo. 5. cōceſſa fuit hæc vſura, quod non feciſſent Sereniſſimi Duces niſi Theologorum grauiſſimorum, & Antiſtitum participato voto. Et ita iuris arbitror.

Cæterum a puris iuris apicibus ad æquitatem deſcendendo, & tutiorem virũ amplectendo conſulerem Principi, vt cēſum, iſtis Hæbreis nimis graue impoſitum minueret, inde has vſuras ad moderatam taxam reduceret habito quo ad eam uoto, & authoritate expreſſa ſummi Pontificis, alias enim ſi cēſus magnus imponitur, Iudæi immoderatas vſuras enim inſcio Principe extorquere coguntur, Princeps de his vſuris per indirectum participare videtur, & ita me etiam, conſulente ipſis Hæbreis fuit poſtea tolerantia a Pōtifice impetrata tunc regnãte Gregorio. XIII. inde redacta hæc uſura fuit per aliam ſuperuentam tolerantiam Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti Quinti ad 18. pro centenario, quam infra ſubiicio, vnde nō eſt amplius ut hac de re dubitemus.

*Et ita ut ſupra conſulo Ego Gaſpar Antonius Teſaurus Iuriſconſul. Aeques, & Comes, & in Taurinen. Academia in feudorũ doctor. 1584. 14. Ianuary Taurini. Salua ſēper Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſura, & cuiuslibet melius ſentientis,*

*Sequitur tenor Tolerantiæ Pontificię,*

## DILECTO FILIO NOBILI VIRO CAROLO EMANVELI SABAVDIAE DVCI, ET PEDEMONTIVM PRINCIPI.

## Sixtus Papa Quintus.

DILECTAE *Fili, Nobilis uir Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Conceſſimus tibi die 3. Septembris anni proximæ præteriti licentiam, & facultatem permittendi (abſque conſcientiæ ſcrupulo,) vt in tuis dominiis temporibus, Iudæi de pecuniis per ipſos, & eorũ quemlibet mutuatis ad rationem quindecim pro qualibet cētenario*

*nario, & anno ultra ſortẽ principalẽ exigere, aliaque deſuper facere libere, & licitè ualerent, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cum autem ſicut exponi nobis nuper feciſti, multæ pauperes, & indigentes perſonæ tuorum dominorum, ita facile inueniant Iudæos, qui ad dictam rationem quindecim pro quilibet centenario, et anno ultra ſortem principalem, pecunias ſuas mutuo dare uelint. Non dictarum pauperum, & indigentium perſonarum neceſſitatibus conſulere cupiẽtes, ac tenorem dictarũ, leterarum præſentibus pro expreſſo habentes, tuis hac in patre ſupplicationibus inclinati, cõncedimus tibi rurſus per præſentes licentiam, & facultatem permittẽdi abſque dicto ſcrupulo, ut in eiſdẽ dominijs tuis Iudæi prædicti de pecunijs per ipſos, & eorum quẽlibet mutuatis, ad rationẽ octodecem pro quolibet cẽtenario, & anno ultra ſortem principalem exigere, et alia iuxta dictarum literarũ tenorẽ, ſeruata tamẽ earum forma libere, & licite facere ualeant. Non obſtantibus omnibus quæ in dictis literis uoluimus non obſtare, cęteriſque contrarijs quibuſcunque. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 3. Octobris. 1587. Pontificatus noſtri Anno tertio.*

Tho. Thomatius Gualterius.

Legatum factum perſonæ, cui inſtitutionis titulum aliquid relinqui debet, an ad inſtitutionem extendi poſſit, & an talis extenſio per notarium in inſtrumento cæterato fieri poſſit.

## DECISIO LVIII.

1 *Legitima aſcendentibus inſtitutionis titu. relinqui debet.*
2 *Legatum factum matri an cenſeatur factum titulo inſtitutionis.*
3 *Inſtitutionis tit. quando aliquid relictum cenſeatur.*
4 *Verbum* relinquo, *in teſtamento poſitum an inſtitutionem denotet.*
5 *Verbum* lego, *adiectum certa quantitati, uel ſumma intelligitur legatum, & non inſtitutio.*
6 *Inſtitutionis titulus in teſtamento omiſſus per ſapientem uel notarium etiam de mãdato teſtatoris nõn adijcitur, ſed contra num. 11.*
7 *Notarius tenetur clauſulas conſuetas extendere ſtante præſertim dictione illa,* & cetera.
8 *Verbum* lego, *in materia fauorabili latiſſimam habere debet interpretationem, ut actus ualeat.*
9 *In dubio iudicandum eſt fauore teſtamẽti.*
10 *Legatum factum illi cui legitimam debetur cenſetur inſtitutio.*

LEGITIMA ſicut relinqui
debet deſcẽdentibus iure
1 & tit. inſtitutionis, † ita &
aſcendẽtibus, cum par ra
tio utriuſque ſit, & hęc eſt
magis communis opinio, cum qua tranſit
Caſtren. In authen. nouiſſima. nu. 6. C. de
inoffic. teſtam. & ibi doctor. & Vaſqu. nu-
mero 282. & communiter. Bart. in hoc cõ
trarium ſentiẽtem reprehendi ſcribit Io.
Roiaſ. in epito. ſucceſſ. capitu. 29. num. 42.
& cap. 31. num. 9. late Molina in tract. pri-
mogenitur. libro 2. capitu. 15. num. 16. Du
2 bitatum hinc fuit, quod ſi legatum † ſit fi-
lio uel matri, aut alij cui tenetur teſtator
relinquere iure inſtitutionis ꝑ hæc uerba
*Item legauit Catharinæ ſuæ matri florenos decem ſemel tantum ſoluendos per hæredes ſuos infraſcriptos, &c.* an cenſeatur legatũ
iure inſtitutionis, an uero iure legati maxi
me ſtante illa dictione, *& cætera.* & uide-
batur dicendum teſtamentum eſſe nullũ
non minus atque ſi ipſa mater præterita
fuiſſet, eo quod illa uerba ſonent non in
inſtitutionem, ſed in legatũ, quia dicitur
*ſoluendos per hæredes ſuos infraſcriptos.*
& ſic nõ poteſt dici iure inſtitutionis reli

ctum



3 ctum. Ad hoc enim, † vt dicatur iure inſti
tutionis oportet, ꝙ uerba ſũt relata ad ip
ſum cui relinquitur, id eſt, ut ipſe à teſta
tore rem habet non ab alio ita notabili-
ter tenet Philip. Franc. in repetit. capitu. ſi
pater. de teſtamẽ. libro 6. colum. 21. uerſi
culo circa ſecundum principale poſt Ca
ſtren. in dicta authen. nouiſſima. nu 5. &
Bart. in l. pater. §. fin. D. de lega. 3. per illũ
text. & Caſtren. ampliat. poſt Richar. Ma-
lumb. & Alber. ſi utatur teſtator uerbo,
4 *Relinquo,* quæ† ampliatio procedit, ubi
alius eſt inſtitutus, ut dicit gl. in l. ſi is uer-
bis in prin. D. de hære. inſtitue. nam alias
hoc uerbum inſtitutionem importat, ut
communiter teneri teſtatur. Ludou. deciſ.
Lucen. 53. & firmat Simon de Pret. in tra
cta. de coniectur. ultimarum uolunta. lib.
2. interpret. 3. dubio. 2. ſolu. 4. n. 1. & com-
munem dicit Burſat. quando relinquitur
perſonę de iure inſtituendo. conſilio 174.
num. 19. lib. 2.

Secũdo, quia uerbum *Lego,* quãdo adii
5 catur certe quantitati, uel ſummæ † intel
ligitur legatum, & non inſtitutio. Salyc. in
l. fina. colum. fina. C. famil. erciſcund. ubi
Bal. idem ſentit in uerbo *Lego* licet contra
rium dicat in uerbo *Relinquo,* de quo late
Franc. in dicto capitu. pater. uerſic. in ea
glo. ibi, nõ uidetur Michael Graſ. in libro
ſententiar. §. inſtitutio, quęſt. 14. & quæſt.
15. nu. 2. Diuerſi enim ſunt tituli de lega-
tis, & de inſtitutionibus in Pandectis, &c.
Ideo per uerbum *Lego* inſtitutionem non
comprehendi, tenuit Bero. conſil. 118. nu-
mero 17 li. 2. & Caſtren. in l. omnino. in
fin. C. de inoffic. teſta.

Tertio in ſpecie etiam ſtante illa dictio
ne, *& cætera,* quod nõ poſſit fieri extenſio
ad inſtitutionem etiam per eundem nota
rium facit, quod in ſimili de cõſilio, & de
claratione ſapientis ſcribit Caſtren. in di
cta authen. nouiſſima poſt Alberi. ubi uo-
luit, quod ſi relictum† aliquid ſit filio, &
6 teſtator dicat, & mãdet teſtamentum apta
ri per conſilium ſapientis, ſapientem non
poſſe declarare, & extendere uerbum *Re
linquo* ad inſtitutionem; multo igitur mi-
nus id facere notarius poterit, qui ſemper
refert ſe ad cõſilium ſapientis, & nõ poſſe
falſi pœnam, euitare notarium, qui hanc
extẽſionem faceret. In his terminis tenet
Stracca in additio. ad conſi. Craue. 75. ubi
multis impugnat Crau. ſententiam.

In oppoſitum dicebatur teſtamentum
ſubſiſtere, quia licet dictum non fuerit iu-
re inſtitutionis, nihilominus illud denota
tur ex illa dictione, *& cætera,* in fine illius
clauſulæ poſita, quæ aliquẽ effectum ope
rari debet, & talem dictionem extenſionẽ
huiuſmodi recipere poſſe, ſuadet commu
nis notariorum ſtilus, qui ita ſolent illam
7 clauſulam extendere, quia Notarius† tene
tur extendere clauſulas conſuetas etiãſi
de his rogatus non ſit, vt per Alexa. con-
ſilio 27. lib. 2. poſt Bal. in l. fi. C. de fideiuſ.
tanto magis attẽta illa dictione, *& cætera.*
quam etiam alius notarius poterit exten
dere iuxta cõmunem, ſtilum, vt dicit Iaſ.
poſt alios per eum relatos. in l. Gallus. §.
idem credendum num. 21. ff. de lib. & po
ſthum. (de cuius tamen dicto dubito, per
ea, quæ ſcribit Ancharan. Iun. quæſt. fami-
liar. libro 3. quæſt. 8. numero 11. & 17.) vn
de clauſula non appoſita cenſetur pro ap
poſite, cum Notarius rogatus, ſemper cen
ſeatur, vt omnes clauſulas apponat. ut in
ſimili poſt Bald. Gabriel. & alios ſcribit
Lancillot. Gallia. de ſtatu. ſuper uerbo, *Le
gare,* quæſt. 4. numero 10. & Craue. in his
terminis. in dicto conſilio 75. conſuluit,
quòd Notarius ſine pœna falſi poteſt ad-
dere uerbum illud. *Iure inſtitutionis.* Nec
obſtant, quę contra illius opinionem ibi
adducit Stracca, quia illa non procedunt
ſtante dictione, *& cæ.* per quam videtur
notarius ſe remiſiſſe diſpoſitioni iuris, &
ad ordinarium ſtilum aliorum notario
rum, & ita imbreuiaturam extendi ſine
falſi periculo poſſe, tenet Paris de Put. de
re aſſumpt. inſtrumen. rubrica ſecunda. in
fine, & pulchrè Lanfranc. in tractatu de
fin. inſtrumen. numero 19. vbi dicit ſe no
tarium liberaſſe à pæna falſi, quæ omnia
multo magis procedent, cum hæc exten-
ſio fiat ſine alterius prędiudicio: nam ſi ma
ter ſentiat ſe grauatã, ex paruo, legata po
terit ſupplementum legitimæ petere, &
audietur.

Secundò hanc opinionem æquitas ipſo
ſuadet, ne actus ſine hac extẽſione redda
tur nullus, vt in ſimili dicit Areti. in dicto
§. idẽ credendum. col. pen. quo caſu† uer-
8 bũ *Lego,* latiſſimam habere dẽt interpreta
tionẽ fauore teſtamẽti. Verba. n. legis 12.
tabu. eo verbo ẽt ꝑ inſtitutione vtebantur

uis

*uni quiſque legauit,ius ita eſto.*Et per tex. in l.1.ff.de hæred.inſtituen.vbi verba ſub audiuntur,vt inſtitutio valeat,& in ſimilibus terminis tenet Mantica de coniectur. vltimar.volunta.libro 4.titu.3.& nouiſſimè hãc opinionem ſequitur,& multis firmat Alexan.Rauden.Mediolan.(vt teſtamentum ſuſtineatur)in ſuo amplo tractatu de analog.capitu.18.nume.42.& a numero 14.vſque ad 61.ad quem lectorem remittimus.vbi tenet,quòd in materia fauorabili,vt eſt teſtamentũ, verbum *Lego*, denotat inſtitutionem,vt actus valeat, & idem ſcribit capit.17.num.11.& 12.& in dicto num.61.examinat quæſtionem, de qua per Rolan.conſi.34.lib.4.vbi aderant in teſtamento illa verba. *Item legauit,uoluit,&c.*& per illa concludit cenſeri relictum titu.inſtitutionis cum Decia.contra eundem Rolan.& in ſpecie habemus legatum in legitimam portionem imputari in authen.Præterea,in fi.C.vnde vir.& vxo. per quẽ tex.ſubtiliter tenet ex Vltramontanis Hartman.practicar.forenſ. libro 2. titu.de legat.capi.2.in prin.Quòd ſi debitum quid ſit ex diſpoſitione legis,vt in legitima,& dote, legatum factum in teſtamento cenſetur factum animo compẽſãdi,& liberandi ſe ab onere legali,quòd eſt in caſu noſtro, cum mens ſit teſtatori expreſſa ex legati verbis.Et videantur, quæ ſubtiliter ſcripſit D.Ioann.Vaudus noſter Pedemontanus in li.1.var.queſt.quæſt.5. & hoc caſu verbum *Lego*,largisſimam habere interpretationem ſcribit Lãcillot.in dicto verbo legare,in princ.nume.5.in fi. ſtrictam enim in materia odioſa interpretationẽ habet.Durãs de arte teſtan. tit.6.

9 de lega.caut.44.&†in dubio iudicandum eſt pro teſtamento,vt late per Manticam de coniectur.vltimar.volunta.li.2.tit.15. ideo legatum dotis in teſtamento filiæ factum cenſetur titu.inſtitutionis relictum. Ioann.Boſch.de nupt.lib. 5.num.9. ſicut

10 & omne relictum,quod ſit†illi,cui legitima debetur,cenſetur factum iure inſtitutionis,vt ex communiori tradit Burſ.conſilio 92.num.3.libro 1.& hoc pro teſtamẽti validitate,vt per Vaſqu.in dicta authẽ. nouiſſima.num.254.Molina dicto libr.2. capit.15.num.22.pulchrè Aluar.Valaſcus Luſitan.conſultat.23.per totã.voluitque Iuſtinianus legatum pro inſtitutione cap. in authen.de trien.& ſemiſſ.§.1.ibi; *Siue per legati,&c.*

Ex quibus omnibus ueritas huius diſputationis elicitur,cum & per verbum *Lego*, & per dictionem *&cæ.* teſtamẽtum ſubſiſtat,& legatum cenſeatur iure inſtitutionis relictum,& notarium ita poſſe extendere conſtet,& ita cenſuit Senatus. Nec obſtat,quod de conſilio ſapientis dicebamus,quia†contrarium in hoc caſu tenet

11 Clar.in §.teſtamentum.quæſt. 38.verſicu præterea quæro.Afcã.Clem de patr.pot. effect.16.n.2.& Stracca ad d.conſi.75. n. 4.vnde falſa eſt Alberici ſententia.

## Procurator,ſeu actor vniuerſitatis ad ſingulas, & omnes cauſas cõſtitutus an ẽt pro futuris cauſis conſtitutus cenſeatnr.

### DECISIO LIX.

1 *Procurator priuati conſtitui poteſt ad futura.*

2 *Procurator uel ſindicus ab uniuerſitate, ſeu à capitulo conſtitutus ad ſingulas,& omnes cauſas an ad futuras etiam conſtitutus cenſeatur.*

1 PROCVRATOR priuati†conſtitui põt ad futura, ideo ſi cõſtitutus ſit ad omnes cauſas,cenſebitur etiã pro futuris conſtitutus, vt per Bart.in l.illud.§.ſed ſi ita.D. quod cu iuſque vniuerſ.nom.agat.ſed queſitũ fuit

2 quid dicendum eo caſu,†quando quis cõſtitutus fuit ſindicus,ſeu œconomus a captulo cuiuſdam conuẽtus ad omnes, & ſingulas cauſas,nec dictum fuit pręſentes,& futuras,an etiam conſtitutus dicatur in futuris cauſis. cum hæc quęſtio coram me agitaretur,ego iudicaui talẽ iudicem,ſeu procuratorem cẽſeri ad futuras cauſas cõſtitutũ,per text. in l.in fi.C.quæ res pign. obliga.poſſ.ſed poſteo reperi Barto in l. damni.§.ſi is qui uicinas.nu.2.D.de damno infect.tenere contrarium,& reſpõdet ad dictam.l.fi.idemq; uidetur uelle in dicto.§.ſed ſi ita.ubi loquitur de actore uniuerſitatis.Verum pro opinione mea iudicauit Senatus con firmando ſententiam a me





me latã dum eſſem iudex maior Niceæ. 1557.& contra Barto. eſt communis opinio.vt p Alex.in addit.ad Barto.in dicto §.ſi is qui uicinas,& tenuit Rota in nou. deciſ.413.quam deciſ.ſequitur, Rebuff. in l.octaua.pag.84.in prin.de uerbo. ſignifi. & ita in procuratore per eandem Rotam iudicatum fuiſſe teſtatur Verall.deci.393. par. 2.in uerbo procurator.

## Subſtitutione facta in eũ caſum ſi Titius ſine liberis deceſſerit,an reducat res ad caſſum inteſtati, & an hoc caſu liberi primi inſtituti ſuccedant.

### DECISIO LX.

1 *Subſtitutio ceſſat ceſſante conditione.*

2 *Liberi in conditione poſiti an obtineant hæreditatem uirtute clauſulæ codicillaris.*

3 *Filii poſiti in conditione ſtantibus coniecturis dicuntur uocati.*

TESTATOR inſtituit Titium,quo decedẽte ſine liberis ſubſtituit Caiũ, & eo ſine liberis, &c. ſubſtituit Semponium.Viuo teſtatore deceſſit.Titius,poſtea mortuus eſt teſtator quæritur,quid iuris de hæreditate. ſi nõ fuiſſent addita illa uerba *ſine liberis*, certe clara res eſſet quod tranſiret hæreditas ad Caium ſubſtitutum,l.unica.§. pro ſecunda iuncta gloſſ.in uerbo ſubſtitutus C.de caduc.tollen.& per regu.l.quandiu. de acqui.hæred.de qua dico infra dec.86.

1 ſed propter ea uerba uidetur† etiam deficere ſecunda inſtitutio Caij, eo q ceſſet cõditio ſub qua fuit facta,ut in his termi * nis conſuluit Oldra.conſilio 141. Thema tale eſt per l.hęredibus.§.fin.ad Trebellian.dicens, quod iſto caſu reducitur res ad cauſam inteſtati, cum inſtitutio efficiatur caduca,ut in ſimi.terminis ſcribit Purpurat.conſi.229.num.1.lib.1.& in hoc capite omnes domini conueniebant, quam

* uis dicendum uidetur contrarium per ampliationem,quam poſui infra deciſio. 86.

Sed dubium eſt, an hæredes in teſtato

2 teneãtur reſtituere hæreditatem † liberis primi inſtituti propter clauſulam codicillarem.Oldrad.dicto conſilio tenuit,quod non,& Purpurat.dicto conſilio 299. n.3. & 4.Socin.conſi.77.lib.3.Decius uero cõſilio 242.colum.2.& 3.tenuit contrarium & forte melius.Quinimo crederem in caſu noſtro dici poſſe filios eſſe uocatos a teſtatore ad excluſionem ſubſtituti,ut vult pulcher text.in l.Lucius, in fi.D.de hære. inſtituen.Floriã.conſilio 5.nu.2.& quamuis communis opinio ſit,quod filij in conditione poſiti non ſunt uocati, dẽ qua dicam infra deciſio 96.poſt gl.in dicta l. Lu

3 cius tamen id fallit†quãdo in contrarium de coniecturata mente teſtatoris apparet prout tũc apparet,quãdo ad alios gradus ſubſtitutionũ teſtator tranſitum fecit, ut poſui dicta deciſ.96.late Socin.Iun.conſilio 168.pręſentis conſulationis. numero 75.libro 2.ubi ita tenentes recenſet, & in his terminis tenuit Purpu.conſi. 596. per totam.Concurrebat & aliã coniectura in caſu de quo tractabatur, quod teſtator p poſuit filios illos proprio fratri,imò nepotem ex fratre primo inſtituit, qa in eo uidebat filios,& ſanguinis deſcenſum,quod non uidebat in fratre, & ideo dici ſolet, quod amor deſcendat,quia per maiorem deſcenſum magis perpetuatur memoria aſcendentis.& pro hac coniectura in caſu concluſionis dictæ gl.faciunt, quæ ponit Rip.in l.centurio.nu.164. in 2.coniectura de ſubſtitut. vulg.cui enim dubiũ in hoc caſu,quod ſi teſtator fuiſſet interrogatus quin reſpondiſſet,quod intendebat deficiente nepote filios in conditione poſitos ſubſtituere, & non ſolum tertio inſtituto ſed etiam ſecundo præponere unde ſuccedit regu.l.tale pactum de pact. & his coniecturis attentis pro opinione Decij tenebat Senatus,& iudicabat 1562. Men. Septembris.Referente Domi.a Sancto Michaele,ſeu Malopera Cumenſi,de qua tamen re dicam late d.deciſ.96.incip. Filij in conditione.vbi uide.

## Ardea cauſa quando dici poſſit pro iuramẽti oblatione ſuper altari,ad declarationẽ decreti antiqui Sabaudiæ li.10.ca.2.§. item, quod iuramento.

### DECISIO LXI.

1 *Iuramento ſuper altari prohibetur.*

2 *Ardua cauſa quæ dici poſſit, & nu. 3.*
4 *Arbitrio iudicis relinquitur, quæ cauſa ardua ducatur.*

1 IVRANENTVM † ſuper altari S. Antonij prohibetur per decretum Sabaudię Philippi in libro 10. capit. 2. §. item quod iuramenta cuius meminit Menoch. de arbitra. iud. lib. 2. centur. 1. caſu 72. num. 11. cũ limitatione, *niſi in cauſis arduis &c.* Quæritur nũquid in cauſa inter duos nobiles uertẽte de ſcutis 250. ubi vnus obtulit patri iuramentum ſuper altari Sanctę Reparatæ (quæ eſt eccleſia maior in ciuitate Niceę) petẽs iurari uel referri poſſit virtute huius decreti tale iuramẽtũ recuſari, & uideretur negatiuè concludendũ. Primo, quia decretum loquitur de altari Sancti Antonij, & non extendi debet ad alia altaria, cum ſit ſtricte decretum interpretãdum, ut alias dixi in prælud. decretorũ Sabaudiæ. Item & ſecundo, quia cauſa hæc de
2 qua agitur dicitur ardua, † & ſic ſumus in limitatione facta in ipſo decreto, ut dicit in terminis huius decreti Purpur. in l. manifeſtæ. nu. 38. & de iureiuran. & licèt probãdi talem qualitatem onus incumbat aſſerẽti, ut per Purpur. in dicta l. manifeſtæ propter limitatiuam *Niſi*, ut per Soci. conſilio 155. colu. 2. tamen hic non erit aliud probandum, cum acta id doceant, ſolum ſtabitur arbitrio iudicis, ut idem decretum in principio diſponit, q. debet arbitrari ſecundum iura, alias ab eo appellabitur, ut dicit Barto. in l. ſi qua pœna D. de uerborum ſignificatio. Iura uero, ſeu doctores uidetur interpretari cauſam arduam, ſeu, magnam attẽta qualitate perſonarum, & inter duos ciues diuites cauſa magna uidetur eſſe 200. ſtorenorũ, ut uoluit Iaſ. in l. admonendi. nu. 272. addit ad Abba. in capitu. de appellationibus. de appelatio. vel ad plus 200. aureorũ, ut per Dec. in dicto capit. de appellationibus Franciſc. de Curte in dicta l. admonendi. nu. 202. D. de iureiur. Tertio facit, quia poſtquam ille, qui defert, eſt ęque diues nobilis, & bonę qualitatis, & tamẽ offert ſe iuraturum ſuper altari, ut ad patria iudicetur, videtur, quod alter teneatur ita iurare, uel referre ne iudicium claudicet.

In contrarium facit, quia decretum expreſſè determinat, quod iuretur tantum ſuper Euangelijs. & ſic excludit omnes Sãctorum aras, & illa expreſſio Sancti Antonij fuit exemplificatiua, attenta conſuetudinæ patriæ Sabaudiæ, ubi decretum fuit factũ, in qua magis timent idiotæ iurare per Sãctum Antonium, quam per Deum, cõtra nota. p Alben. in rubr. C. de iureiur. Secundo facit, quia decretum uult limitatiue, quod iurari poſſit ſuper altari, quando eſt cauſa ardua, & id nõ ſemper, ſed ita demum ſi iudici uideatur, quaſi uelit, q non ſequãtur eſt ardua, ergo iurandum ſuper altari, & hoc iudicãt etiam illa uerba *fortaſse*, quaſi uelit, quod pede plũbeo ad talem determinationem iudex procedat. etiã ſi ſit ardua cauſa, & ſic etiamſi cauſa ſit ardua tamen aſpiciẽda etiam erit qualitas peſonæ. Et certe in perſona nobili & prudenti, quę ſcit quantum referat iurare per Deum ſuper Euãgelijs, videtur decretum omnino excludere tale iuramentum, & quod iudex ita arbitretur, ſecus ſi cauſa eſſet ardua, & perſona leuis, uel idiota & ita indici in hoc arbitrari conſulerẽ.

Tertio mouet, quia nõ uidetur uerum
3 quod cauſa 200. uel 250. aureorũ † ſit magna inter ciues, uel nobiles diuites, ſed ſolum ſi ſit de 300. aureis, ut eſt tex. in l. 2. C. de pedan. iudicib. vbi Bar. & hãc arduã. dicit Baptiſta a Sancto Blaſio in tractatu contradict. iur. ciui. & canon. uerſicu. 168. uel de 500. ut loquitur Alberic. in l. in bonæ fidei. colum. fi. C. de iureiuran. uel etiã de mille florenis, ut per Socin. dicto conſilio 155. In quibus locis ne decipiaris aduertẽdum eſt, quod florenus capitur pro ſcuto, ſecundum illa tempore. Item licet dicatur cauſa magna, non tamen erit ardua, ut decretum cãtat, maius enim quid uidetur eſſe cauſa ardua, quam cauſa magna & ardua cauſa uidetur eſſe cauſa ſtatus, ut p Iaſ. in l. 2. §. ſi quis iudicio. nu. 13. D. ſi quis caut. & arduum quid dicitur, q difficile eſt ut apud Menoch. de arbitrar. libro 2. caſu. 205. num. 2. & 4. uel. cauſa famoſa, ut dicit Bal. in cap ex ratione, de appellatio. colum. 2. uel quãdo agitur de rebus magis ut per Iaſ. in dicto §. ſi quis in iudicio & cauſa filiationis Marcus Antonius Blanc. in tractatu de indic. num 428. Quod tamen totũ decretum relinquit iu-





4 dicis arbitrio, prout etiã † iudicis arbitrio ius cõmune relinquit, vt arbitrari debeat quæ cauſę dicantur arduæ, vt ſcribit Bal. in dicto ca. ex ratione. & Iaſ. in d. §. ſi quis in iudicio. Imol. in cap. doceri de reſcript. ſicut in ſimili de cauſis magnis dicit Iaſo. in dicta l. admonendi. nu. 222. & Menoch. caſu 72. Purpurat. conſ. 458. nu. 22. Imo & illius arbitrio relinquitur, an iuramentum ſit deferendum vel non, vt late Cato. Sachum in repetitio, per dictæ l. admonẽdi. nu. 170. & ſeq. poſt Bal. in dicta l. in bonæ fidæi. Ideo ego in cauſa hac arbitrio vtẽs arbitratus ſum attenta perſonarum qualitate, non eſſe hanc cauſam adeo arduam, vt in ea procedi debeat ad tale iuramẽtũ quę ſententia fuit poſtea per Excellentiſſimum Senatum tunc Vercellis reſidẽtem confirmata anno 1577. Et crederem in pecuniarijs eam poſſe dici in caſu huius decreti cauſam arduã, ſi ageretur de omnibus bonis cõuẽti, uel de maiori parte per tex. in l. propter litem. ff. de excuſatio. tutorum. Ita conſuluit Ancharan. conſi. 26. Barbat. conſ. 3. col. 11. & conſi. 16. col. 4. in fi. lib. 2. Menoch. centu. 2. caſu 110. num. 5. Gambar. de authorita. lega. lib. 2. nu. 188. Cato Sachus. in dicta l. admonendi numero 141.

Et ita tenendo ad primum, & ſecundũ motiuum patet reſponſio ex fundamẽtis ſupra factis, & ad illud quod dicit Iaſ. cauſam arduã dici ſi agatur de florenis. 200. inter duos ciues diuites, contraria eſt glo. in authen. de mandat. princip. §. ſi tibi. in verbo breuiores. vbi dicitur cauſam minimam eſſe centum aureorum, quam gl. ſequitur Bar. & Bal. a Menoc. allegati dicto caſu 72. nu. 3. Ad tertiũ vero poteſt reſpõderi, quod iſte qui offert non poteſt pro ſuo arbitrio vitiare formã a decreto præfixam, alias ſemper eſſet in facultate eius eluſorium reddere decretum, cõtra ipſius mentem, & tenorem.

Cæterum non eſt noua hæc iuramenti delatio, quæ ſuper altari deferri ſolet, & a decreto noſtro proponit, imo antiquitus obſeruata, vt dixi ex Plauto ſupra deciſio. 47. nu. 17. & recte prohibitum per decretum deducimus tale iuramentũ ex traditis per Hieronymum a Laurentiis deciſi. Rotæ Auinionen. 7 per totam.

Statutum excludẽs dotatã, ſeu maritatã a ſucceſſione bonorum, an cẽſeatur excludere a bonis dotantis tãtum, an vero ab hęreditate etiam aliorum nominatorũ in ſtatuto. Plures caſus in hac materia pro examinatione ſtatuti cõſiderantur.

## DECISIO LXII.

1 *Statutum excludens dotatam cenſetur ab hæreditate dotãtis tantam excludere, amplia ut nu. 2.*
3 *Statutũ non ſpecificans perſonas dotantes ſed a quarum hæreditate excluditur, an excludat dotatam a bonis dotãtis, uel omnium dominatorum.*
4 *Statutũ, quod dotatam a patre, fratre, uel patruo excludit a prædictorum ſucceſſione, excludit ab omnium etiam non dotantium ſucceſſione.*
5 *Statutum enumerans eaſdem perſonas in dotatione quas in excluſione ab omnium ſucceſſione excludit.*
6 *Statutũ excludens a perſonæ non nominatæ ſucceſſione an a ſolius nominatæ hæreditate dotatum excludat.*
7 *Alternatiua, & copulatiua non faciunt diuerſas clauſulas, & ſeparatos caſus in ſtatuto excludente dotatam a ſucceſſione dotantium.*
8 *Statuti uerba antecedentia, & ſubſequentia ſunt ad unguem pro intelligentia obſeruanda.*

STATVTVM Dotatam, ſeu Maritatam excludens a
1 petitione bonorum † intelligitur regulariter, vt ab hęreditate dotãtis tãtũ excludat, ideo ſi doletur a patre, & decedat mater, vel frater, ſuccedit matri, vel fratri, & hæc eſt communis noſtrorum ſententia deducta ex originali doctrina Bal. in l. prima. C. de leg. hæred. qui ad hoc paſſim allegatur, & communem hanc ſententiam tutam ac tenendam dicit Cæphal. conſilio 278. numero 95. & 96. P. Ioann. Ancharan. Regien. quæſtionum familiar. libro tertio. quæſtio. 33. numero 3. ex qua Bal. doctri. regulam proponit Decius in l.

pactum.num.8.C.de collatio.quod dota
ta quæ excluditur, cenſetur tātū excluſa
ab hæreditate dotantis, & illius a quo ha
buit dotem, unde fit, ut filia dotata exclu
ſa per ſtatutum non cenſeantur excluſa a
ſucceſſione fraterna, niſi ipſi cum iuramē
to renunciaſſet, etiamſi frater trāſmiſiſſet
hæreditatem, & ius ſuccedendi in alium
ut per Chaſſan.in conſuetu. Burgun. titu.
*Des ſucceſſionis*.§.12.uerſiculo, *Et non tēd lon poynt*. Afflict.deciſio.178.& hęc com
munis ſententia probat ex l.ut liberis.C.
de collat.& l.quoniam nouella, in fi.C.de
inoffic.teſtamen. quicquid contra eam di
xerit.Roman.in cōſilio 442.& ſcripſerint
Ruin.conſilio 145.li. 3.Curt.Iun.conſ.10.
Alex.29.nu.6 libro .1.Iaſ.conſ.205 lib.2.
Bec.62.Rolan.76. libro 3. & hanc ſenten
2 tiam † ampliant aliqui etiamſi ſtatutum
ſimpliciter dicat filia, uel fœmina dotata
nō ſuccedat, quia intelligitur in bonis do
tatis ur per Dec. conſi.589.nu.2.& 634.
& 379.lib.2.Rub.13.16.& 61.Facit com
munis ſententia, de qua per Gabrie.de ſta
tut.conclu.7.libro 6.commu.opin.quod
ſtatutum non extenditur ad perſonas nō
ſpecificatas, & cum hac ampliatione prio
rem regulam, & communem opinionem
firmando tranſibat in facti contigentia
Senatus, & ſemper iuxta illā iudicauit, &
* nouiſſime in una Taurine.referente Do.
Guerillo.1588.6.Auguſt.

Et ea quidē abſque difficultate proce
dit, & de plano, ſi ſtatutum ulterius non
progrediatur, iuxta famigeratam illam do
ctrinam Bal.in dicta.l.1.C.de leg.hæredi.
& ita loquitur Dec. in dicto conſil.589.in
princ.& 634.ſed ſi ſtatutum vlterius pro
cedat enumerando plures perſonas tā in
dotatione quam in excluſione, an tūc ſuf
ficiat ab uno nominatorum dotari.uel do
tatam eſſe, ut ab omnium hæreditate dica
tur excluſa, magna eſt cōtrouerſia. Et quo
niā in hac quæſtione doctores uarij ſunt,
& confuſe loquuntur, ne confundatur ter
mini nec deciparis conſiderādi ſunt plu
res caſus prout ſtatuta ipſa diuerſa ſunt,
& uario modo loquuntur.

Primus caſus eſt ſi ſtatutum nō ſpecifi
3 cat a quo ſit dotata, ſed bene † ſpecificata
quorū hęreditate excludatur, vt ſi dicat. 4
*Mulier dotata non ſuccedat patri, uel ma
tri, uel fratri, uel patruo*, nec ulterius lo
quitur ut per Paul Caſtren. in conſilio.91
pręſuppoſito, quod dictū ſtatutum, lib.2.
& tunc Iaſ.in l.ut liberis num.6.in fin C.
de collat.& Brun.de ſtatu.art.8.num. 60.
& 67. tenuerunt nō cenſeri excluſam, niſi
a bonis dotantis. Contrarium tamē, & ue
rius conſuluit Caſtren. in dicto conſil.91.
ita, ut ſit dotata a patre, excludatur ab hæ
reditate matris, & aliorum nominatorum
qui hæc ſtatuta concernunt fauorem ma
ſculorum Allegat rationum quando intē
tio ſtatuti eſt, vt hęc mulier ſit cōtēta ſua
dote, & ita dicit uidiſſe ſeruari, & practica
ri, & in his terminis loquitur Bec. in conſi
lio, 112.num.18.qui ita dicit limitari com
munem illam concluſionem, & regulam,
Dec.in l.ut liberis.nu.8.C de collat. idem
Dec.conſi.346.nu 4. cum enim, (vt ipſe
inquit) ſtatutum alternatiue loquat. ſatis
eſt ſi altero uerificetur. c.in alternatiuis,
de regu.iur.in 6.& quamuis Deci. ibi con
trarium concludat, tamē ipſe loquitur in
caſu diuerſo, cum ſtatutū reciperet inter
prætationem a uerbis ſubſequentibus, &
nō recedit a tradita limitatione quā etiā
in ſpecie caſus propoſiti idem ſequitur cō
ſilio 379.num.8 & hoc eſſe ſine difficulta
te tradit Alben. conſi. 98.num.3.Laur.de
Palat.de ſtatu num.146 ſequitur.Cępha.
in hac ſpecie conſil.578.num.15.libro 4.
Cur.Iun.conſi 65.& quo ad aſcendentes
idem eſt ſi ſtatutū diceret, filia dotata ex
cludatur ab hæreditate aſcendentis, quia
dotata ab uno intelliget etiam excluſa ab
hæreditate aliorum aſcendentium, ut cō
ſuluit Caſtren.dicto conſi.91. nu.3. & ita
interpretatur Afflict.conſtitutionē.regni.
In aliquibus ibi num.48.de qua loquitur
Alexan.conſ.29.nu.6.lib.1.Laur. de Pala.
in dicto tracta.de ſtatu num.147.qui nu
mero 149.ampliat etiam in aſcēdentibus
ex linea materna, unde excluſa a ſucceſ
ſione patris dicetur etiā excluſa a ſucceſ
ſione matris, ut dicit Aemilian. conſi.1.in
fi.Cæphal.conſilio.343.num.33. libro 3.
quamuis contrarium tenuerint Ancha.cō
ſilio 80 alias.79.cuius ſententiam nō eſſe
tutam nec probabilem dicit Ceph. dicto
conſilio.578.num.17.cum ab hac ſenten
tia receſſerit in conſ.167.

Secundus caſus eſt, ſi ſtatutum dicat. ꝙ
dotata a patre, † fratre uel patruo, aut auo
uel proauo excludatur a ſuceſſione præ
dictorum, ut in caſu quæſtio. Ancharan.
in cōſil.168 alias 167.qui tunc uoluit do
tatā ab uno excludi a ſucceſſione aliorū,
& bene: nam idem ſenſus eſt ac ſi ſtatutū
dixiſſet, & proceſſiſſet dinumerādo eaſdē
perſonas in excluſione; quas in dotatione
enumerat, ut infra dicemus. unde opti
me Anchar.in hoc caſu emendauit, quod
male ſcripſerat dicto conſilio 79.& in his
terminis loquitur Deci.in cōſil.634.n. 1.
alias, ut inquit Laur de Palat. in nu. 148.
ſequeretur maximū abſurdum, quod ut
filia excluderetur, requireretur, quod tot
dotes haberet, quot ſūt perſonæ, a quarū
ſucceſſione illā excludere dotans uellet,
quod quidē abſurdum cōſiderabilius eſt,
& maius quam aliud, quod in contrariam
ſententiā mouit Brun.dicto art.8. nu.68.
& in hoc caſu hanc opinionem communi
calculo probatam teſtatur & ſequitur Ro
land.conſilio 24.num.10.libro 3.& in hac
ſpecie intelligendum eſt. cōſil. Aemiliani
Ferrarien.primum, nu.29. dum loquitur
in ſtatuto excludente dotatas de bonis pa
trum, uel matrum, auorū, uel fratrum ip
ſarum ab illorum ſucceſſione.

Tertius caſus eſt, ſi ſtatutum enumeret
plures perſonas in dotatione, & eaſdem
5 enumeret ī excluſione, ut ſi dicat, † dotata
a patre, matre, uel fratre, &c. non ſuccedat
patri, matri, uel fratri, & tunc licet dubiū
ſit, & maxima difficultas, ut dicit Alben.
conſil.68.nume.4.quia ſtatutum in utro
que capite dinumerando perſonas uidet
cōſtituere diuerſas clauſulas, & ſeparatos
caſus, ita ut ſenſus ſit dotata a patre non
ſuccedat patri, a matre matri, & ſic de ſin
gulis, ut arguit Ancharan. in dicto cōſilio
80.& in hac ſpecie cōſuluit Bec.in cōſilio
112.n.22.& uidetur tenere Gabriel. poſt
Doctor ab ipſo allegatos lib.6.commun.
opin.titu.de ſtatut. conclu. 5.nu.2.in fin.
& num 2.tamen communis uidetur eſſe
ſententia, ut dotata ab uno nominatorū
excludatur etiam ab hæreditate aliorum
nominatorum in ſtatuto, & ita conſuluit
Dec.conſil 379.nu.8.& Corn.conſil. 42.
nu.9 libro 3. ubi refert ſe pluries itā con
ſuluiſſe prout cōſuluit in cōſ.134.uol. 2.
& ita uidiſſe conſultum per Bald & alios
& in his terminis uidetur loqui Alex. ſup
illa conſtitutione in cōſil.29.nu.6.libr. 1.
& plures ī hac ſpecie refert Gabriel. dicta
conclu.5.nu.2. ex quo uidere licet hanc
eſſe magis communē opinionem, quam
& ueriorem dicit Alben.in dicto conſilio
98.in fin.& ſequitur Ancha Regin. q.33.
libro 3.nu.8.licet cum priori opinione, &
generali regula tranſierit etiam hoc caſu
Senatus in pręadicta cauſa Taurinen. ubi
ſtatutū huius ciuitatis dicebat, quod filia
dotata a patre, uel matre non ſuccedat in
bonis patris, uel matris ſtantibus fratrib.
quamuis ego cōtradicerem, & credo plu
res ex dominis deceptos fuiſſe ex illa ge
nerali regula ſupra tradit. Videas ergo, ne
& ut in poſterum decipiaris.

Quartus eſt caſus, quando ſtatutum di
cit, ut dotata a patre, matre uel fratre, uel
alio, aut aliquo prædictorum nō ſuccedat
ut per Corn.conſilio 123.uolum.2.& 124.
& 323.uolu.3.& tunc uoluit ipſe dotatā
ab uno excludi a ſucceſſione aliorum, &
his caſus meo iudicio nullam habet diffi
cultatem propter clauſulam illam, aut ali
quo pręadictorum, & hic poteſt eſſe caſus,
quando ſtatutum ſimpliciter excludit, de
quo per Socin.in cōſil.127.uerſic. & pro
reſolutione eorum.uolum. 4. quē refert,
& ſequitur Gabriel dicta conclu.5.in fin.

Quintus caſus eſt, & hic quidem dubita
6 bilis, ſi ſtatutum † ſpecificando perſonas
dotantes excludat dotatam ab hęreditate
non dotantis, & nō ſpecificati, ac nomina
tio in ſtatuto, ut ſi ſtatutū dicat; Dotata a
patre, fratre, auo, uel patruo excludat ab
hæreditate matris, ut in ſtatuto Aſten.de
quo in deciſione ſequenti, quod ſtatutū
facere poſſe, ſcribit Corn.cōſi.123.uol 2.
Curt.Iun.cōſil.65.colum.3. in principio.
uerſiculo, pōdero igitur ſubtiliter & ī his
terminis loquitur Gabriel.in conſilio 15.
nume.39.Videretur enim clarum eſſe, &
apparere ex ipſius ſtatuti lectione, ꝙ do
tata nō ſit virtute huius ſtatuti excluſa ab
hæreditate dotantis uel aliorum, ſed tan
tum ab hęreditate matris nominatæ, &
ſpecificatæ, ut innuit idē Gabriel.ibi. cum
ſtatuta non patiantur extenſionem, ſed
ſtricte debeant interpretari, præſertim hu
iuſmodi excluſiuum ſucceſſionis, quod
eſt odioſum ex uulgatis iuribus & doctri
nis. Facit etiam, quia requiritur, quod
hęc mulier dotata ſit de bonis matris a cu
ius ſucceſſione excluditur, alias ſi dotetur
a patre, uel fratre de bonis propriis, non
 cen-

cenſetur excluſa a bonis matris ex doctri. Bal. quam refert, & ſequitur Iaſ. in l. quoniam nouella. nume. 7. C. de inoffic. teſta. qui uoluit, quod ſi filia excludatur a bonis paternis, ita ut ad illa bona non poſſit habere regreſsũ, ſi dotetur a patre de bonis matris non excludeť a ſucceſſione patris quia debet dotari de bonis illius de cuius hæreditate agitur per dictam l. quoniam nouella. & in hoc caſu uidi eleganter conſultum in terminis ſtatuti Aſten. quod ẽt ſi nominatæ ſint perſonæ, tã in capite dotationis quam excluſionis, ſi ſtatutum firmet ſe ad excluſionem unius tantum nominati uel non nominati, ut in dicto ſtatuto Aſten. ubi filia dotata a patre, fratre, uel patruo excluditť ab hæreditate patris & matris, tunc dotata a fratre non excludatur a bonis fraternis. Mouebatur præſtantiſſimus conſulens ultra doctri. Corn. in conſilio 305. lib. 4. duplici fundamẽto.

Primo, quia illud, quod ſtatutũ excludens intelligatur tãtum excludere ad hæreditatẽ dotantis, intelligitur, ſi ſtatutum ulterius nõ procedat, & ita reſoluit Bald. illam quæſtionem arduã, quã dicit fuiſſe Piſis in l. 1. nume. 4. C. de legit. hæredi. de qua etiã dixi ſupra in princip. ſed ubi ſtatutum enumerat perſonas dotãtes, & poſtea repetit, licet unus tantum dotet, dicitur dictare ulterius, & excludere ab hæreditate omnium nominatorũ, ut poſui ſupra in tertio caſu. Ergo ut oppoſitorũ ſit eadẽ ratio. vbi enumerat perſonas a quorum hæreditate excluditur, tunc nõ excluditur ſimpliciter ab hæreditate dotantiũ, ſed tantum ab hæreditate nominatorum in capite excluſiuo, quod argumentum à fortiori ſic deducit. Dinumeratio perſonarum facit, ut inducatur excluſio etiam ab alijs hæreditatibus quam dotantis, ergo fortius dinumeratio perſonarum, a quarum ſucceſſione quis excluditur, faciet, vt ab illorum tantum, hæreditate quis excludatur, non ab hæreditate omnium dotantium. Facilius enim ad ius commune ſtamus, quam ab eo ut per interpretationẽ recidamus.

Secundo mouetur, quia iſtud ſtatutum excludit maritatam ſeu dotatam, & non conſiderat eaſdem perſonas in capite excluſiuo, quas in capite dotationis, ut ſi uelit maritatam a patre, uel patruo, uel fratre, uel auo, excludi a paternis, & maternis, & in capite excluſiuo nõ excludit maritatam a matre, & tamen maritatam ab alijs excludit etiam a maternis. Item non excludit a bonis aui, nec patrui, nec fratris, licet maritatas ab illis excludat paternis, & maternis, unde ponderat, quod nõ uult ſimpliciter excludere maritatã a bonis maritãtis, ſed aliqualiter excludit maritatam ab aliis bonis quam maritãtis ut in patruo, auo, & fratre, quorum dotatio excludit a paternis, & maternis.

Verum quidquid uoluerit iſte præſtantiſſimus, & excellentiſſimus Doctor contrariũ ego uerius eſſe exiſtimo, ut etiam hoc in caſu dotata ab uno nominatorum excludatur ab hæreditate omniũ, & etiam alterius nominati in capite excluſionis ita ut dotata, uel maritata a fratre non ſolum excludatur a bonis paternis, & maternis, ſed etiã fratris dotantis, & pro corroboratione huius opinionis conſiderandum eſt in primis ſtatuta huiuſmodi fauorem maſculorum, & excluſionem fœminarum principaliter fauore agnationis reſpicere, quo caſu ſtatutum nõ ſtrictam, ſed latiſſimam habere debet interpretationẽ, ut dixi late ſupra deciſio 37. numero 6. poſt Burſat. Cephal. & alios ibi allegatos, unde nõ erit nouum ſtatutum hoc ita interpretari ut dotata excludatur ab hæreditate dotãtis, & etiam alterius nominati, puta matris, præſertim cũ in utroque caſu par uigeat ratio.

Secundo conſidero, quod ſtatutum huiuſmodi nõ tantum tendit ad excluſionẽ ſucceſſionis quã ad excluſionem filiæ dotatæ, uel maritatæ, cum dotatam a ſucceſſione excludat, & ſic cõditionaliter quatenus dotata, uel maritata ſit, vel dotata, aut maritata appareat, ut dicit ſtatutũ Aſten. ergo modo dotem habeat cõſtat de aperta mente ſtatuẽtiũ ut ab hęreditate aliorum ſit excluſa, & filia ſit contenta ſua dote, ut interprætatur Caſtren. in dicto conſilio 91. lib. 1. ſupra in caſu allegato.

Quibus præſuppoſitis dicendum eſt, communem opinionem Doctorum dicẽtium dotatam excludi, ſi ſtatutum procedat ulterius dinumerando perſonas a bonis omnium, etiam procedere in hoc caſu, Et ultra prædicta moueor primo a fortiori, quia ſicut ſtatutum excludit dotatam

tatam



tatam ab uno nominatorum ab hæreditate alterius non nominati, ut dotatam a patre ab hæreditate matris, multo fortius cẽſetur uoluiſſe excludere dotatam a ſucceſſione dotãtis argumento a fortiori, quod in iure ualidiſſimum eſt.

Secundo moueor, quia hic duę firmiſſimæ concluſiones concurrunt, quæ dotatam excludunt. Prima eſt, quod ſtatutum excludẽs dotatam ſimpliciter excludit ab hæreditate dotãtis. Secunda, quod dotata ab uno nominatorem, quando ſtatutũ ulterius procedit etiã in capite dotationis tantum dotata ab uno cẽſetur excluſa ab hæreditate aliorũ nominatorum, ut ſupra in vtroque capite cõcluſimus, & in terminis huius ſecundæ concluſionis loquitur Ancharan. in dicto conſilio 168. Deci. dicto conſil. 364. in princip. & communem dicit Rolan. conſil. 24. num. 10. libro 3. ut dixi latius ſupra i 2. caſu. unde his duobus concurrẽtibus, ut filia dotetur a fratre, & a perſona ſpecificata in capite dotationis non erit mirum, & ſi ab illius hæreditate excluſa dicetur, neque nouum eſt dotatam ab uno nominatorem in capite dotationi excludi ab illius hæreditate, licet nõ ſit nominatus in capite excluſionis, & ſic ampliari ſtatutum in perſonis non ſpecificatis, nam & illud ſupra firmauimus, dotatam excluſam ab hæreditate patris cenſeri etiã excluſam ab hæreditate matris, & ſimpliciter excluſã ab hæreditate aſcendentis cenſeri etiam ab aliorum omniũ aſcendentiũ bonis excluſam, poſt Caſtre. in dicto conſilio 91. num. 3. Aemilian. cõſilio 1. in fin. Cæphal. conſilio 343. nu. 33. lib. 3. faciunt etiam, quæ ſcripſimus ſupra in 4. caſu.

Tertio in his terminis hãc ſententiam uidetur amplexus fuiſſe poſt Curt. Iun. in conſilio 10. Brun. in allegato art. 8. nu. 66. ubi uoluit in ſpecie, quod ſi ſtatutum excludat dotatam a patre uel matre ab hęreditate fraterna, non intẽdat excludere tãtum ab hæreditate donantis, ſed etiam alterius & propterea dotata a patre excludatur ab hæreditate etiã matris, quæ doctrina plurimum urget ad ſubſtinendum caſum noſtrum.

Non obſtãt nũc allegata in cõtrariũ & ſatis mihi erit reſpondere ſubtiliſſimis fũdamẽtis ſupra per D. conſulentem adductis tanquam urgentioribus: alijs enim ex ſupra adductis facilis patet reſponſio, & ſic non mouet primum, quia non concludit argumentatio excludiť dotata ſtatuto enumerante plures pſonas, ergo ut oppoſitorum ſit eadẽ ratio nõ excludetur, ubi in repetitione ſunt enumeratæ alię perſonæ, a quarũ hæreditate excluditur. Nam ceſſat hæc oppoſitorum ratio ubi de mente ſtatuit in contrarium conſtat, hic uero conſtat, quia primo diminuerat perſonas dotantes, a quarũ hæreditate regulariter dotata excluditur, etiam ſi nõ ſit facta repetitio earũdem perſonarum in capite excluſionis, ut ſupra ſatis demonſtrauimus. Secundo excludit dotatã ita regulariter excluſã ab hæreditate matris, uel alterius non nominati in capite dotationis, ergo fortius & multo magis intelligitur uoluiſſe excludere a perſonis dinumeratis, & dotantibus. Ad quid enim tanta ſit dinumeratio perſonarum, ſi ab unius hæreditate, & non nominati filiam excludere uoluiſſet, ſatis fuiſſet dicere dotata excludatur ab hæreditate patris, & matris, nec ulterius procedere: unde argumentum a fortiori in contrarium deductum non militat, imo nobis inſeruit, ex ſupradictis.

Ex quibus ceſſat etiam ſecundum fundamentum, nam licet ſtatutum extendat, & firmet ſe ſolum in excluſione a bonis matris & patris, nõ tamen ſequitur quin uelit etiam excludere ab hæreditate aliorum nominatorum, uel ſaltem dotantis. Quid enim eſſet patruo, uel fratri maritatam excludi a bonis maternis, & ad ipſius ſucceſſione admitti?

Præterea pondero quod ſtatutũ magis declarat ſtatuentium uoluntatem, cũ ſpecifice excludat a bonis maternis quia educetur non ſolum uoluiſſe ſtatuentes dotatam excludere a linea maſculina, ſed etiã a bonis quæ per lineã fœmininam & ſic maternam illi perueniſſet. Vlterius in contrarium adducta procederet, ſi ſtatutum ſimpliciter diceret dotata a patre non ſuccedat matri, uel fratri, quia tũc ſtatutum uidetur factum in fauorem matris, unde dotata a matre, uel fratre nõ excludeť ab illorum ſucceſſione, ſed bene ſi dotetur a patre excludatur a ſucceſſione patris dotãtis ulterius a ſucceſſione matris; & fratris, qđ ſubtiliter poſt Curt. in conſ. 95.

animaduertit. Alben. in dicto conſi. 98. in fin. ubi in ſimilibus terminis uoluit, quòd ſi ſtatutum excludat dotatam a patre, matre, uel fratribus ab hæreditate patrui, & ſororū, quas perſonas non continebat prima dinumeratio, nihilominus uera ſit opinio, ut ab aliorum hæreditate excludatur quam ſupra firmauerat, & ut ipſe inquit non eſt conueniens, quòd iſta diligentia ſtatuentium in enumerandis pluribus perſonis debeat interpretari in fauorem fœminarum, quibus iam ſatis per dotis conſtitutionem, & matrimonij collocationē prouiſū fuit. Et ex ijs ſit expeditus quintus caſus, ut donata ab uno excludatur ab aliorum ſucceſſione, & tene menti, quia hæc ſingularia ſunt, neq; alibi lector reperies hunc cauſam ita in terminis examinatum, ideo ultra inſtitutū noſtrum longiorem fuimus, quoniam quæſtio pulchra, & difficilis eſt & quotidiana, argumēto l. legaui. ff de liber. lega.

Sunt & alij caſus, qui enumerari poſſent, ſed quoniā ſatis iam ſcripſimus hac de re, & illi per ſe clari ſunt, prudentiæ iudicātium relinquūtur & illorū deciſio ex ſuperius abūde ſcriptis facillime colligetur. Cæterū animaduertendum eſt in caſi-
7 bus ſupra ſpecificatis non eſſe † conſtituendā differentiā inter copulatiuam & alternatiuā, prout uidemus nullam cōſtitui à doctoribus, q in utroq; capite ſine diſtinctione loquūtur, & tenuit Brun. in dicto artic. 8. nume. 69. & dixi ſupra in 1. caſu, quamuis maius eſſet dubiū in alternatiua quam in copulatiua per dicta à Bal. in cōſilio 73. libro 4. Alciat. in conſil. 57. num. 9. & 7. poſt quos Bec. in dicto cōſil. 112. numero 22. in fin. & per Pariſ. in conſi. 47. & 49. num. 17. li. 3. ſed Corn. in conſ. 42. uolum. 3. in alternatiua ponit rē extra difficultatem, imò ſi ſtatutum alternatiue loquatur dum enumerat perſonas dotātes, & copulatiuè in excluſione uerba concipiantur, dotata ab uno ab hęreditate omnium excludetur, ut poſt Bal. Alc. & Bec. conſuluit D. P. Surd. conſ. 100. nu. 9.

Secundo pro clariori prædictorū intel-
8 ligentia conſideranda † ſunt ad unguē uerba ſequentia, & antecedentia ſtatutorum, ut dignoſcamus in his caſibus mentem ſtatuentium: nam quamuis in principio iuxta caſus propoſitos ſtatuti uerba cōcepta ſint, tamen ex antecedētibus, & ſubſequētibus uerbis declarationē capere poſſunt, & debet conſiderari an ſtatutum conſideret ſucceſſionem propter donationem, an uero donationem propter ſucceſſionē, ut pōderat, & ſubtiliter animaduertit Grat. in conſilio 43 in l. fi. libr. 1.

## Dotata ſeu maritata, q̄ a ſtatuto excluditur, an ſuccedat cū nupta, & īdotata fratri dotāti de bonis paternis, & mortuo poſt aditā ab ipſo hæreditatē. Examinat ſtatutū Aſten. ſub collat. 16. c. 65.

### DECISIO LXIII.

1 *Dotata filia an excludatur ab hæreditate paterna per fratrem adita ſtante ſtatuto quod dotata non ſuccedat, & numero 3. & 8.*

2 *Bona an paterna, uel fraterna dicantur poſt aditam a fratribus hæreditatem, & num. 6.*

3 *Statutum extenditur, ſi in utroque caſu paritatem uigeat ratio.*

5 *Fæmina ſemel excluſa durat perpetuo excluſa.*

7 *Bona, & hæreditas inter ſe differunt.*

EXTAT in ciuitate Aſten. ſtatutum fœminarū excluſiuum ſub rub. Ne mulier maritata, &c. ſub collat. 19. capi. 65. cuius meminit, & ad literā refert Marc. in quæſ. 546. in prin. 1. par. huius tenoris. *Item ſi qua mulier de ciuitate poſſe, ſeu uirtute Aſten. olim fuit, uel amodo fuerit maritata a patre, fratre, uel fratribus, ſiue ab auo paterno, aut ab aliquo ipſorum non poſſit uenire ad hæreditatem patris, uel matris, cum fratre, uel fratribus ex patre patris, nec cum eorum hæredibus deinceps, & quod talis mulier maritata non poſſit in hæreditate paterna, uel materna ſeu in bonis paternis, uel maternis nec contra prædictos, ſeu alterum ipſorum agere ad legitimam alias ſibi iure naturæ debitam, nec etiam ad aliquod dictæ legitimæ ſupplementum, ſed eo ipſo, quod maritata ſit ſeu maritata appareat, ſeu fuerit a prædictis, uel altero prædictorum teneatur, &*

debeat



*debeat eſſe contenta, ita quod ad bona paterna ſeu materna, ſeu cōtra aliquem prædictorum occaſione præmiſſa, ſeu iure aliquo ullo tempore nullum poſſit amplius habere regreſſum excepto eo, quod ſi pater, uel mater, uel eorum alter aliquid ei legauerit, &c.*

Dubitatum fuit in ſpecie huius ſtatuti mortuo fratre dotāte poſt aditam patris
1 hęreditatem an † dotata filia excludatur per ſororem non dotatam, & non maritatam a bonis fratris, quæ iam patris fuerāt. Hanc queſt. in ſpecie examinant Doctor. in l. 1. §. veteres. vbi Iaſ. & Alexan. ff. de acqui. poſſeſ. & poſt eos Brun. de ſtat. art. 8. quæſt. 18. num. 75. & videtur cum doctr. Bruni concludendum, dotatam nō excludi ab innupta, & indotata ſorore a bonis iam paternis, tum quia ſtatutum de hoc non loquit, vt filia excludatur ab hæreditate fratris, tum etiam, quia ſtatutū ſolum excludit ab hæreditate ſiue bonis paternis, & maternis, q̄ poſt aditā a fratre hære-
2 ditatem † deſierunt eſſe paterna, vel materna, ſed fraterna dici poſſunt, per text. in l. ſed ſi plure. §. filio. ibi. *Iuncta enim hæreditas cæpit eſſe*. ff. de vulgar. ſubſtitu. per quē ita tenet in feudo Purpurat. conſilio 549. numero 2. libro 2. & hunc text. ad hoc cōtinue allegari dicit ibi Alexa. melior text. in l. paterfamilias. §. at cum ſubſtitutus. ff. de priuileg. creditor. & eſt doctr. Barto. in terminis ſtatuti in l. fin. §. 1. num. 1. verſic. preterea poſtquam. ff. ad Senatuſc. Tertullian. hæreditas enim dicitur antequam non eſt adita, ſed poſtquam adita eſt dicitur proprium patrimoniū eius, qui adiuit dict. §. vteres. vbi glo. & doctores præcipue Iaſ. num 14. Menoch. conſ. 81. nu. 24. Decian conſilio 1. num 191. 41. nume. 65. & conſi 48. num. 16. vol. 2 Natt conſi. 99. num. 1. volum. 1. idem Purpurat. in iſtis terminis conſil 293. nu. 3. qui ampliat etiam non adita in hærede ſuo propter tranſmiſſionem, prout & conſilio 431 nu 4. & nouiſſime cōcludit Vincent. de Franc. in terminis ſtatuti deciſ. 171. num. 3. faciunt dicta per Afflict. deciſ. 178. 4. dubio. & hanc ſententiam magis communiter magiſtri noſtri ſequuti ſunt in dicto § ueteres, & Doctor. ſupra proxime allegati. late Corneus conſilio 395. uolum. 4. Dec. in l. hęreditas. D. de regu. iur. & conſ. 71. in princi. 295. num. 3. 309. in prin. 527. nu. 10. 627. num. 9. 688. nu. 6. & ueram cōcluſionem dicit Afflict. & communem in cap. 1. numero 30. de natura ſucceſ. feu. & in cōtitut. in aliquibus. de ſucceſſ. filior. num. 20. & ſequen. & ab illa in iudicando non eſſe recedendum ſcribit Brun. arti. 8. num. 80. Ioann. Campeg. de ſtat. quæſt. 47. & communem dicit Coraſ. in l. poſt aditam. n. 8. C. de impub. & alijs ſubſt. vbi infert ad plures, caſus, & hæc opinio tanto magis videtur procedere ſtante aditione facta per ſororē de hac hæreditate a fratre relicta & ea, quę in terminis huius ſtatuti dixi infra deciſio. 101. & tenet in his terminis late Natta conſilio 687. per totum.

Contrarium tamen ſuſtineri poſſe ego
3 dicebam. Primo ex illa † generali regula ſupra in principio antecedentis deciſionis firmata, quod ſtatutum excludens dotatā excludit ab hæreditate dotantis, & maxime ſtāte illa ſententia, de qua diximus ibidem in quinto caſu, quæ hic admodum ſeruiunt, imo & fortius hic ſuſtinetur, cū mulier dotata fuerit de illis bonis, de quibus contentio eſt, nam hoc caſu ſtatutum ampliationem patitur, vt dicit Cephal. in conſilio 278. num. 98. in fin. Caditque cōmunis regula in hoc caſu, quam toties repetit. Afflict. in dicto cap. 1. numer. 57. de natu. ſucceſ. feu. ꝙ ad hoc, vt mulier maritata excludatur, requiritur quod fuerit maritata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, per l. quoniam nouella. in fin. C. de inofficio. teſtame. & in his terminis tenet Andr. de Iſern. in dicto conſtitutio. in aliquibus. columna 10. verſiculo ſemper enim.

Secūdo clarior, & infirmior reddit hæc concluſio eſt uerbis ipſius ſtatuti, ibi, *Non poſſit uenire ad hæreditatem patris, uel matris, cum fratre, uel fratribus ex patre patris, nec cum eorū hæredibus deinceps, &c.* Horum enim hæres poteſt eſſe filia non dotata, & innupta, quæ a ſtatuto non eſt excluſa, ſed cum fratribus admiſſa, vt ſcribit in huius clauſulæ interpretatione Geor. Natta. de ſtatut. queſtio. 3. nume. 56. in fi. item ibi, *Ita quod ad bona paterna, uel materna, ſeu contra aliquem prædictorum occaſione præmiſſa, ſeu iure aliquo ullo tempore nullum poſſit amplius habere regreſſum.* Hęc ultima verba tā Clara ſunt, vt interpretatione non egeant, volunt enim ſe-

ſmel excluſam durare perpetuo excluſam
iuxta communem regulam de qua infra
dicemus, & nõ poſſet dari commodus ca-
ſus in quo filia haberet regreſsũ ad bona
paterna contra mentem ſtatuti quam in
hoc vbi vult ſuccedere ad hæreditatẽ pa-
tris media perſona fratris, & ſtatutum ex-
cludit illi omne ius quo uti poſſet, dareť
que alias inconueniens, vt contraria opi-
nione admiſſa frater excluderetur etiam
ab una portione hæreditatis alterius fra-
tris morię̄tis a dotata, & maritata, ꝙ non
eſt veriſimile ſtatuentes voluiſſe.

Nõ obſtat ſi dicatur, quod hac interpre
tatione facta ſtatutum ampliaretur, & ex
tenderetur contra regulam, quod ſtatuti
uerba ſtricte debeant interpretari, cum ſta
tutum non excludat expreſſe ſororem ab
4 hæreditate fratris, quia reſpondeť,† extẽ-
ſionem dari propter paritatem imo maio
ritatem rationis, cum eadem ratio, & ma-
ior ſit in hęreditate fraterna, quam in pa-
terna ſtatuentes cõſiderãt, cum frater do-
tat, quo caſu datur extẽſio de caſu expreſ-
ſo ad alium non expreſſum. Bart. in l. om
nes populi. quæſtione 4. 6. quæſtio. princi
pali. verſicu. quarto quæro. Lanfranc. de
Oriano de ſtatut. interpreta. numeto 36.
Bec. conſilio 62. numero 15. Brun. art. 5.
numero 88. & quando apparet mẽtem ta
lem fuiſſe ſtatuentium, ut ſupra demon-
ſtrauimus, latam tunc verba ſtatutorum
interpretationem patiuntur. l. non aliter
de leg. 3. Barto. in dicta l. omnes populi.
3. quæſt 6. quęſt. principal. verſiculo iux.
pręmiſſa. D. de iudit. & iure. Bec. dicto cõ
ſilio 62. num. 14. & hæc interpretatio ma
gis ſuadetur ex prædilectione, quæ cõſide
ratur in hoc ſtatuto, quod prædiligit, &
præfert maritatas non maritatis, vt Brun.
ait art. 5. numero 44. vnde indotata fauo-
re agnationis gaudere debet, cũ ſtatutum
æquipater non maritatam fratribus. Ideo
dicebat Bald. in l. ſi uiua matre. C. de bon.
matern. quod ſtatutum ne filia dotata ſuc
cedat, debet ita intelligi, ut filia non dota
ta ſuccedat in toto reſiduo, & quando agi
tur de hæreditate parentum. hoc non ha-
bet difficultatem, ut per D. P. Surdum. cõ
ſilio 100. & dicam alibi.

Tertio mouent me rationes, quas Iaſ. in
hac quæſt. in dicto §. ueteres. numero 52.
& 26. adducit, quę ſi ponderentur non ha
bent concludentem reſponſionem, facit
etiam ratio eiuſdem in concluſione huius
quæſtionis, dũ voluit maritatam ideo ex
cludi a bonis patris, quia fuit dotata a pa
tre, ſed admitti ad ſucceſſionem fratris,
quia ab illo non fuit dotata. Ergo ſi dote-
tur a fratre clara res eſt, quod nõ ſuccedit.

Quarto adduci poteſt communis regu
5 la, quæ habet, quod filia † ſemel exclu-
ſa durat perpetuo excluſa, vt per Brun. ar-
ticu. 10. numero 63. & eſt de mente Ioan.
Campeg. de ſtatu quæſt. 3. nume 19. vbi
voluit, quod ſi ſtatutũ excluderet ſimpli-
citer dotatam, (ut hoc eſt) tunc filia rema
neat perpetuo excluſa, & hanc dicit eſſe
communem omnium ſententiam, & ita
loquitur de cõmuni teſtando And. Gail.
Germanus practicar. obſerua. libro 2 ob-
ſerua. 148 numero 4. ita ut filiæ ſeu fœ-
minæ ita excluſæ non poſſint amplius ue
nire ad illa bona, licet deficiat ratio, & in
tentio ſtatuti, & ſit locus hæredibus exclu
dentis, ut per Pariſ. conſilio 48. nume. 22.
volum. 4. Statim enim atque maritata de
filia per verba ſtatuti eſt excluſ. ideo dicit
ſtatutum de regreſſu.

Neque obſtat ſi dicatur, quod ceſſante
cauſa excluſionis ceſſare debet excluſio.
l. ſi inſtituta, & l. pater filiũ. D. de inoffi. te
ſtamen. Tiraquel. in tracta. ceſſan. cau. in
princip. nume. 96. Ideo cum ob defectum
maſculinum ceſſet cauſa excluſionis, po
teſt filia admitti non obſtan. ſtatuto. Nam
reſpondetur non procedere hanc regulã
in caſu noſtro, quia hic adeſt filia in capil
lo & innupta, quæ tempore delatæ hære
ditatis maritatam excludit per ea, quæ ad
eandem regulam tradit Tiraquel. in ſupra
dicto loca, nu. 98

His ſic adductis non mouent allegata
in contrarium, quia licet uerũ ſit hæredi-
tatem a filio aditam non dici amplius pa-
ternam, quia commixtum eſt, & confu-
ſum patrimonium per allegata iura, tamẽ
6 † bona hæc dicuntur adhuc paterna ſaltẽ
largo modo, vt dicit Iaſ. in d. l. 1. §. veteres
nu. 24 in fi.

Suadet illud pro hac ſentẽtia, quod ui
7 demus a Doctoribus diuerſa † conſtitui
bona, & hæreditatem, hæreditas enim eſt
vniuerſum ius, bona vero dicuntur quid
particulare, unde uidemus bona fideicom
miſſo ſubiecta, & feudalia ſub hæreditatis





nomine nõ comprehendi, & in petitionẽ
generalis hæreditatis non venire, vt notat
Pinellus in rubrica de bonis maternis, in
principio. numero 22. Hinc fit, quod etiã
transfuſa in filium hæreditate, etiã extra
feuda, & fideicommiſſa, bona in illius hæ-
reditate repta ab vniuerſo illlius patrimo
nio re ipſa, & nomine ſeparantur, dicun-
tur enim alia paterna alia materna, ſicuti
diuerſo iure illa a patre, hæc a matre pro-
ceſſerunt, & hac bonorum diuerſitate in-
ter auum paternum, & maternum diuidi-
tur ſucceſſio nepotis præmortui, tam in
proprietate, quam vſufructu ex veriori
ſententia, quæ authorem habet Barto. in
authenti. itaque, C. communia de ſucceſ-
ſio a Senatu noſtro Pedemontano multis
pręiudiciis confirmata, vt dixi late ſupra
deciſione 27. & dicam etiam infra deciſio
ne 156. & probatur hæc bonorum diſtin-
ctio communiter ex l. quod ſcitis, primo
C. de bonis, quæ liberis, addo ego bonum
textum in l. de emãcipatis, in fine. C. de le
giti. hæredibus. & hoc licet iam confusũ
ſit, & trãsfuſum patrimonium. & hoc eſt,
quod dicitur nomẽ bona, late petere, cum
ad diuerſas bonorũ ſpecies referatur. l. bo-
norum 49. ff. de verborum ſignificationi-
bus & hęc bonorum diuerſitas probatur
ex ipſius ſtatutis uerbis, immo ex ipſa ſta-
tuti diſtinctione in illis verbis. *Et quod ta
lis mulier maritata non poſſit in hæreditate
paterna, uel materna, ſeu in bonis pater
nis, & maternis*. Ideo rectæ Vlpianus in l.
prima, § præterea, D. de ſeparatio. Separri
a matrimonio hæredis bona illa poſſe ſcri
bit. quæ ſeparari poſſunt, vt prædia vel pe
cora raro enim talis immixtio horum bo
norum fit, vt dignoſci non poſſint. Ex qui
bus aperte colligimus ſtatutum voluiſſe
etiam ubi ageretur de aliorum ſucceſſione
hęc bona tanquam a patre profecta dici
paterna. per hæc enim verba ſtatuti Decu
riones ſtatuẽtes bona defunctorum reſpe
xiſſe, ex recto ſermone coniectura eſt. l. &
puto. 15. verſic. & ideo famil. hærciſcun. l.
qui ſuperſtitis. 94. ff. de acquirenda hæred.
quamuis agnita ſit hæreditas. l. hæredita
tem. de donatio. l. qui Titii. de his quib. vt
in d. l. qui Romę §. duo fratres, de verbo-
rum obligatio & hanc opinionem tenuit
tur magni nominis Afflict. in dicta conſti-
tutio. in aliquibus n. 4. notab. 8. & 9. quæ-
ſtio. nume. 23. cuius authoritates me mul
tum, mouet, & pro ratione ſufficeret quic
quid dixerit Franciſcus in dec. 171. nume
ro 3. & videtur voluiſſe Rota Dom. Putei
dec. 127. li. 3. conſiderata ratione, quam al
legat.

Nec mouet, quod hæc poſterior ſenten
tia ſit contra communem, quia ſi bene põ
deretur communis non militat in his ter
minis. Ideo ſubtiliter, & ſingulariter illam
communem ſententiam† limitat, ibidem 8
Afflict. num. 22. in fine, vt procedat quan
do frater habebat ſeparatum patrimo-
nium, & de nouo quęſitum, ſecus ſi mari-
taſſet ſororẽ de patrimonio, & bonis pa-
tris, & videtur etiam firmare And. de Iſer.
in dicta conſtitutio. columna 12. in fine,
verſiculo poſſet tamen ſaluari. vbi voluit,
quod dotata a fratre poſt mortem matris
de bonis maternis, excludatur materna hę
reditate. Brun. vero loquitur in caſu vbi
non extat filia indotata, & innupta, quę fa
uorem agnatorum habet.

Denique non mouet aditio, quia nõ ha
bet locum illa opinio, quãdo ſoror adiuit
ſtante alia in pupillari ætate, vel minori,
quãdo eſt reſtituta, & dicitur prædari non
adire cum rem alienam ocupet præſertim
ſi ſoror tempore delatę, & aditæ hæredita
tis iam erat dotata, nam Doctores tenen-
tes illam opinionem loquũtur de indota
ta, & innupta, ita Natta conſilio 74. & alii
relati in dicta deciſione 101. Nec obſtat
conſilio Natta. 687. quia loquitur quando
non fuit dotata a fratre, ſed quando fuit
maritata, vel dotata a fratre idem Natta
videtur contrarium tenere ibi, numero
quarto.

Et ex his videre licet quã anceps, & du
bia ſit hæc queſtio, & quam facile commu
nis ſubuertatur opinio, ſed quoniam diffi
cile forte eſſet a communi tãquã æquio
ri recedere, ego dicerem talẽ cauſam con
cordandam, & ita arbitrarer, ut filia colla
ta prius a dotata integram legitimam,
a bonis paternis caperet, inde reliquũ di
uidatur inter ipſas ſorores & ꝓpterea in
ſimili quæſt. & in ſpecie huius ſtatuti cen
ſuit Senatus talem cauſam eſſe concordiã *
terminandã. 1588. Menſe Auguſti, de qua
cauſa ſcribam infra. 101.

**Proximiore in teſtamẽtis, & ſubſtitutionib. vocato an ſuccedat, qui proximior eſt teſtatori, an verò proximior grauato, & ſic ultimo decedenti.**

## *DECISIO LXIIII.*

1 *Proximior quis dicatur, ſi teſtator ſubſtituat proximiorem ſuperuiuentem, uariæ opiniones referuntur, ut nu. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Tex. in l. cum ita §. in fideicommiſſò. D. de l. 2. diſcutitur, & examinatur.*

1 PROXIMIOR† quis dicatur, ſi teſtator ita ſubſtituerit, ſi aliquis ex hæredibus deceſſerit, tunc ſubſtituo proximiorẽ ſuperuiuẽtem. Pulchra quidem, & difficilis, at controuerſia eſt quæſtio, & talis, ut aliqui gladio dirimẽdam eſſe ſcripſerint, vt dicit Melch. Paleaz. in tracta. maioratu. par. 2. quæſt. 8. in princ. & in ea tã variæ doctores noſtris præſertim recẽtiores ſcripſerunt, vt difficile ſit reperire quæ nã ſit magis communis, & uerior, cũ vnuſquiſque quãm ſequitur dicat magis communem, & veriorem, vnde altiorem requirit indaginem, vt de dubitabili opinione dicit Iacob. Put. deciſio 233. nu. 3. libr. 3. & in illius examine poſt relatas doctorũ authoritates pro vna, & altera opinione irreſolutus tranſit Mantica de cõiectur. vltimar. volun. libro 8. titu 12. numero 30. illamque omnium latiſſimè, & nouiſſime examinat Simõ. de Præt. de interpretat. vltimar. volunt. libro 3. dubio 3. ſolut. 3. num. 3. & ſequen. ideo ego in illius diſcuſſione longius non inſiſtam, ſed referam Doctorum opiniones vti cum diſtinctione, vel indiſtinctè loquuti ſunt: inde ponderabo tex. pro vtraq; opinione a doctoribus allegatum: poſt referã, quid ſentiam & quid iudicatum fuerit.

Prima igitur eſt opinio tenentiũ, quod
2 ſubſtitutus hoc in caſu† intelligitur proximior ipſius teſtatoris, quæ authorem habet Bar in dubio, & in legato loquentem in l. ſi cognatis nu. 2. D. de reb dub quam ſequuntur tam interpretes quam conſulentes infraſcripti.

Bal. in l. peto. §. fratre. ff de leg. 2.
Ioan. de Monte Sperello in l. cũ acutiſſimi. C de fideicommiſ.
Ripa in l. ex facto & in l. Lucius. ad Treb. & in l. filiusfamilias. §. diui. de l. 1. n. 31. ubi reſpondet contrarijs.
Crot. in d. §. diui. nu. 161.
Ferdinan. Loarez. ibidem. n. 107. in fi.
Rub. in l. Gallus. §. & quidam recte ff. de li. & poſthu. & conſ. 126. 36. n. 6. 38. n. 4. & 39. n. 3.
Rui. ibidem, & conſi. 198. n. 9. vol. 2. 142. viſo, & perlecto. n. 15. lib 3.
Caccialup. in l. generaliter. §. cum autem. q. 25. C. de inſt & ſubſt.
Ioan. Bologn. in l. hęredes mei. §. cũ ita. ad Treb.
Zanch ibidem, & ibi.
Alcia. & conſi. 102. nu. 7. & 8. libr. 9. ut per Manticam. & in l. morib. § quiſquis autem. nu. 41. ff. de vulg. vbi ſic intelligit tex. in §. in fideicommiſſo.
Fab. Accorambon. dicens communem.
Fab. Eugub ibi. n. 32.
Zuchar. in l. fi. C. de edic. diui Adria. toll. nu. 70.
Ioan. Roias. in epito. ſucceſſ. c. 32. nu. 14. qui mouetur per gl. quam practicatam aſſerit. in d. l. ex facto. in prin. in verbo ſua. ff. ad Treb.
Didac. qui late, & ſubtiliter more ſuo examinat pract. quæſt. c. 38. nu. 3. verſi. ſic ſane, & verſ. 2. concluſio.
Tiraq. in tit. de retract. lignag. §. 11. glo. 1. n. 12. & 13. per l. peto §. fratre. de le. 2. vbi ad hoc plures rationes allegat, & licet non concludat, tamen nu. 20. videtur confirmare ex eo, quod per fideicõmiſſum ſuccedatur teſtatori nõ autem hæredi grauato, & hanc communem fatetur.
Ludouicus Molina de iur. primogen. li. 1. c. 6. n. 46.
Marzar. conſi. 1. col. 7.
Iaſ. conſi. 215. in prin. li. 2. & 159. li. 4. qui teſtatur de communi.
Caſtren. conſi. 128. lib. 1.
Socin. conſi. 6. nu. 21. lib. 3. 33. num. 3. volumn. 4.
Alex. conſi. 30. vol. 3. 4. volu. 4.
Duran. de arte teſtan. tit. 5. c. 21. in fi. qui dicit communiorem, & veriorem.
Rolan. conſi. 70. nu. 73. li. 3.

Gabriel.



Gabriel. dicens magis communem, & ueriorem conſi. 86. & conſi. 107. n. 3. 121 nume. 10.
Mantu. conſil. 100. lib. 2.
Bero. conſi. 82. nu 13. lib. 2.
Menoch. conſil. 124. & 154. lib. 1.
Nat. 675. nu. 24.
Cephal. conſi. 333. lib. 3. 489. nu. 67. & 70. 457. 493. lib. 4.
Port. Imolen. conſi. 55.
Riminal. Iun. conſi. 167.
Franciſ. de Ruſtici in conſil. 2. num. 102. ſeq. poſito poſt illius tract. An. & quando fil. in cond. poſi. qui nauem argumẽta ꝓ hac opinione adducit, apud quos omnes uidere poteris etiã alios authores allegatos, & rationes ac iura ꝓ hac parte facientes, & omnes firmant hanc opinionem ſuper tex. in l. cũ ita. alias. l. omnia 32. §. in fideicõmiſſo. D. de legat. 2. Inſpicitur enim cum hic ſine dubio ſuccedatur teſtatori proximitas reſpectu perſonæ de cuius hæreditate agitur non hæredis ei ſuccedentis, ut per Burſat. cõſi. 61. nu. 18. lib. 1. & hanc opinionem omnes Hiſpani ſequuntur, ut Tell. Fernand. Per alta, & Padilla teſte Molina.
Contrariam uero partẽ indiſtincte, & ſic
3 ſecundam opinionem † negatiuam tenuerunt poſt Soci. authorem huius ſententiæ in d. l hæredes mei. §. cum ita. & conſi. 249. 253. 86. uol. 3. 73. uol. 4.
Socin. iun. dicens communem in d. §. cum ita. col. 23. uerſ 2. infert Socin. & conſi. 126. nu. 49. 133. nu. 27. 116. n. 25. libr. 1. 135. nu. 3. eod.
Torniel. in d. §. cum ita.
Clar. in §. teſtamentum. q. 76. uerſi. ſed hic occurrit.
Marzar. de fideicom. par. 2. q. 35. dicẽs ita iudicatũ in Rota Florentina. & conſ. 1.
Vaſ. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 27. nu. 6.
Melch. Paleaz. ĩ trac. maioratu. par. 2. q. 8.
Ludouic. Molina de primogen. lib. 3. ca. 9. per totum.
Corn. cõſi. 22. coſ. 6. uol. 2. 97. col. 1. uol. 1 230. col. 10. uol. 3.
Iaſ. 84. uol. 1.
Rub. 36. & 38.
Crot. inter conſi. Rub. conſi. 39. in fi.
Curt. iun. conſi. 128.
Alex. Trentacinqu. q nouiſſime dicit hanc opinionem in puncto iuris ueriorem in ſuo tractatu ſubſtit. par. 4. ca. 12. ubi tamẽ ĩtelligit procedere in illo caſu. quãdo inter plures uocatos cadit ordo charitatis, & affectionis, & ſunt in diuerſis caſibus exiſtentes.
Gozadin. conſ. 4.
Pariſ. conſi 2. nu. 47. uol.
Ruin. 40. inter conſ. Rub. & conſ. 101. 117 nu. 25. 123. nu. 18. 151. nu. 3. 159. nu. 6. 162. nu. 8. 166. nu. 50. 167. 171. 203. nume 20. lib 2. & 191. lib. 1. ubi nu. 13. reſpondeo ad Bar. in l. ſi cognatis.
Bertrand. conſi. 300. lib. 3.
Rolan. qui late examinat cõſi. 100. per totum lib. 1.
Alcia. 32. nu 8. ut refert Mantic.
Bero. conſi 93. nu. 37. lib. 1. 97. nu. 15. 120. nu. 3. lib. 2.
Celſus Vgo. conſi. 120. nu. 22. 39. nu. 6.
Nat. conſi. 679. nu. 12.
Tob. Non. conſi. 1. nu. 46.
Rota Auinionẽ. apud Hieronymũ a Laurentiis. deciſ. 37.
Simon de Pręt. conſil. 161. nu. 32. 31. nu. 1.
Burſat. qui dicit receptiorẽ, & hodie crebriorem conſ. 170. nu. 23. 24. 157. nume. 13. lib. 2.
Cephal. dicens magis cõmunem conſilio 313. nu. 18. & ſeq. & nu. 56. in fi. 416. libro. 3. 600. n. 15. lib. 4.
Decian. q teſtatur de magis communi, & ueriori conſi. 26. num. 74. lib. 2. & uidetur ſequi.
D. Ozaſ. conſi. 71. nu. 16. qui per totũ conſilium uoluit conſiderari tempus euenientis conditionis non autem mortis teſtatoris.
Ioan. Bolognet. conſilio ulti. nume. 76. & pro hac parte multa traduntur a ſupra ſcriptis, & cõtrariis omnibus reſpõdet Rauden. in loco infra allegando, Addo ego tex. in l. 1. §. proximum. & §. ſequẽ. D. unde cogna. ubi proximus accipitur, q tẽpore mortis reperitur proximior, & proximum locum obtinens. Verum reſponderi poterit illũ tex. loqui de hæreditate moriẽtis iure communi inſpecto, non ubi ſumus in fideicommiſſo.
Facit etiã pro hac parte, quod ſcribit. Alberi. de ſtatut. quęſtionem. 85. nu. 4. quod uerbum proximior refertur ad tempus mortis. ſed Alberic. loquitur de tẽpore

mortis

mortis teſtatoris ꝑut etiã loquitur text. in dicta l.ſi cognatis,D.de reb.dub.ubi ꝓximitas, & cognatio inſpicitur tã tempore mortuis quam teſtamẽti ipſius teſtatoris nõ aliorum.Et pro hanc ſententia adducitur etiam ab huius opinionis ſectatoribus tex.in dicta l cum ita.§.ſi.ſeu.§. in fideicommiſſo. Verũ ſi bene cõſiderentur illius defenſores,& illorum argumẽta nõ mouebunt nos a priori ſententia quæ dubio procul uerior eſt,& magis communis nam maior pars eorũ qui illam tenuerũt ſunt conſulentes,qui ut amicis, & et ã pecuniis inſeruirẽt, ſcripſerunt prout amici ſui neceſſitas,& occaſio requirebant.ideo uarii ſunt,& cõtrarii multi qui utranque tenuerunt ſententiam, ut Crot. qui tamẽ legendo tenuit contrariã , Rub.Iaſ.ſed Iaſo.in conſilio 84.nõ examinat,prout fecit in cõſiliis pro contraria allegatis, Rutnus, Alciat.Socin.Rola.Bero.Natt. & Cephal. unde his remotis uti contrariis non eſt dubium,quod prior opinio magis cõmunis remanet ſi numerẽt ſententiæ,prout noſtris temporibus fieri magno cũ iuriſprudẽtiæ dãno ſolet,ideo aliqui ad alias opiniones pro harum conciliatione confugerunt.

4 Tertia igitur fuit opinio diſtinguendo uulgarem, & pupillarem† ſubſtitutionem a fideicommiſſaria, ita quod in uulgari,& pupillari proximior inteligatur de proximiore teſtatoris,q̃a illi immediate ſucceditur, in fideicommiſſaria uero de proximiore grauati, cũ res iam illius facta fuerit & mediate ſuccedatur,ita concludit Alciat.in l.pronũciatio,§.familiæ.D.de uerborũ ſignific.& uidetur de mente Socin. Iun.in cõſi.ſupra citatis, & uidetur probare nouiſſime Ale. Rauden. in tractatu de Analog.in ſua appendice,in prima par. numero.22.24. & 28.ubi hanc queſtionẽ latè examinat a nume. 28. uſque ad 56. & in hac ſpecie fideicõmiſſariẹ ſubſtitutionis loquitur Rolãd.in dicto conſilio 100. ut ex caſu propoſito colligere licet,& ipſe ibidem declarat.numer.21. & Cephal. dicto conſili.313. numero 67.& ita Socin. ſententiam intelligit Purpur.cõſilio 422. numer.5.a cuius opinione dicit periculoſum recedere.numer.8.& licet examinet nõ tamen concludit,ſed cum quadam diſtinctione irreſolutus tranſit , & hanc opinionẽ ſequi uidetur Dec. dicto cõſil. 26. nume.76. uerſicu. tertius caſus qui etiam plures caſus pro huius materiæ intelligentia examinat. Sed pace tantorũ uirorum dixerim non ſatis facit hæc diſtinctio uulgaris,& fideicommiſſariẹ, quia conſiderãdo perſonam grauantẽ cui ſemper ſucceditur eadem eſt ratio in una,quẹ ĩ alia, & in fideicommiſſaria primam opinionẽ indiſtincte uti certam,& indubitatam tenet Gabr el.dicto conſilio 121.numer 9.Alexan.dicto cõſilio 30 uolumin.2.& uideo maiorẽ partem immo omnes Doctores ſupra allegatos loqui in ſpecie fideicommiſſariæ,& multo magis priorem opinionem procedere infideicommiſſaria, quã in uulgari.dicit idẽ Cephal. in conſi. 333. numer. 19 libro 3.qui & in pupillari contrarium tenuit conſ.416.nume.57 & contra hanc diſtinctionem inſurgit Marzar. conſilio 21.

Quarta fuit opinio noua eiuſdem Raudenſis in dicto appendice,ſub numer. 55. ex qua opiniones Doctorũ cõciliari poſſe ſcribit nempe diſtinguẽdo, 5 †Quod a ut cõtendentes ſunt diuerſẹ parẽtelẹ , & tũc procedat opinio tenentium inſpici proximitatẽ grauantis aut ſunt eiuſdem familiæ & agnationis,& tunc, aut aliqui erant nati tempore mortis teſtatoris,& hi præferuntur,& obtinẽt, & inter illos etiam proximior grauati excludit proximiorem teſtatoris aut omnes sũt nati poſt mortem teſtatoris , & tũc prefertur proximior grauati, & ultimam huius diſtinctionis partẽ ſi omnes ſint de familia teſtatoris probat & communem dicit,ac ab illa in iudicando & cõſulendo non eſſe recedendũ,ſcribit Simon.de Prẹt.dicta ſolut.3.num.41. in fine.Verum licet diſtinctio ſubtilis ſit, & ueritati magis adhærens in illo tamen capite periculoſa nimis mihi uiſa fuit dũ uoluit,quod hi, qui nati reperiuntur tempore mortis teſtatoris excludãtur a proximiore grauati,nam id eſt contra communiorem,& ueriorem ſentẽtiam , & contra tex.expreſſum in dicto §.in fideicommiſſo,ut dicit Gabriel.conſilio 121. num.11. & colligitur ex dictis ꝑ Michaelem Graſ. libro ſententiarum , §. fideicommiſſum, quæſtio.17.

Sed quoniam harum omnium opinionu.reſolutio dependet ex uero intellectu

dicti



dicti §.in fideicõmiſſo. examinemus nos illius ſententiam ſingulaque verba perpẽdamus,quamuis a doctiſſimo Didaco , & ſapientiſſimo Gabriello ſatis illius reſponſi ſententia diſcuſſa fuerit.

6 Inquit Modeſtinus.† In fideicõmiſſo , quod familiẹ relinquit hi ad petitionẽ eius admitti poſsũt q̃ nominati ſunt, aut poſt omnes eos extinctos, q̃ ex nomine defũcti fuerint eo tempore, quo teſtator moreret, & qui ex his primo gradu procreati ſunt, niſi ſpecialiter defunctus ad vlteriores voluntatem ſuam extenderit.

Dubitatur hic fideicommiſſaria ſubſtitutione facta mortuo teſtatore , & poſt eum grauato hęrede, qs ad hæreditatem vti de familia,eſſet admittẽdus , ſic igitur q̃ſtio eſt inter illos de familia. Dubitatio oriebat ex eo, ꝙ proximior teſtatoris dicebat hęreditatẽ ſibi ſpectare grauati vero contra,diſputabatur, quis eſſet horum admittendus,cõſultus Modeſtinus reſpondit,duplicem gradũ , vt primo vocetur q̃ nominati ſunt a teſtatore, ſecundo vero poſt hos(ſine liberis tamen decedentib.) proximiores teſtatoris,qui erant in rerum natura eo tempore,quo teſtator moreret & eos non quidem omnes,ſed eos tantũ qui in primo gradu ſunt,& proximiori ipſi teſtatori.ſic.n.cõcordatur in hac vltima parte lectio Florentina,quæ habet,*Et qui ex his primo gradu*,cum cõmuni, quæ habet,*Et qui ex his proximo*,ꝙ ultimum verbum referri ad proximitatẽ teſtatoris nõ grauati ſcribit Hippol.Riminal.conſ.313. nu.16.& hunc puto verum,& germanum iſtius loci intellectũ,prout innuit ipſe gloſſographus,ibi in verbo,& qui quãuis. Didac.d.c.38.n.3.voluerit triplicem hic gradum conſiderari,vt primo nominati,inde proximiores teſtatores,tertio,q̃ ex his ꝓximioribus procreati ſunt,ſed optime intuẽti non cadit hic triplex gradus. Conſiderationem vero Iuriſcõſu.hoc loco habuit ad tempus mortis teſtatoris, quia teſtamẽtũ non niſi a die mortis teſtatoris vires obtinet,vnde videndũ eſt,qui reperiantur proximiores tempore mortis non autẽ facti teſtamenti in hoc caſu,& quia fideicõmiſſum poſſet eſſe antiquũ,ita vt difficile eſſet reperire proximiorẽ, vocat in defectũ Modeſtinus proximiores ĩ gradu ipſius ꝓximioribus teſtatoris illis deficientib. ne eſſet cõfuſio in fideicommiſſo, eo quia familiæ factum fuit generaliter , iuxta Papiniani reſpõſum in l.peto.69.§.fratre.ff.de le.2.& quia voluit teſtator ſucceſſores eſſe de familia uere,& non ficte,ideo utitur verbo,*Procreati*,ut ſint de corpore,& gẽte teſtatoris grauantis,ne gener , & nullus contineretur ſub familiæ nomine,iux. l.fi. C.de ver.ſign. huncq; noſtrum intellectũ, vti literæ,& ſenſui familiarẽ,quod proximiores vocati ſint,& quidem ipſi teſtator aperte probant vltima reſponſi verba , ib.

Niſi ſpecialiter defũctus ad ulteriores uoluntatẽ ſuã extẽderit.

Illud verbum vlteriores,eſt poſitum ad differentiam proximiorem, videmuſque hic,& colligimus.Iuriſconſu.ſemper rationem habuiſſe ad teſtatorem , neque mirũ cum ſuccedatur ipſi teſtatori non grauato vt omnes vno ore admittũt interpretes,& conſulentes,& longe veriſimilius eſt teſtatorem prædiligere ſuos proximiores quã proximiores grauati,mortuo grauato , & quod illos veriſimiliter vocaſſet,deficiẽte prole legitima grauati.Nec obſtat replicatio Rola.in d.conſi.100.nu.23.quod eſſet contradictio in tex. hoc intellectu admiſſo, quia non video hanc contradictionẽ, ſed bene video ex parte Rola.incõueniẽtiam, & inueriſimilitudinẽ,(ut ita loquar) nam tex.non vocat proximiores niſi poſt extinctionem nominatorũ,& ei quod dicitur de proximioribus, qui reperiebãtur tempore mortis teſtatoris,cõuenit l.ſi cognatis.§.certe ſi quis.ff.de rebus du.& ab hoc intellectu non diſceſſit ſubtili. Raph. Cuma.quo ad verſiculũ,& qui ex his.condictio,& non ſit addita ad copulationem, ſed ad declarationẽ,vt poſt eum animaduertit Gabrie.conſi.121.nu.11.qui cũ hoc intellectu,tranſit,ex hiſq; reſultat clarum eſſe hunc tex.& apertum pro hac ſententia.vnde miror quomodo a cõtrariæ partis defenſoribus allegeẽ, & male illum intellexiſſe.Socin.Rolan.Molinam,& alios, & nouiſſime Cephal.conſi.313.num. 19. libr. 3.qui melius intellexit conſ.493.nu. 43.lib.4.

Quibus

Quibus ſtantibus iudicandum eſt proxi
miore de familia uocato, intelligi uocatũ
proximiorem ipſius teſtatoris grauantis,
non autem ultimi morientis grauati. Ideo
ego cum caſus iſte in facto contigiſſet. Ni
ceæ, vbi frater inſtituerat fratrem in dimi-
dia, & filios fratris in alia dimidia, & alte-
ro decedẽte ſubſtituit ꝓximiores de agna
tione ipſius teſtatoris, cũ quęreretur mor
tuo vno ex filijs fratris qui ſuccedere, iudi
caui pro fratre tanquam proximiore te-
ſtatoris, quę ſententia fuit per Senatum
confirmata; tum propter priorem opinio
nem, quæ mihi viſa fuit indiſtincte verior
& magis communis, tum etiam propter
illa verba, *de agnatione ipſius teſtatoris*, quę
poterant, & ad proximitatem, & ad agna
tionem referri, prout etiam ponderat Ro
lan. conſilio 70. numero 75. libro 3. ſed in
hac ſpecie nõ video difficultatem, nam vt
ait Cæphal. dicto conſilio 333. num. 8. vo
lum. 3 pronomẽ ſuum in dubio ad teſtato
rem refertur, & in his terminis ſimilis fi-
deicommiſſi loquitur idem Cęphal. dicto
conſilio 403. Palaez. quæſtio. 8. numer 4.
Simon de Præt. conſilio 37. nume. 7. & 8.
& de interpreta. vltimarum volunta. li. 3.
dub. 3. ſolu 3. numero 34. nouiſſime Petr.
Antonius de Petra in tractatu de fideicõ-
miſſ. quæſt. 11. numero 4. dicens hoc eſſe
indubitatum. Et in hoc caſu priorem ſen-
tẽtiam procedere intellexit Decia. dicto
conſilio 26. numero 75. quamuis & in du
bio, ſi teſtator vocauerit ſolũ agnatos de
familia, intelligi de proximioribus ipſius
teſtatoris recte ſenſerit Simon de Præt. di
cta ſolut. 3. numero 35. Michael Graſſ. di-
cto §. fideicommiſſum numer. 2. & 3. quę
ſtio. 18. & iuxta priorem opinionem iudi
cauit iterum in facti contingentia Sena-
tus.

## Proximioris nomen an inteligatur ex iuris diſpoſitione & fictione an vero ex veritate, ita vt repſentationi nõ ſit locus ad ſucceſſionem nepotis cum patruo.

### *DECISIO LXV.*

1 *Proximior an intelligatur ex iuris fictioni an ex ueritate.*
2 *Proximitas uera, & naturalis in fideicõmiſſo attend tur.*
3 *In fideicommiſſo patrui carnalis, uel aui ſit repreſentationi locus, & filij fratris ſuccedunt.*
4 *Proximitas non attenditur, ſi grauatus filios & deſcendentes reliquerit.*

IN eadem cauſa de qua ſupra
proximè diximus, cum eſ-
ſet concurſus filiorum fra-
tris cum patruo ad hęredi-
tatem grauati, dicebant ali-
qui ex aduocatis etiam filios fratris vna
cum patruis ad hæreditatem fideicommiſ
ſariam admittendos eſſe. Ideo quæſitum
1 fuit ad † proximior intelligatur ex iuris di
ſpoſitione, & fictione, an vero ex veritate
& videbatur dicendum fratris filium ſuc
cedere loco patris tanquam proximiorẽ
per glo. in l. cum ita § in fideicommiſſ. de
leg. 2. quam ſequitur Socin ibi nume. 52.
colum. 15 Caſtre. in l. fin. per illum tex. C.
de verbor ſignific. & in l ſi auia. de ſucceſ
ſor, edic. Rip. in l. ex facto. ad Trebel. Cro.
conſilio 39. inter conſil. Rub. Contrarium
* tamen verius eſſe dictum fuit, & ita per Se
natum iudicatum per doctr. Dec. in conſi
lio 1. nume. 5. poſt Bal. in d. § in fideicom
miſſo. & Aret. in §. cum filius. Inſtit. de hæ
red. quę ab inteſt. defer. dicens magis com
munem ſequitur Cap. conſi. 5. col. fin. Pa-
riſ. conſi. 40 nume. 18. lib. 3. & ita omnes
tenere fatetur Michael Graſſ. in fideicom-
miſſum. quæſt. 11. nu. 9 & pro hac opinio-
ne conſuluit Bal. vt refert apoſtil. ad Ba. in
d. l ſi cognatis. nu. 2. litera. b. ſuper verbo
quæro. volens quod ſi teſtator vtatur illis
verbis, ſubſtituo filio meo proximiores
meos, per dictionem meos excludãtur fi-
lij ſororis mortui filij, licet talis, vel quod
æqualiter ſuccedãt, & cum hac opinione
Decij ita intelligendo gloſ. ſupra relatam
trãſit in his terminis vir doctiſſimus, & de
iuriſprudentia optime meritus Didac. pra
ctic. quæſt. c. 38. nume. 4. verſic ſic ſane. &
verſicu. tertio ad intellectum. In fideicom
2 miſſo † enim vera, & naturalis proximitas
attenditur non ficta, vt late per Cępha. cõ
ſil. 489. nu. 8. & 9. li. 4. & de allegato conſi
lio Bal. meminit Purpur. conſi. 422. nu. 6.
lib. 2. qui dicit eſſe conſilium 488 lib. 3. &
ita ſolum patruum in ſimili fideicommiſ-
ſo ad



ſo admittẽdum cenſuit Rota Auinionen.
deciſio. 37. in fi. apud Hieronimum a Lau
rentijs. late D Ozaſc. conſi. 72 nu. 8. & ſe-
quen. ubi multa adducit, licet contrarium
uoluerit Socin. iun. conſilio 128. num. 11.
libro 1. & uide plures authoritates hinc in
de apud locupletiſſimum Gab. lib. 4. com
munium opinionum. titulo de fideicom-
miſ. concluſio 3. numero 1. & 2. & per to
tum. & Pet. Anton. de Petra. de fideicom-
miſſ. quæſtio. 11, numero 8. & 14. & pluri
bus ſequen.

Limitatur tamen opinio Decii, ut non
3 procedat ſi ageretur de fideicõmiſſo † pa-
trui carnalis uel aui, quia tunc filii fratris
ſuccedent uti proximiores, cum ſic repræ
ſentationi locus, ut per eũdem Dec. in cõ
ſilio 217. Rub. 82. numero 5. Soc. Iun. con
ſilio 146. libro 2. & conſilio 116. libro 3.
Ruin. inter conſilia Rub. conſilio 40. nu. 4
Didac. dicto cap. 38. numero 4. uerſic. ulo
no, ſecluſis, Burſat. conſilio 170. nume. 1.
& 48 libro 2. & communem dicit Ludo.
deciſio. Peruſ. 11, numer. . & 2. ſiue ſimus
in diſpoſitione legis, uel hominis, ut idem
Burſat. ſcribit, Grauet. conſilio 67. num. 5.
Joan, Roias. in epito. ſucceſſ. ca. 32, nume
ro 22. & multo magis ſi iam natus fuiſſet
filius tempore teſtamenti. Rub. dicto con
ſilio 82. in fine & hoc eſt, quod ait Cepha,
conſilio 489. numero 66. libro 4. proximi
tatem fictam a lege inductã uere æquipa
rari, & ad contrarias authoritates reſpon-
det Franci. de Ruſti. conſilio 2. num. 138.
& 141. qui loquitur de auo ut nume. 146.
& de filiis iam natis. nu. 152. & 153. quem
omnino uide poſt ſuum tract. an fil. in con
dit. poſi. D. Ozaſ. dicto conſilio 72. in fine
& nume. 29.

Item ſupra dictã opinionem Decij, &
opinionem quam firmauimus in antece-
denti deciſione, ut proximior intelligatur
4 teſtatoris perſona conſiderata, declara, † ut
procedant ſi grauatus deſcendente nõ ha
buerit, nam tunc iſti uidẽtur ita, ut patres
a teſtatore dilecti prout intellexit Cæph.
in conſilio 133. numero 16. & conſil. 457.
nume. 5. 6. & 7. Burſa. dicto conſ. 170. nu
me 23. & 25. & ita intelligẽda opinio Mo
linæ Hiſpani de primogen. libro 3. fol. 73.
quem refert Rauden. in appẽdice. nume
ro 40. & ita cõtrariam ſententiam uidetur
intelligere Mantic. de coniectur. ultimar.
uolun. tit. 12. lib. 8. num. 30. uerſiculo, ſed
hæc ſententia, & hoc modo intelligi poſ
ſunt multi e Doctoribus, qui contrariam
ſequuti ſunt ſententiam, & ita Socin. con
trariæ partis primum defenſorem intelli
git Cæpha. dict. conſilio 457 nu. 14. prout
etiã declaranda eſt ſupra ſcripta prior ſen
tẽtia, ut procedat quãdo teſtator uocauit
proximiores de familia, ſecus ſi ſimplici-
ter uocauerit proximiores in gradu ſucce
dendi, ut in caſu Purpur. conſi. 422. n. 2. li.
2. de quo tamen dicto, dubito ſtãte uerita
te prioris opinionis.

## Iuramentũ a minore pręſtitum ſuper donatione facta, an propter enormẽ læſionem nullum cum ipſo cõtractu reddatur, ita ut donatio a donãte maiore facto reuocari poſſit.

### *DECISIO LXVI.*

1 *Iuramentum a minore præſtitum contractum alias inualidum confirmat.*
2 *Minor aduerſus enormem læſionem reſtituitur non obſtante iuramento.*
3 *Iuramentum ommiſſum ſolennitatem a ſtatuto, uel decreto requiſitam non attendit.*
4 *Minoris iuramentum reſtitutionis remedium excludit.*

MINOR uiginti, maior ta
mẽ quatuordecim, curato
rem habens donauit maio
rem partem ſuorum bono
rum cõſanguineo, deinde
monacus factus fuit, factus maior, uoluit
donationem reuocare, & ſe abſolui a iura
mento, allegans enormem læſionem, do
lumque re ipſa, ex quo dolo redditur con
tractus nullus etiam iuratus, ut per Docto
res in authe. ſacramenta puberum. C. ſi ad
uerſ. uendi, quamuis per diſpoſitionem di
1 ctæ authen. † iuramentum a minore præ
ſtitum contractum alias inualidum, & etiã
ipſam donationem confirmet, ut per ſcri-
bentes in dict. authen. & ibi Ioã. Guterius
Hiſpanus in ſua repetitione n. 118. & 129.
q dicit hoc eſſe mirabile. Lapus alleg. 25.
nu. 25. Item allegabatur per minorẽ, quod
in

in inſtrumento donationis non fuerat obſeruata forma ſtatuti uolẽtis,quod minor non donet niſi cum interuentu affiniũ,& officialis,præſertim quia verba ſtatuti ſũt directa in perſonam quo caſu iuramentũ non ligat,ex doctr. Bart.in l.ſi quis pro eo nu.9.D.de fideiuſſorib.

In cõtrarium dicebatur ex primo capite nõ eſſe concedẽdam reſtitutionẽ, quia illa opinio,quod ꝓpter dolum reuocetur contractus cum iuramẽto factus communiter reprobatur, ut per Alcia.in cap.cum contingat de iureiuran.num.97. poſt Iaſ. in dicta authen.ſacramenta puberum,numer. 50.& 51.& ſic ex hoc capite minori non ſuccurritur, niſi ſimus etiam in enormi læſione, & euidẽti, ita ut donet ſine cauſa,& re propria ſe ſpoliet, nã tunc ac-
2 cedẽte enormi læſione in minore† cõmunis uidetur eſſe ſententia, ut reſtituatur nõ obſtante iuramento. Craue.conſil.11.numero 12.lib.1.Ioan.Maurit. Bolan. in tracta.de reſtitu.in integ.ca.123.& cap.211. in fin.Alciat.conſi.107.nume. 11.Rolan. conſilio 59.numero 25. & ſeque.libro 1. Caſſador.deciſio 1.titu.de empt.& uend. etiam ſi eſſemus in contractibus geminatis,ut late per Capit.deciſio 159.num.32 & ſequen.& ita ſemper ubi caſus contigit obſeruauit ſine ulla difficultate Senat.ſed tunc tutum erit iuramenti abſolutionem impetrare, ut per Grammat.deciſ. 66.Afflict. deciſio 220.numero 9. Bolan. dicto tracta.cap.115.&119.num.11.Hic autem nulla erit conſiderabilis læſio,quia iſte minor ingrediendo religionem,& propter illam cauſam donauit, quo caſu idem iudicatur atque ſi teſtatus eſſet ut omnes dicunt.

Minus ergo ex ſecũdo, qđ deficiat ſolẽnitas a ſtatuto requiſita poterit reſciſſionẽ donationis poſtulare quia per hoc ſtatutum non ligantur contractus iurati,cum
3 † iuramentũ omnem ſolennitatem omiſſam ſuppleat,ut late conſuluit Alexa. conſilio 27.libro 1 & latius conſilio 125. numero 6.eo.libro quam opinionem magis communem fatetur Anchar.Regien. quæſtionum familiar.lib.1.quæſt.20.num.3. Paul. Granut. Theorem. 25.numero 42. lib.1. & hoc attenta opinione Martini cõmuniter approbata,qui uoluit, quod per tale iuramentũ confirmetur contractus ſine decreto a minore factus, ut late ꝑ Guter.in dicta authen.numer.23.& 26.in fi. eo pręſertim,quia nullitas hæc ſoli minori præiudicat non aliis, ut per eundẽ Cuter.numero 31.Item,quia iuramentum a minore præſtitũ eius eſt uirtutis & robo-
4 ris,ut excludat† integrũ reſtitutionem ſecundum aliquorum opinionẽ,unde magis poterit cõtractũ firmare,ut per Corn. conſilio 191.numero. 1.libro 2.Soci.iun. conſilio 47.numero 39.& 40.uol.3.Alex. conſilio 221.numero 2.libr. licet ego de hac opinione ualde dubitẽ, & non procedat ſtãte læſione,ut ſupra dixi, uide ſi plura uelis Aſinium in tract.de executio.§.8. ca.135.Nec obſtat opinio. Bart. quod ſtatutum ſit directum in perſonam,quia opinio Barto.non eſt uera,& contra illum eſt magis communis,ut per Alexan. in dicto conſil. & eundem Guter. ubi ſupra,numero 39.qui dicit hanc ueriſſimam,& tenendam in iudicando, & conſulendo. Quibus attentis fuit reſolutum per omnes Dominos,minori donanti nõ eſſe concedendã reſtitutionem attento iuramento per allegatas authoritates, & per ea, quæ ſcribit Bertrand.conſi.155.lib.1. uidendus Dec. conſi.31. Seraphin. de Seraphin. in tract. de priuileg.iuram.priuileg.96. & ita Dolanum Senatum ſolitum iudicare iuramẽto accedẽte teſtatur Ioan. Maurit. Bolan. de reſtitu.in integ.cap.112.num.6.& hoc cum non cõſtaret de aliqua læſione in noſtro caſu,& eſſet facta ob cauſã ingreſſus religionis,quæ non potuit poſt ius quæſitum ex ſuperueniente pęnitentia reuocari,& non interceſſerat abſolutio.

Tota difficultas erat in decreto Ducali lib.3.incipiente,Malitijs. quod uidetur tollere uires probatorias tali inſtrumẽto quo caſu iuramentum nihil operatur, ut per Ferrat.caut.16. Sed ad hoc fuit reſpõſum,quod ex quo in actis minor donãs factus maior fatebatur contenta in donatione eſſe uera,quod ceſſabat inualiditas probationis iuramenti attenta cõfeſſione, & iſtud tenuit idem Ferrat. dicta caute. 16. num.5.& faciunt ſcripta per Ancharan.dicta quæſtio.20.numer.4.Guter.nume.59 Verum ex æquitate, quæ ex actis reſultabat,quia donans erat ex fratribus mendicantibus,& donatio erat ſatis magnę quãtitatis bonorum,ordinauit Senatus donationem





tionem firmam manere,& donatariũ condemnauit ad ſolutionem ſcut. 6. annuotũ pro auxilio alimentorum ipſius monaci. Carignani.1561.25.Maii. in cauſa Comitis Vitię.& D.Cæreſoliarum.

## Victus uictori in expenſis cõdemnatus quas expẽſas ſoluat,& an damna in tali condemnatione debeantur.

### DECISIO LXVII.

*1 Expenſæ litis an cõprehendant damna quæ litigant paſſus eſt tam occaſione rei quam perſonæ.*
*2 Expenſarum condemnatione facta ueniunt intereſſe,et damna quod declara,ut nu.4.*
*3 Expenſarum condemnatio ſequuta ratione contumaciæ an differat ab ea quæ fit occaſione uictoriæ.*
*5 Damna perſonam litigantis reſpicientia,ut quia erat artifex,uel aduocatus an debeat.*
*6 Arbitrio iudicis taxa expẽſarum relinquitur.*

VICTUS in cauſa condemnatus fuit in expẽſis, iuxta l.properãdum.§.ſin autem alterutra.C.de iudi. Modo
1 quęſitum fuit,an† debeantur non ſolum expenſæ litis, ſed etiã quæcunq; damna quæ tã occaſione rei quam propriæ perſonæ aduerſarius uictor paſſus eſt in quæſtione iſta uideretur dicendum
2 deberi non ſolum expenſas litis, ſed etiã intereſſe† paſſum, ut in ſimili not.gl. in l.1.uerſic.hoc iudicium,D. ſi quis iuſdicen. non obtemp.Barto.per illam gloſſ. in l.1. D.de aliena. iudic. mutan. cauſa fact. ubi hoc limitat in damnis reſpicientibus perſonã litigantis. Idem tenet Iaſ.in d. §. ſin autem alterutra.numero 13.poſt Spec. & Io.And.per eum relatos.Abb. in c. finẽ litibus.num.19 de dolo.& contu. & Clarius hoc tenet Alber.in l.terminato.C.de fruct.& lit. expen. ubi etiam dubitat an debeat equus captus a latronibus, & ꝙ etiã damna debeantur,uidetur tex.in l.omnes. 2.in fi.C.de epiſ.& cle. niſi dicas ibi ſpeciale fauore clericorum,ſed replicatur per tex.in l.non ignoret.C.de fruc. & lit.exp.ibi.

Pro pecuniaria uero cauſa poſt ſumptus cõſiderata quãtitate poſtulatorũ,uel medii itineris interuallo condemnationẽ pro æſtimatione iudicis ſuſtinebit.

Et ſit arbitrio iudicis damnorũ liquidatio ultra expenſas facta relinquitur, niſi reſpondeamus,l.illam ad ſumptus, uiatici reducẽdam per priora.79.D. de iud.ſed pro hac ſententia.Clarus rex.& generalis eſt in §.hęc autẽ omnia in fi.inſti. de pen. teme. litig.ubi nõ ſolum expenſas litis,ſed etiam damna,Iuſtinianus conſiderat illis uerbis

Et ut improbus litigator & dãnum,& impenſas litis inferre aduerſario ſuo cogatur.

Cui conuenit tex.in l.qui ſolidum.78.§ etiam reſpublica, D.de leg.2.& per illum tex.in d. §. hæc autem omnia. ita ibi uidetur tenere Ang.num 6. Nec ob. reſponſio quam ad illum locũ nouiter Bern. VValtherus lib. 1. Miſcell.capi.28. adfert.quia eſt contra tex.expreſſum, & dum nullam conſtituit differentiam inter damna,& impenſas,erat in terminis.

Verum, ꝙ debeãtur ſolum impenſæ litis tenet Batius in addi.ad Affl. in conſtit. reg.lib.2.rub.42.per dictum Bar.ibi aliter ſentit. Vnde pro hac opinione melius allegari poſſet Bar.in d.l.1.§.hoc autẽ iudiciũ numero 3. & idem Clarius tenet ibi. Bal. columna penul.Iacobin.numero 9. Alex. nume.5.Iaſo.in l.ſancimus.C. de iudi. numero 8.VValter.d.cap.28.

Pro concordia harum opinionem uidentur Doctores noſtri communiter diſtinguere, an iſtæ † expenſę ueniant ra-
3 tione contumaciæ, an uero ratione uictoriæ.in dicto.§.hoc autem iudicium.ut primo caſu debeantur etiam damna & intereſſe,ſecundo non.Ita Iaſo.in dicta l.ſancimus.Socy.in dicto.§. hoc autem iudic. numero tertio.de Plat.in dicto.§ hæc autem omnia,columna ſecunda,& columna fina.in fine.Fulgo.in d.l. ſancimus,columna ſecunda.C.de iudic. Barto. loco ſupra citato.Andre. Gail. omnino ſuper hac materia uidendus,li.2.practic.obſerua.obſer. 151.numero 4.

Sed hæc concordia non reſoluit dubitationem,

tationem,& iſta diſtinctio iure non proba
tur,& eam impugnat recte VValter.dicto
c.28.nec mouet.l.ſancimus. quia ibi text.
loquitur de reo contumace, & in iuribus
ſupra allegatis de uicto præsēte, unde nul
la eſt conſtituenda differentia , quam nec
legislator cōſtituit. Ideo ego ſic diſtingue
4 rem ut ad damna † intrinſeca condemna-
tus teneretur, in aliis vero extrinſecis nō
ita declarando ſupra relatas opiniones,ut
eſt de mente Bal.in d.§.hoc autē iudiciū. *
& Iaſ.in d.§.ſinautem. num.13.& eſt pul
cher text.in l.Iulianus.§.ex uēdito. & l.ſi
ſterilis.§. cum per uenditorem. D. de act.
empt.in qua re cautus eſſe debet litigans,
ſeu eius procurator, ut in ꝓteſtatione di-
catur de damnis expenſis,& omni intereſ
ſe, de quibus ſit continua proteſtatio,cū
nō ſoleat iudex cōdemnare ultra petita.
Et ueniendo ad exempla illa uocarem dā
na extrinſeca,quæ ſunt, & contingunt ul
tra expenſas neceſſarias ad litem,ueluti.ſi
litigans eundo ad iudicem captus ſit a la
tronibus uel equus ī itinere, mortuus, ut
uoluit Alber. in d.l.terminato.& Hoſti de
contum.§.qua pęna.num.7.Ioan. Fab.in
d.§.hæc autē omnia. & de his damnis lo
quitur Iacobi in dicto.§. hoc autem iudi
* cium numero 10.Et ideo ego cum in fa-
cto cōtingentia dubitaretur an ſtante tali
cōdemnatione deberetur equus mortuus
iudicaui nō deberi, per l.quæ fortuitis.C.
de pignoratit.actio.& dicto.§.cū per uen
ditorem.

Intrinſeca autem damna dicuntur,quæ
ſunt circa literā neceſſaria , ut expēſe pro
curatorum aduocatorū notariorum ſcri
barum & ſimilium , ut dicit Alberi. in d.l.
properandum,numero.28.uerſic.ſed quæ
ro.Menoch. de arbit.iud.lib.2.caſ.154.nu
me.3.item expenſe itineris , & nauigatio
nis Alber.in dicto.§. ſinautem.nu.29. uel
ſit infirmus, ut ibi itē in expenſis cibariis
ut dicto numero.29.& temporis, quo ad-
uerſarius commoratur extra domū ſuam
ſi proteſtetur cū iuramento prout de ſti-
lo in Senatu obſeruatur, & de quibus om
nibus ſcribitur in dicta.l. eū quem teme-
re,& dicta l.ſancimus. ubi, & uiatici ſum-
ptus ueniunt pro quibus taxari ſolent ex
penſæ quæ fiunt eundo , & redeundo , &
ſtādi in hoſpitio habita conſideratione ad
eas quas uictor domi facturus,uel non fa
cturus eſſet , ut ſcripſit Ioſeph. Cumia. in
titu.magn.cur.capit.37.numer.20. Meno
ch.dicto caſ.154.numero.3. quamuis ali-
ter de ſtilo Delphinatus teſte Gui. Pap.
deciſ.625. & ita obſeruat Senatus noſter
in qua taxatione illud etiam obſeruari ſo
let,ut ſi magnus nobilis proteſtaretur ue
niſſe cum decem equibus ſuis ſeruitori-
bus tamen non ſolet fieri taxa niſi pro ip
ſo nobili,& duobus ſeruitoribus equeſtri
bus, & ita obſeruatum uidi per Senatum
Vercellis reſidentem.anno 1550. Cum Il
luſtriſimus. D. Comes. Maſini litigaret cū
ſuis ſubditis ꝓ cauſa ſatis egregia. Itē ue-
nient in his expenſis ſportulæ. & expenſæ
examinis , ut ꝑ Andr. Gail dicta obſerua-
bat. 151.num.4.& 6.

Ex quibus concludi in hac materia po-
teſt neceſſarias expenſas omnes,& ea,quę
lites cauſa aduerſarius nulla ſui culpa , uel
beneplacito pati intrinſece deberi , alias
uero non , uti uoluptarias , & inutiles , &
hanc diſtinctionem dicit Iacobin. ab om
nibus Canoniſt.probari in cap.finem. liti-
bus.de dol.& contum. Cumia.numer.29.
Gail dicta obſerua.151.in princ.

Hinc dubitari conſueuit , an in damnis
5 paſſis occaſione litis reſpecto perſonę,† ut
quia erat artifex,uel aduocatus, & nō ope
ratus eſt, uel patrocinatus , debeat uictus
cōdemnari,& Specu.quem Iaſ. citat in di-
cto numero. 13. dicit hæc damna deberi.
idem tenet Alber.in dicta.l.terminato, &
Bar.in aduocato, qui non potuit cauſis ua
care in l. ſtipulatus.D. de fideiuſſorib. qui
tamē uidetur loqui in bonæ fidei iudiciis
pulchro Gail,dicta obſ 192.num.17.quod
etiam uidetur de mente Hoſtien. in dicto
titu.de contumac.§.qua pœna.uerſic.ſi in
iudicio.Iaſ. dicto nume.13. Caſtren. in l.
ſi procurator, rem at.habe.Angel.Aret.in
dicto. §.hæc autem omnia.num.6.& ibi.
Io.de Plat.Boer.deci.210 numero 3.& 4
Menoch.d.caſu.154.nu.4.poſt Plo. idem
Gail.nume.18.

Contrarium(ubi tamen non ſit contu
macia) uidetur uelle Alexan. dicto §.hoc
autem iudicium. nume.5. & alii relati ſu
pra in ſecunda opinione. uerſiculo Verū,
& Cyn.in d.l.ſancimus,& dicit Cumia.d.
cap.73.nume.15. & 16.talia damna non
uenire niſi expreſſe de illis in ſentētia mē
tio fiat,& ibidem numero. 29. Boer. late
deciſ.



dec.52. numero 6. & certe iudicio meo
difficile eſt iudicare, quid Doct.ſentiāt in
hoc articulo,quando debentur expen.nō
ratione contumaciæ,nec temeritatis, nec
retardati proceſſus,ſed tantum ratione vi
ctoriæ,ut diſtinguunt Alexan. & Socy. in
d.§. hoc autem iudicium , & ibi ipſi ſen-
tiunt patrem non deberi iſto caſu tale dā
num operarum amiſſatum , nec unquam
eas vidi taxari in Senatu noſtro, unde cū
ſtilus fori in tali taxatione ſit ſeruādus, vt
dicit Ioann.Fab.in dicto §.hæc autem om
nia,& Afflict.d.conſtitut.regn.in rubr.de
expenſ.lit.numero 2.non erit ab illo rece
dendum,niſi ſi,(vt inquit Gail.nume. 19.)
cauſa ſit magna,& longa, & propter quā
multum laboratur, & alia negotia poſtpo
nuntur.

Solent autem hę omnes expenſæ arbi
6 trio iudicis† taxādæ relinqui, vt donec tex.
in dicta l.non ignoret,Menoch. in contu-
macia dicto caſu. 154.numero 2.ideo fit
primo liquidatio per partē inde taxa ꝑ iu
dicem.vt ſcribit Mart.Coler.de proceſſib.
executiu.par.3.cap.9.num.151.& 152.&
probat tex.in §.oportet.authe.de iudicib.
ideo inoleuit in patria noſtra,practica, ut
iudices ponant in ſententijs ſuis diffiniti-
uis poſt condemnationem expenſarū clau
ſulam illam,ſalua nobis taxa.&cæ. & nos
in Senatu remittimus taxam expenſarū
relatori cauſę , in qua taxa non venient
penſiones annuæ, quas partes ſuis patro-
nis erogare pro munificentia ſolent, vt in
Camera Imperiali cōcluſum teſtatur Gail.
dicta obſerua.151.num.1. quem vide , &
num.16.vbi de aduocato litigante loqui-
tur.& hæc nota quoniā practicabilia ſunt
& quotidiana.

## Iuramentum, quod ex cauſa extraiudiciali defertur, an ſit uocata parte præſtandum.

### DECISIO LXVIII.

*1 Iuramentū extraiudiciale, uel quod ex cauſa extraiudiciali defertur , an ſit uocata parte præſtandum.*

*2 Iuramentum non præſtatur parte uocata quando nulla eſt difficultas.*

*3 Vbi tractatur de præiudicio partis, ſemper eſt pars citanda.*

IVRAMENTVM an fa-
ciēdū,ſit parte vocata, an ve
ro ſufficiat iurari etiam par-
te abſēte dubitatum fuit. Et
iuramento iudiciali nulla e-
rat difficultas , quin illud pręſtandum ſit
parte præſente, vel legitime citata , ſicut
dicitur de iuramento teſtium,in quo pars
citari debet, viſura iuramentum deferri te
ſtibus,l.quando,C.de teſtibus,& in ſpecie
eſt notab.dictum Bald.in cap.1. numero
8.de controuerſ.inueſtitu. & firmat plu-
res citando.Iaſo.in l.admonendi.nu.327.
ff.de iureiu.

1 Dubium erat in † iuramento extraiudi-
ciali , uel quod cauſa extraiudiciali defer-
tur, vt ſi conuentum ſit in inſtrumento,
quod ſtaretur iuramento partis,& videre
tur poſſe præſtari parte non vocata, cum
tale iuramentum non referatur,l.iuramē-
tum,quod ex conuentione in princ.ff. de
iureiuran.Ergo ceſſat cauſa,quare debeat
eſſe pars præſens,& hoc modo arguūt do
mini de Rota.dec.229.in nou. ubi in for-
tioribus terminis volunt, quod iuramen-
tum iuxt.formam cap.ſuper eo.quod me.
cau.pręſtetur abſente parte. ſequitur Iaſ.
in dicta l.admonendi numero 328. licet
contrarium velit Pariſien.ad Alex.conſil.
130.libro 1.& Plot.in l.ſi quando.C.vnde
ui.n.825.& ſeq.

Secundo facit,quod notabiliter uoluit
Iaſ.in dicta l.admonendi.vbi dicto nume
2 ro 328 colum.fin.voluit,quod† ſi non eſt
difficultas,cui debeat iuramentum defer-
ri,tunc non eſt citanda pars, hic vero cer
tum eſt,quis iurare debeat , & ideo dicit
Mar.ſingu.30.& in l. de vnoquoque. nu.
66.de re iudic.quod quando pars nihil op
ponere poteſt,non eſt citanda.

Tertio facit regula,l.verius. ff.de pact.
Imputandum enim videtur,ꝙ volens iu-
ramēto partis ſtare nō addidit eo uocato.

Quarto hanc opinionem in terminis te
nuit Alex.conſ.130.li.1.

In contrarium , ꝙ etiam iuramentum
extraiudiciale præſtetur vocata parte facit
generale dictum Ba.in d cap.1 de contro
uerſ.inueſti.vbi loquitur de quolibet iura
mento deciſiuo.quod dictum refert,& ſe
quitur Iaſ.in dicta l. admonendi numero
327.cuius doctrina ex eo corroboratur,
quia quodlibet iuramentum pręſtandum

eſt in manibus iudicis, ut late per Craue. conſilio 196.nu.2.per text. & Doctores. ibi citatos, nec ſufficit præſentia actuarij ſecundum Iaſ. in l.videmus.§.1.n.2.ff. de in litem iuran.

Secundo facit,quia etiam in extraiudi
6 cialibus vbi tractatur† de præiudicio partis eſt pars citanda,vt voluit Inn.ac Ioan. And.& alij quos citat, & ſequitur Marſil. in d.l.de unoquoque.nume.26.Iaſ. in l.ſi arbitratu.nu.21.ff.de uerb.obli.

Tertio aducebatur doct.Bar.in l.Theopompus n.9.uerſi.quandoque ſtatur eius declarationi,& de proprio ſenſu iudicat, &c.ff.de dot.prælega.tunc enim requirit uocationem partis.

Quarto facit communis doctorum regula,de qua per Iaſ.in dicta l.admonendi. numero 327.volentium,quod in iuramẽto ſuppletiuo debeat citari pars, ergo idẽ dicendum in caſu iſto, quia videtur iuramentum hoc ſuppletiuum.

Sed retenta priori opinione,quæ mihi videtur verior,& tenẽda maxime propter authoritatem.Alexa.& ſecundum quam cenſuit Senatus in cauſa Dominorũ Valpergiæ.136.Menſ.Octob.poterit ad contraria reſponderi.Primo ,quod Bald.loquitur vbi exigebatur cauſę cognitio,& pars aliquid opoſitura erat,vt ſentit Iaſo.in dicto numero 327.& Crauet.loquitur in iuramento,quod in iudicio præſtatur. Ad ſecundum,quod id procedit,vbi cauſæ cognitio requiritur,iuxta exempla per Docto allegata,vt in arbitratore.Ad Bart. in dict. l.Theopompus. reſpondetur,quod procedit illius doctori,quãdo pars poſſet aliquid opponere,prout etiam reſpondet Alex.d.conſi.130.Ad ultimum reſpondetur ex dictis in ſecundo fundamento primę opinionis,Ratio enim quare citanda eſt pars,vt dicit Ia.difficultas,quę ceſſat in caſu noſtro.

## Spuria legitimata per Comitẽ Palatinum an ſuccedat in prȩiudicium agnatorum.

### DECISIO LXIX.

1 *Spuria legitimata per Comitem Palatinũ an ſuccedat in præiudicium agnatorũ facta per Principem confirmatione.*

SPVRIA quædam legitimata fuit per Comitem Palatinum cum voluntate patris quo caſu legitimationẽ valere communis concluſio eſt, modo cauſa ſubſit,& citati ſint prętendẽtes,vt late tradit nouiſſime, & doctiſſime Dom.Alexander.Rauden.in ſuo eleganti tractatu de Analog.c.36.num.12.& pluribus ſequ.poſt innumeros recentiores ab ipſo allegatos.Hæc ſpuria mortuo patre adepta eſt poſſeſſionem bonorũ quæ bona tenuit per aliquot annos,poſtea agnati proximiores adeuntes hęreditatem illius patris ſpuriæ agebant petitione hæreditatis,ſpuria oppoſuit legitimationẽ Comitis.Pronunciatum fuit alijs circunſcriptis
1 articulis illam†non tenere, cum in patria iſta tales.Comites ex decreto Maximiniani Imperatoris ab alijs. Cæſaribus poſtea cõfirmato nullam habeant authoritatem.

Hac pronunciatione facta ſpuria obtinuit a Sereniſſimo Duce cõfirmationem illius legitimationis a Comite factæ.Agnati obtinuerunt alias literas,quibus declarabatur per eam confirmationem nõ fuiſſe mẽtis ſuæ Cęlſitudinis velle derogare iuribus tertij.Diſputatum fuit an ſpuria deberet obtinere bona,allegabaẽ pro ea deciſio.Caſtr.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, D.de liber.& poſthum.ex eo enim,quod apparebat de voluntate patris,licet legitimatio nulliter facta eſſet tamen operabatur, vt alia confeſſio facta ſine pręſentia proximiorum teneret ac retrotraheretur. Nihilominus ex eo,quod Princeps declarauerat per illam primam conceſſionem ſeu cõfirmationem noluiſſe derogare iuribus quæſitis illis agnatis,fuit iudicatũ ſpuriam non ſuccedere in præiudicium agnatorum,& abſoluti fuerũt agnati bona poſſidẽtes,& ad hæc cõtra ſpuri ũ facit add. ad Alc.in reg.3.præſum.11 & quæ ſcribit Rauden.in d.c.36.per totum uidendus circa materiam legitimationis.

## Donatio abſenti facta eo inſcio, et Notario ſtipulãte qñ teneat late,& magiſtraliter diſcutitur.Refutatur opinio D.Ozaſ.dec.33.

### DECISIO LXX.

1 *Donatione abſenti facta nõ ualet eo inſcio.*



2 *Notarius per ſtipulationẽ alteri acquirit.*

3 *Donatio abſenti facta Notario ſtipulatione acquirit ius abſenti,ſed reuocabiliter donec fuerit a patre ratificata contrarium nu.4.conclu.nu.5.*

6 *Donatione nõ acquiritur ius abſenti Notario ſtipulante etiam per retentionem uſus fructus.*

7 *Donatio abſenti facta cum clauſula conſtituti non acquirit ius donatario ante ratificationem.*

8 *Donatio abſenti facta an irreuocabiliter acquiſita dicatur ſtante iuramẽto,& quid in donatione Principis.*

9 *Donatarij hæres an poſſit ratificare donationẽ ipſo donatario mortuo,& quid in hæreditate donantis.*

10 *Donatio facta loco pio non ualet ſine ratificatione etiam accedente ſtipulatione Notarij.*

11 *Donatio abſenti facta coram iudice an teneat ſine ratificatione.*

12 *Donatio abſenti facta an per tacitam ratificationem irreuocabiliter confirmetur.*

13 *Donatio facta abſenti ualet,ſi altera perſona cũ Notario ſtipuletur etiam irreuocabiliter.*

14 *Notarius non reuocat donationem ab eo pro abſente ſtipulatam.*

15 *Donatio facta infanti Notario ſtipulante tenet irreuocabiliter.*

16 *Donatio ex cauſa oneroſa prius facta præfertur lucratiuæ præſente partæ factæ.*

17 *Donatio factæ coniunctæ perſonæ abſenti tenet irreuocabiliter.*

1 DONATIO† abſenti facta non ualet eo inſcio, l.ab ſenti, D. de donat. pulchre Cuiac. obſer.lib.12.28.tex. elegans de beneficii collatione loquẽs in c.ſi.tibi abſenti.de præb.l.6. hæc tamẽ regula fallit ſi donatio fiat ſtipulãte filio,uel ſeruo.d.l.abſenti.Sed quæritur,quid ſi Notarius ſtipuletur, an abſenti per ſtipulationem Notarii ius ex donatione quæratur dubia profecto, & per difficilis arduaque eſt quæſtio & intricata in qua multũ ſe inuoluũt Doctores præſertim Tiraqu de conſti. poſſeſ. par.3.limi. 30.n.8.per multas colum.Rolan. conſilio 19.per totum.uol. 1. & quamuis per Do. Ozaſcum olim collegam noſtrum, & ſecundum Senatus Præſidem in de Cãcellarium Sabaudiæ meritiſſimum ſatis docte diſcuſſa fuerit hæc quæſtio in deciſio 33. multos tamen caſus intactos omiſit, poſtea a Senatu deciſos, ideo latius rem examinando pro pleniori materiæ intelligentis omiſſis magiſtralibus augumẽtis, quę hinc inde adduci poſſint, ſed deceſiue loquẽdo ſacio duas cõcluſiones principales

Prima eſt, quod quamuis alteri ſtipulari nemo poſſit,inſti.de inutilib.ſtipul.§. alteri & l.ſtipulatio iſta.§.alteri.C.de uerb. oblig.ubi Doctores omnes,cuius rei rationem elegantem tradit Donellus in dic.§. alteri num.3. tamen in Notario hæc opi-
2 nio uera, & communis eſt quod ipſe†ſtipulando acquirit alteri, per multa iura quæ citat Tiraque.loco citato, numero 6. & quamuis multi Doctores dixerint non in omnibus cauſis pariformiter notarios acquirere, ut late uarias multorũ opiniones recenſet, idem Tiraquel.in d.limi. 30. a nume.16.uſque ad numerum 23. & Afflict.in cap.baiulos de feriis numer. 39.& 42.inter conſtit.reg. Siciliȩ, ubi hanc quæſtionem examinat, & ponit ad eã multas declarationes.Tamen crebrior,ut ipſe Tiraque.probat dicto numer.23. opinio eſt quod indiſtincte per Notarios nobis quæratur, referẽs Albericum dicentem totũ mundum ita obſeruare, & Salicetum teſtantem hãc eſſe communem, & conſuetudine approbatam, & multa ſimilia Doctorum dicta refert, quæ ibi uideri poterunt quibus addo Bertran. conſilio 156. libro 1.qui dicit ab hac practica non eſſe iudicando,& cõſulendo recẽdendũ.Crat. conſilio 12.numer.8 libro 1. Moder. Pariſien.conſilio 60.per totum.Deci. conſi. 1.numer.21. uolumine 3. ubi innumeros communem dicentes allegat,& num. 24. ubi ampliat Notarium non ſolum pro abſente,ſed etiam pro nõ nato ſtipulari poſſe.per.tex.in l.ſi quibus operas.D.de ope. liberto.Ioan. Philip. Mompelien.reſpon. 43.numero 9.qui hoc pręſertim in donatione liberalitatis fauore admittit. Ludo. a Peguera quæſtionum criminal. cap. 48 numero 11.& cum ha opinione uti canonizata & communiſſima ſolet trãſire Excellentiſſimus Senatus,prout etiam teſtatur Do.Ozaſc.d.deciſio.33.& ita eſt ordinarius Notariorum ſtilus, qui quidem

potius ex cõſuetudine eſt firmatus, ut uo
luit idem Tiraq.nu.45. & 46 quam ex iu
re,ſiquidem,ut latiſſime ipſe demonſtrat
a num.29.uſque ad 55.nuſquam hæc Do
ctorum opinio ſatis aperte probatur, &
contra ius hanc obſeruantiam eſſe dicit,
& demonſtrat Donell. in d.§.alteri.num.
33 licet P. Rebuff in conſ. 162. conetur
defendere contrarium.

Secunda erit concluſio in hac materia
quæ poteſt eſſe limitatio ad præcedētem
& quæ maiorem recipit difficultatem, ꝙ
talis acquiſitio fit quidem abſenti ꝑ No-
tarij ſtipulationem ſed reuocabiliter, do-
nec fuerit a patre ratificata, ita ut ſi ſim⁹
3 in terminis donationis,†donatio facta ab-
ſenti notario ſtipulante ualeat quidem cũ
recte abſenti fiat.l.nec ambig.C de dona.
ſed poſſit quandocunque ante donatarij
ratificationem reuocari, & donans poſſit
antequã donatarius, acceptet,rem dona-
tam alij donare, uel aliter contrahere ſu
per ea,ut præſupponit Dec.conſi.432. in
fine.quamuis Dec.non loquatur ibi de ſti
pulatione notarij, ſed bene de hoc loqui-
tur in conſilio 598.Imo,quòd plus eſt po
terit donãs ſola penitentia donationem
reuocare,non probo nunc legibus, & ra-
tionibus hanc concluſionem, ne,ut inquit
Satiricus.

*Occidat miſeros crãbe repetita magiſtros,*
Sed tãtum authoritatibus rationes enim
& iura uidere latiſſime poteris ex doctori
bus infra citandis præſertim ex Rol. conſ.
19.nu.2. & ſeq. quibus ipſe reſpondet te
nendo contrarium, & in primis hanc par
tem tenuit Bal.in l.nec ei, §.ſatiſdatio cir-
ca fi.uerſ.6.quæro. de adopt. Caſt.conſil.
295.uiſis.nu.2. lib.2. ubi ita expreſſe limi
tat ſupra dictam primam concluſionem.
Aret.in l.qui abſenti,nu.4. D.de acq.poſ.
Soc.in l.3.§.ſi iuſſerim.nu.11.de acq. poſ.
& conſil.53.num.22.lib.4.Dec.qui ſingu
lariter ad hoc not. & ſequitur d.cõſ. Caſt.
in l.contractus.nu.16.& 17. de reg. iur. &
in l 1.nu.22.C de pact.& in l.quo tutela.
§.nec paciſcẽdo.de reg.iur. & in l.certi cõ
dictio.§.ſi nummos,ff.ſi cer.peta. & ita te
nuit etiam conſulendo conſi. 226. num.
912.& 13.247.col.4.uerſi.5. & d. conſil.
432.in fi.465.num.3. & 598. per totum,
Cur.Iun.conſi.55 pro habenda num.9.&
10.& conſi.120. Cagn. in l.fi.nu.273. C.
de pact. qui dicit eã reuocabilem ante ac
ceptionem; & hanc teſtatur cõem. & idẽ
teſtatur in dicto §.nec pſcendo Bertran.
conſ.116.in fin.lib.4.304.donatio.lib.3.
Apoſt.ad Alexand.conſi 31. nu.16 lib.6.
qui dicit hoc tempore eſſe communionẽ
opinionem, & regia conſtitutione firma
tam idem ad Alex conſ. 185.nu.7.lib.6.
Balb. de præſc. par.4. §.capio primam q.
3 n.3 uerſ.& per hoc determinat. qui uo
luit indiſtincte donationem non accepta
tam non ualere. Galiaul. in rub. de uerb.
oblig.col.42.Caſſan.conſi.7.nu.43. Pariſ.
conſi.77.lib.1.per totum 69.nu.120. lib.
3.Alben. conſ.36. dicẽs magis communẽ
Ruin.conſ.121.174.180.lib.1.Goza. cõſ.
54.& 62.nu.5.Alcia.in c.cum contingat.
de iureiu.nu. 324. qui ad partes diſputata
quæſtione tandem dicit iſtam opinionẽ
communem, & ueriorem,nu. 335. alias
nu.112.in noua impreſſione,& idẽ Alcia.
pro hac opinione conſuluit, conſil. 112.
propoſito in caſu,& libro 3.parerg. c.13.
ubi ad hoc etiam citat authoritatem Cice
ro.qui etiam in topicis ait donationẽ ſine
acceptione nullam eſſe.Afflict.in d.conſti
tut.Baiulos.q.10.num.4.lib.1.conſtit. re
gni rubrica 73.qui tamen loquitur in qua
cunque ſtipulatione non in donatione,
rub.in l.non ſolum,§.morte,num.9. ff.de
ope.no.nunc.& conſil.132. Plo.in repet.ſi
quando,nume.12.C.unde ui, conſilio 68.
Tiraq.d.limi.30.num.53.Natt.conſ.253.
311.& 315.Soc.iun.conſilio 67.nume.8.
lib.3. licet id non clare ſentiat. & 126. lib.
2.numero 13.15. & 17.Baib.licet non ita
clare conſilio 40.numero 7.libro 2.Dida
cus variar.reſolut.libro 1.c.14. nume. 12.
& latius in rubrica de te[illegible]par.3.num.13.
Gomez.in tract.de non toll.iur. quæſt.1.
Gabriell.commu.concluſ libro 5 titu. de
uerbo oblig.conclu.1.nume.100.Simon.
de Præt.conſilio 150. numero 42. Gerar.
Mazol.conſilio 66.Pancir.conſilio 60.nu
mero 12.& conſilio 172. ubi dicit commu
nem.Hierony.de Monte, quæſt.25. num.
28. & ita uidetur hanc ſententiam intelli
gere Ludo Deci. Peruſ.26.num.7.11. &
17.Cæphal.conſi.33.numero 16.lib.1. &
Clarius conſ.440.num.40.libro 3.ubi nu
mero 56.reſpondet ad ea,quæ in contra-
rium tradiderat in dicto conſilio 39. &
hanc ueriſſimam dicit Viui. communem
opi.



opi.lib.j in verbo donatio.Puteus dec.22.
nu.6.& 7.li.2.Gulielm.Vnciac.Sabaud.q.
Academ.lib.1.q.49.& 50.& ideo ratifica-
tionem faciendam optime donatario con
ſuluit Purpu.cõſ.305.nu.18.396.num.56.
& 57.lib.1.478.nume.21.& 23.lib.2.pul
chre Didac.Burgẽ.a Pace q.ciuil.par 1.q.
19.num.14.vbi multis cõfirmat hanc ſen
tentiam omnino vidẽdus in hac materia,
& Dec.conſ.1.nu.61.lib.3.Ludo Molina
de primoge.lib.4.c.2.nu.67. dicens com-
munem pulchrè Vinc.de Franc.dec.339.
par.2.ideo recte Imper.Dioclet.& Maxi-
mia.in l.nec ambigi.C.de donat.illis vtun
tur verbis parenteſi incluſis.

## Et maximè ſi ex voluntate donantium,poſſeſſiones, hi quibus donatum eſt,nanciſcantur.

Cùm ex poſſeſſionis apprehenſione ra
tificationem demõſtrent, vt ſubtiliter ibi
Bal.no.& ſequitur.Affl.dec.275.nu.8.

Contrariam partem,ꝙ fuit per ſtipula-
tionẽ Notarii acquiſitio irreuocabilis etiã
4 in his terminis noſtræ cõcluſionis†tenuit
per multa fundamenta Roland.in d.conſ.
19.numer.16.& ſequen.& ante cum Bal.
in l.cum a ſocero,columna 2.verſic.caue,
C.de iure dot.& in l.ſi quis emãcipatum.
de dona.Alexa.in l.qui Romæ.§. Flauius
numero 9.circa finem.de verbor. obligat.
& conſilio 31.numero 16.& 185.numero
7.libro 6.& in addit.ad Bart.in l.2.ff.rem
pupilla.ſalu.fore,Iaſo.in dicto §. Flauius.
Aret.ibidem,& conſilio 84.Rui.ſibi parũ
conſtans conſilio 172.numero 15.& 119.
libro 1.126.eodem 41.lib.5.Dec.ſibi con
trarius conſilio 607.numero 9.Galiau. in
rubr.de verbor.obliga.colum.4.Gozad.in
hoc uarius conſil.87.colum.3.Socy. Iun.
& ipſe uarius conſilio 118. nu. 12.dicens
omnes ita tenere,& communem eſſe con
tra Caſtren.Rub.cõſ.73.91.& 117.Rom.
513.Pariſ.conſ.90.col.pen.84. nu.90.69.
li.3.conſ.50.190.in fi.lib.1.& conſi.2.li.4.
col.2.Soc. Sen.conſi. 262.li.2.90.col.pe.
& 125.col.1.li.3. Boe.q.353.in fi.Did.in
rubr.de teſta. par. 3.nume.13.dicens non
poſſe reuocari talem donationem ſola uo
lũtate,& meo iudicio idẽ videtur voluiſ-
ſe ſtipulatione Notarii accedente.in d.ca.
14. ut ſit illo caſu donatio irreuocabilis
quo ad donãtẽ ex his,quæ tradit ibi.n.13.
Aufrer.in addi.ad Capel.Tholo.453.Ne-
ui.conſ.35.nu.22.Bertran.cõſ.159.col.3.
in prin.110.col.2.& 286.li.1. Rip.reſpon.
11.col.5.Gui.Pap.q.49.Cra.qui dicit com
munem cõſ.252.col.2.& ob id parum di
cit curandum de authoritate Caſtr.& mi-
nus.Dec.quia varius. Pariſiẽ.conſ.60.nu.
12.dicens communem, & ad Dec.in d.l.
cõtractus dicit,ꝙ hæc erat cõmunis, ſed
ꝙ regia conſtitu.aliter ſtatutum eſt, & ad
Alex.in d.conſ.31.aſſerit fuiſſe hanc anti
quorum opi.uſq; ad tempora Paul. Caſt.
Burſ.dicens magis communem.conſ.118
num.4.lib.1.& conſi.33.nume.2.eod. lib.
dicens ita iudicatum,Cæphal.ſibi cõtradi
cens conſilio 33.numer.15.& 16.libro 1.
Clar §.donatio quæ.13.Kirchou. comm.
opin. centur.3.conclu.56.& ueriorẽ teſta
tur Emanuel Zoarez.receptarum ſentẽt.
libro,in verbo donatio abſentis nomine.
Hanc etiam opinionem multis authorita
tibus comprobat doctiſs.cõterraneus no
ſter D.Crau.conſilio 815.vtilem donatio
nem.dicens hanc eſſe crebriorem, & Ca-
ſtre.ſententiam eſſe ſomnium. P. Rebuff.
conſil.162.verſiculo nec obeſt,ſi dicatur.
Tob.Non.conſi.56.num.16.& 24.Borgn.
Caualcan.dec.42.numero 15.part.1. qui
dicit communem,& veriorem.Alex.Rau
den.de Analog.libro 1.capitu.30.numer.
94.Ozaſ.dec.33.dicens ita Senatum iudi-
caſſe.

Hi ſunt,quos in tãta Doctorum noſtri
temporis turba vidi de hac loquentes ma-
teria,quos oẽs hic pro una,& altera ſen-
tentia non ſine maximo,& improbo labo
re in hac noſtrorum temporũ ob multos,
& innumeros ſcriptores deploranda cala-
mitate cõgeſſi, vt videat ſtudioſus lector,
quænã ſi dinumeratis Doctoribus magis
communis videatur opinio,cum dinume
rari magis quàm ponderari ſoleant ſen-
tentiæ vtraque enim non ſolum commu
nis,ſed magis communi a recentioribus
appellatur.Mihi profecto ex dinumeratio
ne Doctorum uidetur magis communis
prior opinio,& ſi rationes illius pondere
mus,ueriorem etiam dicere non dubita
rem neque mouebunt authoritates in con
trarium allegatæ.Nam.Bald.id non dicit
pro quo allegatur, ut refert Pariſ. dicto
conſ.77.nu31. & 36.& in l. ſi quis eman
cipatũ.loquitur quando notarius ſtipula

tur pro infante.itē loquitur in caſu.§. Flauius,& l.quoties,C.de dona.quæ ſub mo. & vlterius intelligit,quòd cōtrahentes ipſi nō poſſint pœnitere,quod etiam eſt de ment.Caſtren.in quo caſu etiam loquitur Alex.Iaſ.& alii in d.§.Flauius. & ſic in diuerſis terminis,vt ꝑ Did.d.ca.14.& Aret. d.conſ.74.Alexa in conſilijs non declarat an ante ratificationem acquiratur. Socy. in conſ.118.inter alia fundamenta eo ẽt nititur,ꝙ erat in cauſa pia,& primus poſſederat diu,& adhuc poſſidebat,& erant ambo cauſæ lucratiuæ, Deci.loquitur in ſimplici ſtipulatione notarij, & ſic in terminis primę concluſionis,& ita loquitur Boer.Gozad.loquiť quo ad ipſum donantē iuxta mentem Caſtr.Rom.nō declarat ante,vel poſt ratihabitionē.Corn.eſt omnino reprobandus,cum loquatur in cōtractibus correſpectiuis. Aufrer. loquitur qn alteri ius eſſet quæſitum Neuizan. etiam videtur loqui in præiudiciū diſponentis. Crau.quo ad donatarium loquitur, & in caſu emptionis,& vēditionis.Burſa. falſo fundat ſe,quia cōmunis.Cęphal.ſe ipſum reprehēdit in dicto conſi.440.& declarat ſuam doctrinam.Rauden.non examinat. Caualcā.fundat ſe in communi.D. Ozaſ. pariter fundat ſe in communi,& tamen ſi numerentur Doctor. contrarium eſt verius,& videtur ęquiuocaſſe in terminis opinionū doctor.in dicto §.Flauius.quos malè trahit ad caſum noſtrum,& idē poſſet reſponderi ad Pariſien. in dicto conſil.60.nam Doctores in dicto §. Flauius. loquuntur in pacto adiecto donationi nō in ipſa donatione, & intelligitur ſequuta ratihabitione,ſi ſumus extra caſum l.quoties.C.de rei vendi.vt not.Didac.d.c.14. numero 11.in fin.& ita poſſet ad alios reſponderi.

5 Verum pro iſtarum varietatum cōcordia†cogitabam diſtingui poſſe,quòd aut quęrimus,an actio quæratur irreuocabiliter donatario poſt factam donationem,& tunc dicerē,quòd quęratur actio abſenti per Notarium,ſed reuocabiliter etiā quo ad donantem:ſed ſi ratificetur illa donatio poſt reuocationem a donatario factā ex donatione alteri facta non teneat,quādo iam alteri tertio ius quæſitū eſſet, ita ut concluſio noſtra procedat,etiamſi poſtea ſequatur ratificatio re nō integra,vt quia tertio ſit iam ius quæſitum per alterā donationem:nam tunc teneo firmiter,quòd valeat reuocatio,& ſubſequens ratificatio poſt ius quæſitum non nocebit tertio,nec ius donatario acquireret, ꝓut expreſſe ſenſit P.Rebuff.in l.alienatū.67. §.donationis verbum.pag.465.verſic.tertio donatio.Quia vt ille ait,ſtipulatio. Notarii non facit,vt acquiratur ius nō ſequuta ratificatione,ſed operať, vt ſine ceſſione vtilis actio acquiratur. iuxta Caſtren. in dicto conſil.195.Dec.226.Cagnol.in dicta l.fina numer.273.Curt.Iun.55.Gozadi.14.Pariſ.77.libro 1.Rube.conſil. 132. Alcia.in dicto capitu.cum contingat. numero 132.Iſern.in cap.1.§.item ſacramenta.column.4.de pact.iuramen.firman.Afflict.in conſtitut.Baiulos.verſic.10. & ultimo Ruin.conſilio 123.libro primo. Caualca.dicta deciſione 42.numer.19. Nam ſi ius aliis eſt quæſitum, res non eſt integra,& ratificatio nihil operať in illius tertii præiudiciū,vt per D.Ozaſ. deciſ.119. num.24.Et ideo ſi a donante non reuocetur hoc caſu,& moriatur,ſiue ante mortē donatarii ſiue poſt, ſemper donatio ſubſiſtet,& hęredes donatarij ſiue ipſe donatarius ſi nondum erit effectuata donatio poterunt ab hæredibus donantis rē donatā petere,& tūc obtinet opinio Cæphali,cū quo tranſibant nouiſſime in cauſa Polentii.1589.15.Nouembris quidam ex Dominis Senatoribus,quicquid aliis ratione longæ taciturnitatis donatarii videretur, de qua tamen cauſa dicam alibi, quia nunc pēdet in reuiſione.Dico aūt ſiue ante donatarium,ſiue poſt moriatur donās, quia vera eſt opinio,quòd donatio inter viuos tranſmittitur,etiamſi donatarius præmoriatur,vt tenuit Rebuff.in ſupra dicto loco.verſic.quarto.donatio.de quo dixi ſupra.dec.32.in fine.& dico infra ampliatione quinta.

Aut vero loquimur de poſſeſſione acquirendæ per ſtipulationē Notarii,& tūc nullo modo acquiratur, & hoc videť de mēte ipſius Ozaſci in dicta deciſ.33. in fi. numer. 12. & de hac actione,& ea quidē utili tantum loquitur Alex.in dicto conſilio 31.numero 16.& aperte ſentit Didac. in dicto capit.14.numero 11.Donel. omnino pro harum ſtipulationum luce videndus in d.§.alteri.numero 63.& Burſat.dicto



cto conſilio 118.nume.4.in fi.& ita intelligit Didacum Guter. in cap. quamuis nume 54.de pact.lib.6.ſpeciale etenim eſſe dicitur, ut in contractu donationis alteri ꝑ alterum actio quæratur.l.quoties.C de dona. quæ ſub mo.poſſeſſio uero animū requirit,& ita uidetur ſentire Burſa. in dicto conſilio 33.nume.1.libro 1. & ſubtiliter Natt.conſilio 189.numero 2 facit concordia quā ponit Didac.Burgen. dicta q. 10.nume.22.34.& 48.poſt Cæphal. dicto conſilio 33.numero 16.& cum hac diſtinctione tādem ad ſaluandas tot Doctorū cōtrarietates tranſibat in facti contingentia Senatus poſt multas diſputationes in quadā cauſa Nicien.per me relata,& ubi cauſas poſtea contigit cū priori opinione plerunque iudicauit, ut in cauſis de qbus infra nō obſtante deciſ.D. Ozaſci. quamuis idem Senatus quandoque me tamen contradicentem aliter ſenſerit,aut ex antiquorum Senatorū in nouos, & diuerſæ ſententiæ commutatione, aut pro circunſtantiarum uarietate ut infra dicam.

Illud autem notandum eſt non referre an ratificatio, quæ de iure requiritur, fiat ex interuallo poſt factam donationē, an vero ſtatim ſubſequatur, qa modo ius tertio non ſit quæſitum, ſemper poteſt ratificari donatio, & per donatariū acceptari, ita ut illi ius poſtea irreuocabiliter acquiratur per ea, quæ in ſimili de cōſenſu poſt renunciationem ab abſente præſtādo ſcribūt Doctor.& poſt reos D.Senator Sola in gl.1.ad nou.conſtitut.titulo de aliena. bonor.minor.num.18.

6 Amplia nunc ſupra factam concluſionē & priorem Caſtren.ſententiam, †ut procedat etiam ſi in donatione prima interueniat traditio per retentionem uſufructus, quia illa ęquiparatur conſtitutio,& nō habet potētiorem uim, ut per Bertran. conſilio 173.numero 12.& ita pręſuponit in caſu ſuo Caſtren.Tiraquell.dicta limitat. 30 numer. 53.Caſſan.conſilio 59.nume. 18.uerſicu.nec in hoc.Caualcan. in tractatu de uſufruc.mul.relicto. num. 155. Nec mouet quod in contrarium innuere uidetur Afflic.deciſ.275.nume. 7.& 8 quia ipſe loquiť in uero poſſeſſore uirtute donationis,ſeu legati. Quamuis uideatur contradicere.Socin.Iun.dicto conſil.118. numero 18.uide Natt. conſilio 374. numer. 1.Eſt enim regula.quod iſta reſeruatio habet effectum traditionis, & tranſlationis dominij,l.ſi quis argentū.§.ſed & ſi quis. & l.quiſqs.C.de dona.Lup.in rubrica de donatio.inter uiuum.§.76.nu.4.

8 Amplia ſecūdo etiamſi fiat traditio in prima donatione per† clauſulam conſtituti, & ita in terminis tenet Caſtren. in dicto conſilio 195.alias 171.libro ſecundo. Socin.in l.3.§.ſi iuſſerim de acquiren.poſſeſ. Deci. dicto cōſilio 126.& in l. quo tutella §.nec paſciſcendo.ubi ſe remittit ad dicta per eum in l.contractus numer.16. de regu.iur.Curt. Iun.220.numer.3. Caſſan.conſilio 7.Alben.in dicto conſilio 36. Alcia.dicto conſilio 112 Tiraquell. dicta limita.30.nume.3. Plot in repetitio. dictæ l.ſi quando numero 12.Cagnol.in dicta l.fina.numero 272.& Socin. Iun. ſibi contrarius conſilio 126.lib.2.Rub. conſili. 117.Grat.conſ.36.numero 53.Didac.dicta rubr.de teſtamen.par.3 nnmero 23.uerſ. eſt tamen neceſſaria.Dida.Burg.d.quæſt. 10.nu.20.& ita uidetur quo ad acquiſitionem poſſeſſionis ſentire Ozaſc.in d. deci. 33.numero 12.Quamuis cōtrariū tenuerint Socy.conſ.90.lib.3.Rui.cōſ.172.col. 4.lib.1.Roland.d.conſ.19.num.23. Socy. Iun.dicto conſ.67.libro 3.Pariſ d.cōſ. 60. numero 13.Decia.dicto conſ.2.nume.19. & ſequē.uolumine 3.qui plures citat. Ludouic.deciſ.peruſ.29.numer.13.& 18.parte prima Caualca.dicta deciſ.42.nu.18.& 29.ratio eſt,quia propter conſtitutum,& hypothecā non requiritur præſentia nec poſſeſſio.Boer.conſ.37.numer.2. Verum iſtorum opinio falſiſſima ex eo redditur, quod poſſeſſio animi eſt & facti,quę non interueniunt ſi donatio abſenti fiat Ideo merito illa in dicta cauſa Nicien. reiecit Senatus,& uidetur de mente Ozaſci hæc reſponſio in dicta deciſ. 33.numero 12. cir.fi.ideo poterit limitari hæc ampliatio niſi ſequuta fuiſſet donatarij ratificatio poſt factam donationē re adhuc integra nam tunc cōſtitutum poſſeſſionem poterit transferre,l.quod meo.cum ibi not.D. de acquirenda poſſeſſione. hoc enim caſu & animus, & factum interueniunt, quæ duo ueram rei poſſeſſionem conſtituunt,& cum hac limitatione concordari poterūt Doctorum authoritates ſupra adductæ.

Ampliatur

Ampliatur tertio prædicta cõcluſio, ut
8 procedat etiamſi ultra conſtitutum † adeſ
ſe iuramẽtum prout expreſſe uoluit Alc.
in dicto cõſilio 112.& in capi. cũ contin-
gat numero 335.de iureiur.Grat. conſilio
25.libro 1.Cagnol.in dicta l.fina. numer.
273.ubi ad hoc citat Bauer.de effect. iura
men.colum.5.effectu 12.Deci.conſ. 432.
& 598.in fi.Pariſ.conſi.77.libro 1.numero
45.Roman.conſilio 451.nume.7.uerſicu
lo 3.Apoſtilla ad Alexan.conſilio 185.nu
mero 7.libro 6.& idem uidetur uelle Pur
pur.in dicto conſilio 396.nume.64. dum
loquitur in donatione iurata,& Clarius in
terminis conſilio 479. nume. 28.libro 2.
Craueta dicto conſilio 915 numer. 4. Di-
dac.Burgen.dicta quæſtione 10.num. 46.
ubi plures allegat, & adfert bonam ratio
nem:Gabriell.conſilio 112.nume.7.quam
ampliationem adeo uerã eſſe quidam ar-
bitrati ſunt, ut procedere illã exiſtimaue
rint in promiſſorio iuramento, puta ſi do
nans iuraſſet non reuocare donationem,
ita Cagnol.in dicta l.fina. nume. 273. ubi
reſpondet ad rationem,quæ in contrariũ
allegari poſſet:Deci.dicto conſilio 432.in
fi.Pariſ.dicto conſilio 77. numero 48.præ
ſertim ſi clauſula huius iuramenti ponatur
inter executiuas cõtractus, ut per Didac.
in dicta rubrica de teſtamen.numero 13.
columna 2.& numero 14.Nam hæc clau-
ſula ſolet apponi potius ex Notariorũ ſti-
lo quam aliter:Corne.conſilio 128.lib. j.
Iaſ.conſilio 6.Dec.conſilio 305.Riminal.
conſilio 48.nume.30.Tiraquell in l.fi.un
quam,numero 122.C.de reuoc.donat. fa
cit,quod late notat Didac. in repet.capit.
quamuis.de pact.lib.6.ubi uult,quod pro
mittens non reuocare actum alias reuoca
bilem, ut eſt cõſtitutio procuratoris quã
uis reuocando efficiatur periurus, tamen
poterit reuocare,glo.reuocatos in capit.
fina.de procurat.libro 6.Roland. conſilio
ſexto,numero 22.libro 1.

Sed cõtrarium,quod ſtante iuramento
reuocari donatio non poſſit, tenet Socy.
Iun.dicto conſil. 118. numero 12. dicens
communem:Rubrica 73.& 117.Pariſ. cõ
ſilio 82 columna 1.libro 1.Rol.dicto con
ſilio 19.nume.26.Alexan.conſilio 31. nu
mero 26.& 185 numer.8.libro 6. Neuiz.
dicto conſilio 31.numero 22.poſt Guid.
Pap.cõſilio 24.& quęſt.222.& 23. nume
ro 4.Caual.dicta deciſione 42.nume.14.
Pariſ.conſilio 69.nume.148. conſilio 90.
numero 23 libro 3.Deci.dicto conſilio 1.
numero 22.Purpura.conſilio 353. nume.
17.Burſa.dicto conſilio 118 dicens magis
communem Anchar.q.famil lib 1. quæſ.
38.numero 6.Gabriel.de uerborum obli.
concluſ.1.nume.69 Guter. in repeti. cap.
quamuis,de pac.libro 6 nume.55. & 58.
Pro qua opinione ſtat gl.in c.quoties cor
dis.7.quęſt.1.ubi etiã abſenti per alterum
quęritur propter iuramentum. Rom. con
ſilio 76.Grat.conſilio 12.nume.9 P. Iaco.
in act.teſtamen.colum. 14. ſicque concur
rũt quo uincula ſcilicet ſtipulatio notarij,
quæ ius abſenti acquirit, & iuramentum,
unde magis operabiť. Præterea urget re-
gula, quod iuramentum ſupplet præſen-
tiam,ut per Alex.Iaſ. & alios in l. ſtipula-
tio.§.alteri,de uerbor.obligat. Alex. dicto
cõſilio 31.colum.pen.lib.6.& in terminis
ſtipulationis per notarium factæ ita tenet
Rolan.dicto conſilio ſexto.nume.50.& iu
ramentum eſt implendum in forma ſpeci
fica,ut per Affl.deciſi.162. nume. 2. & 3.

Verum ad gl.in dicto c.quoties cordis.
reſpondet Pariſi.ad Alex.in dicto cõſilio
185.opinionem illam non eſſe practicabi
lem nec uerã, & Gabri.dicto cõſilio 112.
numero 7.& Iaſ.in auth.ſacramenta pube
rũ,C.ſi aduer. uen. dicit Vltramontanos
communiter tenere contrarium, ut refert
Gabriel.in dicta concluſ.1.numero 71. &
ſcribit Cor.conſilio 211.nume.3. libro 3.
quod ille gloſſ.hoc non probat.

Pro concordia earum opinionem ego
diſtinguebam ,put in donatione inter ui
rum,& uxorẽ facta ſupra deciſ. 33. diſtin
xi,quod aut ſumus in aſſertorio iuramen
to,& tunc procedat prima opinio,aut ue-
ro ſumus in promiſſorio, quando donans
promittit cum iuramento non reuocare,
nec ullo colore, uel cauſa, uel alio modo
contrauenire,& tũc procedat ſecunda opi
nio, falſaque reddatur illorum ſententia,
qui expreſſe uoluerunt talẽ donationem,
reuocari poſſe,nam iuramentum eius uir
tutis eſſe nemo neſcit, ut quo ad donantẽ
faciat actum irreuocabilẽ per ea, quæ pul
chre dicit Didac.uariar.reſol.c. 14. nume-
ro 13.& cum hac opinione,quod ſtante ta
li iuramento promiſſorio non poſſit. pri-
ma donatio etiam nõ ratificata per donã
tem



tem reuocari ab ipſo donãte ratione iura
menti tranſiuit Senatus in cauſa Secuſiæ
referẽte Domino Senatore Guerillo Cõ
patre meo honorando. 7.iulij.1584.quã
uis aliqui ex Domini cõtradicerent. Qua
opinione ſtante non ob. ratio. Didaci in di
cto c. quamuis, quia hic non apponitur iu
ramentum actui regulariter reuocabili ut
eſt teſtamentum,& mandatum,& ſimiles
ſed actui regulariter irreuocabili,ut eſt do
natio,Nam,ut recte in his terminis ſcribit
Borgin.dicta deci.42.num.6.per iuramen
tum, quæ de ſui natura ſunt reuocabilia,
efficiuntur irreuocabilia, ergo multo ma
gis,quæ naturaliter irreuocabilia ſunt, ui
de Purpur.d.conſ.478.numero.28.li.2.&
iterum cum hac opinione tranſiuit Sena
tus in cauſa de qua dico infra in quinta li
mitatione.

Ampliatur quarto ſuperior cõcluſio,ut
procedat etiam ſi adeſſet reſcriptum Prin
cipis.Curt Iun.dicto conſilio.120.num.2
poſt Caſtren.cõſilio.171.Aret.in l.qui ab
ſenti.numero 4.de acq.poſſ.Alex.con.24.
num.9.libro.5.imo etiam donatio ab ip
ſo Principe facta fuiſſet, ut per Dida. Bur
gen.in dicta.q.10.num.2.& ſeq.& per to
tam queſtionem, ſicut etiam dicimus in
inueſtitura quauis frater pro fatre ſtipu
laretur.iux.Ale. in dicto conſ,22.num. ij.
lib.v.qua de re late Gabr.de uer.ob.cõcl.
j.Cæphal.cõſi.302.nume.13.lib.3.habet
enim etiam in feudis locum regula,l quo
ties.C.de rei uind. ut late ꝑ Doctores ibi
& in c.ſi facta de feu. defunc.content. ſit
inter dom.& agn.qua lege,& princeps ip
ſe ligatur. ut ibidem aliqui e Doctoribus
tradunt.Sed de hæc re uti in Illuſtri, & la
tiſſima diſputatione ampliſſimus campus
alijs differendi relinquitur,& in quibuſdã
cẽturijs feudalibus propediem prodituris
notatum abunde lector ſtudioſe reperies
interim ampliationem hãc ueram iudico
etiam ſi de ipſius principis præiudicio tra
ctaretur, nempe poſt donationem abſen
ti factam donans delinquat,nam tunc do
naturis fiſco profertur, ita cenſuit Sena-
tus in cã Calui,de qua dicam inf.dec.124.

Amplia quinto priorem opinionẽ quã
firmauimus ut procedat quãuis donata-
rij hæres poſt mortem † ipſius donatarij
ratificaſſet, nam donatarij hæres non po-
teſt ratificare talem donationem, ita re
ſpondit.Nat.conſilio.258.numer.9.Alcia.
libro 1.pareig.c.13.Caſtren.dicto conſilio
195.Alex.dicto.conſ.24. numero 10. libro
8.Rubc.conſ.132.Didac. Burgen. dicta.q.
10.num 37.Ratio quia donatio abſenti fa
cta per mortem ante ratificationem ſequu
tam annullatur.l.ſi inter Do.de rebus du.
& per Alex.conſi.24.lib.1. Cæphal. conſi.
440.num.31.& 35 Poſt mortẽ enim do
nãtis,ſiue donatarij hæres nõ poteſt diciam
plius integra ideo ratificatio in uita fieri
debetur dicit Didac.q.10.nume.36.Hæc
tamen opin.& ratio Alex. mihi nõ ſatisfa
ciat. nam ſtãte pro uera ea ſententia quã
nos ſequimur,quod ab initio ualeat dona
tio,ſed reuocari poſſit dum in pendẽti eſt
talis reuocatio,quia poteſt hęres defuncti
donatarii perſonam ræpræſentas eũ do
nationem acceptare,& irreuocabilem red
dere. Et hoc tanto magis ſi ea donatio ex
preſſim facta legeretur pro donatario, &
eius hęredibus Et ideo ſequor in hoc alio
rum contradicentiũ opinionẽ inter quos
eſt Tiraq.in limit.30.nume. 68.73. Dida,
Burgen.d.q.10.nu.39.& dixi ſupra.num.
5.uerſic. & ideo,uide Caualcan. in d.deci.
22.num.22.& 23. Gute.in d.quamuis,nu
mero.57.Plo. in d.repe.l.ſi quando,n.12.
Caſſa.d.con.57.Zoarez.in d.uerbo.dona
tio.in fi.Didac.dicta rub.de teſtamen.par.
3.nume.13 uerſic.quibus minime,& ideo
contra hanc ampliationem optime fuit ꝑ
Senatum iudicatum, faciunt, quæ dixi ſu
pra numero 5.& deci.32.numero,13.Nõ
obſtat,tex. in l.ſi inter.ubi donatio etiam
præſenti facta per donatarij mortẽ reuo-
catur,quia ille text. non procedit in dona
tione iurata,& nota bene illum text. quia
eſt ſingularis,& mirabilis in caſu ſuo. Nõ
autem poterit,ſimilis facultas attribui hæ
redi donãtis, quia ipſe reuocare nõ pote
rit cum reuocatio nõ trãſeat ad hæredes.
Bar.& alij in l.qui Romæ.§.Flauius.D.de
uerb.obl.Vincen.de Frãch.deciſ.339.par,
z. ubi uide de hoc & ſi ſit iurata uidetur
hoc eſſe clarum, quia illius effectus tranſit
in hæredes iurantis Guido.Pap.q.190.nu,
5.facilius enim tranſmittitur obligatio fa
cti in hæredem promiſſoris quam in hære
dem ſtipulãtis.Bar.& alij in l.4.§.Cato,q,
pen.in fi.de uerb.obl.

Amplia ſexto etiamſi prima donatio fa
10 cta fuiſſet † loco pio Caſtr. in l.illud.C.de
ſacro

ſacroſan.eccleſ.Curt.Iun.dicto conſ.120.
numero. 2.Nat.dicto conſili.253.num.9.
Pariſ.dicto conſilio.77.numero.37. Iaſ.in
dicto.§.Flauius. cuius dictum ſimpliciter
refert,& ſequirur Gra. conſil.25.numero
16.li.1.Gui.Pap.conſilio.24.numero. 11.
Dida.dict. q.10.num.10.licet ſtipulari al
teri poſſit fauore piæ cauſæ ut per Gabri.
dicta conclu.1.num. 72.Vnde contrarium
tenuit Ludoui deciſ.Peruſ.29.numer.10.
& 18.ubi dicit hanc opinionem eſſe uerio
rem melioribus rationibus fulcitam, & ui
deri ſibi magis communem & pro ea con
ſuluiſſe dicit Guter.in dicto cap. quamuis.
numero 60.Sed cõtrarium nouiſſime de
fendit Cæphal. in dicto conſilio. 440.nu.
32.Ego tamen multum dubito cum dona
tio ſit loco pio fauore animę,quia tũc do
natio cenſetur facta Deo in quem nõ eſt
neceſſaria poſſeſſionis translatio cum ab
eo & per manus ipſius tanquam uſufru-
ctuarij nos poſſeſſionem naciſcamur, re
maneatq; ille ſupremus, & proprietarius
dominus,ideo cogita.

Amplia ultimo ſupra factam ſecũdam
concluſionem ut multo magis procedat,
quando donatarius reſpectiue ad aliquid
tenebatur.iux.no. per Are.in d.l.qui abſẽ
ti de acquir.poſſeſ.numero.4.Rib.conſi.
117.Rolan.d.conſi.19.Pariſ.ad Alex.cõſ.
22.num.2.li.5.

Limita nunc, & declara ſupra dictam
primam cõcluſionẽ quod donatio ſit re
11 uocabilis ante ratificationem ut non pro
cedat† ſi fiat in iudicio,& iudex decretum
ſuum interpoſuerit,iuxta Pari.con.69.nu
mero.149.libro 3.Barba.cõſilio.40.nu.9.
lib.2.ſed hanc limitationem ego non cre
do de iure ueram quia quo ad donantem
res eſt integra,& quo ad donatariũ bene
ficium in inuitum non confertur,uerum
propter conflictũ Doctorum in hac prin
cipali quæſt. contraria ſentientium,& ſibi
inuicem pugnãtiam æquius forte erit cũ
hac limitatione tranſire.cum magnorum
uirorum authoritate fulciatur, nec hacte
nus contradicentem inueniam.

12 Limita ſecundo,ſi ſaltem tacita ratifica
tio interueniſſet,quia † tunc donatio pri-
ma firma eſt,nec per donantem reuocari
poterit,idem enim eſt ac ſi expreſſe ratifi
caretur,ita expreſſe tenet Viuian.in dicto
uerſicul.donat.in fin.ueluti.ſi donãs eſſet
præſens,& tacẽs.Didac.d.par.3.num .13
uerſicu.uerum.ſi donatarius, dicens com-
munem. Præſumitur enim tacens ad ſuũ
commodũ cõſentire, & facit illud carmẽ
uulgatum.

*Quis niſi mentis inops oblatum reſpuat au-
rum.*

Quinimo uidetur ſufficere ſolam ſcien
tiam.Guid.Pap.q.23.num.12.Rom.conſ.
29.& 353 Aretin. in dicta l.qui abſenti.
num.4.Neuizan.d.conſi.35.numero 22.
uerſic.præſertim.Guter.in d cap. quamuis
nu.59.P.Nunez. de exequen. mand.re.
par.2.c.1.nume.2 Craue.coſ. 261. Rolan.
conſi.19 num.34 & conſi.4.uolum.2 ubi
iſtud ampliat etiam in ſcientia pręſumpta
ex conſanguinitate,& longinquitate,tem
poris Caualca.dicta deci.42.nume 24. &
25.Burſa.d.conſi.33.num.5. & ſi in dona-
tione nõ dicatur de abſentia,in dubio præ
ſumetur præſentia fauore actus, ut dict.
Boer.dicta deciſi.353.num 3.Caualca d.
deciſi.42.nume.18.licet contrarium uelit
Balb.de præſcript.dicta q.3.Anchar.quæ
ſtionum familia.lib.2.q.29.nu 24 Vnde ſi
tempore factæ donationes uterque donãs
& donatarius eſſent in ciuitate eadem, &
eodẽ die & coram eiuſdem teſtibus alter
alteri donationẽ feciſſet,ualeret donatio
etiam abſque ratificatione per ea quæ in
ſimili tenuit Bellon.conſi.5. nu. 14.& 16.
& hac coniectura attenta ita nouiſſime cẽ
ſuit Senatus totus congregatis claſſibus in
cauſa magna hæreditatis Domini Ferran
tis Vitelli Romani pro bonis multis, quę
in hac patria decedens relinquerat. referẽ
te.D.Ceru.1587.15.Nouem. de qua etiã
cauſa infra dicam deci. 199. Eſt & alia ac-
ceptationis coniectura, & præſumptio ſi
donatarius primus reperiatur poſſidere,
quia pręſumitur ratificaſſe,& poſſidere ex
ea cauſa donationis pambula, ita expreſſe
tenet Soci.Iun.conſilio.67.libro.3.Afflict.
deci.275.teſtator. num.8 Bal.in l nec am
bigi de donat.& idem Afflict.dec.393.nu
mer.8.& hic caſus apud me nullam habe
ret difficultatem attẽta regula, l.quoties.
C.de rei uindicat.licet in hoc contrarium
& male indicio meo ſentiant Deci. conſi.
239.nume.6.Aret.conſilio 17 colum. 4.
Cur.iun.dicto conſilio.129.numero.4. ad
di.ad.Guid.Pap.q 220.& 222.

Limitatur tertio dicta opinio, ſi ultra





13 notarium interueniat alia perſona,†quæ
pro abſente acceptet. Alben. conſilio 36.
poſt Barto.in l.ſi ego.D.de nego.geſt.prę
ſertim ſi eſt perſona,quæ poſſit prætende
re intereſſe,ut pater pro filio.Pariſ.conſil.
25.nume. 51.libro 3. Deci.conſil.226. co
lum.1.229.colum.3.Alb.dicto conſil. 36.
numero 4.& 5.quia pater recte filio in po
teſtate ſtipulatur,licet cõtrarium. ſenſerit
Barba.conſilio 40.numero 6.& 7.libro 2.
Gra.& dicto conſil.25.nume.16. ubi nec
etiam actionem per matrem filio quæri
uoluit.Et hoc caſu ita efficaciter tenet do
natio,ut etiam ſi reuocetur ante accepta
tionem cum conſenſu patris, uel alterius
perſonæ,qui cum notario abſentis nomi
ne acceptauit, tamen reuocatio nõ ſubſi
14 ſtet, nam & † notarius ipſe, qui ſtipula-
tus eſt,reuocare donationem nõ poterit.
ut per Afflict.in dicto capi.Baiulos,num.
43.quod tamen uidetur contra regulã iu-
ris,quæ eſt,ut omnes uinculum eo modo
diſſolui poſſit,quo colligatum eſt, l.nihil
tam naturale.de regu.iur.ſed reſpondeba
tur, id non procedere poſt ius quæſitum
tertio abſenti,& propterea quamuis ego
tenerem contrarium, limitationem præ-
dictam probauit Senatus in prædicta cau
ſa Secuſiæ.faciunt ſcripta per Donell. in
dicto §.alteri.numero 13.& 14. & nume.
59.& per ſtipulationem acquiri filiæ irre
uocabiliter ob præſentiam patris cenſuit
Senatus 1590.12.Ianuarij

Fallit,& limitatur quarto,ſi notarius ſti
15 puletur pro †infante.Alben.dicto conſil.
36.numero 2.& ita loquitur Bald. in alle
gata.l.cum a ſocero.ſicut etiam dicitur,ꝙ
fauore infantis quæritur per notarium di
recta actio Afflic.in dicto capit. Baiulos,
nume.42.in fin. ſed tunc requiritur rati-
ficatio cum maior fuerit, ut dicit Didac.
dicta quęſt.10.nu.18 & ita ſemper ego
conſulerem ad maiorem cautelam,quam
uis magnus ſit obex huic cautellæ,l.dona
tarium,C.de acquiren.poſſeſ.

Quinto limitatur,ſi primus contractus
16 ex cauſa† lucratiua,& ſecundus ex cauſa
oneroſa,is enim, qui eſt cum ſtipulatio-
ne notarij ſolus præfertur alteri pręſente
parte qui erit ex lucratiuo titulo. Iaſ. in l.
quoties.de rei uindi. facit,quod l.ſi me.&
Titium nõ habet locum contra poſſeſſo
rem oneroſum.Alex.conſilio 59.nu.3.lib.
1.Et quamuis contra hanc limitationẽ te-
nuerit Senatus nuperrime referẽte doctiſ
ſimo Senatore Mãfredo Goueano die 10.
Aprilis 1589. Tamen id fuit, quia in tali
donatione multa concurrebant, quæ ab-
ſentiam donatariorũ ſupplebant. Primo,
quod Notarius ſtipulabatur. Secundo iu-
ramentum. Tertio frater pro fratribus cõ
donatarijs etiam acceptabat. Quarto fie-
bat donatio ab auia nepotib.ex filio. Qui
bus omnibus concurrentibus iuxta conſi.
D.Craue.915. cẽſuit Senatus locum eſſe
donationi etiam in odium tertiorũ credi
torum,quamuis frater, qui acceptauerat
reuocationi donationis in fauorem tertio
rum cõſenſiſſet.potuit enim reuocari do
natio,quod ad eius portionem,nõ autem
quo ad alios fratres cõdonatarios,quibus
ius erat iam quæſitum.

Denique limitatur ſi donatio fiat con
iunctæ perſonæ & dilectæ, ut ſi pater do-
net filio,quia tunc acquiritur ius filio ab
ſenti irreuocabiliter Notario ſtipulante,&
iuramento interueniente, ut per Crauet.
cõſilio 915.Diuino ſubſidio,& ita cenſuit
Senatus in cauſa Gueiræ,& Lexonæ, refe
rente D.Crauet.1589.13.Martij.

## Vſus paſcui,ſiue ipſius paſcui diuiſio an peti,& fieri poſſit.

### DECISIO LXXI.

1 *Diuiſio paſcui communis peti non poteſt
contra.nume.2.*

VSVS paſcẽdi in quodam mõ
te communis erat duarũ cõ
munitatum in Comitatu Ni-
ceæ.Altera quę minorẽ nu-
merum habebat,& perſonarum, & pecu-
dum prouocabat ad diuiſionem, quæſitũ
eſt an diuidi deberet. Quidam putabant,
1 †diuiſionem peti nõ poſſe per l.uſus pars,
ff.de uſu,& habitatio.cuius tex. rationem
potuit Alcia.lib.1.paradoxor.cap.17.ſi.n.
partes nõ recipit,ergo nec diuiſionem, ut
late per Barto.& doctores in l. ſtipulatio
nes non diuiduntur in 2.oppoſit. & in 4.
quæſtione,ff. de uerborum obligatio. &
licet creſcant perſonę.ſemper tamẽ idem
omnibus debetur uſus, ut per Bartol. in
l.quarta. §.Cato.quæſtione ſexta. D. de

uerborum obligat. & pro hac opinione faciunt, quæ ſcribit Cæpo. de ſeru. ruſ. præd. c. 9. nu. 22. & nu. 38. in princ.

Contrarium tamē cēſuit Senatus, quia etiam in uſu locum habet remedium tit. commu. diuidun. l. item quamuis. §. ſi uſu communi diui. Licet enim ſeruitus diuidi non poſſit, tameu diuidetur commoditas per regiones camporum, ut tradit Cæpo. dicto numero 22. cap. 9. facit, l. communi diuidun. §. cum de uſufructu, D. comm. diuidun. Si uero id fieri non poteſt, fiet diuiſio per tempora, uel numerum pecorum, ut idem Cępol. in dicto ca. 29. numer. 38. ſcribit. & ad tales diuiſiones deuenitur ꝓpter cauſas, quas ponit idem Cæpol. nu. 39. eodem cap. præſertim uero diuiſioné recipiet, quando ſolum eſt proprium cuiuſque. l. quarta. §. de puteo. D. communi diuidun.

## Paſcui diuiſio qualiter inter plures communitates fieri poſſit.

*DECISIO LXXII.*

1 *Diuiſio paſcui cōmunis quomodo fiat, ſi una communitas ſit numeroſior altera & n. 2.*

3 *Communio in dubio intelligitur duas æquales partes.*

DVBITABATVR ulterius in cauſa, de qua ſupra
1 quomodo† fiat talis paſcui diuiſio inter plures cōmunitates ſi una & hominibus, & pecoribus altera numeroſior lōge ſit. Nā communitas plurium perſonarum petebat fieri habita ratione capitum, & iux. l. quærebatur. cum l. ſeq. ff. ad leg. Falcid. eo quod plus de monte fuiſſet habitura, cum pluri egeant decē pecora, & perſonæ quā quinque. iſtud uidebatur decidi ꝑ tex. in l. teſtatrix. §. fin. ff. ſi ſeruitu. uindic. iuncta l. Imperatores ff. de ſerui. ruſtic. prædi. ubi fit diuiſio pro rata prædiorum, & ſic, qui plus poſſidet plus habet de uſu rei cōmunis, & hoc in terminis paſcuorum decidit Calcan. cōſi. 34. colum. 3. per l. pecoris cū ſequen. de ſeruitu. ruſtic. prædior. Franciſ. Marc. dec. 223. allegabatur etiam pro hac parte conſilium Crauet. 153. nume. 1. Menoch de arbitrar. iudi. libr. 2. caſu. 245. ſed hi duo non probant, nam Craue. loquitur de uſu paſcendi duntaxat non de ipſius ꝓprietatis diuiſione, prout etiam loquitur in conſilio 60. Menoch. uero poſt Didac. Bertrand. P. Nunez. & alios numer. 14. caſum iudicis arbitrio decidendum relinquit; melius hanc quæſtionem pro hac parte uidetur decidere Alberic. poſt Odofred. in l. uſus pars. ff. de uſu. & habita. ubi uult, quod ſi legatus duobus ſit uſus paſcui, qui ſufficit decem equius, & unus habeat tres, alter uero ſeptē, diuidatur uſus paſcui, ut unus habeat ſeptima pars, alter tres.

Cōtrarium uero dicebat communitas
2 minus numeroſa† pro qua faciebat, quod dicit idem Alber. in dicta l. uſus pars ubi uult, quod quando illud paſcuum legatur duobus, quorum unus habet decē equos alter 100. diuident æqualiter, ratio eſt, ita abſorbent totum paſcuum. 10. ſicut cētum. Ita in caſu iſto toto monte frueretur hæc communitas ſicut altera, quæ eſt numeroſior. Vlterius adducebatur, quod hæ communitates licet haberent uſum paſcui, tamē ille non erat proprie uſus, quia habebat etiam omnes fructus, item, & proprietatē montis communiter, ut dicebāt
3 inſtrumenta antiqua, quæ communio† in dubio intelligitur in duas æquales partes l. etiam partis de uſufruct. ex quibus coniecturis ſi, ut res diuidi debeant æqualiter, nō pro modo perſonarum, ut eſt pulcher tex. in dicta l. Imperatores. de ſeruit. ruſt. prędiorum. 2. reſponſo. Mons enim ipſe erat cōmunis ipſarum communitatum & æqualiter diuidebant mulctas, & alia, & licet diceretur in inſtrumentis, ꝙ communiter eo uti poſſent ad paſcua & ſimilia, dictio illa *Vſus* improprie ſumebatur, cum res ſua nemini ſeruiat & ſic eſt uſus cauſalis & improprias, non autem formalis, ideo ceſſant rationes in cōtrarium adductæ, & ꝓpterea ex his quę diximus cēſuit Senatus æqualiter diuidendum montē 1562. 29. Octob. Carignani. Et iterum ita iudicauit in cauſa Valpergiæ quæ contendebat de communia cum communitatibus Camagnæ. Paſcen. & Praioni. Cēſuit enim diuidendam cōmuniam in quatuor ęquales partes, & hoc 1570. 24. Septemb. me referente.

Expenſæ



## Expenſę factę ante reperta inſtrumenta an uictum debeantur.

*DECISIO LXXIII.*

1 *Actor minus excuſatur quam reus in expenſarum condemnatione.*

2 *Expenſarum condemnatione ſit poſt inſtrumentorum productionem.*

HAERES intētauit remediū reītegrādę iuſto errore ductus, quod etiā poſt mortē patris defuncti illius tutores bona poſſediſsēt ipſius hæredis nomine. Reus, q̄ a patre emerat ignorās propter temporis diuturnitatem quis recepiſſet inſtrumenta, ſuccubuit in prima inſtantia, item, & in ſecunda, in tertia uero repertis inſtrumentis hisque productis obtinuit, quæſitum fuit, quid de expenſis ageretur. Quidam putabant actores in expenſis etiam primarum inſtātiarum cōdemnandos, quia cum patre eorum alienaſſet, doloſe, aut ſaltem temerariæ, (quod ſufficit iux. Didac. pract. qō cap 27. colum. 2.) uidebantur egiſſe, cum debuiſſent ante curare, ut ſcirent uenditionem a patre factam per l. qui in alterius,
1 D. de regu. iur. & tanto magis in actore, qui uenire debet bene inſtructus, †ideoq; minus excuſatur quam reus in expenſarū condemnatione, ut per Deci. in d. l. qui in ulterius Didac. practi. quæſtio. dicto capi. 27. col. 6. in princ. item, & quia etiam poſt productionem inſtrumentorum nō deſtitiſſent a lite ſecundum opin. Dec. in dicta l. qui in alterius nu. 7.

Alij putabant reum in omnibus expenſis condemnandum uſque ad diem productionis inſtrumētorum, quia fuit in culpa retardando illam productionem, & ſic cōdemnādus propter talem tarditatem. Bal. & alij in c. exceptionem, de except. ex eo quod agentes erant in bona fide.

Tertia fuit alicuius ex Dominis opinio ut omnes expenſę compenſarentur tam factæ ante quam poſt productionem inſtrumentorum, propterea ꝙ actor habebat duas ſententias pro ſe, ut tenuit Frāc. Marc. deciſ. 244. ſed iſtam opinionem nō probauit Senatus.

Quarta fuit quorundam opinio, quod eſſent agentes excuſandi ex eo, quod cum reus, q̄ emerat, uis reperire poſſet inſtrumentum, tanto magis excuſabuntur illi, qui erant hæredes, in quibus nulla erat, ſcientiæ præſumptio. Facit, quod no. Dec. in dicta l. qui in alterius; numero 5. item & excuſandi eſſent rei conuenti, cum non fuiſſent in culpa talis retardationis. Verū Senatus ſeu maior pars Dominorum me
* diam uiam amplectens cenſuit expenſas primarum inſtantiarum compenſandas & etiam tertiæ uſque ad diem productionis nouorum inſtrumentorum ut compēſetur culpa cū culpa ſi quæ fuit pro actoribus in nō indagando iure patris, & pro reo in non producendo inſtrumenta, iux. tradita per Dec. in dicta l. qui in alterius.
3 numero 9. in expenſis uero factis † poſt productionem inſtrumentorum cenſuit actores condemnandos, per doctr. Barto. in l. ſi quis inficiatus. D. depoſi. & in l. properandū. §. ſin autem alterutra. C. de iud. num. 2. Nec mouebatur Senatus ex opin. Decii in dicta. l. qui in alterius. numero 7. quia contra eam tenet Socy. Iun. in l. naturaliter §. nihil commune. nume. 71. de acquir. poſſeſſ per rationes per eum adductas, quas non repeto.

Minus obſtat ratio quæ ex dicta l. qui in alterius. deducitur, quod actor debeat uenire paratus, &c. quia huic rigori ex æquo & bono ſuccurit, ut Iulianus ait in l. habebat. D. de inſtit. act. l. 4. §. ulti. D. quod cum eo. l. 2. D. quan. de pec. act. anna. eſt. Vnde merito, & hic ex æquitate & reo, & actoribus ſuccurſum fuit, & hæc nota quoniam ſingularia, & quotidiana.

## Quittatio generalis de aliqua bonorū adminiſtratione an peti poſſit.

*DECISIO LXXIIII.*

1 *Quittatio generalis uti captioſa per creditorem peti non poteſt.*

2 *Quittatio particularis peti poteſt etiam per inſtrumentum.*

3 *Quittatio generalis adminiſtrationis an peti poſſit, & nu. 4. & 6.*

5 *Tex. in locum Aquiliana, D. de tranſact. declaratur.*

7 *Quittatio generalis a pupillo facta etiam*

cum

*tum decreto iudicis , & cum iuramento non tollit reuiſionem rationis, & ad quæ extendatur.*

QVITTATIO generalis
regulariter peti non de-
1 bet per creditorem,†quia
captioſa eſt,l.cum Aquilia
na.ff.de tranſa. quem tex.
ad hoc ibi mirabilem di-
cit Bart.quem ſequitur.Ange.Iaſ. & alij
ibi,& Alex.in l.ſi finita.§.elegāter. nume-
ro 21.ff.de dam.infec.Fely.in c.ſignifica
uit.colum fi.de teſtib.Barbat.conſilio 16.
numero 7.libr.2.Damouder. in patrocin.
pupillor.in titu.de tuto. & curator. liber.
c.1.nu.8.& 9.vnde infert Bartol.in dicto.
§.eleganter.quod arbiter ratione cōpro-
miſſi generalis nō poteſt compellere par-
tes ad faciēdā generalem , quittationem,
imo quittatio quantumuis generalis ob
id reſtringitur,vt late per Crau.in conſilio
221.libr.2.per totum,ſed quittatio parti-
2 culans † a creditore peti poterit etiā per
inſtrumentum,vt per Bart.in d.§. elegan-
ter,num.3.Capel.Thol.dec.307. vbi Au-
frer refert talis quittationis vtilitate . Da
mouder.in d.c.1.nu.9.tit.fi.

Sed quæritur,quid ſi non agitur de fa-
ciēda quittatione ſpeciali,puta vnius ſpe-
cialis debiti,ſed nec etiam de generali, id
eſt de omnibus,& quibuſcunque cogita-
tis prout uidētur loqui Doctores in locis
ſupra citatis.& infra citandis , & in termi-
nis generalis adminiſtrationis , ſed agitur
de quadam adminiſtratione bonorum ge
3 nerali,puta tutoris, † & hoc caſu videtur
talem generalem liberationem peti non
poſſe tam ex regula dictæ l.cum Aquilia-
na,cum ibi traditis,quam per tex in l.3.§.
contrarium,ff.de contrar.tut.& vti.actio.
ibi.

## Sed tantum de his, quæ ei propter tutelam abſunt.

Et pro hac opinione faciūt illa omnia,
quæ in his terminis tradit Damouder. in
d.c.1.a nu. 16.uſque ad 26.

In contrarium tamen videtur æquitas
4 neque enim æquum eſt.†quod is,q bona
fide negotia geſſit redditis rationibus non
liberetur,quia aut ipſe ait filij forte caſu
amiſſis libris rationum,poſſent in damno
eſſe,& ſic officioſum eſſet negociatori dā-
noſum cōtra iuris regulas,& ideo notabi
liter voluit Bar.in dicta l.3.§. contrarium
2.lectu.quod licet actio non competat tu
tori aduerſus pupillum pro generali libe-
ratione ratione adminiſtrationis , tamen
competet ei officium iudicis,allegat.l.fin.
C.de vſur.& pup.& ad æquum etiam eſſe
& vti tale admittere videtur Damouder.
in d.c.1.nume.11.vbi proponit eiuſmodi
quittationis formulam,& c.2.nu.49.Cla-
riuſque talis quittationis adminiſtratæ tu
telę petitionem ipſe admittit in d.c.2.nu.
45.poſt Anchar.conſi.110.

Nec obſtat l.cum Aquiliana quia Iuriſ-
5 conſul.ibi loquitur† in generaliſſima libe-
ratione,quæ captioſa eſt,cum trahi poſſit
ad incogitata,& ita videtur exemplifica-
re Doctores,præſertim Damouder.in d.
loco,ſecus vero ī vna adminiſtratione,q a
tūc magis eſt ſpecialis quā generalis quit
tatio , & hæc quittatio referetur ad om-
nia,quę adminiſtrationem concernunt,vt
Ozalc.dec 58.nu.10.

Nec etiam ob.tex.in d.l.3. §.cōtrarium
6 quia†loquitur in pupillo , vt verba text.
ſonant,qui facile poſſet decipi in tali libe
ratione , prout etiam dicimus in ſimili,
quod pupillus non poteſt prouocare ad
diuiſionem,gloſſ.in l.fina.commun. diui-
7 dun.& ideo dicitur † quittationem gene-
ralem iſtius adminiſtrationis a pupillo fa
ctum etiam cum decreto iudicis , & iura-
mento non tollere reuiſionem rationis,&
reliqua doloſe retenta.Ancharan.conſilio
33. Socyn. Ser. conſilio 159.& conſilio
190.libro 2.& conſilio 91.libro 4.Par.cō
ſilio 89.numero 19.libro primo.Caſtren.
conſilio 342.libro 2. Dec. conſil. 349.in
fine Damouder.in dicto capitul.2.nume-
ro 48.Boignin.Caualcan.in trac.de tuto.
& curato.cap.primo.num.103.& de hoc
exat in patria noſtra decretum.Sabaud.li
bro 3.ſub Rubr.dequittationibus minor.
quod ſuis gloſſ.ornauit D. Antonius Sola
compater meus, & Senator meritiſſimus
quem vide gloſſ.5.numero 7.& 8.& incli
nabat Senatus in una Niciē.1589.die 23.
Octobris referēte D.Senatore Craueta,&
hęc quittatio generalis porrigitur ad co
gitata tantum in genere. Medic.in tracta
tu de nouar.quæſtione decima. num.10.
non autem ad incognita,& ad ea de qui-
bus



bus captio eſſe poteſt.Grammat.dec.103.
nu.54.& ſic in Senatu in cōtingentia facti
dictum fuit talem quitationem generalis
adminiſtrationis peti poſſe. Anno. 1562.
Menſe Februarij, vide ad materiam Affli.
deciſione.319.Siluan.conſil.49. numero
50.& 54.

## Laudimium an debeatur ex uenditione facta cum pacto retro uendendi.

### DECISIO LXXV.

1 *Laudimium an debeatur etiam pendente termino luendi, & nu.2.*

3 *Laudimia duo debentur ex retrouenditione.*

4 *Laudimium non debetur ex uenditione nulla.*

LAVDIMIVM quod de
bet emptor directo Domi
no ratione emptionis rerū
feudaliū vel emphyteoti-
1 carū,an debetur † ēt pen-
dente termino luendi, dubitatum fuit . Et
in hanc quæſt.plures opiniones refert Frā
ciſcus Solſon.in ſua laudimior.lucerna cel
lula.10 vbi late examinat licet confuſe ad
modum,& ſatis in ordinate loquatur, ſed
breuibus, & deciſiue loquēdo Videbatur,
quod non,quia talis venditio non eſt om
nino perfecta, ſed reuocabilis, vnde cum
res poſſit reddi ad nihilum , non deberet
interim ſolui laudimium, & ita poſt mul-
tos ab eo relatos tenet Boer. deciſi. 182.
nu.39.& 234.in fine qui tamen videtur lo
qui iuxta conſuetudines Gallię, quæ in ca
ſu hoc uarie ſunt vt per Tiraqu.de retract.
conuentiona.§. ſexto nume.4.& hæc ſa-
pit æquitatem .

Contrariū tamē iudicauit Senatus bis
2 ann.1551.& anno.1572.quia† re vera nō
obſtante pacto de retrouendendo eſt uen
ditio perfecta,vt late Tiraquell.de retrac.
conuent.§.3.glo.1.num 14.multa addu-
cēns pro,& cōtra,& in terminis,quod de
beatur laudimium,tenet idem Tiraque.di
cto titu.de retract. conuent.§.6.num. 19.
qui etiam plus dicit ſcilicet, quod facta re
3 trouenditione † duo debebūtur laudimia
quam ſententiam late ſequitur, & exami
nat Cagnol. in l.2.num.237.C.de pact. in
ter empt.& ſequit Solſo. vbi ſupra.nu.20.
ubi tamen dicit ea conſuetudine Barcino
nię deberi medium laudimium pro quoli
bet contractu, ſcilicet medium pro prima
uenditione,& medium pro ſecunda uēdi-
tione,& ſic vnicum laudimium,& ita iudi
catum teſtatur,mihique non diſplicet hęc
cōſuetudo uti æquiſſima,& ibidem nume
ro 18.dicit communem opinionem om-
nium Doctorum eſſe , ut vnicum debeat
laudimium.Cæterū diſcrepant Cagno.&
Tiraquell.in eo,quod hic uelit tūc demū
ſecundum deberi laudimium,quando pa-
ctum deluēdo eſt appoſitum ſeparate ex
interuallo alter uero ſimpliciter etiam ſi
incontinēti,niſi adhibeatur cautela in mo
do proferendorū verborum,ita ut nō di-
catur de retrouendendo, ſed de reſtituen-
da mediante eo pretio.Quam tamē caute
lam ego nō probarem , quia reſtitutio fie
ri non poteſt,niſi reſoluta prima venditio
ne,& facta alia noua retrouēditione.Quid
enim aliud eſt reſtituere rē mediāte præ-
tio,quam retrouendere cum interueniat
res,cōſenſus,& prætium, & plus inſpici ſo
leat,quod agitur quam quod ſimulate cō
cipitur.Et ſupra dictam opinionem in his
terminis tenuit Domin. meus. & cōpater
Dom.Amedeus a Ponte Cameræ cōputo
rum Patriæ Pedemōtanæ primus Præſes
olim collega noſter,& nunc in Eccellētiſ-
ſimo Senatu primus Præſes meritiſſimus
in doctiſſimo & elegātiſſimo ſuo tract.de
Laudim.quæſtione 37. vbi refert etiā ſu-
pra relatas Senatus ſententias, & late hāc
quæſtione examinat cum pulchra diſtin-
ctione, ideo tu lector ipſum conſulito , &
Solſon,in ſupra allegato loco,qui pulchre
uoluit ,quod ſi pactum retrouenditionis
4 fuerit † adiectū in fraudem vſurarum ex
quo cōtractus nullus reddatur non debea
tur laudemium, ita ibi. numero ſeptimo ,
verſiculo.& ſic ſi in fraudem, quia ex con
tractu nullo nullum deberi laudemium ,
eandem ſententiam (pro qua iudicatum)
tenuit incert. author. in Prouincia omniū
Eccleſiarum.folio mihi quadrageſimo ter
tio verſiculo vendita fuerat. vbi reſpōdet
contrarijs.

## Pœna delicti minuitur ob temporis diuturnitatem, declaratur tex. in l. ſi diutino. D. de pæn.

### *DECISIO LXXVI.*

1 *Lex ſi diutino. D. de pæn. declaratur. & nu. 2. 4. 5. & 6.*
3 *Præſcribitur per uiginti in criminalibus.*

LEX ſi diutino. D. de pęn.
ſecundũ intellectũ aliquo
1 rũ vult, quod † ob lapſum
longi tẽporis minuatur pę
na delinquentis, & iſte cõ
munis uidetur Barto. & aliorum Docto.
rum intellectus, quem uidetur ſequi Bald.
de præſcrip. 4. par. §. ſecundo. quæro. uerſ.
ſecundo limita. Marſi. ſingula. 454. curſus
temporis. ubi dicit non poſſet tũc homici
dam decapitari; & eſt de mente glo. ibi, &
quod minuatur tũc pęna tenet Aegi. Boſ.
in titu. de crim peracto. nu. 18. & Tiraq. de
pęn. molien. cau. 29. vbi ponit rationẽ. Ca
rer. in §. homicidium. numero 368. Raina.
Cor. libro 1. indagat. iur. ca. 19. licet hanc
communem ſentẽtiam reprobent Ferrã.
Coraſ. & alij infra citandi. Sicuti enim cri
men recens acrius punitur, ut per Mar. de
rap. virg num. 178. & eſt tex. in d. l. ſi diu-
tino. ita antiquum delictum mitius puniri
neceſſe eſt.

Alij autem aliter l. ilam interpretantes
2 †ut Bude. & Aegid. Perenot. intelligunt il-
lam l. in verbis illis.

### Si quis diu in reatu fuerit.

Non iuxta communem intellectum de
delictis vetuſtate, ſed quod diu quis fuerit
uti delinquens in reatu poſitus miſere ui-
uẽs, quaſi quod ſcelera ſua tunc quaſi pur
gauerit, quam ſententiam comprobat au
thore Quintilia. & Sueton. idem Tiraque.
dicta cau. 29 num. 7. ſed mihi nullo modo
probatur, cum a ſenſu illo, l. ſi diutino, pe-
nitus abhoreat, nec eſt tuta aut veriſimilis.
Ideo Clar. libro. 5. ſententiarum, §. vltimo
quæſtio. 60. verſiculo præterea poteſt, de
leuioribus tantum criminibus loqui Iuriſ-
conſul. ibi voluit, Ferrand uero Adduẽſis.
libro. 1. explicat. cap. 50. Reatum ibi acci-
pit ꝓ ipſa accuſatione criminis, ſiue uera
ſit, ſiuo nõ, & ut ita dicam pro inculpatio-
ne, & cum eo videtur ſentire Duaren. lib.
1. diſputat anniuerſar. cap. 29. Ego ut dicã
quid de hac re ſentiam, exiſtimo cum Co
raſ. doctiſſimo lib. 2. Miſcella. cap. 20. rea-
tum in dicta l. accipi pro ſtatu delinquen
tis, nõ uti Bud. accepit de delicto cõtinua
to, ſed donec reus ſit a culpa liberatus, vel
damnatus, ſemper enim tũc reus criminis
dicitur delinquens, & ita etiam accipi rea
tum poſſe teſtatur Stephanus Forcatul. in
cupidi. iuriſperitor. cap. 4. nu. 7. ita ut ſen
tẽtia Modeſtini eo loci iuxta communem
noſtrorũ ſententiã, ſit, ut propter diutur
nitatẽ tẽporis in quo reus in crimine ſuo
neque ſolutus neque damnatus permãſe-
rit, cum inde res in iudicio deducta ſit, mi
tius puniatur, & ita uidi in Senatu noſtro
practicari in quodam, qui nobilem quen-
dam de Viola Marchię Cęue ex turre pręcipitauerat
lapſique erãt quindecim anni,
qui fuit relegatus ad Triremes. Item & in
cauſa alterius Turrinetti, qui D. Ferrãdũ
auunculum meum ex Comitibus caſtri
montis cum alijs ſociis graſſatoribus occi
derat Nam licet is ob dominum occiſum,
ſi recens fuiſſe delictum debuiſſet non ſo
lũ laqueo ſuſpendi, ſed etiã in fruſtra ſcin
di, & dilaniari; tamen fuit morti condem
natus ſimpliciter, & propter ordinẽ Prin-
cipis, qui remigatoribus ægebat, ad Trire
mes ꝑpetuo damnatus, propterea quod
delictum iam 25. annis cõmiſſum fuerat
immo uidebatur omnino liberandus quia
3 †omnis actio fiſcalis uicẽnio extinguitur,
ut Martian. ait libro Baſilicor. 60. titu. 49.
cap. 3. ubi tamẽ Cuiac. ait id procedere iu
re veteri qa hodie ex nouella cõſtitutio-
ne Imperatoris Baſilii actiones, quæ fiſco
competunt pecuniariæ, & forẽſes immor
tales ſunt, neque ullo tempore concludun
tur. Verum cum hæc Imp. cõſtitutio odio
ſa ſit, neque inſerta in corpore iuris, non
erit ſeruanda, ſed ius vetus ſequendum,
quod firmatur ex l. querela 12. cap. ad l.
Cornel. de fal. ſed in hoc caſu fuit ille cõ-
demnatus propter atrocitatem criminis,
ſed de his dicam infra ſuo loco.

Retenta igitur cõmuni explicatione il
4 lius l. ſi diutino Declara † nunc, ut proce-
dat ſi nunquam contra illum reum actũ
eſſet, ita ut nulla fuiſſet ſequuta condẽna-
toria ſententia, ut ibi per Bar. cui declara-
tioni



tioni repugnat ſecundum Raina. d. c. 19. 2.
pars illius. l. ubi Iuriſconſul. non ita vult
puniri ueteres delinquẽtes, quã qui in re-
centi ſententiam accipiunt, & ſi condem
natos, ſed hæc ſententia non arridet.

5 Declara† ſecundo, ut requiratur, quod
ille poſtea ſemper bene uixerit, vt per Ti-
raquel. dicta cauſ. 29. numero 5. & 7. nam
hoc caſu leniri pęna ſolet, ut iurib. & Pli-
nii authoritate pulchre docet Forcatul. in
d. c. 4. nume. 8. Rainal. Corſ. dicto cap. 19.
ubi dicit ſufficere ſi per triennium bene
reus vixerit.

6 Tertio intelligitur in delicto† momen
taneo, vt in homicidio, vulnere, furto, bla-
ſphemia, & ſimilibus, nam tunc bene mi-
tius punietur reus, ſecus in delicto conti-
nuato, ut adulterio, vſura, hæreſi, & eiuſ-
modi, ut dicit gl. in dicta l. ſi diutino, Tira
quell. dicta cauſa 29. nume. 3. Balb. dicta
par. 4. 4. par. principal. §. 2. quæro de pſcri
ptionib. ex qua declaratione impugnatur
Budæi ſententia ſuperius relata, tũc enim
tanto maiora uidentur delicta quãto diu
tius infelicem animam detinent eo crimi
ne alligatam.

## Mora purgatur, etiã ſi ſit dies, & pœna ſi incontinenti aliquid fiat, & quando quid incontinenti factum dicatur.

### *DECISIO LXXVII.*

1 *Mora regulariter non purgatur ubi eſt dies, & pœna.*
2 *Mora purgatur in præparatorijs iudiciorũ modo incontinenti purgetur.*
3 *Incontinenti factum quando quid dicatur.*
4 *Fugiens è carceribus ſi incontinenti redeat non punitur, nec habetur pro confeſſo.*

MORA non purgatur regula
riter, ubi eſt dies, & pœna,
quæ interpellant pro homi-
1 ne, † ut per Doctores in l.
& ſi poſt tres. D. ſi quis caut.
& in l. ſi inſulam. D. de verborum obligat.
vbi Ripa nume. 37. allegat multa iura, &
dicit communem. Fallit tamen hæc regu
la pluribus modis, ut per Ripa. in dicta l. ſi
inſulam, nume. 42. & 45. & præſertim in
præparatoriis iudiciorum, ꝑ text. in l. & ſi
poſt tres. & ibi hoc tenet Bart. ponens ra
tionem, & ſequitur Alexand. ibi, & Iaſ. nu-
mero 20. Seyſſell. in dicta l ſi inſulam, nu-
mero 19. Ripa, numero 61. verſicul. ex no
2 na. † quod tamen ſublimita, & intelligo
dũmodo incontinenti mora purgetur, ut
dicit idem Seyſſel. in dicta l. ſi inſulam, nu
me. 27. & communem dicit Menoch. de
arbitra. iudic, libro ſecundo, caſu 7. in prin
3 cipio. Incontinenti autem† quid fieri dici
tur non ſtatim, ſed cum tẽperamento, id
que arbitrio iudicis, Bart. & Doctores in
dicta l. & ſi poſt tres. ubi Alexa. dicit com-
munem, & Ripa in dicta l. ſi inſulam, Me-
noc. dicto caſu 7. numero 15. ita ut iudex
ſpacium aliquod cum temperamento tri-
buat, iuxta Pauli interpretationẽ in l. pri
ma, §. item ſi ita, D. ad legem Falcidiam in
l. quod dicimus 105. D. de ſolutione, idq;
aꝑtè Scęuola ſcribit in l. ſi ita. 135. §. Seia
cauit. in fine, D. de uerborum obligatio. &
boni prætoris eſt talẽ reſtitutionẽ in mo-
dica mora dare, vt egregiè Marcellus ſcri-
bit in l. diuus. D. de in integ. reſtit. hancq;
interpretationẽ iuſtam (hoc eſt propriã)
alibi idẽ Paulus nominat in l. ſed & ſi alij
D. de conſt. pecu.

Ex quibus inferebam in facti contingẽ
tia, quod Do. Melchiõ Garretus, qui fuit
condemnatus in ſcut. 600. ex eo, quod nõ
cõparuerat perſonaliter in die aſſignata,
potuit ſe conſtituendo in carceribus illinc
ad octo dies allegando non potuiſſe prius
venire, moram, & contumaciã purgaſſe,
* & ita iudicatũ fuit in Senatu 1562. Men-
ſe Octobris, & audio ita ſemper ſolitum
obſeruari, ut poſt breue tempus, licet ſine
pœnę declaratæ, poſſit mora purgari pręſertim
cũ ius fiſci nõ ſit factum deterius,
per dictam l. & ſi poſt tres. Neq; enim, ut
Iuriſconſult. ait magnum damnum eſt in
mora modici temporis. l. ſi debitori. D. de
iudic.

Item & ex ſupradictis infertur, quod ſi
4 quis aufugerit è carceribus, † inde ſe ſpõ-
te conſtituerit incõtinenti, uel etiam poſt
octo dies nõ poſſet pœna effractionis car
ceris & confeſſionis delicti coerceri, ſed
alia leuiori propter inobedientiam, quia
habuiſſe dicitur, tunc animum redeundi,
Grillãd. in tractatu de relaxat. carcerator.

ſ nunc videndum nu. 11. & 12. Grammatic. inter criminal. conſi. 57. nu. 1 ita ut nō ſit locus torturæ, & ita iudicatum in cauſa
* Giaglioni 1587. Qualiter vero purget mora in fideiuſſore, qui promiſit præſentare aliquem ſub pœna, traditur in l. ſancimus C. de fideiuſſoribus, & per Do. Ozaſc. deciſione 49. ſicut & confeſſio delicti non oritur, ſi carceratus ianuis apertis per ſocium in carcere aufugerit, nec enim tunc punitur pœna effractionis carceris, Pet. Duen. in tracta. reg. in litera F.

## Pactum inter contrahentes factũ, ut fructus rei pignoratæ ĩ ſortem nō cōputentur, an uti uſurarium damnetur non coſtante iuris ciuilis diſpoſitione.

### DECISIO LXXVIII.

1 *Fructus rei pignoratæ computantur in ſortem, & quid ſi aliter conuentum ſit inter partes, nu. 2. & 3.*

4 *Intereſſe legitimum etiam in pignore peti citra uſuræ periculum poteſt.*

1 FRVCTVS rei † pignoratę computantur in ſortem l. 1. 2. 3. fin. C. de pignorat. act. idque præſertim contractu mutui, vt late per Crau. conſil. 189. n. 7. verſi. videamus modo, ubi voluit intereſſe etiam conuentum nō deberi, late Do. Alfōſus Vilagut Neapolitanus in ſuo tract. de vſuris. q. 21. per totam, vbi pluribus concluſionibus hanc illuſtrat regulam. Fallit tamen hæc regula generalis
2 de iure ciuili † ſi inter cōtrahētes, ita conuentum ſit ut cedant lucro creditoris pro ſuo intereſſe. l. ſi ea pactione. l. ſi ea lege. & l. pignor. C. de vſuris, de qua re pulchre Cuiac. obſeruat. li. 8. c. 17. Qui & hanc cōuentionem antichriſim appellat, ut etiam li. 3. obſeruat. cap. 35. vſura enim regulariter in ſtipulatum deducta debetur l. in bonæ fidei. C. de vſuris. & ibi Azo. in ſumma numero 6.

Sed dubitatur, an illæ leges procedant etiam de iure hodierno Canonico, quod in materia vſurarũ, & peccati ſeruandum eſt, & videretur, quod non, ita ut pactum illud inualidum ſit quia tex. Canonici generaliter loquuntur, & uolunt, quod ſemper fructus computētur in ſortem. ca. illos de pignorib. cap. ad noſtram, de emp. & uend. cap. 1. & 2. de vſu. Alexan. conſil. 31. num. 13. verſiculo præterea, & conſil. 200. num. 6. libro 6. natat. in cap. ſalubriter, de vſu. & ita priorem regul. ſic tenendo ampliat Sebaſt. Medic. in tract. de compenſat. part. 1. quæſt. 6. nu. 9. dicens tale pactũ non valere uti vſurarium poſt Bal. in l. 1. C. de diſtrac. pignor. Io. Lup. de vſu. coment. 3. § 6. num. 10. Moder. Pariſien. conſi. 41. num. 2. dicens non ualere etiam præſcriptionem.

3 Contrariũ tamē † uoluit Alberic. in dicta. l. ſi ea lege. vbi dicit illos tex. loqui in caſu diuerſo, & dicit ita tenet Cy. & ad iura canonica allegata in contrarium poſſe reſponderi, quod loquũtur iux. iuris ciuilis regulã, & diſpoſitionem in dict. l. 1. & 2. C. de pignor. act. & ſi alijs in caſibus de iure canonico non cōputantur fructus in ſortem, vt per gl. in capitu. conqueſtus de vſuris. multo minus computari deberēt ſi ſit conuentum. Verum quicquid ſit exiſtimo ego hãc cōuentionem uti vſurariam non ſubſiſtere, & reijciendam eſſe, prout illam ſe in facti contingentia reieciſſe teſtatur Borgnin. Caualcã. deciſione 49. numero 13. deciſio. 48. numero 32. parte 2. &
* ideo Senatus cenſuit in cauſa Abduæ non eſſe uerã opinionem Alberic. niſi aliunde probetur intereſſe patris, & quod tantum interſit quanti ualebant fructus rei pignoratæ, tunc enim nō dicetur vſura, ſed legitimum intereſſe, vt dicit glo. in dicto cap.
4 cōqueſtus, † quod intereſſe debitum eſſe iudicauit Senatus in eadem cauſa, ut etiã teſtis eſt in hoc puncto Dom. Ozaſc. deciſione 143. nume. 2. Cæterum in hac quæſtione magnam diſtinctionem Moder. de vſuris, ſiue Caballinus adferunt in eo. tractat. quæſtione 35. numero 259. & ſequē. cum quibus tranſit nouiſſime uir doctiſſimus And. Gail. Germanus practicarũ obſeruatio. libro ſecundo, obſeruatio. 3. per totã. late de materia Contrad. Sumena. in tractatu de contractibus, tractatu 2. quæſtio. 32. quem pro caſu conſcientię lector uideas.

Pœna



## Pœna adiecta quãtitatis dationi nō debetur uti in fraudem uſurarum poſita, & quid ſi a iudice, uel ſtatuto adiecta fuerit.

### DECISIO LXXIX.

1 *Pœna adiecta quantitatis dationi ut in fraudem uſurarum appoſita, peti non poteſt.*

2 *Pœna adiecta à iudice in cōdenatione quã debitor ſpontanee facit, et parti a fiſco in caſum nō facta ſolutionis applicata, an debeatur.*

3 *Pœna non debetur niſi quatenus, & quanti interſit.*

1 POENA appoſita quantitatis dationi uidetur appoſita in fraudem † uſurarum & ideo ut illicita peti non poteſt. l. cum allegas. C. de uſur. late Alexan. conſi. 47. 50. & 51. lib. 4. Franc. Marc. quæſt. 411. nume. 23. Ancharan. conſi. 93. Lauren. de Rodulph. de uſur. queſt. 67. Ambro. de Vignate in eodem tracta. nume. 10. Afflict. deci. 135. num. 2. Ruin. conſi. 133. num. 8. lib. 1. Rebuff. in l. 1. nu. 227. uerſiculo ſexto extende. C. de ſentent. quæ pro eo, quod īteſt profer. Caball. de uſur. num. 238 & a conſil. 41. nume. 3. & dicit Afflict. in dict. deciſ. 139. quod ſtilus ſacri conſilij obſeruat, ut ſiue facto ſiue ſummæ adiecta ſit pena, tamen non habetur ratio eius niſi ꝓ rata intereſſe, & ita cenſuit Senatus hocq; iure utitur, ſemperque hunc ſtilum ſeruauit, quamuis Hoſtien. in ſumma de uſuris num. 13. hoc iudicis arbitrio diffiniendũ relinquat.

2 Sed quæritur, quid ſi talis pœna appoſita eſt non a parte in contractu, † ſed a iudice uel a ſtatuto, ut in cauſa Ferrarij [...]ntra quoſdam Bernerio, ubi aderat ſpontanea confeſſio, & iudicialis cōdemnatio ut intra tale tempus ſoluerētur aurei 350. & ſi non ſolueret debitor, a tali tempore curreret qualibet die pœna aureorum. 5. pro tertia fiſco, & pro duabus tertijs parti applicanda, tũc enim propter pręſentiam iudicis uidetur ceſſare timor, & ſuſpicio uſurarum per ea quæ in his terminis no. Alexa. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri num. 16. & 17. ff. de uerborum obligatio. & cōſilio 50. numer. 4. libro 4. ad additio. ad Ale. cōſilio 119. numer. 11. ubi loquitur in compromiſſo. Marc. dicta deciſio. 411. nu. 12. & uidetur eſſe de mente Hoſtien. prout refert Lauren. de Rodulph. in dicto tract. de uſur. dicta quæſtio. 67. faciunt, quæ ſcribit Sarmient. libro 3. ſelectar. interpreta. ca. 6. numero 6. in princip. ubi uoluit pœnas nō deberi niſi iudicis factum interuenerit, quod ſi interueniat, tunc etiã in conſcientia debitas eſſe, & ita uidetur de mente Tiraquel. quem ꝓ idem Sarmient allegat in l. ſi nunquam in uerbo, *Reuertatur*, n. 291. & ſequen. C. de reuocã. donatio. Addo ulterius id non uideri iniquam, quia hęc pœna ideo a iudice ſolet pacto adijci; nec creditor a debitore cum maximo ſui incommodo, & damno fruſtretur, & ita, ut adueniente tēpore ſine mora ſoluat commerciaq; hominum ob id faciliora ad reipub. utilitatem reddantur.

Cōtrarium tamen uidebatur eſſe dicēdũ in cauſa propoſito, quia licet adſit condemnatio iudicis, tamen illa cēſetur facta ad cautelam, ſpontanea confeſſione, & remiſſione partis accedente, quaſi quod ita partes, priuſquam iudicem adirēt inter ſe conueniſſent, item, quia pœna hæc pacto adiecta nimis rigoroſa erat, & grauis, & tã quam iudice ęquo indigna ob id reijcienda. Ad Alexa. reſponderi poteſt quod ipſe in dicto. §. alteri. non firmat pedem in hac cōcluſione, contra quam in caſu propoſito latiſſime conſulebat Crauet. in præſēti cauſa conſilio 693. numero 11. & 15. lib. 4. qui conſuluit in fauorem illorũ de Bernetio, tenens nullo modo commiti pœnam, 3
imo nec etiam quod ad portionē fiſco addictam, tanquam acceſſoriam alterius partis debitæ creditori, ratio enim text. in dicta l. cum allegas. ubique militat ſiue ſit præſentia iudicis, ſiue de iure fiſci agat, ſed de hac re quo ad fiſcũ dicã infra dec. 93.

Nec obſt dictũ Sarmiē. & Tiraq. quia, illa opinio procedit in condemnatione iudicis, facta non ratione promiſſionis uel quãtitatis adiectionis, ſed uel propter delictum uel terrorem aut intereſſe & ſic in aliquam pœnam impliciter quas fuerit ꝓ iudicis declaratoriã ſententiam condemnatus poſt tempus parēdi decurſum, & ita

loquit Tiraq. & D. Tho. ac alij per Tiraq. allegati prout latius dicam in d. deciſ. 98.

Ex quibus uidere licet difficultatẽ huius quæſtionis, propter cuius ambiguitatẽ ego diſtinguebam in caſu prædicto, quod aut ex decurſo tempore promiſſæ ſolutionis intereſſe, aliquod paſſus eſt, & damnũ creditor poſt moram debitoris, & tũc ſubſiſtat pæna parti addicta nõ ꝓratione uſurarum, ſed pro intereſſe, & damno, q̃a re-
3 gula eſt uera, † quod pæna in prætorijs, & iudicialibus ſtipulationibus non committitur niſi interſit, & ꝓrata intereſſe, ut per D. Ozaſc. deciſ. 70. nu. 11. & 13. & dicã infra d. deciſio. 98. aut uero nullũ intereſſe paſſus eſt creditor, & tunc hęc pæna etiã in ſtipulatũ deducta, uel a iudice addicta non debeantur, & hãc diſtinctionem in ſupradicta cauſa probauit Senatus cenſens pænam parti addictam nõ deberi niſi pro rata intereſſe legitimi eam uero, q̃ fiſco ſtipulata erat, ĩ ſuſpenſo retinuit, donec fiſcales audierunt, ſentiẽs tamen illã enim non deberi, ut in d. deciſ. 98. per rationes a D. Crau. in d. conſ. 693. allegatas.

## Vſufructu ueſtium, & aliorum mobiliũ uxori legato qualiter indemnitati hæredum cõſulatur, & finito tali uſufructu quõ fiat reſtitutio, & quando per uxorem cautio ſit prædanda, & quid ſtante minori ætate hæredis.

### DECISIO LXXX.

1 *Vſufructu mobiliũ legato qualiter reſtitutio fiat.*

2 *Vſusfructus legatum cautionẽ requirit ne talis cautio per teſtatorẽ remitti poteſt.*

3 *Mulier relicta uſufructuaria qualiter cauere debeat, quãdo, & quomodo inuentarium facere teneatur.*

1 VSVSFRVCTVS ueſtiũ legatus fuit uxori, & aliorũ mobilium, † quęſitum fuit qualiter finito uſufructu facienda eſſet reſtitutio. Controuerſia etenim eſt inter noſtros, quidã enim putãt reſtituẽdas ueſtes, prout reperiuntur finito uſufructu, ita ut conſumantur damno ꝓprietarii, hæredes, ita tenet Imol. in c. fin. de pignorib. per tex. in l. 1. ff. de uſufru. quem admo. caue. & Bertach. in §. uſufructuarius conuenitur. nume. 9. Addo ego bonũ text. in l. ſi uſusfructus. §. ſi ueſtis. D. eod. titu. ubi promiſſor non obligatur, ſi ueſtem attritam reddiderit ſine dolo. Matt. deciſ. 817. nu. 5. & 818. par. 1.

Cõtra, quod debeat uſufructuaria cauere ſe in eadem bonitate ueſtes reſtituturã uel pecuniam illarum facta æſtimatione, habito reſpectu ad tẽpus quo uſufructuaria illas recepit, uidet tex. in l. ſi uini olei. ff. de uſufruct. ear. rer. quæ uſu conſumun. ſed clarior. tex. in §. cõſtituitur. Inſtitu. de uſufruct. per quem ita ſentit Socin. cõſ. 9. libro 4. Alexan. conſilio 58. libr. 3. num. 5. & 6. Pariſ. conſilio 96. numero 3. libro 2. Corn. conſilio 187. numero 4. libro 2. Bal. conſilio 231. libr. 5. Pinell. in l. 1. 2. parte numero 75. 78. & 80. in fi. ubi dicit communem. C. de bon. mater. poſt Bertran. cõſi. 40. num. 7. lib. 2. Alciat. lib. 7. parergon. cap. 2. & hanc magis communem dicit Ludouic. dec. Peruſ. 61. numer. 15. pa. 2. Syluan. conſilio 73 num. 3. libro 1. Rolan. cõſilio 92. num. 22. & 25. lib. 1. & ita cenſuit
* Senatus in cauſa Paſerii, & Tortelli, in qua etiã iudicauit, quod deberetur proprietario examinatio bonorũ mobiliũ, quæ exportata fuerunt a militib. anno. 1563. Mẽſe Martii, referẽte D. Senatore Coſta forte Foſſanen. & ſolet pręſtari hęc cautio ita ſe uſuram ne abutatur, iuxta l. ſed & ſi quid §. & ſi ueſtimentorum. ff. de uſufru. Hinc q̃ eſt quod in uſusfructus reſtitutione le-
2 ge cautionem requirunt. † ſi uſusfructus legatus ſit ſiue res ſint mobiles, ſiue immobiles. l. uſufruct. C. de uſufruc. cum alijs iuribus per Ozaſc. allegatis, deci. 153. nu. 1. Immo talis cautio ab uxore pręſtanda eſt etiã ſi teſtator expreſſe prohibuerit talem cautionem peti. Iaſ. conſilio 40. li. 1. Crau. conſilio 187. numer. 7. late, & doctè more ſuo Pinell. in dicta 2. parte. numer. 76. qui dicit duram eſſe hanc deciſionem. Ancha. Iunior quæſtion. familiar. libro 3. quæſtione 22. nume. 4. & quæſtio. 50. Andr. Gail. practicarum obſeruatio. libr. 2. obſer. 144. in fine. & ſequ Roland. dicto conſil. 92. in principio Alben. conſilio 55. Sed an ſufficiat iuratoria cautio, uide Dom. Ozaſc. di

cta



cta deciſione. 153. & Pinell. dicta. 2. par. numero 79. in fine. & nume. 80. & de materia late Caualcan. in tractatu de uſufruct. mul. relict. nume. 146. & 148. 150. & per totum.

Probabiliter tamẽ hic dubitari poſſet,
3 quando a muliere uſufructuaria † relicta, ſit præſtanda cautio, & cõmunis uidetur eſſe concluſio, quod non teneatur niſi fuerit interpellata ab herede, & interim facit fructus ſuos, ut in terminis cõſuluit Dec. cõſilio 607. in primo. dubio. late Pinellus in l. 1. 2. par. numer. 77. C. de bonis maternis. Gabriel. libro. 5. concluſio. 1. num. 40. Ludou. deciſio. Lucen. 31. numero 7. & ſequen. & quamuis Ruin. in conſilio. 50. numero 12. & conſilio. 102. nume. 5. & ſeq. libro. 2. uoluerit mulierem uſufructuariã teneri etiam non interppellatam tamen illius opinio eſt intelligenda, quando hæres erat in poſſeſſione, ſecus ſi ipſa mulier, ut late in hac materia cõcludit Borgnin. in dicto tractatu. numero 85. & 90. Pariſ. cõſilio 95. nume. 63. & 64. libr. 2. & hæc opinio procedit etiam in inuentario, ut omnes notant & tenent Rolã. de inuẽta. parte ult. §. an mulier uſufructuaria. nume. 4. *
quia iſta æquiparantur. Tenebitur tamen facere inuentariũ ad for. l. fin. C. de iur. de liberam ſecundũ aliquorum opinionem, quam ſequitur Borgnin. in dicto tract. nume. 143. qui tamen limitat niſi fuerit remiſſum a teſtatore, nam tunc ſufficiet ſimplex deſcriptio. Sed ego crederem mulierem relictã uſufructuariam nõ teneri ad illud ſolenne inuentariũ de quo in dicta l. fin. cũ ſit diuerſiſſima ratio, nam ibi tot ſolennitates requirũtur, quia de multorũ intereſſe tractatur, cũ hæreditas ære alieno onuſta eo caſu præſumat, hic uero de intereſſe ſolius hæredis ꝓprietarii tractatur, ideo ſufficiet ſimplex deſcripti corã iudice, & teſtibus cum iuramento mulieris, uel vſufructuarij, ꝙ inuentarizat omnia, & quæcunque bona & c. Pinell. l. 1. 2. par. num. 22. C. de bo. mater. Rolan. in tracta. de inuent. par. ult. c. fi. in fi. & uidetur tex. in l. 1. §. recte. D. uſufru. quem ad caue ubi glo. uerbo fauent. Afflict. deciſio. 342 in fin.

Quæri tamen adhuc poteſt ſtante ueritate cõmunis concluſionis, quod mulier nõ teneatur cauere niſi fuerit interpellata, & interim faciat fructus ſuos an illud habeat locum in minore, qui nõ poteſt interpellare: uideret enim hoc caſu uſufructuarum teneri quia ipſius perſona inſpecta mora currit ſine interpellatione, ut eſt pulchre tex. in l. minorem. C. in quibus cau. in integ. reſtit. neceſſar. non eſt. Cõtrariũ tamẽ uerius eſſe credo, quia fere omnes Doctores præcipue Dec. in dicto cõſilio 607. ponunt caſum in muliere relicta uſufructuarium, & quæ etiã tutrix teſtamentaria, & ſic quãdo res agitur cum minore, & tamen tunc uoluerunt etiam fructus ſuos facere uſufructuariam. Neq; mouet ille tex. quia loquit in moroſo debitore pupilli, qui uel debet pecuniam, uel legata legatariis ꝓſtare ex mora irregulari & propterea Imperator ibi ſe explicat, ut hoc procedat in his tantum quæ moram deſiderans, quod hic non eſt, cũ primo requiratur interpellatio, & hoc præſertim ſi pupillus tutorem haberet, quia cõtra illũ poteſt agere, ut dico infra deciſ. 102. & ita in iſtis omnibus quæſtionib. nempe, quod cõmunis opinio procedat etiam in minore, & ſufficiat ſimplex deſcriptio, cẽſuit, Senatus in cauſa Pigne Mariole, & Feæ. 586. 18. Decembris. Referẽte Domino Senatore Eumolio.

## Sententia per quam abſoluitur reus alio non edocto, vel ſtãtibus actis prout ſtãt, an ſit diffinitiua.

### DECISIO LXXXI.

1 *Sententia lata cum clauſula* alio non edocto *uel* ſtantibus actis prout ſtant, *tranſit in rem iudicatam.*

2 *Delegatus, cui in petitorio, et poſſeſſorio cauſa commiſſa fuit pronuncians & abſoluens reum cum clauſula alio non edocto ſuam ſententiam reuidere non poteſt.*

SENTENTIA per quam abſoluitur reus, alio nõ edocto,
1 † uel ſtantibus actis prout ſtant, uel alio non apparente eſt diffinitiua, & tranſit in rem iudicatam. Socin. conſilio. 91. libro 4. & licet uideatur habere uim interlocutione, quia ex nouis iuribus põt reuideri,

fieri,& reparari etiam ab eodē iudice, & immo mere interlocutoriā eſſe dicat Purpurat.conſil.151. tamen in hoc ſapit natură diffinitiuæ,quia niſi aliud de nouo producatur non poterit reuocari. Alciat.in l.ſi calumnietur.D.de uerborum ſignificatio. Aretin.in §.appellatur.numer.29.inſti.de exceptio. & ita cēſuit Senatus in cauſa Ciriaci, & Sancti Mauritii anno. 1563.2.Aprilis,& hoc magis procedit,ſi hæc ſētētia totum diffiniat negotium,cum expē.& de obſeruătia Senatus ī hoc caſu teſtatur.D. Sola in commētar.ad decreta antiqua tit. de concluſio.in cau.& prohib.ſupplicatio 3.part.glo.2.numer.5.uide Didac. uariar. reſolutio.libro.1.capit.1.numer.8. & hęc clauſula lapſo biennio euaneſcit, ut per Alciat.in dicta l. calumnietur. Quod tamen ego nō auderē firmare, & crederē requiri ſaltem decenium, cum illud tēpus uideatur tacite a iudice datum, ut interea quis perquirere poſſit alia iura ſua, in qua regum tempus concedendum eſt, quod eſt decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, ut rubri, & toto titulo.C. de praeſcript.longi temporis.10.uel.20.annorum,neque enim anguſtăda eſt uia probationibus.

Ex quibus inferebatur. quod† delegatus cui commiſſa eſt cauſa in petitorio,& poſſeſſorio,& iudicat in poſſeſſorio abſoluendo reum ſtantib.actis prout ſtant,non poteſt poſtea ex nouiter productis ſuă ſententiam reformare, quia iam functus eſt officio ſuo, & non durăt amplius ſua iuriſdictio in cauſa poſſeſſorii, quamuis ſecus eſſet in ordinario l.ſi ut proponis.la.1.& l.ſi Preſes.C.quomo.& quan. iud.& ita cēſuit Senatus in cauſa Fruzaſchi, & Comitiis Intermontium. Anno.1573.18.Iulii, ſed an ſtante hac clauſula in ſententia poſſint dici tres ſententię conformes, dixi infra deciſione.122.

## Iudex laicus cognoſcit ī poſſeſſorio in cauſa beneficiis,& quid ī poſſeſſorio adipiſcendæ.

### DECISIO LXXXII.

1 *Iudex laicus cognoſcit ſuper poſſeſſorio beneficii inter clericos.*

2 *Iudex laicus cognoſcit in poſſeſſorio retinenda,& recuperandæ ſine reintegrandæ.*

3 *Iudex laicus an cognoſcat ſuper poſſeſſorio adipiſcenda, in cauſa Eccleſiaſtica. & num. 194.*

1 IVDEX laicus poteſt cognoſcere quotieſcunque requiſitus fuerit † ſuper poſſeſſorio a beneficiis inter clericos, quia eſt quid temporale, & fact. poſſeſſio gl.in ca. literas. de iuram. caſum Boer.deciſ.69.nu.23. cum aliis relatis per Didac.pract.quæſt.cap.35.colum.12.& 3. & crebriorem dicit Ozaſ.deci.116. nu.1. Addo Myſinger ſingul.obſeruat.centur.2 obſeruat.69. in princ.ubi ita iudicatum in Camera Imperiali teſtatur, & hoc iure utitur continue Senatus,& fuit reſolutū de iure fieri poſſe me interueniente cum reuerendiſſimo Domino Nūcio Apoſtolico Domino a Sācta Cruce nūc Nuntio apud Cæſarem.Quamuis cōtrarium teneat Afflict.in conſtitu.reg.lib.1.Rub.67.num.9. &.11. & ibi addit.& dubitet Didac. in ſupra dicto loco, & nouiſſime Aluarus Valaſc.Luſitanus conſula.93.licet dicat in toto regno iudicari,ut laicus ſit competens, etiamſi tractetur de re Eccleſiaſtica inter duos clericos,idque etiamſi alter ex litigatoribus peteret cauſam remitti coram Eccleſiaſtico, quamuis tūc dubium eſſet per ea que ſcribit Borgnin.caualcan. dec.45. nu.74.par.1.

2 Et hæc regula proculdubio procedit, ſiue ſimus in † poſſeſſorio retinendę, ſiue reintegrandę, aut recuperandæ poſſeſſionis,ut per Guido Papæ. quæſtione prima, 207.& 58. Aufrer. de poteſtat.ſecular.regula.2.fallent.24.Afflict.decione.14. numer.9.& deciſione.324.Didac dicto capitu.35.columna 11.uerſicu.6.& de his poſſeſſoriis loquitur.Dominus Ozaſcus in deciſione.116.

Dubitatum tamen fuit quid eſſet dicendum in poſſeſſorio† adipiſcendæ an in illo laicus eſſet iudex competens,& poſſet cognoſcere,& uidebatur,poſſe ex ratione generali ſupra aducta, quod poſſeſſorium ſapit temporalitatem, & in contigentia facta ita ſeruatum in parlamento.Delphina. probatur ex Dec. conſilio,& expreſſius,& hoc



hoc uoluit Ferret. conſi.1. num.15.& conſilio 16.& 18.num.4. Grammatic. deciſio. 78.Aufrer.dicta fal.24.dum.hoc dicit procedere in quolibet poſſeſſorio,licet poſtea ſolum exemplificet in poſſeſſorio retinendæ,& recuperandæ, & ita etiam de quolibet poſſeſſorio loquitur Boer. dicta deciſ. 69.numer.23.& tradit, ac pulchre probat D.compater meus Dominus Amedeus a Ponte in ſuo tract.quis ſit iud. in cau. feu. in fin. quem poſuit poſt ſuum tracta. de Laudim. & pro hac opinione facit etiā ratio,quam ponit Didac.dicto capitu.35.colum.11.verſiculo ſexto.eſſe conueniēs, ut iudices. laici prohibeant, ne fiat alicui iniuria.

4 In contrarium † tamen allegabatur deciſio.Guid. Pap.1.colu.2.Crauet. 104. numero 17. & Natta conſi. 411. ubi uidetur uelle, quod iudex laicus in tali poſſeſſorio nō ſe intromittat. Afflict. in dicta rub. 67. num.12.& de aliis poſſeſſoriis, num. 9. & uidetur de mente ipſius Ozaſc.in dicta deciſio.116.licet ibi numero 10.firmet, ꝙ iudex ſecularis poteſt incidēter cognoſcere de re ſpirituali,prout eſt in poſſeſſorio adipiſcendæ,quod etiam ſummarium eſt, & indubitate tenet Menoc. in 15.remed. recuperan.poſſeſſ.nu. 235. Verum his authoritatibus non obſtătibus priorem opinionē, & in hoc poſſeſſorio ſequutus fuit Senatus ſiue iudices ultimarū appellationū Com.Aſten.in quadam cauſa Braiden. motus illa etiam ratione, quod cū ita ſeruetur in Frācia, & in regno Neapolitano, ita & uicinitatis iure poſſumus nos uicinorū conſuetudine uti, & allegabatur ab antiquis dominis antiqua obſeruantia huius patrię, quæ forte ex eo prodiit, quod diu parlamētum Regis Gallorum in hac ciuitate Taurinen.reſederit, cū Pedemontana fere omnis patria ab illis Galliæ. Regibus occuparetur.Nec obſtat, quod in poſſeſſorio adipiſcēdę tractetur de titulo quia reſpondebatur id tractari incidenter quo caſu laicus capax eſt,ut ſupra dixi, & tenet Rip.lib.3.reſponſor.cap.ultimo,ſed in hac cauſa fuerunt ſecta uota. Nam Dominus primus Preſes Caſſianus Puteus uir magnæ eruditionis,& experientiæ,qui fere ꝑ quadraginta quinque annos in hoc noſtro Senatus uerſatus fuerat, & Illuſtr. Dñi Senatores.Coſtafortius,Pōte,Draco, Curbius, & ego fuimus in opinione iſta, quod poſſet cognoſci in poſſeſſorio adipiſcendæ,& ita fuiſſe ſtilum, & conſuetudinem antiquiſſimam, ſecundum quam ſepæ iudicatum fuit, contradicentibus Domino ſecundo Præſide Ozaſco poſtea Cācellario,& Dominis Enuiarum, ac Ruſiæ, & iterum hanc opinionem firmauit Senatus in quadam cauſa Hyeroſolimitanæ religionis de Anno 1573.cuius etiā deciſionis meminit Dominus Ponte in dicto tracta.in fi.& in qua cauſa ſcripſit idem tenēdo Do.Ozaſc.immemor forte ſui uoti in conſili.54.edito cum ſuis aliis poſt hæc a me ſcripta, licet ibi dici poſſet illas commendas potius eſſe temporales militias, quam beneficia Eccleſiaſtica, vt dicit idē Dominus Ponte, Quid vero iuris ſit in ſpolio beneficiorū an iudex laicus ſit competens,vide Caualcan.in d.deciſi.45. nu. 75.adde quæ dixi infra dec.117.vbi allegaui Ignicum ſupra dicta opi. tranſeuntē, & ibi uide, quid iuris in cauſa poſſeſſori matrimoniali.

## Legitimatio per ſubſequēs matrimonium requirit inſtrumenta dotalia,& quid de iure Canonico.

### DECISIO LXXXIII.

1 *Inſtrumenta dotalia requiruntur, ut per ſubſequens matrimonium filij legitimentur:contrarium de iure Canonico.*

2 *In perſona Illuſtri habent locum regula, quod per ſubſequens matrimonium filij legitimantur.*

1 INSTRVMENTA† dotalia requiruntur, ut per ſubſequens matrimoniū filij legitimētur de iure ciuili.l.cū quis,& l. nuper. C.de naturalib.liber.§.fina. & ibi gl. inſt. de nupt.toto titu.& rubrica.in authen.de fil.ant.dotal.inſtrumen.nat. Votum de iure Canonic. propter vim matrimonij hæc ſolennitas inſtrumentorum nō requiritur,ex cap.tanta.vbi Doctores. & Abb. nume.2.extra qui fil.ſint legit.vbi Abb. dicit ita

cit ita cõmuniter teneri per Canon.& pra
cticari per legiſtas,& pluries de facto re-
ſpondiſſe. Decius.conſil.155.col.2.dicens
communem,& ita iudicandum.Pariſ.con
ſil.13.num.47.li.2.Imol.in l.donationes,
in prin.D.de donat.Syluestr.Aldobrand.
in dicto.§.fin.de nupt.Hierony.Zanettin.
in tracta.de differẽt.iur.ciu.& Canon.dif-
ferent.11.nu.14.Ioan.Fab.in dicta l.cum
quis.Ludou.de Sard.de legitim.in rubri-
ca.de requiſit.in legitim.quæſt.7.& cum
* hac opinione tranſiuit Senatus. 1563. &
1564.Men.Decembris referẽte Domino
Senatore Enuiarum.etiãſi eſſemus in ter
ris Imperii.iuxt.Dec.in dicto conſil.155.
colum.2.Paleot.de not.& ſpur. capit.21.
numero 6.& 7.Gabriel.conſil.12.numero
14.

Amplia hanc iuris Canonici communi
2 ter ita receptã regulã,†ut procedat etiam
in perſona illuſtri,quæ cum vili cõtrahit.
Addit.ad Abb.in dicto cap.tanta. Siluan.
conſil.3.num.30.& 31.libro 1.qui reſpon
det ad Curt.Iunior.conſil.136.tenentem
contrarium , qua de re dicam infra ſuo
loco.

## Teſtamentum a patre factum an propter ſequutam legitimationem rumpatur.

*DECISIO LXXXIIII.*

1 *Legitimatus an rumpat teſtamentum patris ante ſubſequutam legitimationem factum, & quid ſi per reſcriptum legitimetur.nu.4.*
2 *Legitimatus ſuccedit tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.*
3 *Legitimatus ſuccedit in emphyteuſi.*

LEGITIMATIONE per
ſubſequens matrimonium
1 ſequuta†an rumpatur teſta-
mentum iam a patre factum
dubitatum fuit,& hanc quæ-
ſtionem cogitandã relinquit.Martin.Lau
den.in tractatu.de legitimat.nu. 137. Sed
crebriori noſtrorum calculo receptam vi-
deo opinionem illam,quod rumpatur, &
irritum reddatur poſt legitimationẽ , ſeu
poſt cõtractum matrimonium,ita Barto.
Angel.& Imol.in l.certum.alias verũ. D.
de iniuſto rupto,& irrito fac.teſtamẽ. vbi
tex.videtur ꝓ hac re ſatis clarius. Caſtre.
cõſilio 30.ſuper puncto iſto.& 180.ſuper
eo,quod primo loco.lib.1.Curt.Sen. cõſi
li.13.Dec.in l.1.col.4.de bonorũ poſſeſ.
contra tabu & conſil.55.in fi 257.nu. 2.
338.n.9.in fi.Ripa in l.ex facto. num.48.
D.de vulgari ſubſtitutio.Ludou.de Sard.
in tractatu.de legitimat.ſub rubrica de le
gitimat.poſt reſcript.effect.quæſtione de-
cima,nu.16. Anton.de Roſel. in eodem
tractatu libro 2.cap.fi.nu.22.Barbat.con
ſilio 58.num.3.libro 2. Alexander conſil.
ultimo.nu.9.circa finem.lib.5. Siluan.cõ
ſilio 3.num.25.lib.1.& multos allegat,&
ſequitur Valentin. Foreſter.de ſucceſſio.
ab inteſtat.libro 2.pag.mihi 184.uerſicu-
lo ſeptimus effectus. Ratio eſt,quia legiti-
matus habetur loco poſthumi quando
teſtamentum præceſſit legitimationem ,
& ſicut poſthumus rumpit teſtamẽtum ,
ita & talis legitimatus prout conſuluit an
tiquitus Dyn.conſi.10.col.2.Lauden. de
legitima. nu. 116. vnde præteritus habet
ius dicendi nullum.Roland.conſi.67.nu.
22.libro primo. & iuxta hãc opinionem
iudicabat Senatus in cauſa Pelliceriorum
de Gaſſeno. 1563.16.Septembris.quam-
uis contradicere uideatur Socin. iunior.
conſilio 100. libro ſecundo , & 52. li-
bro primo.Curt. iunior 136. dicens com
munem.

Ampliatur hæc ſententia ,ut etiã tali
legitimatus admittatur tanquã legitimus
2 ad ſucceſſionem tam ab inteſtato quam
ex teſtamẽto,in quo vocati ſunt legitimi,
Dec.conſil.155.col.1.& 2.Ioan.Fab.in §.
fi.inſtitu.de nupt.& clare videtur elici ex
l.nuper.C.de naturalib.libe. & ſecundum
hanc ampliationem in ſupradicta cauſa
* cenſuit Senatus.

3 Amplia ſecundo,uti,† ſuccedat etiam in
emphyteoſi.Ancharan.conſil. 261.col.fi.
Dec.in cap.cum in cunctis.col.1.de elect.
& conſil.153.col.fi.Paleot.de not.& ſpur.
cap.31.num. 3.Quid.uero iuris ſit in feu-
do tradunt Docto.in naturales.ſi.de feu
do defunct.cõtẽt.ſit inter domin.& agna.
libro 3.& quia hæc quæſtio latius exami
nabitur per filium meum in ſuis quæſtio
nibus feudalibus non inſiſto.

Limitatur uero & declaratur ſuperior
commu-



4 communis opinio,vt non procedat,†ſi fi-
lius poſt mortem patris ſe legitimare fe-
ciſſet a Principe:nam tunc non rumpi te-
ſtamentum,ſed bene rumperetur ſi reſcri-
ptum legitimationis ad ſupplicationẽ pa
tris impetratum fuiſſet.Anto.de Roſel.in
dicto libro 2.ca.vlti. num.23.Lauden.de
legitimat.num.137.licet non cõcludat,&
elicitur ex Dec.in dicto conſil.338 nu.9.
in fi.Canones enim cap.tanta.qui fil.ſint.
legitim.matrimonij potius ſacramentum
quam ipſam legitimationem conſideraſ-
ſe videntur.An uero legitimatus excludat
ſubſtitutum dicam,& examinabo Deo au
ſpice infra ſuo loco.

## Euictione per venditorem, ſeu reſtitutione pretii promiſſa, quotieſcũque lis ſuper re uẽdita moueat,an expectãdus ſit litis euentus, ſi lis emptori mota fuerit.

*DECISIO LXXXV.*

1 *Euictio non debetur niſi re euicta effectualiter, niſi aliter ſit conuentum.nu.2.*
3 *Euictione ſiue pretij reſtitutione promiſſa quotieſcunque lis mota fuerit ſup re uendita,an ſtatim lite mota pretium ſit reſtituendum,uel expectandus litis euentus.*

VENDITOR nõ tenetur de
euictione pro re alicui vẽ-
1 dita,†niſi de re euicta effe
ctualiter l ſi plus,vel min⁹
D.de euict.l.qui rẽ.C.eod.
Burſ.cõſ.194.n.41.li.2.aut ſaltẽ lata ſẽtẽ
tia ſuper euictione.Odofred.in d.l.qui rẽ
Crauet.conſi.845.nu.12.qua de re dicam
etiam infra dec.98.& dicitur res euicta,ſi
ablata poſſeſſori ſit,vt per D.Crauet. con
ſil.682,nu.6.lib.4.Fallit tamen hæc regu-
2 la,†niſi conuentum ſit quod venditor lite
mota ſuper re vẽdita teneatur de euictio
ne,uel ad reſtitutionem.pretii , quamuis
res nondum ſit euicta. l. ſi in libertatem
C.de euictio.

Sed quid ſi ſimpliciter dictum ſi inter
partes, quod lite mota ſuper re uendita,
3 †emptor recuperet pretiũ, nec addita ſint
illa verba.*Quamuis res nondum euicta ſit*,
vel,*Non expectato litis euentu*? & tunc ui-
deretur dicendum,quod ſtatim lite mota
poſſit recuperari pretium in ingreſſu litis
per gl.in dicta l.ſi plus.§.mota.iũcto text.
ibi.ff.de euictio.In contrarium tamẽ late
in contingentia facti coram Senatu conſu
lebat Do.Aymo.Crauetta,cuius cõſilium
reperitur inter nouiſſime impreſſa conſi.
682.li.4. Motus præcipue, quia uerba de
bent intelligi cum effectu,& non videtur
lis mota,niſi effectualiter res euincatur,du
bius eſt enim litis euẽtus. Item, quia ſi ita
ſimpliciter uerba intelligerent daretur
occaſio delinquendi ex eo , quia facile
emptor ſi eum pœniteret contractus, ſup
poneret aliquem,qui litem moueret , &
pretium ipſe malitioſe recuperaret,prout
poſt Caſtren.dicit Caball. de euic.§ 2.nu-
mer. 9.vbi dat cautelã contra talem frau
dẽ,& pro hac parte ego retorquebã text.
in dicto §.mota vbi quæſtione mota non
ad pretium reſtituendũ,ſed ad rem defen
dendã uenditorem conueniendum Iuriſ
conſul.ſcribit,& his rationibus attẽtis ita
* cenſebat Senatus in cauſa Vigẽtii de Car
ruco,& Nuceti 1562.Sed quoniam in eo
inſtrumẽto aderat uerba ſimilia *ſi aliqua
lis aliqualiter mota fuerit*,ideo propter di
ctionem,*Aliqualiter*,ego eram in contra
rio uoto,nihilominus etiam tali dictione
non obſtante ita etiam cenſuit Senatus,
vt effectus requireretur.

Si vero promiſſæ ſunt expẽſæ litis,aget
emptor ad illarum recuperationem,etiam
re non euicta,ut per Natta conſ.232.Cra-
uet.conſi.334.nu.2.li.2.

## Subſtitutio plures gradus continens deficiente medio tranſit ad ulteriorem.

*DECISIO LXXXVI.*

1 *Subſtitutio plures continẽs gradus deficiẽte medio tranſit ad ulteriorem.*
2 *Conditio ſi ſine liberis non efficit quin. ſecũdus ſubſtitutus primo inſtituto ſuccedat,*

SVBSTITVTIO plures gra-
dus continens , licet deficiat
1 unus gradus,†qui eſt in me-
dio,trãſibit tamẽ ad vlterio-
rem gradum veluti,ſi teſtamento ſi dicat
Titio

Titio ſubſtituo Mæuium, Mæuio Seium
Seio Caiū, deinde moriatur Mæuius, vel
Seius, poſtea Titius. Caius vltimo loco in
ſtitutus, & ſubſtitutus primis decedētibus
Titio ſuccedet, ac ſi fuiſſet illi ſubſtitutus.
Iſta eſt deciſio. Bart. in l. 1. §. pro ſecundo
in fine. C. de caduc. tollend. & latius idem
Barto. in l. quandiu. tertia. nu. 10. ff. de ac-
quiren. hęred. vbi text. videtur clarus, ibi.

## Is aūt, qui tertio gradu ſcriptus eſt, ſi primo deliberante ſecūdus decedat, ipſe poteſt ſuccedere.

Et hæc Barto. opinio communis eſt, vt
dicit Soc. Iun. conſi. 101. numero 14. li. 1.
& Iaſ. latiſſime in conſi. 148. col. 4. libr. ſe-
cundo Alciat. conſi. 294. & 475. Ludouic.
num. 1. & 6. & ab illa non eſſe recedēdum
dicit Pariſ. conſi. 73. nu. 10. 28. & 35. Mar-
zar. in Epito. fideicommiſſor. quæſtio. 25.
Anto. Gomez. variar. reſolut. libr. 1. cap. 5.
num. 10. in 4. & 8. illatione. Mich. Graſſ. in
libro ſententiarū. §. ſubſtitutio. quæſt. 81.
num. 5. Crauet. conſi. 363. num. 2. libro 3.
H. Gabriel. conſi. 95. num. 19. & 117. nume
ro 16. & ſecundum hāc opinionem indu
* bitanter tranſibat Senatus in quadam cau
ſa Vigoni. 1563. Men. Nouembris, quam-
uis allegarentur multi tenentes contrariū
præſertim Oldra. & alij quos recitat Alc.
dicto conſilio 475. & diſtinguat ſubtiliter
more ſuo. Polit. de ſubſtit. partic. 6. nume.
14. & 16.

Hanc concluſionem amplia etiamſi ſub
2 ſtitutis omnibus † adiecta eſſet cōditio, ſi
ſine liberis deceſſerit, & unus ex ſubſtitu-
tis moriatur cum liberis, tamen ſuccedet
tertius primo inſtituto, vel ſubſtituto, &
ſic vtranque portionem habebit, vt dicit
text. in l. cohæredi 41. & in l. ſi Titius. 27.
D. de vulgar. ſubſtitut. & quamuis in hoc
caſu dubitet non ſine cauſa Rip. in l. Cētu
rio. num. 151. ff. de vulga. & contrarium te
nuerit Socin. Iun. conſi. 181. lib. 2. & Socin.
Sen. conſil. 52. libro 2. tamen plures alij te
nuerunt oppoſitū quos citat Rip. in dicta
l. Centurio. nume. 151. & ſecundum hanc
ampliationem iudicauit Senatus in dicta
* cauſa Vigonen. pro qua poteſt adduci cō-
munis concluſio, quod filij in conditione
poſiti non cenſeantur vocati, de qua dico
infra deciſ. 196. Filij in conditione. licet
hæc opinio mihi dura videatur extātibus
liberis primi inſtituti, uel ſubſtituti, ini
quū etenim eſſet filios ab hæreditate adi
ta a patre excludi cum ſubſtitutus ſub con
ditione vocatus fuerit, ideo dixi non ſine
cauſa dubitaſſe Ripam, cum æquitas con
trarium ſuadeat. Nec mouere poteſt illa
regula, quod filij in conditione poſiti non
cenſeantur vocati, quia licet ex magis cō-
muni non ſint vocati, faciunt tamen defi-
cere conditionem ita, vt ipſi ante ſubſtitu
tum admittantur l. Lucius la 2. in fi. D. de
hęred. inſtit. & in hoc vbique conueniunt
Doctores, ideo limitarem iſtam amplia-
tionem ſtante clauſula codicillari in teſta
mento, quia per illam cenſentur liberi in
cōditione poſiti vocati ſtātibus digreſſio-
nibus ad alios ſubſtitutionum gradus, ex
quibus coniectura vocationis elicitur, vt
cenſuit Senatus ſupra deciſio 60. vbi dixi
imo etiam non adiecta clauſula ſine libe-
ris ipſi vocati cenſentur a lege ad excluſ-
ſionem ſubſtituti l. cum auus. ff. de condi-
tio. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Flori.
conſi. 14. nume. 4. Cenſetur enim ſemper
tacite adiecta cōditio tam in prima quam
in ſecunda inſtitutione ſi ſine liberis dece
derent, ut late per Gabriel. lib. 4. commu.
opin. tit. de fideicommiſſ. concl. 2.

Limita ſecundo diſpoſitionem dictæ l.
quandiu. ſi primus, vel ſecūdus inſtitutus
uel ſubſtitutus fuerit cum cōditione, quę
per mortem expirauerit, nam tunc cum
defecerit conditio, deficit etiam ſubſtitu-
tio, vt pulchre limitat Natta in cōſil. 678.
num. 19. & 20. lib. 4.

## Princeps ſupremus an poſſit diſpēſare, ut impubes cōtra legum ſanctionem teſtari poſſit.

### DECISIO LXXXVII.

1 *Minor impubes teſtamēti factionem nō habet.*
2 *Princeps an poſſit impuberi teſtamenti factionem concedere. & n. 5. 9. & 10.*
3 *Princeps cum ſit ſupra ius poſitiuum contra ea, quæ ſunt de iure poſitiuo, diſpenſat.*
4 *Statuto fieri poteſt, ut impubes teſtari ualeat.*
6 *Princeps contra ius naturale non diſpenſat.*





7 *Princeps contra tertij præiudicium diſponendo nihil agit.*
8 *Statuti ius potentius eſt diſpenſatione.*

MINOR ſeu impubes, qui
decimum quartum ſuę æta
tis annum non compleuit,
1 † teſtamenti factionem nul
lo modo habet. l. qua ætate.
D. qui teſtamē. facer. poſſ. quod illa ratio
ne iuris ciuilis authores introduxerunt,
quia ante illud tempus firmum ſanumq;
iudicium, quod in tali diſpoſitione requi-
ritur, nō habet, teſtamenti enim factio eſt
quaſi legem condere. §. diſponat. authen.
de nupt. teſtando videtur ſubuertere pru
dentiſſimam legis ſanctionem, quæ pro eo
teſtata eſt uocando proximiores, ideo ple
num huius ſuæ diſpoſitionis iudicium lex
requirit, quod ceſſat deficienti eranti, vt
dicit Ariſto. 1. Ethicorum.

Sed dubitatum fuit coram Sereniſſimo
Duce noſtro nunc regnante, Carolo Ema
2 nuelle in priuato ſuo cōſilio, an † Princeps
poſſit contra hanc iuris diſpoſitionem di
ſpenſare, cum per ſupplicationem talis di
ſpenſatio a quodā impubere petita fuiſſe
Dixi ego caſum eſſe dubium. Nam quod
poſſit ſuadet primo, quia prohibitio hæc
a iure ciuili, vel gentiū fuit introducta, &
3 ſic videtur eſſe iuris poſitiui, atqui † Prin-
ceps contra ea, quæ ſunt de iure poſitiuo
diſpenſat, tum ipſe dicaī eſſe ſupra ius po
ſitiuum. c. propoſuit de conceſſ. præben. &
late per D. Craue. de antiqu. temp. par. 1.
ſect. 1. nu. 38. vbi plures concordantes al-
legat. ergo & poterit ſuper hoc diſpēſare.
4 Secundo facit quia † ſtatuto contra ta
lem impuberem diſpēſari poteſt ut illius
teſtamentum ſubſiſtat, prout tenuit Bart.
in l. ſi quæramus. num. 6. D. qui teſtamen.
facer. poſſ. Dec. in l. fi. num. 10. C. de teſta
men. mil & in l. pupillum, in fi. D. de reg.
iur. ubi etiam aliqua Cagnol. ſi hoc popu
lus per ſtatutum facere poteſt multo ma
gis Princeps, & in terminis noſtris ita te-
nuit Caſtren. in l. reſcripta. nu. 3. C. de pre-
cib. Impetrato. offere. ubi uoluit tale reſcri
ptum valere etiam nō addita clauſula, nō
obſtante, &c.

Contrarium uero, quod imo Princeps
5 cōtra iuris diſpoſitionem † ita cum impu
bere diſpēſare minime poſſit facit primo
quia hæc prohibitio licet iuris ciuilis ſit, &
ſic de iure poſitiuo eſſe uideaī, tamen eſt
fundata ſuper ratione naturali, ob defectū
nempe naturalem, cū talis impubes. iudi
cio careat, † vnde nulla diſpenſatio cadit, 6
iuxta vulgatam, & receptam Bald. doctri
nam in l. bonorum. num. 4. C. qui admi. &
in l. vnica. num. 85. C. de confeſ. Iaſ. in l. re
ſcripta. nu. 12. C. de precib. Imper. offere.

Secundo uiget admodum Iuſtiniani ra
tio, & conſideratio in fin. C. de teſtamen.
mil. ubi noluit talem facultatem pupillis
etiam militibus concedere, ne præiuditiū
parentibus, & propinquis fiat, vnde cum
hic agaī de præiudicio tertij, nō deberet
ualere teſtamenti diſpenſatio, quia † prin 7
ceps etiā cum minimo patris præiudicio
ſtatuendo aliquid, uel diſponendo nihi agit.
l. nec auus. C. de emancipa. liberor. ubi gl.
& Bald. ca. ſuper eo. offic. delega. ubi Bal.
in vltimo nota Iaſ. in l. quoties. nu. 4. C. de
precib. Impera. offer. Melch. Palaez. in tra
ctatu maiora. par. 1. quæſt. 3. nu. 7. & hanc
ſecundam opinionem tenet Bald. in dicta
l. unica. C de confeſ. & uidetur de mente
Dec in dicta l. fi. num. 10. C. de teſtamen.
mil. & multis argumentis eam compro
bat Iaſ. in d. l. reſcripta. col. fi. C. de precib.
Impera. offeren.

Nec obſtant contraria, nam ad primū
reſponderi poteſt Principem dici quidem
eſſe de plenitudine poteſtatis abſolute ſu
pra ius poſitiuum, & circa illud diſpenſare
poſſe, ſed id procedit quotieſcunque non
eſt fundatum illud ius in ratione naturali
& de præiudicio tertii non tractatur alias
non præiudicat, ut ſupra dixi.

Ad id, quod dicitur de ſtatuto ultra, id
quod dici poſſet opinionem Bartol. & ſe
quacium fundamento carere, & contra il
lam ob id tenuiſſe Areti. in dicta l. ſi quæ
ramus. reſpondetur poſt Dec. in dicta l. fi.
8 num. 11. potentius † eſſe ius ſtatuti, quam
ius diſpenſationis. Ratio diuerſitatis meo
iudicio eſt, quia ſtatutum ligat omnes, &
reciproca lex eſt uniuerſum populū reſpi
ciens, vnde ſi Princeps legem uniuerſalē
cōcedere, ut pupilli talis ætatis poſſent te
ſtari, ualeret forte in territorio ſuo, ſed
particulare reſcriptū ſeu priuilegium ſine
urgenti cauſa concedere non poſſet.

Certe ex ſupra poſitis negari nō poteſt
quin hæc Illuſtris controuerſia maximam
habeat

habeat difficultatem attẽtis etiã his , quæ
Iaſ.tradit in dicta l.reſcripta.ideo hãc dif-
ficultatem Doctores conſiderantes diſtin
9 xerunt magis communiter,quod † aut pu
pillus eſt proximus pubertati , & doli ca-
pax, & tunc poſſe Principem diſpenſare ,
ꝗa ceſſat il'a ratio naturalis, aut uero non
eſt doli capax , & puberati proximus , &
tunc nullo modo poſſit . Ita Angel. Alex.
Dec.& Iaſ.in dicta l.fi.C.de teſtamẽ. mil.
& latius idem Iaſ.in dicta l.reſcripta.num.
12.& nouiſſime.Magdalen.dicẽs commu
nem in tracta.de numero teſt.in teſtame.
req.par.2.capitu. 4.nu.73. & 79.faciunt ,
quæ idem Magdalen.ſcribit eiuſdem tra-
ctat par.1.cap.22.nume. 77. Verum hæc
diſtinctio non videtur ſubſiſtere ratione
præiudicij a Iuſtiniano cõſiderati in dict.
l.fin.quæ non ſine fundamẽto eſt, licèt Iu
ſtinianus loquatur dubitatiue ſub uerbo
forte.

Ideo cogitabam aliter diſtinguendum,
10 quod aut† per teſtamentum anteceſſorũ
pupilli ex ſubſtitutione facta ſi in pupilla
ri ætate decedat, & ſimili ex hoc teſtamẽ
to præiudicium ſit uenientibus ab inteſta-
to quo quo modo,& tũc nullo modo po
terit Princeps diſpenſare per dictam l.ſi.
prout uidetur cõſiderare ſubtiliter Caſt.
in dicta l.reſcripta obſtare enim hoc caſu
videtur non ſolum ius cõmune,ſed etiam
teſtatorum prædeceſſorũ diſpoſitio . Aut
uero nullũ ſit præiudicium iuri ex diſpo-
ſitione hominis quæſito uenientib. ab in
teſtato,cum nullum illis ius ex antiquorũ
diſpoſitione quęſitum ſit, uel ei non ſunt,
adeo proximiores de familia,ad quos ſuc
ceſſio quaſi certa ratione deferri poſſe ſpe
retur , & tunc quatenus talis impubes ſit
doli capax,Princeps poſſit diſpẽſare alias
non,quia illo caſu hæc licentia videt̃ ma-
gis ſuaſione,& impulſu aliquorum impe-
trari , ꝗ ſuper hæreditate iſtius pupilli vi-
uentis deſignant quã quod ipſe pupillus
ita uelit , ( quod vtinã his temporibus nõ
fieret) vnde fraudibus & malitijs hominũ
per Principem obuiãdum, & occurrendũ
eſt, non annuendum . Itaque cautè , meo
iudicio Princeps ageret ſi talem licentiã
in caſu ſupra poſito cõcedẽdo uni ex ſuis
magiſtratibus committeret, ut diligenter
inquireret,de cauſis , & iuſta exiſtẽte cau-
ſa diſpenſaret,teſtamentumque huiuſmo
di cum illius aſſiſtentia conderetur,ut ma
litijs hominũ occurrere hoc modo poſſit
alias tutius erit Principi ab hac licentia ab
ſtinere authoritate legiſlatorum, & Iuſti-
niani ratione conſiderata,quibus adhære
re bonum eſt,& in hanc ſententiã acceſſit
* Excellentiſſimum conſilium Status,& ita
Principi conſulendum duxit anno Domi
ni.1588.die 6.Maij.

## Tranſmiſſio,ꝗ fit ex potẽtia ſui tatis iuxta l. ſi infanti. C. de iur. delibe. an habet locũ in matre, ita ut ſuperſtite auo paterno ipſa hæreditatem infantis obtineat.

*DECISIO LXXXVIII.*

1 *Tranſmiſſio iuris adeundi an fiat in matrẽ*
*uiuo auo paterno infante mortuo poſt pa*
*trem,& nu.7.*
2 *Hæreditatem paternam infans tranſmittis*
*in quoſcunque extraneos.*
3 *Tex.in l.ſi infanti.C.de iur.deliber.non pro-*
*cedit in matre,ſed contra,nu.5.*
4 *Reſtitutio in itegrnm an detur matri ad*
*uerſus hæreditatem ab infante non aditam*
*& nu.6.*

INFANS filia patri ſuper
uixit,deinde morit̃ . Auus
paternus uiuens dicit ſibi
ſpectare hęreditatem , cũ
infans nõ adierit.Mater ſi
1 liæ opponit ſe dicens † tranſmiſſum ſibi
per filiam ius deliberãdi , & adeundi,quæ
ſitum fuit,qui iuris. Quęſtio hæc mihi ui-
detur certe ex difficilibus, quę in iure no-
ſtro examinari poſſint,ideo nõ immerito
dicit poſt Bal.Dec.in conſilio 250. quod
ageret deciſione imperiali , & pro parte
matris allegabatur Dec.in terminis huius
tranſmiſſionis loquens.in conſ. 87.nu.2.
245.num.1.250.per totum.331.nu.5.qui
dicit veriorem , & cõmunem æquitate in
ſpecta , & pro hac opinione allegat. glo.
Bar.Bald.Alexan.Corn. Azo. Iacob. Bal-
duin.Odofred.P.de Bellapertica. Ricard.
Malumb.Cyn.Rayner.de Forliu.Roman.
Angel. Anchar. Fulgoſ. & Aretin. quibus
addo Alexan.in l.ſi emancipata. colum.fi.
C.qui admit.in l.ſi infanti nu.5. C. de iur.
deliber.



de liber.& conſil.79.libro 6.nu.11.& 12.
& conſilio 113.nu.3.lib 3.Socin.in tract.
regular.regu.173.lim 3.Caſtren.in l.filius
a patre col.1.de liber.& poſthum.& con-
ſil.80.li.2.Alciat.in l. ventre, in quarto ca
ſu tranſmiſ. qui dicit communiorem. D.
de acquir.hær.ꝗ omnes uno ore firmiter
aſſeuerant filium hæreditatem paternam
etiã nõ aditam tranſmittere ad quoſcun-
que hæredes iure ſuitatis , maxime cũ ſi-
2 mus in paterna hæreditate , † quæ etiã in
quoſcunque extraneos tranſmittitur.pro-
ut de magis communi teſtatur Burſat.cõ-
ſil.60.nu.1.lib.1.& abſque difficultate eo
in caſu etiam in terminis noſtris admittit
Aſcanius Clemens in tractatu de patr. po
teſta.capit 6. effect.13.num.15.Borgnin.
Caualcan.in tractatu de tutor. & curator.
num.69.dicens communem.de hac enim
paterna hæreditate loquitur tex.in l.cum
antiquioribus.C.de iur.delib. & in hoc ca
ſu loquitur Bart.in dicta l. ſi infanti. num.
10.ſed vltra Dec in terminis hanc ſenten
tiam admittit pro uera D.Ozaſc. deciſio
ne 58. num. 2. & video idem tenere pro
indubitato.Alciat.in conſi. 231.num.2.&
3.dum loquitur de infantis hæreditate ad
matrem ſpectante viuo auo paterno . Ex
quibus videtur communem eſſe , quod
infans tranſmittat iure ſuitatis paternam
hæreditatem ad matrem,& alios indiſtin
cte,ut dicit Bart. & pro hac parte vltra re
gulam illam,quod mater ut proximior in
gradu filii hæreditatem obtineat,uidetur
meo iudicio clarus , & apertus text. in l.
apud hoſtes.C.de ſuis , & legit.ubi Impe-
ratores Diocletian.& Maximia. Catoniæ
matri reſcripſerunt iure ſuitatis in ipſam
tranſmiſſam ſucceſſionem , ſi enim tranſ
mittitur ſucceſſio, & ius deliberandi utiq;
tranſmitti poteſt ex l.ſi infanti .

In contrarium tamen dicit Auus, quod
priuilegium. l.ſi infanti. competit ſolum
3 patri, & aſcendentibus maſculis† non au
tem matri Caſtren in dicta l. ſi infanti.nu
mero 9.uerſic.quæritur.Alexan.ibi num.
2.Iaſ.n.3.& communem dicit Aſcan. Cle
men in dicto tracta.effect 13.nu.15 uerſi-
culo.Vnde bene,& hoc receptiſſimum ui
deo, ut l. ſi infanti non extendatur ad ma
trem,& idem Bart. ibi fatetur & commu
nẽ dicit Eman.Coſta.in ca. ſi pater.1.par.
uerbo habens.num.25. de teſtam. lib. 6.
Gulielm.Benedict.in ca. Raynutius.§.ita-
que mortuo.2. nu.172. & 173. qui dicit
idem in auo paterno, niſi mater ſit in me
dio,ut ibi nu.170.& 171.inferendo,quod
hoc caſu non tranſmittat infans in auum
proptem matrem proximiorem , neque
in matrem propterea , quod illi non ſpe-
ctat priuilegium tranſmiſſionis ſicuti nec
alii extraneo.dicta l ſi infanti. §.ſin vero.
unde infert quodam iudicio meo mirabi
liſſimũ , quod ſi hæc mater eſſet auia ma
terna,tunc haberet locum tranſmiſſio, &
ſuccederet auia materna cũ auo paterno:
ſed quia eſt mater ſuccedet ſolus auus ex
perſona filii uti hæreditate non adita ,&
hanc opinionem negatiuam in his termi
nis,quod ad matrem hæreditas filii infan
tis nõ tranſmittatur tenet Caſtr. qui quæ
ſtionem examinat, in dicta l.ſi infanti nu
mero 9. uerſic. quidam habeat motus ex
uerbis dictæ l.ibi.

### Iure patrio.

Benedict.in dicto §.mortuo itaq; n.178.
Aſcan. Clemen.dicto effectu 13.num. 11.
Iacobin.de Sancto Georg. in dicta l. ſi in
fanti.num.9.circa finem.vbi dicit ita tene
re Cuman.conſil. 110.& 129.pro hac ſen
tentia allegat̃ text.in l.2.§.ſi quis ex liberi
ris.ad Senatuſconſultũ Tertullian.ubi Bar
tol.ſuper illo text.firmat caſum noſtrum,
quem forte text.nõ conſiderauit Deci. in
dicto conſil. 245.2.col.Niſi reſpondeatur,
quod id procedebat iure antiquo ante di
ſpoſitionem dictę l.ſi infanti. quã docto
res extenduntur etiam ad matrẽ , & idem
Dec.in cõſilio 250.reſpondet poſt Bart.
ad illum.l.2.

Verum hæc negatiua opinio mihi viſa
eſt durior quam quę in iudicijs obſeruã
da ſit nam ſi pater qui proximior eſt auo
admittit ſecum matrẽ in ſucceſſione hæ
reditatis ab infante non aditæ,quæ iniuria
eſt , ut excludatur ab auo;imo iniquum
magis uidetur eſſe matrem quæ primum
locũ obtinet in ſucceſſione filij a luctuo
ſa ipſius hæreditate excludere, & propter
in puncto iuris,& de æquitate verior mihi
uidetur eſſe illa opinio , ut l.ſi infanti. pro
4 cedat † etiam in matre . Nam ſi Doctores
magis cõmuniter tranſmiſſionem permit
tunt hæreditatis in quoſcunque hæredes
etiam extraneos,ut idem Aſcan. qui con
trarium

trariam partem ſuſtinet fatetur, quare & in matrem nō tranſmittet, quæ ius ſuitatis habet. dicta l. apud hoſtes. vbi Caſtren. matrem in hoc priuilegiatam dicit. Nec obſtant, quæ Aſcan. allegat numero 11. & ſeque. ex d. l. ſi infanti, quod illa loquatur ſolum in parte, quia imo Imperatores ibi loquuntur generaliter in parentib. & ita illam generaliter Iuſtinianus ipſe accipit in nouel. cōſtitut. 158. authen. ut deliber. ius in fi. præfationis ibi.

### Et rurſus alia a nobis propoſita lex, &c.

Et ſic dicatur in l. ſi infanti. in princi. loqui Imperatores de parētibus habentibus filio in poteſtate, ut ibi legitur, & matrem talem poteſtatē nō habere, ultra id quod dici poſſet talem poteſtatem non conſideraſſe legiſlatores, prout colligitur ex d. l. in ver. ea uero. ubi idem diſponūt in emancipato filio, ſed ſuitatis potētiam, fortius reſpondeo. l. illam a l. ſeque. declaratione & interpretationem ſumēte, in qua Iuſtinianus ſanxit trāſmiſſionem fieri & in cognatos, & in quoſcūque extraneos, & hæc Iuſtiniani conſtitutio longe poſterior eſt antecedenti, haſque cōſtitutiones nō pugnare inter ſe idem Iuſtinianus ſcribit in dicta nouel. 158. ubi & a ſimili in omnibus caſibus contingentibus iudicari uoluit ibi.

### Sed obtinere quidē lex noſtra in præſenti controuerſia, & omnibus caſibus in quæſtionem deducto aſſimilibus, &c.

Et ſi Benedic. ſupra relatus voluit auia maternā ſuccedere cūm auo paterno auo iniquitas eſt, ut mater excludatur? imo talem extenſionem dari omnes hæredes cōtra priuilegium. l. ſi. infanti dicit idem Benedict. nu. 173. per tex. in auth. defuncto: ad Tertul.

Tertia fuit in hoc tam arduo articulo noſtrorū opinio, ut mater ipſa non poſſit quidem iure, & beneficio tranſmiſſionis uti, & tamen auus a matre excludatur ex
5 remedio † reſtitutionis in integrum quod ſibi tranſmiſſum mater contendere poſſit tam ex capite ignorantiæ, quam ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, & hanc opinionē firmat Roman. conſ. 475. & 58. dicens communem. Ancharan. conſ. 164. Bart. 23. in fi. & conſi. 178. in fin. & in dicta l. ſi infanti num. 11. Caſtren. in dicta l. ſi infanti, num. 7. in fi. 2. opinionis. Imo. in l. uentre. Alex. & Iaſ. in dicta l. ſi infanti. dicentes cōmunem. argumen. l. Pantonius, D. de acquir. hæredita. Aſcā. Clemen. poſt Pariſ. & alios dicto effectu 13. n. 7. & communem dicit Borgnin. dicto tract. de tutor. numero 71. Burſat. dicto conſi. 60. numero 3. & 4. & de communi pariter teſtatur Benedict. in dicto §. nu. 180. dicens in iudicijs non eſſe tutum ab ea recedere. Emanu. Coſt. in dicto c. ſi pater. in uerbo habens nu. 26. in fi.

Sed & hæc opinio ſua difficultate non caret, imo & illam longe difficiliorem ſuperiori arbitror, ideo & ipſā Cæſarea deciſione indigere ſcribit Duran. de arte te
6 ſtant. caut. 1. tit. 11. nu. 3. Quinimmo † quod inſans nō tranſmittat in matrem, uel aliū extraneum ius reſtitutionis in integrum ad adeundū tenuit Gulielm. Benedict. in dicto §. mortuo itaque ſecundo. nu. 178. allegās text. in dicta l. ſi infanti, & ibi Bal. Angel. & Salicet Ancharan. cōſ. 363. Aretin. conſi. 161. col. 3. & examinat Caſtren. in dicta l. ſi infanti. num. 7. uerſicu. ſecūda. opinio. & non eſſe tutam primam opinionem Bart. & Iaſ. dicit Burſat. conſ. 61. numero 8. lib. 1. & propterea idem Gulielm. de Benedict. uidens rem etiam in hoc pūcto ambiguā diſtinguit, aut erat adultus, & reſtitutio cōpetit, & procedit prima opinio communi, aut infans, & tunc aut caſu moritur, & tranſmittitur reſtitutio per l. qui duos. in prin. & § 1. D. de reb. dub. aut naturaliter, & non trāſmittitur, niſi tutor non eſſet ſoluendo per rationes ab ipſo allegatas, quę uidentur diuinationes, & quo ad me hanc diſtinctionem non crederem verā, cum plus iuris tribuat minori quam infanti, quod abſurdum eſt, ſed de hac re diſſeremus infra ſuo loco, vbi de diſpoſitione dictæ l. Pātonius agemus. Itaque in re hac tā ambigua, vbi & diſſentiunt aperto matre doctores, & pro auo ſtat authoritas Caſtren. & Benedic. & pro matre authoritas Decij, ac de correctione legū tractatur, hæſitauit diu Senatus pro quo iudicaret, & ſecta erant uota, alij enim ex dominis erant pro matre, alii pro auo, alii matrem reſtituendam dicebant.

Quarta



7 Quarta erat mea opinio † vt res per medium diuideretur, tum quia ageremus inter coniunctos, tum etiam, quia eſſemus in ambiguis, quo caſu media via eſt eligenda, & in benigniorem partem pronunciandum, vt dicemus deciſione proxima, & ſicut pater matrem admitteret, vt dicit Bartolus in dicta l. ventre. nume. 28. ita etiam auus quod mater, quæ nō habet ius tranſmiſſionis in hæreditate infantis; quando non eſt ſuus hæres auo excluderet auum a dimidia, & auus cui competit ex l. ſi infanti. ius tranſmiſſionis excluderet matrem ab alia dimidia, & qui excedunt ſuos terminos, excederentur a non ſuis terminis & facerent partes per concurſum, & ita videtur in ſimili concludere Barto. in dicta l. uentre nume. 28. qua in re videtur æquiuocaſſe. Decius dicto conſilio 25. qui non animaduertit ad ſuitatem, prout fecit in conſilio 250. ideo forte melius fecit Senatus Aquen. qui contra Dec. eo in caſu iudicauit, vt dicit ibi Pariſien. Apoſtillator quamuis pro opinio. Decij, quod nō inſpicienda ſit ſuitas in l. ſi infanti. ego allegarem tex. in dicta l. ſi infanti. §. ea vero, ſed reſponſum fuit, quod loquebatur in caſu tex. in 1. ſecundo reſponſo, ideſt quando parens ſuccedit infanti, ſecus autem quando uult mater ſuccedere in hæreditate infantis, qui non erat in poteſtate prius defuncti, & ita uidetur intelligere Paul. de Caſtro. in dicta l. ſi infanti. columna 1. & tandē poſt multas altercationes iuxta hāc meam opinionem fuit per Senatum iudicatum, dictumque vtrunque, ideſt auum & matrem admittendam, ſicut admiſſi eſſent auus, & auia, & hoc in cauſa Luperiæ Cunien. Anno 1563. 26. Nouēbris. & cum poſtea iterum caſus ſimilis bis occurriſſet in Senatu, Domini fuerunt ſuper diſcordes, & nihil fuit reſolutum, licet propter alios articulos contingentes aliquibus forte videri poſſet eiuſmodi cauſa fuiſſe iuxta opiniones quas defendebant reſolutas; qua de cauſa ſemper exiſtimaui periculoſum, vt Senatus vota, & ſententiæ ab alio notarentur quam ab eo, qui votis aſtitit. nec mirum eſt ſi aliquando contra aliquorum notatam deciſionem contraria videtur alio tempore dici ſententia, qui ex leuiſſima qualibet rerum, uel perſonarum, aut iudicum mutata qualitate ſententiæ mutantur, ut Doctus ille Bodin. libro 6. ſuæ reipub. capitu. ultimo adnotauit. Sed nouiſſime, cum diſputata iterum fuiſſet hæc quæſtio in cauſa Illuſtr. D. Senatoris Ozaſc. contra Illuſt. D. Comitiſſimā Eugeniæ olim Illuſt. D. Annibalis Chacherani uxorem, maior pars dominorum dubium hoc reſoluit fauorem aui contra matrē, & ita pronunciatum non obſtante reſtitutione. Ego uero non recederem a priori ſententia, & mediam ſemper uiam eligerem per ea quæ mox ſubiiciam. donec Imperiali aut principali deciſione res terminetur.

### Mediā uiā in ambiguis eligendam eſſe uarie diſcutitur, & probatur.

## DECISIO LXXXIX.

1 *Media uia ambiguis eligenda, & num. 4. & 5.*

2 *Iudex melius facit ſi rem diuidat in quæſtione ambigua, quem ſi in alterutram partē inclinet.*

3 *Iudex poteſt partes ad concordiam compellere.*

1 MEDIA uia in † ambiguis ſequenda eſt. l. Titius. ubi Alex. D. ab Trebel. præſertim ubi sūt opinionē Doctorum. contrariæ, ut per Dec. in l. præcibus. nu. 19. uer. ſed iſta poſt Seuerin. Soc. & Anchar. ibi relatos Bal. nouell. de priuil. dot. par. 10. col. 13. ue. 16. & ultimo fal. per. tex. in l. adeo. §. cū quis ex aliena. C. de acquire. domi. Anchar. conſ. 120. Idem uoluit Bartol. in l. ſi duo. ff. uti poſſide. & in l. 1. in fi. C. eodem Alberi. in ca. licet cauſam de probatio. in fi. & ibidē Dec. col. 18. Soc. in l ſi quis cum totum in fi. princ. de except. rei iudica. Felyn. in c. 1. col. penult. de conſtitu. Boer. deciſ. 92. columna fina. Tiraqu. late de primogenitu. quæſt. 17. opin. 4. n. 9. & ſeque. præſertim cum quis iudicat ex æquitate vt dicit Burſat. poſt Bart. de Bartolinis. conſi. 5. numero 39. verſi. concludit tamen. Et ad hoc facit, quod in ambiguis, quod minimum eſt ſequimur l. ſemper in obſcuris de reg. iur.

 Hinc

Hinc inferebam in cauſa ardua, de qua
late ſcripſi ſupra deciſione proxima, diui-
dendam eſſe hæreditatem infantis inter
auum,& matrem,& ſecūdum opinionem
meam ita tunc cenſuit Senatus. 1563. 26.
Nouembris.Et in alia cauſa Aſten. ſuper
ſtatuto excludēte fæminas, de qua ſcripſi
deciſio. 101. vbi partes fuerunt coactæ cō
cordare propter dubium iuris articulū re
ferente Domino Appiano.Et quamuis a-
liqui ex Dominis repugnarēt dicētes hūc
eſſe morem ruſticorum,& non bonorum
iudicū,vt ſentit glo. in l. Neſennius. D. de
negotiis geſt.cōtra quem morem eſt tex.
in l. quæſitū. §. ſi quis. D. de fund. inſtruct.
vbi Alberic.Tamen in contrarium allega-
bā,quod in ambiguis etiam boni iudices
debēt ita facere idque eſſe etiam iuris Di-
uini.Nam & Salomon ad noſtram inſtru
ctionem cēſuit infantem rem indiuiduam
diuidendam,quia caſus erat dubius, ut in
cap.afferre de pręſumpt.quem ad hoc ci-
tat Deci.conſ.176.nu.6.& id iure noſtro
ciuili procedit,vt in l.& hoc Tiberius. D.
de hæred.inſt.l.Titius. vbi Alexa. ad Tre-
bellia.l.ſi paterfamilias,vbi Bald.D. dicto
titulo de hæred.inſtituen.& hoc erat Stoi
corum in re dubia conſuetum iudicium.
quos propterea hercíſcundos Seruius vo
cat,quaſi rem diuidentes teſte.Ciriac. lib.
10.obſer.cap.4.meliusque ſine dubio eſt
media uia rem terminare quam forte,quę
uti fortunæ iudicio commiſſa in deterio-
rem aliquando partem cadit, licet apud
antiquos res dubiæ ſorte dirimerentur, vt
multis more ſuo demonſtrat.Tiraquel.in
dicta quæ.17.opinio.1.num.1.& ſequen.
& Longobardorum temporibus) barbare
quidem ) gladio ſeu duello dirimebantur
omnes dubietates, ut ex illorum ſcriptis
legibus videre eſt.

Mouebat præterea authoritate Decij in
conſili. 68.pro reſolutione.num.3.qui di
2 cit†iudicem melius facere ſi rem diuidat
quam ſi in alter ultram partem inclinet,&
ibidem Pariſien.imo debet Iudex ita face
re,ut per eundem Decium in dicto conſi
lio.176.nume.9.Socin.conſi.150.libro 1.
Pręſertim vero quando agitur(vt hic) in-
ter coniunctos.Dec. cōſil.445.n.1.& 2.&
d.l.& hoc Tiberius.Melch.Palaez.in trac.
maioratu.pa.1.quæſt.3.n.9.

3 Ad quod etiam facit,quia ſi†iudex po-
teſt quandoque partes ad concordiam cō
pellere,vt not.Ale.& alij in l.quidam exi-
ſtimauerunt.ff.ſi cert.pet.& ad Bart.in l.
ęquiſſimum de vſufruc. Marc. dec. 465.
numero 2.Dec dicto conſ.445.num.2.&
allegatur text.in cap.placuit.90. diſtinct.
Hartman.practicar.obſeruat.forenſ.lib.1.
titul.de Arbitr.cap.1.P.Belluga Hiſpanus
Speculo princ.rub.27.nume.48.vſque in
fi.& in concordijs tales deciſiones fieri ſo
lent, quare non poterit iudex aliquando
& ipſe diuidere,cum factum iudicis cen-
ſeatur factum partis ? Hocque tanto cla-
rius licere videtur ſupremo magiſtratui,
ideſt Senatui,qui liberiores habet in iudi-
cijs habenas,& poteſt iudicare etiam ex
conſcientia,vt per Franc Marc.quæſt.434
pręſertim quando vtraque pars tractat de
lucro,vt dicit Dec.in dicto conſi.176. nu
mer.6 per tex.in l.ſed & ſi lege.§.adeo.ff.
de petit.hære.vbi ita ipſe conſuluit in cau
ſa dubiæ ſucceſſionis, & ante eum ita te-
nuerunt Din.Vincent.Bart.Bal.Alex. An
charan.Socin.Felyn.Panorm.Ange.Barb.
quos omnes citat Boer.dec.42.nume.39.
dicēs,quod in re ambigua laudatur iudex.
qui per medium diuidit,& ita dicit in ca-
ſu ſuo feciſſe parlamentum. idemque vo-
luit.Zaſ.in l.2.§.exitus.num.12 ff.de ver.
obliga.Alciat.in cap.1.num.99.de offi.or
din.Dec.cōſ.445.dicens ita iudicaſſe.But.
& Ancharan. cuiuſdam dubię cauſę iudi-
ces.Ritius Merlus in tracta.de plurib.pote
ſtatib.tracta.11.Capic.dec.176.in fin.Ne-
que vnquam mihi placuit aliquorum opi.
qui ſimiles dubios caſus dicunt eſſe quæ-
ſtionem pro amico.Soleo enim ego dice
re,quod potius eſt caſus pro diabolo cum
nō liceat iudici in dubio iuris articulo ali
ter dicere quam vel ſibi nō liquere, vel in
fauorem vtriuſque iudicium proferre rē
ipſam diuidendo non autem pretio,vel a-
more alterutri totum conferre, ius enim
ſemper certum eſt,licet in ſcientia noſtra
quandoque incertū reddatur.l.ſed ſi reſti
tuatur.§.fi.in fi.ff.de iudic.quare autem de
bet ignorantia mea alteri nocere.

4 Prędicta opinio † limitatur, vt procedat
quando dubium eſt iure, ſinautem eſſet
in facto,vt quia vtraque pars probaret in
tentionem ſuam,tunc in dubio eſſet iudi-
candum pro reo.Albe.in l.Titiæ textores
de leg.1.quem ſequitur.Benedict.de Plū-





bino.Imo.& Felyn.quos refert, & ſequitur
Boer.dicta dec.42. ad fi. dicens ita per par
lamentum fuiſſe iudicatum in quādā cau-
ſa poſſeſſoria. Verum ego crederem etiā
hoc caſu debere iudicem, & conſultorem
hortari tranſactionem, & decretum inter
ponere iuxta Bald.in conſilio.6. uiſo teſta
mento Bartolucii. in fine. libro. 4. faciunt
quę dicit Barto. in l. ſi duo D. uti poſſide.
5 Limita ſecundo niſi eſſet † ambiguitas
in actione, quia interpretatio fit in fauorē
actoris.l.ſi quis intenſione, de iudit. late.
Deci.in dicta l. ſemper in obſcuris. nu.10.
de reg.iur.

## Iudex originis an poſſit punire originarium ſubditum, qui in alio territorio deliquit.

### *DECISIO CX.*

1 *Iudex originis nōpoteſt punire originari
um ſubditum,qui in alio territorio deli
quit contra,nu.2.& nu.7.*
2 *Conſuetudo,ut non fiat remiſſio delinquen
tis,quando procedat.*
4 *Iudex domicilij an puniat delinquentem.*
5 *Iudex originis per uiam accuſationis cōtra
delinquentem in alterius territorio proce
dit.*
6 *Iudex originis an præuentione cauſam cri
minalem retineat.*

IVDEX originis an poſſit
punire originarium ſubdi-
tum, qui in alio territorio
deliquit, dubia eſt queſtio,
& antiqua. & ex qua latiſſi
mum differendi campum magiſtri noſtri
ſumpſerunt in delictorum materia, ideo
illam ut in dubiam irreſolute tractat Alex.
conſilio 111.ponderatis.lib.1.co.2.Bal.in
ſua margarita. §.iudex.col.3. uerſi. iudex.
in decidendo,& in ea reperio duas princi
2 pales opiniones. Prima eſt, quod† iudex
originis non poſſit punire originarū ſub-
ditū, qui in alio territorio deliquit, cuius
authorem uideo Oldr.in diſputatione de
Lucano,quem refert & ſequitur.Ioa.And.
ad ſpec.de cōpet.iudi.§.1.in addit. incip.
antequam.uerſi.longe plus, & Bal ad eun
dē Spec.de ſenten.col. 23.in addit. incip.
ſententia lata ex inquiſitione. & in l.1.C.
de eunuc.Albe.de Roſat.in 3.q.par.ſtatu.
q.16.Gādin.late.q.vlt.Saly. in l.ſeruus,C.
ad l.Iul.de vi Bolognin.conſi.8. colum. 2.
in fi.Alex.dicto conſilio 111.uerſicu. Plus
uoluit,libro 1. licet ſe in hoc non firmet.
Marſil.in l.fin.nu.135.& 138.& conſi.67.
num.63.& conſilio 110.dicens magis con
munē.Odofred.in l.1. C.ubi de crimi.agi
opor.& ibi Iacob. de Beluiſ. Aretin. in §.
Hæc eſt quædam inquiſitio num.85.Lau
rent.de Rodulf.inter conſil.crimina.Zile.
conſi.15.nu.3.dicens magis communem
hanc eſſe canoniſtarum,& legiſtarum opi
nionē,ſequitur, & cōmunem dicit Gram
mat.deciſ.26.nu 6.dicens ita tenuiſſe om
nes antiquos Doct.& fuiſſe communi uo
to iudicatum, & nouiſſime in eadem cu-
ria ita deciſum teſtatur Vincent. de Fran.
dec.37.quia potentior,& principalior eſt
forus delicti.Roland.lata.conſi.19.per to-
tum.lib.2.Foler.inter.cōſ.criminal. Zilet.
conſi.96.lib.2.Et pro hac prima opinione
allegatur tex.in l.1.& in Auth. qua in pro
nūcia.C.ubi de crim.agi opor.l.fi.D. de iu
riſd.omn.iudi.l.reſcripto.§.ſi quis accuſa
torē.D.de mune. & hono.pulcher.tex.in
l.ſi cui.§.fin.D.de Accuſat.cap.ut anima-
rum §.ſtatuto.de conſtitut. lib. 6.& plura
ſimilia adducit Syluan.conſ.103.in prin.
Ratio eſt huius ſententiæ ſecundū Marſi.
& Aretin.quia offenſa eſt iuridiſctio terri-
torii delicti non originis.

Altera fuit opinio quod imo poſſit iu
dex originis punire,quam† tenuit Cyn. in
dicta l.1.& ibi Caſtr.num.5.& 6.C. ubi de
crim.agi opor.Bar.in l.1.nu.45.C.de ſum
ma Trinit. & ibi Bal.qui dicit hāc opinio
nem tutiorem.Ang.in l.ſi uacantia.col.15
uerſi.ſed incidenter quæro. C. de bon. ua
can.lib.10.Franc.in d.cap.ut animarum.§
ſtatuto colum.fi. Afflict.in conſtitu. regn.
li.3.rub.55.de periur.nu. 21. ubi dicit hāc
eſſe communem opinionum omnium do
ctorum, & ibi num. 25.limitat in crimine
falſi ſed ego non uideo rationem diuerſi
tati. Hanc opinionem ſequitur, & cōmu-
nem dicit Auguſti.ad Ang.in d.§. Hæc eſt
quędam inquiſitio.nu.85.Boſſ.in titu. de
pœn.Cagnol.in l.fin.D.de iuriſdict.omn.
iudic.num.53. Didac. Pract.quæſtionum
cap.11.nu.5.Butr.conſilio 58.numero.3.
Neuiz.conſilio.68.nu.54.Syluan.cōſ.103

lib.2.qui hanc opinionem crebriorem, &
ueriorem dicit, & maioris ponderis eſſe
Doctor. qui hanc ſequuntur quam alios,
qui alteram defendunt, & illã nouiſſime
ueriorem, & communiorem teſtatur.P.
Io.Anchar.Regienſ. quæſt.familiar.libr.3.
quæſt.7.nu.3.& ſequen. pro qua opinio-
ne ultra late tradita a ſupra ſcriptis docto
ribus ex tex.in d.l.1.C. ubi de crimi. & l.ſi
quis hoc genus. C.de epiſco.& cler.Addo
ego unum, ꝙ delicta non puniuntur prin
cipaliter propter offenſam teritorio factã
ſed propter odium criminis, & ne delicta
impunita remaneant cum iura, & pax pu
blica uiolenter,quæ vbiquæ vigent,& do-
minantur tam, in loco originis,quam deli
cti, & propterea Imperatores in dicta l.1.
C.ybi de crimi.illis utuntur uerbis.

## Quę legibus aut extra ordinẽ coercentur.

Quaſi quod eo caſu vbique poſſit puni
re delinquens, ut ibi dicitur. Hincque di
cit Hyppolitus Bonacoſſa inter ſuas quæ-
ſtiones criminal. in uerbo remiſſio in fin.
quod hodie de conſuetudine non fiũt re-
miſſiones ad locum delicti licet ipſe fa-
teatur communem eſſe in contrarium, &
hanc conſuetudinem per totam Italiã ui
gere dicit poteſt Bar.Abb.in cõſ.24.nu.1.
8 parte prima. † Quam tamen conſuetudi-
nem pulchre intelligit idem Abb. ibi.n.2.
uerſiculo ſed cõſuetudo,ut procedat ſi iu
dex qui delinquentẽ in ſuo territorio ha
bet,vult ipſum punire,nam tunc non tene
tur iudex domicilij remittere niſi de ur-
banitate, & in hãc ſecundã opinonem ip
ſe Abb.ibi in fi. deſcendit,& concludit, &
hãc conſuetudinem obſeruari dicit Gaſt.
& in dicta l.1.num.5.& illam in curte Ro
mane uigere teſtatur Oldrad.cõſilio 124.
& quod remiſſio in hoc caſu de urbanita
te fiat,tenet glo.in dicta l.ſi cui.§.fi.D.de
accuſa.

Hanc ſecundam opinionem ita ualere
quidam arbitrati ſunt, ut non ſolum uo-
luerint iudicem originis punire poſſe, ſed
4 etiam iudicem domicilij. Ita Ange. in di
cta l.ſi uacãtia.columna.15.uerſiculo. ſed
incidenter quæro. dicens ita de facto iudi
catum,& communem dicit Brun.cõſ.144.
columna ſecunda, libro 2.Sed cõtrarium
eſt uerus, & ita tenuit Gramma. in dicta
deciſ.26.numero.9.poſt Marſil.imo ſi iu-
dex domicilij inquirat,& inquiſitum cæpe
rit,& petatur remiſſio a iudice originis, &
loci delicti, tenet remittere, ſed remiſſio
fiet magis iudicem delicti quam origi-
nis, & ita intelligo dictum Vincent.de
Franch.in dicta deciſ.37.& hæc remiſſio
fiet etiam poſt ſentẽtiam, ut per Iacobin.
qui dicit ita conſuluiſſe in l. hæres abſens
§.ſi quis tutelam.num.primo.D. de iud.
imo non ſolum in loco originis,ſed etiam
domicilij uidetur eſſe tutus reus, prout
uidetur cõcludere Boer.dec.28.in fi. reſe
rens ita iudicatum, & ubique. uidetur ob
tinere, ut ſit tutus reus modo a loco com
miſſi, delicti aufugiat, & ita uidi ſemper
obſeruatum, niſi Princeps inter ſe aliam
conuentionem haberet qualiter de fœde
ralis popullis dicit Bar.in dicta l.1.nu. 44.
C.de ſumma Trinit.vel de facto delinquẽ-
tem Principi amico remiterentur, ut fieri
ſolet ad gratiam parandam,prout fecit Pi
latus erga Herodem,ideo ego non credo
tutos delinquentes, qui ita ſe principibus
rios,remanebit quaſi ſine contradict. opi
nio Bar.Cum qua tãdem poſt multam di
ſputationẽ tranſibat Senatus in prædicta
cauſa de Chiaranſonai In qua tamen aliæ
concurrebant coniecturæ, nẽpe, uocatio
deſcẽdentium,digreſſio ad plures gradus
& qualitas maſculinitatis, quarum quæli
bet iuncta cum ſuperiori licet rẽ faciat in
dubitabilem,poſſet tamen ſuſtineri,quod
iſta per ſe ſola ſtãte clauſula conditionis,
facit ut filij dicantur uocati,ſtãte commu
ni opinione de qua ſupra.Et ſi ꝑ ſubſtitu-
tionem



ne illis facta,de qua tamen re circa quali-
tatem ſubſtitutionis,uide Ruſticum libro
ſexto,cap.5.

Plures ad hanc coniecturam dantur am-
pliationes & declarationes,pro quibus ſa
tis erit videre Gabriel.d.q.4.& Ruſticum
d.lib.4.c.3.4.& 5.

Secunda eſt cõiectura,quę & ipſa ſatis
15 cõtrouerſa & diſputabilis eſt, quando† te
ſtator ad plures gradus ſubſtitutionum di
greſſionem fecit, vt ſi dicat. *Inſtituo fi-
lium, & eo ſine liberis decedente ſubſtituo
Sempronium,& moriente Sempronio ſine
liberis, uel liberis filij ſine liberis ſubſtituo
Caium.* Tunc enim aliqui voluerunt poſi-
tos in conditione cenſeri vocatos, quia
per illam magis apparet de enixa volun-
tate teſtatoris,vt bona perueniant ad ſub
ſtitutos,& per conſequens primo liberi ex
teſtamento capiant. Hæc coniectura fuit
originaliter præpoſita a viro ſubtiliſſimo
P.de Ancharano, ad ſaluandam gl.& com
munem opinionem,in conſil.74.vbi con-
ſuluit in caſu quando omnibus decedenti
bus ſine liberis ſubſtituta eſt pia cauſa, ꝙ
conſilium ad huc ſolet continuo allegari,
vt dicit Rip.in l.centurio num.165 quem
ſequuntur 23.doctores allegati per Tren-
tacinqu.dicto cap.11.nu.27.verſic.ex prę
dictis,quibus addi poſſunt.Purpura.conſu
lendo,Pariſien.Crot.Coraſ.Io.Bolognet.
Non.Cęphal.H.Gabriel.Riminald.Iunior.
Celſ.Vgo.Menoch.Bero.Gu.PP. Decia.
Manti.Natt.Rol.Marzar. Simon de Præt.
Ciof.P.Surd.quos ſuis locis refert Ruſtic.
in ſuo tracta.li.3.c.1.n.1.per totum.quo-
rum maior pars atteſtatur de communi
magis communi,& illam uidetur ſequi H.
Gabriel.d.concl.4.nu.15.

16 Sed contra Ancharan.tenuerunt ſexde
cim doctor. ſimiliter per † Trentacinqu.
allegati in loco ſupra citato,quorũ aliqui
teſtatur de communi,dicentes opinionem
Ancharani eſſe communiter reprobatã,
& illis addi poteſt ipſe Trentacinq.qui di
cit opinionem cõtra Ancharan.eſſe veriſ
ſimam in puncto iuris;ſed duobus in caſi-
bus admittit pro vera ſententia Ancha-
rani.Primo quãdo teſtator plures gradus
ſubſtitutionum fecit,repetita ſemper con
ditione ſi ſine liberis,expreſſe honorando
filios in vltimo gradu. Sed iſta declaratio
non mihi videtur tuta, imo non reſoluit
quæſtionem huius coniecturæ, quia ſi ex
preſſe filij in cõditione poſiti ſunt in fine
teſtamẽti vocati,fruſtra diſputatur de in-
terpretãdo voluntate teſtatoris,& fruſtra
torie quæritur an in cõditione poſiti ſint
vocati.Secũdo declarat ſententiã Ancha.
vt illa admittaẽ,quãdo alias aliquod orire
tur abſurdum, vt ſi teſtator inſtituto ſine
liberis decedẽte reciproce ſubſtituiſſet, &
poſt mortem omnium alium vocaſſet,in
de vltimus ſine liberis moriatur;tũc enim
ne ſequatur abſurdum, quod ſubſtitutus
admittatur liberis teſtatoris excluſis, di-
cendũ erit filios in cõditione poſitos eſſe
vocatos;Sed & hæc declaratio(pace dixe
rim)inanis eſt, quia in hoc caſu iura ſunt
aperta tã in l.Lucius,quam in l.cum auus.
& l.cum acutiſſimi.quod donec extãt ex
primo inſtituto liberi nunquam fit locus
ſubſtitutioni;imo hoc ſtante adhuc dicere
poſſemus iſtos filios rupiſſe fideicommiſ-
ſum, cum ſint tantum poſiti in conditio-
ne, ſtatimque atque in humanis extant,
& nõ cenſeri vocatos ſubſtitutos niſi libe
ri in conditione poſiti fuerint etiam gra-
uati,quo caſu reducitur res ad quæſtionẽ.
Bar.de qua ſupra.Vnde iſtis circũſcriptis,
adhuc dubia remanet Anchara. doctrina,
contra quẽ etiam inſurgunt Clar. Alben.
Burſat.Cęphal.Celſ.Vgo. Eman.a Coſta.
Bero.Moder. Pariſ.qui dicunt illam eſſe
phantaſiam Ancharani Iacob.Berret.Fran
ciſc.Vegg.Inter quos Cæphalus cõſ.419.
num.74.li.3.voluit tunc demum veram
eſſe opinionem Ancharani, quando vltra
duodecimum gradum teſtator eſt digreſ-
ſus, quod ſane ridiculum eſt: illud enim
maiorem quandam voluntatem indicat,
ſed nõ eſt illa voluntas in tanta digreſſio-
ne ſumenda, cũ ſatis percipiatur ex reci-
proca ſubſtitutione,cum alia digreſſione,
vt in caſu Ancharani.Item contra Ancha-
ran.tenuit.Simon de Pręt.quos omnes re
fert Ruſtic.dicto libr.3.cap.1.nu.5. Addo
iſtis Ozaſc.conſil.35.num.16.in fin. Petr.
d.q.6.nu.166.Riminal.Iun.conſil.464.n.
60.& ſeq.lib.4.

17 Mihi re vera † in iſto opinionum con-
curſu,in quo videmus doct. uaria & con-
traria ſcripſiſſe,difficillimum ſemper eſſe
uiſum fuit aliquid deliberare, meliuſque
eſſet & ĩ hoc paſſu rẽ cõcordia terminare,
& ita laudarem,potius q̃ res & facultates

ſuas in certæ opiniones arbitrio cõmittere:Sed ſi uelimus rei ueritatẽ conſiderare & aliquid in hac re determinare,maxime me mouet ratio, quę ꝓ opinione Ancharan.frequẽtius admittitur, nempe expreſſionẽ quandam hic ſubſiſtere uoluntatis teſtatoris,ut bona ſua nõ ab inteſtato, ſed ex teſtamento ſuo capiant liberi, & ſi tantũ tribuimus ſimplici conditioni, ut etiã hodie dubitent doctores an opinio gl. uera ſit,quare libere non dabimus manum ut ſtante iſta digreſſione cenſeãtur liberi uocati; Ridiculum enim alias fuiſſet tot digreſſiones facere in aliorũ perſonas aliquando etiam extraneas,& liberos magis dilectos inſtituto proximiores nõ uocare, Magna etiam eſt Ancharani authoritas,& illius non contemnẽdam doctrina;Ideo licet in aliis coniecturis dubitem an potentes ſint ad inducendam vocationẽ per ſe, tamen iſta ſola videretur mihi ſufficiens propter magnam præſumptionem,quam in ſe continet, & ſi dubitemus recedere à communi opinione, hæc eſt proculdubio magis cõmunis: & miror de illis, qui contrariam dicere voluerunt, & facillime rei veritas haberi poterit,ſi doctores (ꝓut in hoc noſtro miſerrimo ſeculo apud doctores fieri ſolet) dinumerentur; & cum hac opinione nouiſſime tranſit Ruſtic. dicto capitu. 1.nu. 14.cui addo Crauet.cõſ.878 num.10.Mich. Graſ.in dicto.§. fideicommiſſum.q.14.num.3.in fi. & cum Ancharano tranſiuit Senatus. 1562.Mẽſe Septẽbris. ut ſcripſi ſupra deciſio. 60. & iterum in practica cauſa de Chiaranſonai, quam quã in ea res erat clarior propter alias cõiecturas cõcurrẽtes, & nouiſſime in ſupra ſcripta cauſa Freilini. 1590 Menſe Ianuarij.vbi etiam teſtator ſubſtituebat fratrẽ, & illius linea deficiente uocabat filios excluſo alio fratre, licet aliqui ex dominus reclamarent, nam,& eo caſu dicere poſſumus teſtatorem habuiſſe cõſiderationem uocando in ſubſtitutione fratrem,& alios ad agnationem illius, licet fæminas inſtituiſſet,ut in ſimili poſt Socyn. Iun.& Ale. tenuit.Petr.dicta.q 9. n.185.uerſ.4 caſus. erit autem res in toto ſi cum iſta cõiectura illa ex leuioribus concurrat, puta excluſio fæminarum , uel qualitas maſculinitatis, & ſimil. de quibus infra , ut per Ripã in d.l.centurio.nume.165.multi etenim e doctoribus,qui pro Ancharano reſponderunt, cumulant in caſibus ſuis plures concurrentes coniecturas: ut eſt uidere apud Crauet.dicto conſilio.878.

Nec eſt uerũ quod Ancharanus ſuſtineat hãc opinionem ex eo quod in caſu ſuo cõcurrebat qualitas maſculinitatis, & ſubſtitutio pię cauſę, quia licet iſta cõcurrerent in caſu ſuo ,non tamen in illis ſubſiſtit,ſed tãtũ ſuper iſta digreſſione, & per illam ſaluant opinionem glo.& communem in dicta l.Lucius imo quod etiã ex ſubſtitutione piæ cauſæ nõ inducatur uocatio,tenet ex communi Anchara. Lun. quęſtionem familiar.lib.3.q.31.nu.10. & ſequen.

Plura adduxerunt Doctores cõtra Ancharan. fundamenta,ſed inutilia,& limitationes ipſorum nõ poſſunt eſſe efficaces ad deſtructionem illius opinionis: ſed mirari nõ deſino,quomodo audacter magis quã uere dicere aliqui potuerint, nõ pro-
18 cedere † iſtam opinionem quamuis dixiſſet teſtator, ꝙ uolebat bona ſua tranſire de hærede in hæredem, vſque in infinitum,ut dicit Port.conſ. 137.nu.18.ad finem cenſeo hoc caſu non ſolum poſitos in conditione eſſe vocatos,ſed etiam grauatos,& eſſe inductum perpetuum fideicommiſſum, quia cõſtat de aperta uoluntate teſtatoris fideicõmittendi,& ſi ſimus in familia res eſt apud me expedita hoc
19 caſu, nec habet principium difficultatis.

Minus quæ ſuſtineri poterit † aliorũ opinio,ſed eſt certe ridicula , q uoluerũt nec etiam procedere opinionem Ancharan.ſi teſtator declaraſſet,quod faciebat tot gradus ſubſtitutionũ, quia intentio ſua erat, quod bona ſua perpetuo conſeruentur in familia, quos refert. Petra.dicta quæſt.9. num.200.quia non ſolum hoc caſu eſt cõiectura ualidiſſima uocationis, ſed per eã clauſulam eſt inductum abſolutum fideicommiſſum ut ſuo loco late dicemus, & infra ſubiiciam.

Supraſcriptæ duæ coniecturę uidentur ſatis per ſe efficaces, & ſufficientes attenta cõmuni opinione, & dubietate regulæ ſupra in princip. Deciſionis poſitæ ac uocationem inducendam: ſed ſi uel ſimul concurrant,uel una ex infra dicendis alteri accedat res non erit in controuerſiam deducenda, quicquid alij ſine ratione , &





fundamento ſcripſerint. Multæ autem alię ſubnectuntur coniecturæ,quæ per ſe nõ ſufficerent ad inducẽdam uocationẽ , ſed ſimul iunctæ multum operantur , quarũ multas ſimul annectẽdo facio unicam cõiecturam,& ſic.

Tertia coniectura eſt,& quidẽ potentiſſima ac principaliſſima ad faciẽdum,ꝙ liberi in conditione poſiti cenſeãtur uoca-
20 ti nempe, ſi teſtator † in ſuo teſtamento habuiſſet conſiderationẽ ad familia ſua, & ad perpetuandum fideicommiſſum in ſua linea ratione agnationis cõſeruandæ, ꝓ qua re multos refert Ruſtic.dicto trac. lib.5.cap.7.num.1.& hanc coniecturam, quæ fauet agnationi cęteris potentiorem eſſe,dicit Ruſtic.dicto libr.5. cap.8. numero 4.quod cum multipliciter contingere poſſit,ideo poterunt cõſiderari plures caſus. Primus eſt ſi in teſtamento maſculi tantum uocati fuerint,& adiecta conditio
21 † cũ qualitate maſculinitatis, ut ſi dicat teſtator. *Inſtituo filios meos maſculos , & ſi filii mei deceſſerint ſine filiis maſculis, Titiũ ſubſtituo*,nam hoc caſu multi ẽ doctoribus tam legendo,quam conſulendo tenuerũt propter qualitatem maſculinitatis iſtos filios cẽſeri uocatos,& ſic uenire ex teſtamento,& quidem non alia urgentiori ratione moueri potuerunt quam ex eo, quod habuerit teſtator maſculos, uocando,mẽtem & ad animum ad perpetuationem familiæ excludendo fœminas: imo ex hac excluſione,neceſſaria ſequitur incluſio ipſorum maſculorum, & per conſequens ſuccedit manifeſta uocatio filiorũ in conditione poſitorum.Hæc fuit originalis conſideratio.Gui.Pap.in quæſt.184. quem ſequuti ſunt propter illius authoritatem (quæ non parua eſt,ut teſtãtur De. cõſ.220. & Gigas de pẽſionibus.quęſ.44. col.1.)De.Rube.Cur.Iun.Goza.Ru. Cor. Iaſ.Soci.Sen.Pai.Socin.Iun.Crauet. Gra. Boer.citati per Gabriell.dicta concluſ. 4. nu.4.& eodem ordine relati a Trẽtacinq. in dicto cap.11.nu.24.in prima coniectura.Cuma.Rip. Pariſ. Alciat. Albenſ. Purpurat.inter cõſ.Silua.Burſa. Coraſ.Gribal. Zanch.Bolognet.Rota Roman. Cæphal. Port.Decian.Iacob. de Nigr.Non.H. Gabriel.Riminald.Iun.Cælſ.Vgo.Bero Mantica.Crot.Rol.Marzar. Math.Brun. Cioff. Aemil.Ferret.P.Sur.Menoch. quem uide conſil.393.nu.6.& 8.& conſi.394. lib. 4. & Turturell.quos omnes ita indiſticte tenentes recẽ et. Ioſeph.de Ruſtic.in dicto tracta.& an quand.lib.lib. 2.cap. 2. ubi in fi.ſub num.42.uerſiculo ego tamen illam uti ueriorem , & crebriorem ſequitur, & illam magis communem teſtantur Deci. Alben.Port.Decian.dicens ab illa in iudicando non eſſe recedendum,imo pro illa fuiſſet Brixiæ,& per Senatũ Venetum iudicatum dicit Curt.Iun.& in iudicãdo firmatam teſtãtur Boer.Celſ.Vgo.& Ceph. conſilio 115.numero 23.& dicit Bur. cõſilio 202.nume. 34.hanc opinionem eſſe ueriorem,ęquiorem, & communiorem. eandem ſequitur Mich.Graſſ. dicta quæſ. 14.in prima coniectura, in fi. licet exiſtimãs aliam communem eſſe dicat durum forte eſſe ab illa recedere. ſequitur bene examinãdo.D. Purpura. conſilio 596. numero 8.ubi reſpondet ad argumẽta in cõtrarium.Crauetta conſilio 537. num. 10. ubi dicit,quod licet ita opinio habeat dubitationem ſolis filijs maſculis in conditione poſitis,tamen extra controuerſiam remanet filiabus, & fœminis excluſis fauore agnationis.Ego exiſtimo quo ad hoc idem eſſe quando ſoli maſculi ſunt in cõditione poſiti,quia tunc fœminę ſine dubio ſunt ꝑ ſe ſatis ſine expreſſione excluſę, & ita per Senatum Pedemontanum tunc temporis ipſo conſulente.iudicatum dicit Cagnol. in l. 1.numer. 51.C.de pact. addo Panciro.conſilio 99.nume.15.P.Io. Ancharan qq.familiar.lib.3.q.31.num. 2. qui dicit communem,& pro illa ſæpius iudicatum. Hanc opinionem adeo ueram quidã ſunt arbitrati,ut ampliauerint quotieſcunque non expreſſe, ſed tacite ex cõiecturis de maſculis mentio facta fuit , ut per Ruin.conſilio 139.nu.14.libro 3.Soc. Iun.conſilio.78.numero.14.libro.3. Dec. conſi.546.num.3.Guid.Pap.quæſtio.531. quos ſequi uidetur Ruſt.dicto lib. 2.ca. 3. numero.1.ſed ego dubito de hac ampliatione,quia nimis duplici taciturnitati concederetur,& daretur cõiectura ex alia cõiectura,quod eſt periculoſum affirmare,& quod idẽ Ruſtic.poſt Gozadin. & Ceph. extendit in feudali materia,non concedo, quia in feudo de ſui natura fœminæ ſunt excluſæ , ideo alia eſſet neceſſaria coniectura.

22 Sed cõtra iſtam† coniecturam excla-
mant multi,quos ad longum referũt Ga-
briel.Petra & Trentacinqu. qui hãc ſequi
tur dicens ſibi magis placere,& longe plu
res de communi arte ſtãtes adfert Ruſti.
dicto lib.2.num.34.& contra ſuum uotũ
dicit Guido Pap.maiorem partẽ domino
rum iudicaſſe,ſcribuntq; multi inter quos
Rip.in l.Centurio.n.162.opinionem Gui
do Papę.nõ eſſe tutam Simon de Præ. de
interpretat.ult.mar.uolunt.li.3.ſol. 2. nu
me.11.& conſ.42.

Breuiter omiſſis doctorũ ſubtilitatib.
licet ex dinumeratione doctorum abſq;
dubio ſit magis communis opinio Guido
Papæ,& illa ſit re uera non inefficax conſi
deratio ad inducendam uocationem, ego
23 tamen ſic reſoluo, quod† in hoc caſu ma
gna oriatur coniectura uocationis, cõſide
rato fauore agnationis, dum ſolos maſcu
los ad illius hæreditatem uocauit teſtator
ſeu magis in cõditione poſuit, ſed nõ eius
eſſe roboris,ut ſola ſufficiat ad grauandũ
teſtatorem ideo debere coniungi cum ali
qua alia,ut poſſit robur obtinere, & ita ſæ
piſſime iudicauit Senatus reiecta opinio.
Guido Pap.quãdo cum maſculinitate alię
coniecturæ non cõrruunt, & ſi bene exa
minabũtur doctorum ſcripta, maior pars
illorum conſuluit eo in caſu, quando cum
qualitate maſculinitatis plures aliæ conie
cturæ concurrebant.ita fuit reſolutum ꝑ
Sacrum conſilium coram Principe in p̄di-
cta cauſa de Chiaranſonai, in qua fuit di-
ctum eſſe uocatos filios in cõditione poſi
tos, quia ultra qualitatem maſculinitatis
concurrebant digreſſio, & grauamẽ, & ita
concludit Put.in dicta deciſi.215.libro.3.
& pro hac concordia multos Doctores cu
mulat.Graſſ.dicta quæſt. 14.numer.1. uerſi
culo,ſed hæ duæ & in ſpecie ita uideĩ de
terminate Cæphal.conſilio 476.num. 18.
lib.4.quem ſequitur Petra dicta quæſtio
ne.9 nume.183.uer.uerũtamen hæc cõ
tentio A.Perſona.d.trac.de adipiſcen.poſ
ſeſ.nu.209.

Cæterũ iſte caſus nõ ſubſiſtet ,nec erit
inter coniecturas cõnumerandus,quando
iſta qualitas fuiſſet appoſita† in inſtitutio
24 ne alicuius omnino extranei,in quem nõ
poſſit cadere affectio cõſeruãdę agnatio
nis,& relinquendi bona in familia quia ui
detur tũc ceſſare principale fundamentũ
opinionis Guido Pap.immo hoc caſu om
nes coniecturæ uiã ſuã amittũt. Cagnol.
in dicta l.1.num.54.C.de pactis.Cæphal.
conſ.419.nume.53.libro 3.Socin. cõ. 33.
& 73.libro 4.Ioſeph.de Ruſtic.dicto libr.
2.cap.3.num.3.Petra.dicta quęſtio 9 nu-
mero.185.uerſic.tertius caſus eſt & quã
uis ipſe uideatur dubitare in extraneo de
familia,tamen in penitus extraneo res eſt
expedita,& quidem ſi recte animaduerti
mus omnes qui ꝓ coniectura iſta maſcu
linitatis conſuluerũt,aut indiſtincte re nue
runt cõtra opin.gloſ.& communem in d.
l.Lucius,aut ſi dixerũt ex qualibet leui cõ
iectura,poſitos in cõditione cenſeri uoca
tos,ut Crauet.in conſ.62.nume.6.libro.1.
uerſabantur in caſu quo poſiti in cõditio-
ne erant de deſcendentibus,aut familia te
ſtatoris,ut uidere eſt apud Cra & alios, &
Purpur.dicto conſilio 506.Item inſpicia
mus omnes ſpecies,in quibus legislatore
ex præſumpta mente,& coniecturis fidei
commiſſum induxerunt,uidebimus illud
factũ eſſe aui ratione ſanguinis ,aut ratio
ne familiæ,dicta l.cum auus. & dicta l. cũ
acutiſſimi.l.generaliter.C.de inſtit.& ſub-
ſtitu.Hinc ratione filiorũ inducitur fidei
commiſſum.l.unum ex familia.§.fi.l.cum
ꝓponebatur.ff.de leg. 2.l. fideicommiſſa.
§.hæc uerba.l.Pamphilo de leg.3 l. quam
uis.C.de fideicommiſſ.& familiæ ratione
loc⁹ ſimiliter eſt fideicommiſſo l.filius fa
milias.§.diui.l.Titia Seio.§. Seia libertis.
de leg.2.& ideo cũ iſte caſus cõtigiſſet in
cauſa Sauilianenſ.de Leuinis , in qua teſta
tor inſtituerat duos fratres extraneos de
alia familia,& uno illorũ ſine filijs maſcu
lis decedente ſubſtituerat fratrem alterũ
ſuperuiuentem,aut ſuos filios non exiſtẽ
te patre,cenſuit Senatus non eſſe uocatos
maſculos in conditione poſitos,& ex ulti
mis uerbis eſſe pactum uulgare ſubſtitu
tionẽ,quæ expirauit poſt aditam a fratre
ultimo loco mortuo hæreditatem, licet fi
lios maſculos ſuꝑſtites reliquiſſet 1589.
Menſe Iunii,licet ſatis ſubtiliter partis ad
uocati conaretur etiam hoc caſu efficaciã
iſtius coniecturæ demõſtrare conſiderata
aliqua affectione,quam in maſculos de il
la familia teſtator habere uidebatur & fu
it de mẽte aliquorum quos citat Petra di-
cta quæſtione 9.numer. 175.uerſiculo, &
procedit.





Limitatur autem hoc dictum, quando
25 † eſſet inſtitutus extraneus cum onore ſu
mendi nomen & arma domus,quia tunc
poterit iſta coniectura , & etiam caſus in-
fra poſiti ſuũ obtinere effectum. Cæphal.
conſ.251.& hoc procedit etiam ſi poſt fi
lios in cõditione poſitos ſubſtitutum cũ
tali conditione uocaſſet, vt late per Ruſt.
dicto tract.an & quan.libe.lib.2. ca. 6.&
cum hac limitatione tranſuit Senatus in
prędicta cauſa de Alpignano.1589.cõcur
rente tamẽ coniectura prohibitionis alie-
nationis,& digreſſionis.

26 Aſpernendum etiam † mihi uidetur,
quod ſubtiliter aliqui in hoc caſu animad
uertunt , nempe efficaciorem reddi hanc
coniecturam,ſi poſiti ſint in cõditione fi-
lij ex legitimo matrimonio ꝓcreati, quia
hoc nihil ſeruit.Petra.dict.quæſt.9.n.176.
poſt Cęphal.& Alc.per eum citatos,& la-
tius num.201.circa fi. quicquid in contra
rium ſcripſerit Ruſtic. dicto tract. lib. 3.
cap.3.cuius ſcripta,& Deciſio Rotæ ibi re
lata poſſent procedere alijs coniecturis cõ
currentibus,alias uana eſt iſta coniectura
legitimationis.

Et iſte caſus primus in hac coniectura
poſitus magis reddetur extra difficultatẽ
27 ſi ſæpius fuerit qualitas † maſculinitatis
repetita,ut exemplificãt multi e doctori-
bus ſupra pro Guid.Pap.ſentẽtia citati, &
fuerit facta expreſſa filiarum, & fœmina-
rum excluſio. Curt.Iun.cõſil. 43.Craueta
conſ.130.Zanch.in rep.l.hæredes mei.§.
cum ita.nu.170.D.ad Trebel. idẽ Craue.
conſi.329.nu.16.& conſi 878.nu.9.Dec.
conſ.477.Petra.dict.q.9.nu. 194. Alciat.
conſ.537.nu.5.quod intellige quãdo om
nes fœminæ excluduntur, dote aliquãdo
cõſtituta,ſecus ſi ſolos filios ſuos teſtator
excluſiſſet,vt ſuo loco dicam. Item ſi fue-
28 rint † poſiti in conditione per uerba,quę
nõ reſpiciunt præciſè tempus mortis, ſed
habent tractum ſucceſſiuum,ut ſi dicat te-
ſtator inſtituo filium, & ſi ex eo nõ extẽt
filij maſculi, ſubſtituo Titium tunc enim
quandocunque decedat inſtitutus,non ſo
lum ipſi filii ex teſtamẽto uocati cenſebũ
tur, ſed etiam ipſi erũt grauati reſtituere
ſubſtituto.Socin.in l.ſolemus.de cõdit.&
demõſtr.Alexan.conſ.53.nu.10.lib.6.Iaſ.
in l.ſi quis.n.11.de inſtitu.& ſubſtit.Deci.
cõſ.480.n.7.585.nu.4.636.nu.6.Gabriel.
dicto titu.de fidei com.conclu.7.num.8.
Crauet.conſi.878.nume.6.Quamuis con-
tradicere uideaĩ Guid.Pap.quæſt.128. &
alii quos refert Petra dicta quæſ.9.n.186.
verſi.quinto an ſaltem & quid ſi per abla
tiuos abſolutos fuerint poſiti in conditio
ne,uide eundem.nu.204.& 205.

Secundus caſus in hac coniectura cõſti
tui poteſt,quãdo fuiſſet a teſtatore in per
29 petuum prohibita bonorum † alienatio ,
nam tunc ſicut teſtator abſque dubio per
petuum induxit fideicommiſſum , ut ſuo
loco late dicemus,& ſcribit M.Graſſ.in §.
fideicommiſſum.q. 5. ita & fortius cenſet
voluiſſe filios in cõditione poſitos ad ſuã
hæreditatem uocaſſe,& ipſi tanquam uo
cari poterũt alienata reuocare, & hãc eſſe
magis communem opinionẽ teſtatur De
cian.conſ.41.nu.36 li.1 & conſi.44.n.47.
lib.3.Mantica de coniectur.vltimar. volũ
ta.lib.11.tit.3.nu.14.quos ſequitur Graſſ.
d.q.14.nu.4.& eſſemus in claris in termi-
nis iſtius caſus , ſi huic prohibitioni eſſet
30 adiecta ratio,quia uolebat bona† ſua per
petuo in familia remanere , quia tũc cum
ex receptiſſima doctorũ opinione de qua
etiam alibi dicemus ſit inductum abſolu-
tum fideicõmiſſum , & reciprocum inter
eos de familia,vt ſcribit Graſſ.d.q.14.nu.
5.& d.q.5.neceſſario dicendum eſt uoca
tionem eſſe indutam, quia alias fruſtra eſ-
ſet de iſto perpetuo fideicommiſſo tractã
dum,& ſubuerterentur,non interpretarẽ-
tur teſtatorum iudicia,& volũtates,quod
a bono iudice alienũ eſſe debet,ſicut ſem
per fuit ipſis legislatoribus inimicum, qui
magis voluerunt ex coniecturis præſum-
tiue teſtatoris diſpoſitiones ualidare , &
de magis communi in hoc capite teſtaĩ
Pariſ.conſ.16.nu.16.lib. 3. Mantica dicto
tit.3.nu.15. & tenet Grat.conſ.5. nu. 24.
lib.2.quãuis contradicat,(& male) Albã.
cõſ.11.col.3.in prin.quem refert Petra.d.
q.9.ſub.n.189.verſ.octauus caſus, & vide
eundem.nu.293.& ad hoc uide Perſonal.
de adipiſcen.poſſ.nu.94 & 205 Ruſtic.in
d.tract.lib.3.cap.5.& quando teſtator uo
cauit proximiores in infinitum ,id magis
expeditũ eſt, ut infinitati , & ꝑpetuationi
a teſtatore deſideratæ ſit locus,ut ꝑ Cra.
conſ.878.nu.6.uerſi. ſed expreſſius Ruin.
cõſ.136.nu.1.& ſeq.lib.3.per tex. qui põ-
derari poteſt in l.cũ ita.§. in fideicõmiſſo

D.de lega.2.Petra dicta q.9.num. 202.&
nu.250.Faciliores que erimus & in hoc ca
ſu ad vocationem iſtam admittendam, ſi
relinquatur res, quæ ſolent in familia con
ſeruari,ut feuda.Caſtr.conſi. 344. quia ex
allegationibus,col.2.lib.1.Gab. dicta con
clu.7.num.6.Grat. dicto conſil. 5.nu. 19. *
imo ſtantibus his de quibus in hoc 2. caſu
nō ſolum tenere poſſumus eſſe inductam
uocationem filiorum in cōditione poſito
rum,ſed etiā ipſos cenſeri grauatos in ca-
ſum mortis,uel quandocunque reſtituere
ſubſtitutis hæreditatem,vt mox ſubijciā.
Idem dicere poſſemus, quando teſtator
poſt filios proprios, illis ſine liberis dece-
dentibus, fratres ſuos ſubſtituit, uel eius
deſcendētes.de quo uide Gozad. conſilio
64.num.10.Petr.d.q.9.nu. 219.& duob.
ſequ.Riminal.ſent.conſi.189.nu.41. vbi
loquitur de ſubſtitutione,quę fuerat facta
de ſuperuiuente ſeu filijs ipſius, & tunc ēt
uidetur in dictum fideicommiſſum ex cō
iectura teſtatoris ad uocationem filiorum
in conditione poſitorum, ſi teſtator vſus
fuerit uerbis geminatis,*uolo, mando, ſta-
tuo,&c.* ut cōſuluit Cæphal.conſ.330.nu.
10.401.num.1.& 2.544.num.3.quod ta-
men periculoſum eſt,& non admittit Pe-
tra dicta quæſt.9.num.346. poſt eundem
Cæph. Silua.& Alex.quos allegat.

Tertius ſuccedit caſus,qñ ex uerbis teſta
mēti reſultare poſſet inter īſtitutos,& ſub
31 ſtitutos † reciprocum fideicōmiſſum ex fa
cta reciproca ſubſtitutione, vt ſi dicat teſta
tor,inſtituto Titium. & Semproniū filios
meos hæredes, & ſi vnus illorum ſine li-
beris deceſſerit maſculis, ſubſtituo ſuperui-
uentem, ſeu eius liberos, quos inuicem
ſubſtituo, nam iſta reciproca ſubſtitutio
induceret uocationem,& grauamen,quia
uidetur intētio teſtatoris aperta, quod bo
na inter ipſos cōſeruetur,& per cōſequēs
uocati abſque dubio cēſentur, ut ſit locus
inter ſubſtitutos reciproco fideicōmiſſo
quando teſtator habuit intentionem con-
ſeruandæ agnationis, ut conſulit Corne.
conſi.246 ſub num.13.& nume.21.libro
2.in d.§.cum ita nu.779.Riminald.conſi.
78 col.2.lib.1.num.4. & aliquot ſequen.
Pariſ.conſ.37.nu.38.lib.2.Menoch. 135.
lib.2.num.6 quos ſequitur Ioſeph. de Ru
ſtic.d.tract.an & quan.libe lib.5.c.1.n.1.
Craue.conſ.537.nu.6. citans Ruin.conſil.
167.lib.3.& ſeipſum conſi.130. Ruſti.lib.
6.c.5.nu.37.quod quidem poſſet habere
locum quando maſculi eſſent in conditio
ne poſiti,ſecus ſi ſimpliciter de liberis te-
ſtator mentionem feciſſet,quia tūc fœmi
na faceret deficere fideicommiſſum, pro
ut cēſuit Senatus in cauſa de Rabijs 1589.
de qua dico inf.deciſ.248.incip.Teſtator.
licet res aliquibus non ſine difficultate vi
deretur poſita prout re uera non eſt ſine
difficultate etiā in iſtis terminis propter
reciprocā ſubſtitutionē:iſta uero ſola con
iectura uoluntatis non forte ſufficeret ad
inducendum grauamen,ſed credo, quod
ſufficeret ad ſaluandum,quod liberi in cō
ditione poſiti cēſeātur uocati, & ſi aliquæ
aliæ concurrerent coniecturæ, de quibus
ſupra crederē etiam filios iſtos grauatos
cenſeri reſtituere filijs ſubſtitutorū ex eo,
quo inter ipſos ſit conſtitutum reciprocū
fideicommiſſum,& ſi ipſis ſubſtitutis libe-
ri eorum fuiſſent ſubſtituti,res in caſu no-
ſtro uideretur extra controuerſiam poſi-
ta per rationes,& authoritates quas ad lō
gum recenſent.Ruſtic.d.c.1.num.2.lib.5.

Iſtis caſibus, & coniecturis multæ aliæ
poſſent ſubannecti,quæ a doctoribus ſup.
citatis præſertim per Ruſticum afferūtur
ſed quoniam illæ vel adeo leues ſunt, ut
facile ſubuertantur, uel cū ſuperioribus fa
cile coniungi poſſunt,ne in longiorem di
ſputationem trahamur, melius erit præte
rire.Admonendo inter cæteras coniectu-
ras illam mihi uideri omnino reiiciendā
quæ in clauſula codicillari, vel in clauſula
omni meliori modo conſtituitur: nam li-
cet ille clauſulæ eius ſint efficaciæ, ut uali
dent teſtamentum, & fideicommiſſa fir
ment,non tamen poſſunt tribuere inter-
pretationem ultimis uoluntatibus contra
mentem legum, præſertim quia cum ex-
ordinario notariorū ſtyllo ille ſemper in
teſtamentis apponatur, nō eſſet amplius
hoc poſito de ualiditate regulæ noſtræ di
ſputandum, cuius deſtructio ita facile ad-
mittenda non eſt.

Reſtat nunc pro complemēto iſtius di
ſputationis quoniā regula noſtra ſupra in
iſtius deciſ.principio poſita habet locum
& ampliatur,ut non ſolum poſiti in cōdi
tione nō cēſeantur uocati, ſed minus præ
ſumantur grauati, ut omnes uno ore do-
ctores admittunt,ut videamus, an in caſi-

bus



bus in quibus per coniecturas uocatio in
ducitur de quibus, dixi ſupra Filij in con-
ditione poſiti,qui dicuntur vocanti cēſeā
32 tur † etiam ſubſtitutis grauati reſtituere
hæreditatem quotieſcunque deceſſerint.
ut puta ſi teſtator inſtitueri Titium, & eo
ſine filijs maſculis decedente ſubſtituerit
Sempronium filius natis, qui uocati dicū-
tur, & inde mortis, an ſubſtitutus ad ſuc-
ceſſionem teſtatoris admittatur. Hanc q.
late examinat Achil. Perſonal.in tract. de
adipiſc.poſſ a nu. 192. uſque ad nu. 233.
& uideretur ſine difficultate cōcludendū,
non eſſe locum ſubſtitutioni,quicquid de
liberis contigerit, quia illa clauſula, *ſi ſine
liberis*,cōditionem importat, quæ per na
tiuitatem filiorum eſt purificata,& adim
pleta, ideo facit ceſſare ipſam diſpoſitio
nem,& quamuis poſſint dici vocati,tamē
cum faciant deficere conditionem, faciēt
etiam deficere fideicommiſſum,per text.
in l.ex facto. §.ſi quis autem.ff.ad Treb.l.
cum uxori uſusfructus, C.quan.dies lega.
ced.ubi clariſſima uidentur uerba in hanc
rem pręcipue,ibi,*Nec quicquam obeſt ſi is
dedicat*,ſufficit enim ſemel extitiſſe condi
tionem,ut expiret ſubſtitutio, etiā ſi uiuo
teſtatore liberi nati eſſent inde mortui, l.
ſi quis hæredem,C.de inſtitu. & ſubſtitu.
l.in ſubſtitutione. 31. D. de uulgar. & pu
pil.ſubſtit.l.fin.§.1.C.de indic. uiduit.tol-
len. iſtamque cōditionem momento ex-
titiſſe ſufficiet,ut late per Gabriel titu. de
fideicommiſ.cōcluſ.8.in principio,& pro
hac parte uidetur text. ad literam in l. fi-
liusfa. 114.§.cum erit,ff.de leg.1.

Cū erit rogatus, (Inquit.I.C.)
Si ſine liberis deceſſerit per fidei
commiſſum reſtituere, conditio
defeciſſe uidebitur,ſi parti ſuper
uixerint liberi, nec quæritur an
hæredes extiterint.

Quibus uerbis deſtruitur illorū opin.
qui in hoc caſu voluerunt,conditionē de-
feciſſe etiamſi uiuo patre liberi deceſſerit
quia hic deciditur contrarium, & ſuperui
uentia deſideratur & huius opinionis fuit
antiquis doctor Oldr. conſi.21. cuius con
ſilium ad hoc continue ſolet allegari, cu-
ius uerba illo citato nō ad uerbum, refert
Ioan. And in addit.ad Specul tit.de teſta.
§.in primis. quem cum multis alijs refert
Gab.in d titu.de fideicom.concl.7.ſequi
tur Abb.conſi.40 lib.1.Iaſ.qui late exami
nat.in l.ſi quis,C.de inſtit & ſubſtit.nu.5.
10.11.& conſ.66.& 51.lib.3. Dec.conſi.
63.270.228.377.414.513.nu.2.& cōem
dicit Crau.conſ.98.nu.4. Soc.iun.conſ.4.
per totum.lib.3.ubi loquitur inſtitutis ma
ſculis, & ſtante prohibitione alienationis.
Io.Dilect.de art.teſtam.de ſubſti.caut.25.
Pariſ.conſil.66.& conſ.ſeq.lib 2.Hieron.
Zachin.in repe l.hæredes mei.§.cum ita.
ff.ad Treb.nu.222.& dictum Oldrad. ali-
33 qui procedere uoluerunt etiamſi † ex ali
quibus coniecturis uideatur teſtator uo-
caſſe,& grauaſſe filium in conditione po
ſitum, quia illa conditio expreſſa debet
præualere tacite uoluntati. Iaſ d.cōſ.66.
& 51.lib.3.Mod.Pariſ.ad Dec. conſ.585.
ubi nominatim reprehendit. Gra.contra-
rium tenentem Soc iun.d.conſ.4.Crauet.
d.conſi.98. per totum, & hanc opinionē
communem eſſe dicit Perſo.in d.tract.de
adipiſc.poſſ.nu.193. in fi. Alex.conſi.59.
lib.3.Cæph.conf.269 per totum.

Verā contrarium opinionem multi ſe
34 quuti ſunt eo in caſu,quando † ex conie-
cturis de contraria teſtatoris uolūtate ap-
paret, ita limitando illud conſil. Oldrad.
inter quos Grat.conſ.5. nu.86. lib.2. late
Dec.conſ.477.& 480.num 7. Caſtr.con-
ſil.334.col.2.lib.1. Pariſ.conſil.75 num.
64. libr. 2. Gabriell. dicta concluſ. 7. ubi
enumerat aliquod coniecturas. Port con-
ſil.44 numer.2.46.numer. 20. 21. & 26.
Crauet.conſilio 326. numero 56.538. &
878.per totum.ubi uide omnino.late Cæ
phal.conſil.114. & conſilio 529.num.35.
lib.4.Marzar.conſilio 19. ubi late exami-
nat conſil.Oldra.Ia. Menoch.conſil. 327.
numero 14.libr.4. Riminald. iun.conſil.
464.numero 20.lib.4. & nouiſſime atten
tis coniecturis ab opinione Oldradi rece
dendum eſſe multis rationibus, & autho-
ritatibus defendit Ioſeph, de Ruſt.conſil.
1.nu.16.39.& ſeq ubi ſex limitationes af
fert ad illud conſiliū Old.quod conſilium
eſt poſitum poſt tractat.eiuſdem Ruſtici,
An & quan.li.in condi.poſſ. & hæc eſt ſi-
ne dubio magis communis opin.quam la
tiſſime defendit Achill. Perſonal.d.tract.
de adipiſcen.poſſeſſ. num. 203. & multis
ſequen.ideo non eſt opus, ut nos longius
inſiſtamus,& cum hac opinione, quæ ſtāti-

bus coniecturis ex his de quib. ſupra dixi,
non habeat locũ opinio Old. ſemper trã-
* ſiuit Senatus, & ita cenſuit ſacrũ conſiliũ
coram principe in dicta cauſa de Chiaran
ſonai 1566.11. Maij concurrentib. exclu-
ſione filiarum, uocatione agnatorum, qua
litate maſculinitatis, & pluralitate graduũ
& hoc modo limitari poſſunt, & intelligi
iura ſupra pro Old. adducta, & hæc ſuffi-
ciant in hac diffi:illima diſputatione.

## Donatione facta cũ reſeruatione facultatis diſponẽdi de florẽis quinquecentũ ſuper bonis donatis, ad quẽ ſpectent ille quinquecentũ donatore non diſponente.

*DECISIO XCVII.*

1 *Donatione cum reſeruatione pecunia proteſtando facta ſi donator non diſponat ad quem ſpectet reſeruatum.*
2 *Donatio omnium bonorum ſiue reſeruatione non tenet.*
3 *Facultas diſponendi de patre bonorum donatorum poteſt reſeruari.*
4 *Cautela pro donatorio, ut res reſeruatas conſequatur.*

DONAVIT qs bona ſua
reſeruata ſibi facultate di
ſponẽdi de florenis quin-
1 quecentũ † ſuper eiſdem
bonis, deinde mortuo do
nante teſtamento non facto, ſed relictis
hæredibus ab inteſtato, quæſitum fuit ad
quem pertinerent illi quinquecentum re
ſeruati an ad hæredes ab inteſtato, an ue-
ro ad donatarium. Pro hærede allegaba-
tur, l. conficiuntur in princi. verſiculo, ſed
ideo de iure codicillo ubi is, qui nõ teſta-
tur videtur tacite diſponere, vt hæreditas
ſeu ille quinquecentum floreni reſeruati
trãſeant ad legitimos hæredes ab inteſta-
2 to ueniẽtes Item facit, quia † donatio om
nium bonorum non tenet, niſi aliquid re-
ſeruetur. Bar. & Doct. in l. fi. C. de pac. er-
go ſi reſeruati ſũt floreni quinquecẽtum
intelligendum eſt pure eſſe reſeruatos, &
ſic tranſire ad hæredes nõ expectata con
ditione ſi de illis expſſe teſtator diſpoſuit
ut innuit Gabr. conſ. 139. nu. 5. li. 1.

Pro donatario allegabãt, quod hic non
erãt reſeruati floreni quinquecentum, de
3 quib. poſſet diſponere, ſed erat† facta do
natio pura, & reſeruata facultas diſponen
di de florenis quinquecentũ, prout in his
terminis loquitur Cagno. in dicta. l. fi. nu-
me. 239. C. de pact. & ſic iſte moriẽs iam
non reliquit in hæreditate florenos quin-
quecẽtum, ſed poteſtatem diſponendi de
florenis quinquecentum, quæ poteſtas ad
hæredem nõ tranſibant, cum eſſet in fixa
perſonæ donãtis, qui nõ deſponendo ma
gis dilexit donatarium, quam hæredem,
ideo in hac queſtione poſſumus diſtingue
re, quod aut per donatorẽ fuerit reſeruata
facultas ſimpliciter diſponendi de flore-
nis quinquecẽtum capiendis ſuper bonis
donatis, & tũc illa tranſeant ſi non diſpo
nat in donatorium, aut vero reſeruauit ex
preſſe florenos quinquecentum, aut quid
aliud, de quo diſponere poſſet, & tunc nõ
cedunt lucro donatarij ſed hæredis, ita vi-
detur voluiſſe Cagnol. in d. l. fi. num. 246.
* & ita cenſuit Senatus iudicando in fauorẽ
donatarij 1564.26. Maij. in cauſa Sauilia-
ni. Et iterum ſecundum hanc deſtinctio-
nem in fauorem hæredis, quando non re-
ſeruauit ius diſponẽdi, ſed reſeruauit ſcu-
tos centum de quibus poſſet diſponere te
* nuit Senatus in cauſa Blãchetti de Clara-
ſco Referẽte D. Senatore Craue. me Præ
4 ſide. 1582.14. Maii. Cæterũ, † ut hæc euite
tur diſcepatio cautela eſt, vt huic reſerua-
tioni adiiciatur clauſula illa, quod ſi non
diſponat, illa in donatorium tranſeant, vt
acceſſoria principalis negotii, prout com
muniter obſeruari, & practicari dicit Ca-
gnol. dicto nu. 239.

## Pena conditionalis adiecta quãtitatis donationi per iudices cõfirmationem, an ſi fiſco ſtipulata fuerit vt uſuria debeatur.

*DECISIO XCVIII.*

1 *Pœna contumacia fiſco non debetur niſi quatenus interſit, & nu. 2.*
3 *Pœna ex contractu priuati fiſco debetur.*
4 *Conuentionalis pœna, & ſtipulatio an debeatur quando nihil intereſt.*





DIXI alias ſupra deciſſione
79. pœnam adiectam quan
titatis donationi etiam præ
ſentia, & decreto iudicis ac
cedente uti uſurarium non
deberi, & ita cenſuit Senatus, Sed dubita
tum fuit an ſaltem ſit debita illa pœna,
quæ fiſco in caſum moræ, & retardatæ ſo
lutionis addicta fuit, & pro reo contra fi-
ſcum multa allegabantur primo, quod ta-
lis pœna debetur fiſco ex pacto priuati,
at ſi non poteſt priuatus petere, ergo nec
fiſcus. argumento l. cum quidam. §. fiſcus.
D. de vſucap. l. in facto. §. fiſcus, de condit.
& demonſtra. Deci. conſil. 531. Secundo
1 quia † fiſco nõ debetur talis pœna contu
maciæ, niſi patris interſit, l. 2. D. ſi quis in
ius uocan. non ter. Ozaſc. deciſ. 70. nu. 11.
Burſat. conſi. 53. num. 12. hic autem pri-
uati nihil intereſt ſaltem quod appareat,
ergo nec contra fiſcum condemnabitur,
aut etiamſi jus fiſco competeret eſſe pœ
na æquitatis iure remittendã moroſo. d. l.
2. in fi. & ita Iaſ. in l. 2. §. ſi in facto numero
15. uerſiculo 3. limita. D. de verb. obligat.
Socy. conſ 253. numero 13. Tertio facit,
quia una, & eadem res diuerſo iure cenſe
ri nõ debet. l. eum, qui ædem, D. de uſuca.
hic autem iſte moroſus abſolutus fuerat
erga priuatum, vt dixi dicta deciſio. 79. er
go tanto magis proportione fiſco ſpectã
te eſſe abſoluendus. Quarto mouet, quia
2 † ſi ſtipulor. 10. Titio dari, & ſi non dede
ris ſtipulor alia decem pro pœna, non po
teſt pœna peni, niſi quantum ſtipulatoris
intereſt l. qui res. §. qui ſtipulatur. ubi Bar.
D. de ſolut. l. liber homo. §. decem. 2. ff. de
uerbor. obligat. quia ſemper videtur fieri
in fraudem vſurarum. Roman. conſ. 510.
num. 10. 11. & 13. Vltimo adducebatur,
quod hæc pars pęnæ fiſco addicta erat ac
ceſſoria illius partis, quæ creditori etiam
fuerat conuentione promiſſa, unde ſicut
non debetur, hæc, ita nec illa. iux. l. D. ſi
quis caut. quẽ tex. ita intelligit Sarmient.
Selectar. interpretat lib. 3. cap. 6. numero
3. verſiculo non obſ. etiam & pro hac opi
nione tenuit Craue. in conſ. 693. num. 16.
uerſ. non ob. tertium, & nu. 17.
3 Pro fiſco † uero allegabatur tex. & ibi
Bartol. in l. 2. verſicu. uel pœnam fiſco ex
contractu priuati, D. de iu. fiſci. per quem
tex. ita in terminis tenuit Marc. deciſ. 411.

num. 19. Secundo ergo adducebam con
ſil. Burſat. 53. & ea, quæ dicit Sarmient
dicto capit. ſexto a numero ſexto vſque
in fin. omnino uidendus, qui late docte-
* que hac de re diſſerit. Senatus tamen re
bene diſcuſſa, & intellecta, æquitatẽ quan
dam (prout ſolet) amplectens cenſuit in
fauorem debitoris, dicens hanc pœnam
non deberi. Ad Burſat. reſponderi poteſt
ex diſtinctione, quam facit Dom. Ozaſc.
in dicta deciſione 70. numero duodeci-
mo. quod illa procedant in conuentiona
libus non in pętoriis ſtipulationibus. præ
4 terea eſt dubium etiam in † conuentiona
libus de opin. Burſat. & aliorum, quia ſa
pit ſemper vſuram ſi nihil interſit & ideo
contra illam multi tenuerunt quos idem
Burſat. allegat num. 12. & 14. & Sarmient.
loquendo in pœnis conuentionalibus. nu
mero vndecimo. vult ſaltem damnum ali
quod ineſſe, ut pęna debeatur, deinde ani
maduertendum eſt quando conuentiona
lis pœna adiicitur in fraudem uſurarum;
nam tunc nunquam debetur, quamuis ſit
in ſtipulationem coram iudice deducta.
Cæterum maximus eſt ob ex huic ſenten
tiæ ſaltem quo ad pœnas fiſco debitas,
tex. in l. fiſcus. D. de iure fiſci. cui non ui
deo commodè reſponderi poſſe.

## Feudũ ex cauſã neceſſaria alienatũ ſolennitatibus ſeruat an poſſit per proximiorẽ agnatum, ſaltem per viam reſtitutionis ĩ integrum oblatu pretio recuperari, late diſcutitur, & declaratur.

*DECISIO XCIX.*

1 *Tex. in §. Titius ſi de feu. defun. non procedit in feudo hæreditario.*
2 *In feudo antiquo ſufficit agnatum eſſe hæredem primi acquiſitoris, vel vltimi defuncti & nu. 24. 25.*
3 *Feudum cum conſenſu Principis alienatum dicitur alienatum iure permittente.*
4 *Feudi reuocatio non permittitur agnatis uiuo alienante, & ſtantibus filijs, & numero 26.*
5 *Alimentorum cauſa feuda alienari poſſunt.*
6 *Affectio in re maiorum qualiter conſideretur,*

*retur, & numero 17.*
7 *Obligatio facta tutoribus valet.*
8 *Clauſula in feudum antiquum, auitum, & paternum facit feudum inalienabile.*
9 *Feudum non poteſt alienari niſi concurrentibus quatuor qualitatibus, & nu. 13.*
10 *Alienatio feudi an per reſcriptum Senatus concedatur, & nu. 11.*
12 *Oblatio agnatis quando facienda.*
14 *Feudo nulliter alienato competit agnatis rei vindicatio.*
15 *Minor reſtituitur tam aduerſus damnum paſſum quam lucrum amiſſum, & numero 19. & 20.*
16 *Minor aduerſus negligentiam tutoris in integrum reſtituitur.*
18 *Alienatio de iure commun. prohibita qualiter per decreta concedatur.*
21 *Sententia lata aduerſus pupillos eſt ipſo iure nulla.*
22 *Feudum conceſſum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque an ſit hæreditarium, & numero 27.*
23 *Feudum in dubio præſumitur ex pacto.*

DOMINI Philippus, & Antonius fratres de Salucis ære alieno ex cauſa neceſſaria contracto, præſertim reſtitutionis dotium maternarum, & ſolutionis dotium ſororis oppreſſi expoſuerunt, q̃ nulla extabant bona allodialia, ex quorum alienatione ab eorum neceſſitatib. ſubleuarentur, & impetrarunt licentiã alienandi a Senatu Excellentiſſimo Caſtrum, & feudum Mulaz
3 zani ſeruata tamen decretorum dominicalium forma, & ea lege, ut dotes prædictæ perſoluerent, reliquum prætij in tot bonis ſtabilibus implicaretur pro ſuſtentandis ipſis ſupplicantibus, cuius executione oblatione agnatis facta, productiſque teſtibus ad probandam neceſſariam alienandi cauſam, ſententiam a delegato
4 Senatore obtinuerunt, alienationem fiendam ſub modis ibi expreſſis validam futuram. Quam ſententiam alienatio eiuſdem feudi in D. Nigronum excipit, ac poſtremo cõfirmato a Senatu Excellentiſſimo inſequuta eſt Nunc Paulus, & Henricus fratres agnati proximiores venditorũ feudum ut pote nulliter alienatũ vendicare contendunt, & ubi actione iſta deſtituantur, ope reſtitutionis in integrum admitti ſe poſtulant ad venditionem reuocãdam offerendo, & deponẽdo pecuniam exburſatam per ipſum emptorem, & vtroq; caſu ſe mitti in poſſeſſionem dicti feudi.

Contradicebat D. Negronus, & allegabat.

Primo quod feudum non eſt ex pacto, & prouidẽtia, ſed hereditarium, quo caſu
1 † non procedit diſpoſitio. §. Titius. ſi de feu. fue. cõtroue. inter dom. & agna. ut ibi notãt Iſern & Afflic & de eo iudicatur ſicut de alijs bonis hereditarijs. Crau. conſ. 156. Ozaſ decif. 61. num. 6 & agnati non poſſunt reuocare alienationem. Cla. §. feudum. q. 42. quod autem eſſet hæreditariũ apparebat ex clauſula pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque.

Nec obſtat decretum Ducale, diſponẽs quod non obſtantibus illis uerbis feudum cenſeatur rectum; & ſimplex, non. n. ſublatum eſt, quin oporteat uolentem habere feudum eſſe hæredem. Ozaſc. d. decif. ibi in fi. minuſq; obſtat, quod hoc feudum ſit antiquum, auitum, & paternum, in quo
2 ſufficit reuocantem † alienatum, aut ſuccedere uolentem eſſe hæredẽ primi inueſtiti, uel ultimi ſucceſſoris. Alexan. conſ. 10. volu. 3. Curt. ſen. conſ. penul. colum. 4. Socy. Iun. conſ. 110. num. 21. volum. 2. cum aliis a Rolan. cumulatis conſil 97. nume. 59. vol. 1. mediate, vel immediate. Alex. conſil. 30. volu. 1. Alcia. conſil. 173. Deci. conſi. 390. nu. 5. Clar. §. feudũ. q. 9. Ozaſ. decif. 162. Quia non conſtabat actores eſſe hæredes alicuius primi inueſtiti.

3 Secundo, cum feudum fuerit † alienatũ cum principis conſenſu, & beneplacito dicitur iure permitente alienatũ. Cla. d. q. 42. Brun. conſilio 80. nu. 13. etiam quod ſine conſenſu agnatorum facta ſit, licet & ipſorum agnatorum conſenſus alia de iure communi requiratur, c. 1. de alien. pater. feu.

4 Tertio, reuocatio feudi non † permittitur agnatis, quando alienans habet filios, & ipſe uiuit. Clar. d. quæſt. 42. Alex. conſ. 15. volum. 5. Ruin. conſi. 213. volum. 1. & 203. vol. 2. Rolan. conſil. 57. num. 62. uol. 3. unde cum alter uenditorum habeat filios, immature intentata fuit reuocatio uiuentibus adhuc venditoribus.

Quarto, licuit procedere ad alienationem tam propter prædictas dotes, quam pro



propter alimẽta, † quorum cauſa adeo eſt neceſſaria, ut pro eis vendi poſſint feuda. Ozaſ. decif. 170. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 2. caſu 182. num. 160. Nam pro alimentis Abbas poteſt vẽdere bona monaſterii, & tutor bona pupilli Angel. in l. non ſolum D. de petit. hæredita. quæ quidem neceſſitas alimẽtorum probata fuit coram domino delegato & nunc per plures teſtes concludentes quod uenditores nõ habebat ultra 50. florenos ex redditibus annuis, & ſæpius cogebantur inuitati nunc huc, nunc illuc accedere ad epulas.

Quinto, non competit remedium reſtitutionis niſi probata minori ętate, & lęſione. Bart. & alii in l. nam & poſtea. §. ſi. minor. de iureiur. Ozaſc. deciſio. 158. nume. 13. hic autem nulla probatur læſio, ſed tãtum dicitur, q̃ priuatur re quæ ſui maio
6 rum ſuorum, ob quam † affectionem licet detur reſtitutio l. ſi in emptionem, D. de minor. Tiraq. de retract. in præfat. nume. 34. tamen reſpondetur nõ eſſe uerificata extrema illius tex. cum appellatione maiorum intelligantur maiores ultra tritauum, & a tritauo infra parentes dicantur l. Iuriſconſultus. §. parentes, D. de grad. & affi. Boer. decif. 13.

Rurſus lęſionem eſſe ſpectandam tempore contractus. l. ſi ea uoluntate. C de reſcind. vend. tempore autem cõtractus tã per confeſſionem iudicialem tutricum, q̃ pupillis nocet, l. certum. §. ſed an ipſos, D. de confeſſ. quam per teſtes cõtra actores fuiſſe grauatos magno ære alieno & cõſequenter non habere modum emendi, unde cũ reſtitutio reducat negotium ad ſtatum in quo tũc erat. l. quod ſi minor, §. reſtitutio. de minor. & tunc temporis actores non haberent vnde emerẽt non eſt attendẽdum, quid poſſint præſtare nũc ſed tunc, cum debeat tantum reddere reſtitutio quantum abſtulit læſio, propterea ad obtinendã reſtitutionẽ non ſatis eſt probare minorem ætatem, & læſionem illam niſi etiam probetur facultas emendi.

7 Sexto, cum oblatio † facta tutoribus valeat. l. Aemilius. de minor. Tira. de retract. §. 1. gl. 13. nu. 21. Et alienatio ſit facta cũ Principis cõſenſu, expreſſe denegatur omnis reſtitutio aduerſus alienationẽ ipſam ex decreto Yolãt. fo. 57. & factum tutoris præſertim in omittendo nocet pupillis. Aret. coſi. 67. in 4. dub. Doct. in c. 1. de dolo, & contum.

Septimo, dictæ tutrices expreſsè cõſenſerũt alienationi & ex eo conſenſu excluſerunt pupillos a petendo feudo. Clar. ĩ d. q. 42. ver. dixi quod ſi agnatus, & cauſa cognita fuit confirmata ſententia per Excellẽtiſſimum Senatum, quam tulerat. D. delegatus, ita ut in re iam iudicata verſemur quæ pro ueritate accipitur. l. res iudica. de reg. iur. eique eſt ſtandum, l. 1. C. de re iudica.

Vltimo dicebatur reſtitutionem non eſſe concedendam, cum illa exploſa ſit per decretum.

Ex aduerſo uero dicebatur.

Primo iſtud feudum eſſe rectũ, & proprium & conſequenter inalienabile, tum quia præſumendum eſt, cum longo tempore fuerit in agnatione & tranſiuerit ultra quartum gradum. Bal. in c. 1. in prin. ſi de feu. fue. contr. inter dom. & agna. Alex. conſi. 15. colum. pen vol. 5. Dec. conſilio 252. num. 6. & 269. num. 5. Pari. conſ. 2. in prin. uolu. 1. & conſil. 15. volu. 2. Cæpha. conſilio 92. numero 12. vol. 1. Iacob. a S. Georg. in inueſti. ſua verſi. feudum. Deci. conſ. 595. col. 2. tum etiam, quia in inueſti
8 turis vocatur feudum nobile, antiquum, † auitum, & paternum, quæ uerba indicant, & efficiunt feudum proprium, & inalienabile. Ozaſc. deciſio. 163. numero 6. Adeoque talis natura non alteratur propter verba pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque ex traditis in dicta deciſio. num. 12.

Ex quo ſtãte decreti diſpoſitione. fo. 68. quod feudũ cenſeatur eſſe rectum, proprium, & ſimplex non obſtante, quod in inueſtituris apponantur illa verba pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſis, feudum cenſeatur propriam eius naturam retinere. vnde in diuiſio facta de anno. 1530. habita fuit mentio recti feudi, in quo quidem feudo admittuntur agnati etiã tranſuerſale c. 1. de grad. ſucceſſ. in feu. Aretin. conſi 66. volum. 2. Et quibus caſibus permittitur alienatio talis feudi in feudi extraneum, ea non poteſt habere locum niſi accedente cõſenſu Domini & agnatorũ, ad quos feudum poſt mortem alienantis eſt reuerſurum capit. 1. de alienat. feu. pater Deci. conſi. 208. col. 2. Cæphal. conſil.

133.numero 54.Roland.conſilio 3.uolu.
4.nec ſolus domini cōſenſus ſufficit,quia
uaſſallus domino etiam conſentiente non
poteſt alienare feudum in præiudicium
agnatorum.Curt.de feud.in 4.par.in ulti.
parte.& reg.1.Clar.in §.feudum quæſtio.
41.in principio.

Secundo,præſupponitur feudum non
poſſe alienari,niſi concurrētibus quatuor
9 qualitatibus,† uidelicet Principis conſen-
ſu,Ozaſc.deciſio 166.neceſſitate alienan-
di propter dotium reſtirutionem,uel con
ſtitutionem,idem deciſio 167.Quod uon
extent bona allodialia,deciſio 174.Quod
fiat oblatio agnatis vaſſalli,dec. 175. Qui-
bus ſic præmiſſis.

Primo dicitur nullū Principis conſen-
ſum interueniſſe,ſed tantummodo Excel
lentiſſimi Senatus, unde non poteſt dici
Principem conſenſiſſe niſi ſi ficte, & per
10 † interpretationem, (licet reſcriptum le-
gatur nomine Principis) quod in ſtatutis
receptum non eſt,in quibus verba debēt
non ficte,ſed proprie intelligi. Bald. in l.
cum antiquioribus ver.7.C.de in.de libe.
Alex.conſi.4.uolu.4.Alben.conſi.60.nu.
3.hoc intelligens in qualibet hominis di-
ſpoſitione.multo igitur magis procedere
in decreto permittente alienationem feu
di ex cauſa contra ius commune feudo-
rum nulla ex cauſa neceſſitatis permittēs
alienari feudum.§.neceſſitate,& §.dona-
re quib.ol.feud.poter.alien.Ozaſ. deciſio
nem 165.n.3.

Secundo,reſcriptum prædictum conce
dens facultatem alienandi eſt ſub condi-
11 tionem,nempe ſeruata† forma decretorū,
quæ quidem non fuit obſeruata nam præ
ter defectum conſenſus Principis nō fuit
probata neceſſitas,ſeu non fuerunt proba
ta debita neceſſaria,propter quæ feudum
alienari poſſit dotes enim maternæ, & ſo
roriæ non excedunt ſummam ſcutorum
4200.& tamē alienatio aſcendit ad ſcut.
1300.& pro illis dotibus iam obtinuerāt
mulieres executionem ita quod de bonis
in quibus facta erat executio amplius nō
tractabatur, quæ propterea ſic fieri debe
bat, ut commenſuraretur cum debitis ne
ceſſariis, quæ non penderent ab alienan
tium voluntate, ſed a lege,ut comprobat
Ozaſ.deciſ.167.cum tribus ſequ.Tiraq.de
retrac.§.1 gl.14.num.15.& 16.cum nihil
amplius eſſet in pretio feudi alienati quid
in cumulo,æris alieni. Idem Ozaſc. in de
ciſio.17.18.& 20.

Tertio in ipſo actu reſtitutionis, vel cō
ſtitutionis dotium ſeu ſolutionis aliorum
debitorū neceſſariorū requirebatur alius
conſenſus Principis.Ozaſc deciſ.166.nu.
11.& ſeq.quod hic non fuit obſeruatum
nec ſufficit quod ex poſt facto interueniat
cum conſenſus ad ſolennitatem actus req
ſitus in ipſo interuenire debeat non poſt.
Caual.cōſ.54.nu.4.Cur.Iun.cōſ.100.q.5.
Affl.in c.imperialem.in prin.verſ.24.quę
ro,de prohib.feu.alien.per Feder. nu. 12.

Quarto nec dotes integre ſolutę extite
runt,ut equitationibus productis apparet
nec in earum cauſam tanta ſumma ſoluta
qua a fratribus ſupplicantibus fuit oblata,
& depoſita, quo fit ut etiam hæc ſecunda
ſubſtantialis qualitas deficiat.

Quinto non fuit ſatisfactum reſcripto
quo ad oblationem fiendam agnatis: ad
12 eam enim deueniendum † non erat,niſi
adimpletis prius aliis tribus qualitatibus
requiſitis,& præſertim illa, quæ in proba
tione cauſæ neceſſariæ alienandi conſiſtit
nam reſcriptum iubet informationes ſum
mi ſup cauſis legitimis, & neceſſariis alie
nandi,& defectu bonorum allodialium,
quo facto oblatione fieri. At hic fuit fa
cta oblatio,& ſimul citati agnati ad viden
dum examinari teſtes ſuper præmiſſis, un
de cum ante probationem cauſarum præ
dictarum alienari feudum non poſſet, fru
ſtra offerebatur id, quod ſi acceptū fuiſſet
tradi non potuiſſet,& ita inanis,& irreleua
toria hęc oblatio fuit,l.qui decem.§.idem
reſponſum.D.de ſolut.Bar.in l.prætor.§.
ſi qs paratur de nou.oper.nun. Ale. in l.ſi
inſulam.col.2.de verb. oblig.& conſequē
ter non potuerunt agnati conſtitui in mo
ra offerendi aliquod pretium, & ſi dica
mus oblationem ualidam, ſequitur neceſ
ſario aliud inconueniens, quia non fuerūt
expectati agnati per duos menſes ad offe
rendum pretium prout exigebatur? Acce
dit quod non fuit tradita copia denuncia
tionis ipſis pupillis iuxta formam nouorū
decretorum ex quibus cōſtat ſaltem tres
qualitates pro ſubſtantiali forma requiſi
tas defeciſſe, & reſcripti formā neglectā
fuiſſe, cuius omiſſio alienationem uitiat
Ozaſc.deciſ.165.numero 4.& 16.& licen
tiā alienandi alicui conceſſa ſeruatis reddi
tis redditur nulla nō probato, qđ fuerint
ſeruata ſtatuta.Sigiſmon.conſi.17.nu.54.
Curt ſen.conſ.8.col.2.Brun.conſ.23.n.4.
& ſequen.

13 Rurſus reſiduum pretij erat† implican-
dum in bonis ſtabilibus. quod cum factū
nō fuerit vitiat alienationem.Bar.in l.aut
qui.aliter in princip.& in l.ſi vitem.§.ſi is
qui.D.quod vi aut clam.Alex.conſ. 105.
nume. 5.vol. 5.

14 Stante igitur nullitate alienationis† cō
petit agnatis vēdicatio feudi alienati, im-
mo & ipſe vēditor reuocare poſſet nō ob
ſtante iuramento de non contraueniēdo,
Ozaſc.dec. 165.num.5.vbi dicit Principis
conſenſum nō videri interueniſſe in alie-
natione,in qua non fuerunt ſeruatæ ſolen
nitates decreti,quo quidem cōſenſu defi-
ciente reuocatio etiam viuente alienāte,
& ſine prætio ꝑ agnatos proximiores fie
ri poteſt.Rol.conſ.4.nu.4. vol.4.ad cuius
actionem dantur.30.anni idem conſi. 57.
n.43.vol.3.

Sexto reſtitutio in integrum non eſt de
15 neganda,quia† minor reſtituitur tam ad-
uerſus damnum paſſum,quam lucrū amiſ
ſum etiā incertum,quod facilitate, vel in
curia fuit neglectum.Abb.in c. cōſtitutus.
num.5.de reſt.in integ.l.ait prætor. §.fin.
de minor.Tiraq.de retract.§.35.glo.2.nu
me.9.Mār.ſingul 628 & 632. Reſtituitur
quoq; minor ad lucrum amiſſum etiam in
pręiudicium tertij.l.& ſi ſine.§.quæſitum,
& l.non omnia de minor.

Nec obſtat,quod ſi lædatur facto tutoris
poſſit contra illum agere,quoniam ſecun
16 dum aliquorum opinionem in eius facul-
tate eſt,† utrum tutorem cōueniat,uel in
integrum reſtitutione vtatur.l.etiam. §.1.
ff.de minor.gl.& Bal.in l.fin.C.ſi tuto. vel
cura interueni.per illum tex.& in l.etiam.
eod.titul.Crauet.conſil.202.columna fin.
Roland conſil.72 numero 47.volumine
tertio,& quod minor petēs ſe reſtitui ad
uerſus aliquod a tutore omiſſum, uel ne-
glectum qđ ſi feciſſet,fuiſſet ſibi vtile, au
diendus ſit abſque alia probatione læſio-
nis,tradit Ozaſc dec 158.n.6. poſt Areti.
conſi.66.col.penult. verſiculo non obſtat
text.

Confirmatur exemplo:nam ſi tutor vr
gente conſtitutione iuris cōgrui omiſerit
ius prothomiſeos nō offerendo pretiū in
tra præſtitutum tempus ex ipſius cōſtitu-
tionis diſpoſitione datur actio in tutorē.
Cæterum conſtitutione remota vbi.Idem
ius ex conſuetudine obſeruatur, reſtituit
minor,vt non obſtāte lapſu temporis pre
tium offerre poſſit Afflict.de iur.protho.
§.2.nu.32.Bal.in eodem tracta. in princ.
num.10.dum dicit conſtitutionem proui
diſſe pupillis de remedio contra tutores,
& ſic tacite ſuſtuliſſe beneficiū reſtitutio-
nis, ſecus igitur vbi cōſtitutio non viget.

Accedit concluſio Ioa.de Anan. in con
ſil.47.quem refert & ſequitur Brun. con-
ſil.80.columna prima,& Tiraquel. de re
tract.§.1.gl.9.num.146.vbi inquit,quod
ſi vaſſallus agnatis prius requiſitis, & nol-
lentibus emere,vendat extraneo,poterūt
nihilominus agnati huiuſmodi alienatio
nem reuocare.ad idem eſt gl. & Bal.in d.
§.Titius.ſi de feu.controuer.fue.facit, ꝙ
tradit.Afflict.de iur.protho.§.2.num.15.
dum dicit,quod facta denuntiatione uici-
no ſi is ex aliquo impedimento intra tem
pus nō poſſit emere,eo ceſſante etiā poſt
tempus admittitur ad pretium offeren-
dum.

Huc confert,quod ſicut minor reſtitui-
tur aduerſus occaſionem trāſigendi.l.ſi ex
cauſa.§.nūc videndum de minor.ita etiam
aduerſus facultatem offerendi, ut voluit
Bal.in dicta l.Aemilus.num.7. poſt med.
glo.in terminis in clemen.c.de reſtitut. in
integrum.

17 Et minor ex ſolo dicitur læſus,† quod
in extraneum peruenerit res aliqua, quæ
fuerit maiorum ſuorum ad quam ipſe ha
bet affectionē idcirco addictione ab alio
ſuperatus admittitur, vt prætiū ipſo offe-
rat,& rem recipiat text.cum glo.in l.ſi. in
emptione.ff.de minor.Alexan.conſi. 67.
numero 3.volumine 5.Dec.conſi.402.n.
22.Tiraque l.de retract.in prefatione.nu.
34 Neuizan.inter conſil.Brun. conſil.12.
nu.70.

Ad idem eſt tex.in dicta l.Aemilius de
minor.vbi mortuo eo qui prædium lege
emerat,vt ſi integrum pretium intra cer
tum tempus non ſoluiſſet inemptus fun-
dus eſſet relicto filio impubere,cuius tuto
res interpellari fuerunt ad ſoluendum re
ſiduum pretij,nec ſi ſoluerūt,& ob id alter
venditus fundus extitit,hoc non obſtant
reſtituitur

reſtituitur minor,vt prætiũ ſoluat, & fun-
dum recipiat.

Septimo licet decreta permittãt feuda
alienari pro debitis ſtantibus,uel ex neceſ
ſitate præterita contractis concurrenti-
18 bus alijs requiſitis)quod†tamen eſt con-
tra ius commune,quo prohibetur aliena-
tio etiam ex neceſſitate famis. Doct. in c.
1.qual.ol.feud.alie.pot.Iul.Clar.§. feudũ
quæſt.31.Neuiz.conſ.10.num.4.Hieron.
Scurph.inter conſi. Brun.conſi.132.nu.4.
& conſ.124.col.1.)non tamen permittũt
alienationem eo quia ſint parui redditus,
ita quo pecunia errogetur in prædiorum
allodialiũ emptionẽ vel deponatur apud
mercatores,vt vberiores prouentus perci
piantur,& cum alienatio permiſſa ſit con
tra iuris communis diſpoſitionem,nõ de-
bet trahi ad hũc caſum,quo feudum euer
titur.c.quæ in eccleſiarũ.de conſt. Ozaſc.
dec.168.ſicuti eadem ratione bona pupil
li,quorum alienatio permittitur pro ſolu
tione æris alieni nõ poſsũt alienari,ut pe-
cunia implicetur in maius commodum.l.
magis puto.§.ſi æs alienum.D.de reb.eo-
rum.l.ſi fundus.eod.tit.glo.l.ob æs. C. de
prĕd.minor.

Octauo,cõſenſus præſtitus per tutrices
pupillo non potuit præiudicare tanquam
ſibi valde damnoſus, qua ex eo priuabat
ſpe ſuccedendi in feudo in defectum pro
lis ex ipſis venditoribus,aut deuolutionis
ex alia cauſa,nam certum eſt, quod agna-
tis omnibus acquiritur ius in feudis ab in-
ſtantia natiuitatis eorum.Dec.conſi. 445.
nu.10.Tiraquel.de retract.1.par.§.1. glo.
6.n.87.& hoc ius cum à maioribus perue
nerit eſt tãti ponderis,quod de minor ab
eo excludatur reſtituitur,vt videtur in d.l.
ſi emptione.vbi Bal.Tiraq. de retract. in
præfat.n.35.

Cum igitur ex cõſẽſu tutricis excluda-
tur a vendicatione,& conſequẽter priue-
19 tur iure†quæſito in re maiorum ſuorum,
ad quam habebat ſpem ſuccedẽdi ſaltem
potentia,concludendum eſt eſſe cõceden
dam reſtitutionem,& hoc probatur in d.l.
Aemilius, quia licet ibi non det reſtitutio
hoc ideo eſt,quia nõ cõceditur reſtitutio
contra factũ,quod incepit a defuncto ma
iore,ſed quãdo factum habuit initium in
minore ſẽper datur reſtitutio,ad id quod
minor geſſit,vbi declarãt Bar.& Bal.ĩrep.

Nono,quatenus conſenſus tutricũ eſſet
validus competere reſtitutio,vt in præce
denti concluſione,l.quod ſi minor.l.prĕfe
20 cti.ff.de minor.†ſed conſenſus adhibitus
nullus,eſt & pro non adhibito cenſendus,
nam ex eo remiſſa fuit actio,quæ compe
tere poterat pupillo,vt no.in d.§.Titius.
Bar.& Doct.in l.q̃ dotis ſolu.matr.& act.
competebat ad rẽ immobilẽ nempe feu-
dum ca.1.de cogn.feud.Verũ cum actio,
quæ cõpetit ad rem immobilẽ inter im-
mobilia numeretur.Tiraqu.de retract.1.
par.§.1.gl.7.in prin.propterea requireba
tur,quod in huiuſmodi cõſenſu, & remiſ-
ſione interuenirẽt ſolẽnitates, quæ requi-
runtur in alienatione rei immobilis pupil
laris.Alex.conſ.27.in fin.libr.3.Cagnol.in
l.2.nume.59.C.de pact.inter emp.& ven
dit.& ſic cum ſolennitates non fuerint ad
hibitæ,quas numerat Afflict.in dec. 244.
non potuit fieri remiſſio prædicta medio
conſenſu.l.ſi ad reſoluendam.C.de præd.
minor.& in ſpecie non poterant tutrices
ſine decreto repudiare oblationem ſibi fa
ctã ſicuti non põt tutor repudiare hæredi
tatem delatam pupillo ſine decreto Tira
qu.in d.§.gl.7.nu.83.nec etiã renunciare
pacto,quod pupillus habet de reemendo
rem venditam.Alexan.dicto conſilio 27.
volu.3.Tiraquel.de retract.conuen.ad fi.
tit.n.19.

Decimo, quod ſit cõcedenda reſtitutio
præſuppoſita validitate conſenſus adduci
tur tex.in l.& ſi ſine.§.quæſitum.de min.
verſic.idem faciunt iuncta glo.verſi.ſerua
ti.ubi quando res minoris, quĕ præcepto
teſtatoris,vel legis ſeruari debẽt diſtrahũ
tur,cõpetit reſtitutio,cum igitur iſta actio
competens ad feudum,& prouidẽtia ho-
minis, & ipſius legis fuerit deſtructa per
conſenſum ergo,&c.

Vndecimo,quãdo colluſio tutoris, vel
curatoris interuenit etiã pro minimo dã-
no reſtituitur minor.l.penul. vbi gloſſ.de
minor.Quod autem colluſio tutricum in-
teruenerit patet ex eo,quia dũ eſſet facta
oblatio de emendo ſolum neglexerũt ob
lationẽ,ſed conniuẽtibus oculis omiſerũt
oppoſitiones quas facere poterant tene-
bãtur ad hoc vt vẽditio non fieret. Et ite-
rum dum eſſent vocatæ ad vidẽdum con
firmari contractum, & nihil aliud ab ipſis
deſideraret emptor, nedum aſtiterunt cõ-
firma-



firmationi prædictæ,ſed ultro præbuerunt
expreſſum conſenſum.

21 Duodecimo, ſententia† lata aduerſus
pupillos eſt ipſo iure nulla.l. cum & mino
res.C.ſi aduer.rem iudic.reſt.poſtul. & cũ
tutrices non defenderint pupillũ allegan
do nullitatem actorũ, & ipſius cõtractus,
propterea illa declaratio quam fecit D.de
legatus eſt nulla, quia indefenſus fuit pu-
pillus, & conſequenter non exigitur reſti-
tutio in integrũ, prout concederetur ſi iu-
ſta defenſione tutricum id ſtatutũ fuiſſet,
ut inquit ibi tex.

Non obſtant modo in contrariũ addu-
cta,& primum, quod iſtud feudum ſit hæ
22 reditarium † ex illis uerbis pro ſe hæredi-
bus,& ſucceſſoribus quibuſcunque, quia
reſpondetur primo dictionem illam qui-
buſcunque intelligi de deſcendentib. Bal.
in cap.1.§.donari.num.4.qual.ol.feu.pot.
alien.& in l.cum uirum. circa. fin. C.de fi-
deicommiſſ.Dec.in cap.prĕſentia.nu.48.
de proba.dicens hanc opinionem de iure
videri ueriorem,idque ſine dubio, quãdo
ex aliqua coniectura apparet uerba poſſe
de extraneis hĕredibus intelligi. Iaſ. l. Gal
lus.§.etiamſi parentes de lib.& poſth. ubi
etiã Aretin.& Socin.ſequuntur. Curt.iun.
de feu.in 3.par.nu.62. ubi dicit hanc quæ-
ſtionem ualde dubitabilem alios cumulat
Franc.de Eccle.inter conſi.feud.conſil. 4.
nu. 6. Confirmatur quoniam in omnibus
inueſtituris cõceſſio legitur facta iure feu-
di nobis, antiqui, auiti, & paterni, ex qui-
bus uerbis feudum redditur proprium, &
inalienabile non obſtãtibus uerbis quibuſ-
cunque.Ozaſc. deciſio 163.num.6. & 12.
Crauet. in reſponſo pro genero nu. 334.
354.& 359. cũ actus ſemper intelligatur
factus,ſecundum iuris communis diſpoſi-
tionem.l.quæro.§.inter locatorẽ. D. loca
ti.l.Gallus §. quidam recte. de li. & poſth.
iuxta quã regulariter. feuda non tranſeunt
ad quoſcunque hæredes,ſed ad deſcendẽ
tes duntaxat.& agnatos. Accedat etiam
23 quod in dubio feudum † ex pacto, & pro
uidentia,& ſic rectum, & proprium nõ au
tem hæreditariũ preſumitur. Zaſ. de feu.
par.12.nu.2.Dec.conſil.78. cum multis a
Menoch.citatis conſi.61. nu.9. Crauet.in
d. reſpon.nume. 314. & quatenus eſſe ali
quod dubium id ſubmouetur per decre-
tum,ut dictum eſt ſupra.

Secundo reſpondetur, ꝙ tex. in cap. 1.
an agn. vel filia quo generaliter, deducta
eſt concluſio, quod in feudo hĕreditario
nullus admittatur, qui nõ ſit hæres primi
accipiẽtis, uel ultimi defuncti loquitur in
feudo hæreditario, ut pluribus authorita
tibus oſtẽdit Vincimala inter cõſi.feu.Va-
riorum conſ.1.nu.70. quo intellectu rece
pto ſequitur filium tantũ qualitati hĕre-
ditariæ obſtrictum nõ agnatos, quia text.
hoc ipſum ad literam diſponit.

Tertio ſufficere agnato uindicanti feu-
24 dum,ut non ſtet per eum quominus † ul-
timi poſſeſſoris ſit hĕres,ſecus uero quan-
do ei defertur hæreditas, is autẽ ea repu-
diata feudum obtinere uellet, quare ſi ex
quauis cauſa nõ poſſit eſſe hæres dum ta-
men nõ ſtet per eum, nihilominus ad feu
dum admittitur.Bal. in c. 1. num. 8.Alua.
num.9.an agn.uel fil.Caſt. in l.ex facto. §.
fin.ad Trebel.Iacob. in ſua inueſti. uer.ita
quod.in 3.& 4.limitatio.Roland.in conſi.
93.num.15. uol.3.& conſilio 48.num.50
uol.4. ubi oſtendit hanc eſſe communem
opinionẽ, ſed in hoc caſu impoſſibile eſt
actori eſſe hæredem ultimorum poſſeſſo-
rum adhuc uiuentium,quorum propterea
nulla eſt hæreditas, nec agit iure alicuius
ſucceſſionis ſibi delatæ, ſed iure oblatio-
nis ſibi tanquam agnato factĕ, & iure etiã
actionis agnatis competentis ad reuocan-
dum feuda nulliter extra agnationẽ alie-
nata & conſequenter cĕſſat oppoſitus de
fectus qualitatis hĕreditariĕ.

Poſtremo reſpondetur,quod ubi æqua
litas hoc caſu requiritur cum omnes fa-
25 teantur † ſufficere actori hæredem eſſe
primi acquiſitoris mediate, uel immedia-
te,ut per Alexan.conſ.10.uo.3.Dec.con-
ſilio 208.in ſing.Curt.Iun.conſ. 1.nu. 11.
poteſt actor ipſe probè dicere ſe primi in
ueſtiti hæredem eſſe mediatũ,quod oſten
dit eo ipſo, ꝙ eſt ex deſcendentibus item
ex eo,ꝙ feudum acceptat etiamſi milleſi
mo gradu diſtaret à primo ſtipite acqui
ſitore, ut tradit idem Riminal. in alleg.
conſ.1.num.72.Et ulterius in materia feu
dali dictio hæres intelligitur de hærede
ſanguinis non bonorum,ut late per Ozaſ.
deciſ.161.

Non obſtat ſecũdum nempe confirma
tio alienationis a Principe facta, q̃a ratifi-
catio domini ſuperueniens nõ confirmat
aliena-

alienationem nulliter factam, niſi interue
nerint in ea omnes ſolennitates in actus
confectione requiſitæ, ut docet Ozaſc. de
ciſione 166.

Neque obſtat, quod agnatus nõ poſſit
reuocare feudum uiuo alienatore haben
26 te filios, † quia hoc non procedit, quan
do alienatio fuit nulliter facta, ut ſupra
oſtẽdimus. Præterea etiam uiuo alienato
re poteſt agnatus reuocare pretio reſtitu
to. Ozaſ. deciſione 177. num. 4. Quo uero
ad filios ſi conſtaret ipſo extare, & uellent
reuocare oblato pretio poſſent uiuente pa
tre, alias non poſſent, niſi poſt mortem pa
tris abſtinendo tamẽ ab eius hæreditate
Ozaſc. deciſione. 177. num. 4. ſed poſtquã
non agunt, relinquent locum agnato. a
quo tamen poterunt reuocare reſtituto
pretio.

Non obſtat quartũ fundamẽtum, quia
ut ſupra dictũ eſt nõ fuit probatum adeſ-
ſe aliqua debita præter dotes, quibus iam
erat ſatisfactũ per ſubhaſtationes. Quod
attinet ad alimenta circunſcriptis præſum
ptionibus collectis ex actis quibus demon
ſtratum eſt commentitiam fuiſſe neceſſita
tem alimentorum deductam? Aduerten-
dum eſt, quod decretũ uult perſolui debi
ta contracta, non autem contrahenda, &
prius erant de coquenda bona allodialia.
quæ ſupererant, nempe ea quę fuerant ceſ
ſa per cõmunitatem Mullazzani, deinde
ad alienationem feudi deuenire non inte
gre, ſed ꝓ modo urgẽtis neceſſitatis. Bal.
conſilio 332. libro 1. & conſil. 20. libro 2.
Iaſ. l. creditor. numer. 3. in 3. limitatio. D.
ſi certum peta. l. qui Romæ, §. duo fratres,
num. 37. de uerbor. oblig. & aliquos refert
Menoch. de arbit. q. li. 2. centu. 2. caſu 182.
numero 32.

Minus obſtat quintum de læſione non
probata, & quod remediũ reſtitutionis in
integrum ſublatum ſit per decretum, abũ
de enim ſupra edoctũ eſt, non requiri pro
bationem læſionis. Decretum autem non
obſtat, nam omiſſis omnibus quæ adduci
poſſent, ut non comprehendat pupillos,
ponderanda ſunt uerba decreti, eſt quibus
ſuper tribus caſibus tantummodo fuit di
poſitum, uidelicet quando agnatus conde
cẽti precio emere, & pretiũ ipſum exbur
ſare tenuit, uel alias cõtemnit, uel plus de
bito diſtulerit, q quidẽ caſus ſunt excluſi
a præſenti quæſtione, quia cõtemnere di
citur is, qui ex uolũtate ſe ſubiici legis or
dinationi contemnit, & ideo procedit ad
contraueniendum legi Felin. in cap. ſi quis
numer. 7. de maiori. & obedien. Nec paria
ſunt cõtemnere, & negligere, ut not. in c.
ſi quis decreta. 20. diſtinctio. cũ ergo nul
lus cõtemptus ex parte pupilli etiam me
dia perſona ſuarum tutricũ dici poſſit in
teruenisſe, merito erit reſtituendus, & tan
to magis, quia (& hoc punit falcẽ ad radi
cem) nõ petitur reſtitutio aduerſus illos
caſus comprehenſos in decreto ſed aduer
ſus cõſenſum pręſtitum per ipſas tutrices,
& aduerſus indefenſionem, qui quidẽ ca-
ſus non poſſunt includi ſub diſpoſitione ip
ſius decreti.

Cauſa iſta multum diſputata, fuit res re
* dacta per Senatum ad ſequẽtes articulos,
quorum primus eſt, quod huiuſmodi feu-
dum ex illis uerbis pro ſe, & hæredibus, ꝙ
27 ſucceſſoribus † quibuſcun que, eſt hæredi
tarium ex communi Docto. ſententia, ſed
ſecundum, quid attẽta maxime diſpoſitio
ne decreti, ita ut requiratur, quod uolens
reuocare ſit hæres ſaltem primi inueſtiti,
uel ultima defuncti, & communis ſtipitis.
qui fuerit poſſeſſor feudi, non aũt hæredi
tarium, ut trãſire poſſit ad hęredes extra
neos, & propterea actori non competere
actionem reuocãdi iſtud feudum niſi pro
illa parte, quæ erat Manfredi ſenioris, com
munis ſtipitis, & proaui ipſius actoris, cu
ius apparet ipſum eſſe hæredem.

Secũdus eſt, quod uiuo alienatore licet
agnato etiam habente filios oblato tamẽ
pretio feudum reuocare, iuxta frequen
tiorem doctorum ſententiam.

Tertius, quod licuit alienatoribus alie
nare totum feudum ex cauſis neceſſariis
adductis, & probatis.

Quartus, quod iccirco non eſt concedẽ
da reſtitutio in integrum. & ita fuit con
cluſum per oẽs, Illuſt. & integerrimo. Do.
Senatore Nicolao Agatia Vercellenſi ex
ſupra ſcriptis & aliis rationibus valde re-
clamante, & ſentiẽte, quod reſtitutio erat
ſaltem concedenda ad reuocandam illam
partem, quæ erat Manfredi communis ſti
pitis anno. 1577. 5. Decembris.





## Inceſtus pœna quæ ſi tã quan-
## do cum aſcẽdẽtibus, quam ſi cũ
## deſcẽdentibus, uel tranſuerſali
## bus crimen committatur.

### DECISIO C.

1 *Inceſtus pœna eadem eſt, quæ adulterii.*
2 *Tex. plures qui de pœna inceſtus tractant*
*enumerantur, & ponderatur.*
3 *Inceſtus materia confuſe à doctoribus tra*
*ctata.*
4 *Inceſtuoſus concubitus aſcendentium, &*
*deſcendentium grauius punitur quam*
*tranſuerſalium. & nu. 5.*
6 *Iudex laicus non cognoſcit in inceſtu ſpiri*
*tuali.*
7 *Inceſtus non committitur cum conſangui*
*nea, quæ fit per illicitum coitum,*

1 INCESTVS pœna eodem
eſt quæ † adulterii gl. Bar.
& Alber. in l. ſi adulterium
cum inceſtu in princ. D. de
adult. qui diſtinguunt utrũ
ſit ſub colore matrimonii, uel ĩ figura ſim
plicis fornicationis, prout in hac materia
ſolẽt communiter diſtinguere doctores,
Cæterũ hac de re ſunt plura iura, ꝑ quæ
uarias inceſtuoſis pœnas inditas fuiſſe co
2 gnouimus, † & primo tex. in l. miles. §. 1.
D. de adulte. quem text. ad hoc allegabat
Alberi. in dicta l. ſi adulterium cũ inceſtu.
Sed aduertendũ eſt, ꝙ miles ibi cognoue
rat filiam ſororis, & tamen neque tex. ne
que gloſſ. dicunt fuiſſe inceſtum. Verum
text. in ſororis proneptẽ. D. de rito nupt.
probat fuiſſe inceſtum. alius text. eſt in di
cta l. ſi adulterium cũ inceſtus tertius in l.
ſi quis uiduam D. de quæſtion. ubi impo-
nit Iuriſcõſul. inceſtuoſo ſtupro, ſeu ince-
ſtuoſo adulterio pœnam deportationis in
inſulam. alius, & quartus textus eſt in au
then. inceſtas. C. de inteſt. nup. & in corpo
re unde illa deſumpta fuit ubi dicitur pu
niri faſtigatione, & confiſcatione bonorũ
tam marem quam fœminam.

Doctores uero in caſibus inceſſus ſatis
3 confuſe loquuntur, & † uidentur parifica
re oẽs caſus inceſtus, de qua re uide Pau.
Grill. in tracta. de pœn. omnifar. coit. illici
quæſtione prima, & ſecunda numer. 9. &
quæſtione tertia, numer. quinto. ubi dicit
puniri pœna mortis, quando non in figu-
ra matrimoni fit inceſtus. Idem dicit Vi-
tali. de adul. nu. 13. & Boer. deciſ. 318. Ber
mond. Couer. in tracta de publi. concubi
nar. rubrica de inceſtu. nume. 6. & numer.
decimoquarto. uerſiculo ſum modo, quã
do enim in figura matrimonii fit inceſtus
tunc pęna eſt leuior. toto titu. C. de ince-
ſtu. nup. & infames de iu. Canonico ſunt;
qui conſanguineas uxores ducunt. capit.
cõiunctiones 35. quęſtione ſecunda, & 3.
& quãdo cum alia ſpecie fornicationis fit
inceſtus, puniri delinquentem pœna mor
tis dicit ex communi Cla. li. 5. §. inceſtus
& ibi refert plures ſententias Senatus Me
diolanenſ.

Ego tamẽ putarem in hac materia di
4 ſtinguendas eſſe perſonas. Nam † in aſcẽ
dentibus, & deſcendẽtibus grauius puniẽ
dus eſt inceſtuoſus concubitus quã in trãſ
uerſalibus, hoc probat text. in d. l. ſi adul
terium cum inceſtu. §. primo iuncta. l. fin.
D. de ritu. nupt. ubi in aſcendẽtibus, & de
ſcendentibus dicitur prohibita cõiunctio
iure gentium. eſt enim contra naturalem
pudorem filiam uxorẽ ducere, uel cogno
ſcere, ideoque in tali gradu forte eſſet pę
na mortis. ut dicit Boe. d. dec. 318. & ideo
hic coitus inter aſcendentes, & deſcẽden
tes proprie non inceſtuoſus, ſed nefarius
appellatur, §. ergo non omnes inſtitut. de
nup. Boſſ. in titu. de coitu damna. num. 5.
ubi dicit fuiſſe per S. M. tales delinquẽtes
igni dãnatos, uel furcis ſuſpenſo. Bermo.
Couer. de pub. concubinar. dicta rubri. de
5 inceſtu. nume. 5. In trãſuerſalibus † uero
ſi eſt frater, & ſoror, Boe in dicta deciſio.
318. colum. 3. dicit eadẽ pęna puniri poſt
Grill. ubi ſupra. quod mihi durum uideba-
tur, cum nõ ſit contra ius gentium, cum
apud multas gentes, & magnas perſonas
licita aliquãdo fuerit talis coniunctio, ut
tradit Tiraquell. de legibus cõnubialibus
parte ſeptima. num. 35. 37. & 39. Ideoque
in cauſa, quæ uertebatur in curia Foſſani
* iux. uotum Vicarii Excellentiſſimus Sena
tus cẽſuit marem, & fęminam fratres uer
berandos, deinde fratrem ad triremes re-
mittendum perpetuo, mulierem uero in
exilium publicatis bonis quatenus nõ ex
tarent agnati, iux. auth. bona dãnatorum. 1
C. de. hoc proſcrip. & Clar. plures trãſuer
ſales refert dãnatos aliquãdo pęna pœni-

nária aliquando læui fuſtigatione corpo
rali faciunt dicta per Couer.in d. rubr.de
inceſtu.nu.16.vbi dicit,quod de iu.com-
muni inceſtus non punitur pœnā mortis
ſed deportationis,& eandem opinionem
tenuit cōſilium Neapolitanum apud Vin
cen.de Franch.deciſ.378.par.2.

In conſanguinitate ſpirituali, ut in cō-
6 matre iudex laicus † non poteſt pœnā im
ponere niſi concurrat adulterium, vel ſtu
prum,quo caſu delictum aggrauatur com
paternitate,ut per Pari. de Put. in tracta.
de ſind.§.adulterium.nu.8.

In conſanguinea uerò,quod non com-
7 mitatur inceſtus, quādo fit † cōſanguinea
per illicitum coitum, ut de eo,qui cogno-
uit duas ſorores,tenet Marſi.ſing.254.cō
trarium tamen uidetur ſentire Couer. in
d.rub.de inceſ.nu.3.uerſ. notēt perpetuò
Canoniſtæ. Ego exiſtimo talē coitū eſſe
de iure ciuili impunitum,ſed tamen in fo
ro conſcientiæ maximum eſſe crimen, &
fornicationem aggrauari ita, ut per ſacer
dotem maior ſit pœnitentia inferenda.

Statutum excludens maritatā
a ſucceſſione patris, uel matris
an ut locū habeat,requiratur,ꝙ fi
lia tempore mortis patris marita
ta reperiatur,uel dotata.

*DECISIO CI.*

*1 Statutum excludens dotatam ab hæredita*
*te intelligitur ſi tempore mortis illius de*
*cuius hæreditate agitur mulier dotata re*
*peritur limita,ut nu.8.9.10.11.& 12.*
*2 Hæreditas delata,uel adita nō differt in ca*
*ſu ſtatuti fœminam excludentis*
*3 Ius quæſitū in hæreditate ſine facto & cul*
*pa acquirentis auferri non poteſt.*
*4 Filia prohibita a ſtatuto petere, non prohi*
*betur retinere.*
*5 Statutum quali ſtans tempus petitionis nō*
*autem ſucceſſionis excludit dotatam etiā*
*poſt aditam hæreditatem,ſed contra nu*
*mero.6.*
*7 Statutum debet intelligi iux. ea,quæ com*
*muniter accidunt,*
*13 Statutum requirens dotatam eſſe ſeu mari*
*tatam filiam,an ſit copulatiue intelligen*
*dum.*
*14 Statutum filia excludente poteſt iudex ex*
*officio illam a ſucceſſione repellere.*

STATVTVM Aſten. Ci-
uitatis,quod ad literam re
fert Marc.quæſt.564 poſi-
tū ſub.Rub.Ne mulier ma
ritata.coll.16.capit.65.de
quo nòs ſcripſimus,& retulimus ſupra de
ciſ.63. diſponit, qđ mulier maritata a pa-
tre,uel fratre uel patruo non ſuccedat cū
fratribus in hęreditate patris, uel matris.
Queſitum fuit,an hoc ſtatutum procedat
etiam ſi filia tēpore mortis patris,uel ma-
tris nō reperiatur a patre dotata, ſed poſt
mortē patris a fratre, uel patruo dotetur:
& profecto dubia, & difficilis eſt quæſtio,
de qua maxima facta fuit in Senatu no-
ſtro Pedemōtano diſcuſſio in cauſa Aſtēſ.
Iugalium de Mundo contra Cameranos.

Et pro parte negatiua, ꝙ filia nō ſit ex
cluſa à ſtatuto,facit communis doctorū
1 opinio,quæ habet,ꝙ ſtatutum † excludēs
mulierem dotatam ab hæreditate intelli
gitur ſi temporis mortis,& ſic delatæ,uel
acquiſitæ hæreditatis mulier erat dotata
& non aliter Hoc fuit originale dictū Bar
tol.in conſ.31.& Bald in conſi.191. quæ
dam mulier.in fine.ſi.3. vbi ſtatutum ex
cludebat dotatam a ſucceſſione Caſtren.
conſilio.6. ſuper eo. circa medium,libro
2.Alexand.conſili.151. uiſo themate.uo
lum.2.cum concordantibus in apoſtilla
relatis, ubi Alexan.exemplificat,quando
ſtatutum excludit filiam dotatā à patre,
uel fratre ſecundum uires eorum,ut non
ſuccedat.Deci.conſilio. 589.numero.9.
Corn.conſilio.94.libr.2.& conſi. 171.co
lum.2.li.4.cum aliis multis Docto. quos
citat.Bec.Caſalen.conſ.112.num.20.cui
addo Brun.de ſtatut. exclu.fœm.art.6.
quæſtio.16.ubi per plures columnas hoc
examinat.Craue.142.numero.10.uerſic.
ideo ſtatutum Gabriel.conſilio.15.nume
ro.32.Bologne.conſilio.10.numero.22.
& 23.Rub.conſ.71.numer.9.Alciat.con
ſi.57.numero.6.Rip.in l.ex facto.nume.
33.de uulga.Soci.Iun.conſi.5.numer.16
17.& 18.lib.ſecundo.Soci.Sen qui loqui
tur in hæreditate matris conſil.121,147.
libro primo.Abb.conſil.107.dubio quin
to.libro.2.Purpurat.conſilio 352.nume.
decimo.addo Nat.conſilio.687.nume.7.





lib.4.& quamuis contra hanc opinionem
tenuerit Roman.conſil.442.& cōſil.123.
lib.2.& conſil.75.lib.primo.tamē opinio
Romani communiter ab omnibus impro
bat retenta opinione Bart.Bal.& aliorū,
quæ eſt communis,prout etiam de com-
muni teſtatur Mādoſ.ad Roman. in dicto
conſi.442.Bec.dicto conſil.112.num.20.
D.P.Surdus, conſi.45.nu 34. & 35. uolu.
1.& conſi.110.num.10.& 11. Rol. conſ.
* 96.lib.4.& conſi.45 eod.lib.nu. 10.14.&
ſeq.& in hanc opinionē indubitate tran-
* ſibat Senatus, dum diſputaretur ſupra di-
cta cauſa,& ſequitur nouiſſime Ancha re
gien.quæſtionum famil.libro 3.quęſt.33.
2 nu.3.4.& 5.quæ opinio † procedit tam in
delata quā in adita hæreditate, cum inter
hæc duo nulla hoc caſu differentia conſti
tuatur,prout cōtra Roman.omnes ſupra
relati tenuerūt, & faciunt,quæ ſcribit Cal-
can.conſi.3.colum.7.uerſic.facit etiam. &
conſi.7.colum.penult. uerſiculo unde nō
ſolum.Craue.conſ.759. nu 4. & quamuis
opinio Romani mihi uideat ſatis colorata
& ſubtilitas cū nō de adita, ſed de delata
duntaxat ſucceſſione loquat,quo caſu du
bium eſſe fatetur Beci.dicto conſilio.112.
num.20.cum delata ſucceſſio ita plenum
ius nō tribuat quin auferri poſſit, tamen
in iudicādo difficile eſſet cōtra Bartol.&
alios iudicare,ne ius quæſitum auferatur.

Secundo pro filia adducebatur cōſilio
Nat.74.puto de iure dicēdū ubi per qua-
tuor fere columnas cōſuluit in terminis
huius ſtatuti Aſten.procedere cōmunem
illa opinionē per iura, & rationes quas
allegat,& nō repeto,ſed ad illum lectorē,
& iudicē remittimus,cui ado Bru.Aſten..
ī trac.de ſtat.excl.fæm.art.9.q.16.n.266.
quibus cum ſint Alleſes eſſet ſtādum in
materia huius ſtatuti.

Tertio dicebam ego,quod cōtrario ad
miſſo ſequeretur abſurdū, quod fratres,
qui ſolent male tractare ſorores, ut dicit
Surd.d.conſi.45.num.35.poſt Geor.Nat.
de ſtatu.quæſt.2.nu.5.mortuo patre pro
ſuo arbitrio dotabūt ſorores,ſicque iſtud
ſtatutum tanquā contra bonos mores di
ſponēs,& publici intereſſe ius uiolans ini
quum diceretur, & iniuſtum,quod a lege
municipali omnino alienum eſſe debet.

Deniq; pro filia adducebatur,quod per
aditionem hæreditatis communiter facta
ipſi iam erat ius quęſitū in hæreditate pa
terna,& materna, l.gerit.& l.pro hærede
ubi Barto.D.de.acquiren.hæredi. cū ipſa
3 etiam dicatur adiuiſſe. ideo † ius quæſitū
in hæreditate ſine facto,& culpa ipſius illi
auferri nō poteſt, cum difficilius tollatur
ius quæſitum quā quærendum, ut in his
terminis arguit Natt.dicto conſil.74.nu-
me.primo.in fi.& conſi.581.Cremen.ſin
gu.127.quo circa ſtatutum non procedet
in hæreditate iā adita propter hoc ius iā
quæſitum, prout tenuerunt Angel. Caſtr.
Roman.Alexand.Corne.& Socyn.relatia
Bruno dicto art.6 colū.3.& 4.Geor. Nat.
dicta 2.quęſtione princip.quæſtio.19.co
lū.4.& 5.Beci.& Surd.in locis ſupra cita
tis, & ita limitat ſuam opinionē Ruin. in
conſilio 65.nume.5. uolumi.3.Socy.Iun.
conſilio 2.nume.12. &14. & multis ſeq.
& propterea dici poteſt filiam† prohibitā
4 a ſtatuto petere,non propterea prohibitā
retinere,ut per Deci.conſi.257.col.pē.in
fi.& conſil.300.nu.10.331.colum.2. Cra
ue.conſilio 148 nume.2. Simon de Præt.
conſil.72.nume.33.

Affirmatiuam uero opinionem, ꝙ per
huiuſmodi ſtatutū Aſtenſ. in eam formā
cōceptum filia quandocunque dotata ex
cludatur, defēdebant aliqui ex eo quod
ſtatuti uerba bene cōſiderata clare demō
ſtrant talem filiam etiam hoc caſu exclu-
di. Nec obſtare communem illam opinio
nem ſupra relatā,quia illa procedit quan
do ſtatutum ſimpliciter loquitur,quod fi-
lia dotata,uel maritata non ſuccedit & ſic
5 qualificat ius ſuccedēdi ſecus† uero ſi qua
lificat ipſam petitionem, ita ut reſpiciat
tēpus petitionis tunc enim inſpicitur, ꝙ
ſit maritata tempore quo ipſa mulier effe
ctualiter agit,& ſic ſufficit,quod tunc re
periatur dotata, quāuis ſit delata hæredi
tas.Hęc fuit originalis opinio Roman. in
dicto conſi.442.Socy.conſil.42.li.4.cum
aliis allegatis per Rip.qui dicit eſſe dictū
mirabile in l.ex facto.num.33.de uulgar.
Curt.Iun.conſi.10.nu. 9. Beci.d.conſilio
112.nume.21.Deci.conſi.24.nu.6. uerſi.
prædicta,& conſi.207.num.4.uerſi.7. po
teſt reſpōderi,& hoc uoluerunt aliqui ꝓ
cedere nō ſolum ſi ſtatutū dicat poſſe do
tari poſt agnitā hęreditatem, uerū etiam
ſi hoc pręſupponat,ita Corn.cōſi.123.li.
2.puta ſi ſtatutū dicat de dotata extra hæ

reditatem paternam,uel quod non poſſit
habere regreſſum ad hæreditatem pater-
nam.Brun.de ſtatut.4.memb.6.artic.prin
cipal. queſtio. 16.numero 272. cum ſe-
quen.tūc enim uidetur preſupponere ſta
tutum,quod habuerit filia ius propter de
latam hereditatē,ſed illud per ſubſequen
tem dotationem amiſerit,ut dicit Georg.
Natta in dicta quæſt.2.nume 81. & clare
Ruin.conſilio.65.per totum. lib.3.Socin.
Iun.conſi.2.num.13.lib.1.

Verum,quod etiã hoc caſu procedat
6 illa communis opinio quando † eſt adita
hereditas multi tenuerunt,ut Alexa.con-
ſilio.48.colum.1.lib.4.151.num.2.lib.2.
Brun.dicto artic.6.num.272.Rolan.dicto
conſil.96.Surd.dicto conſilio 45.nu. 42.
dicens ita fuiſſe iudicatum per Eccellen-
tiſſimum Senatum Montis ferrati,& cõſi-
lio 100.nu.11.Natta dicto conſ.74.n. 11.
Bec.dicto cõſ.112.n.20 Crauet.cõſ.759.
per totum,ubi inquit contrariam opinio
nem Socin.& aliorum niti uerborum ſub
tilitate,& ita uidetur eſſe de mente Bart.
in dicto conſil.31.ubi loquitur quãdo ſta
tutum diſponit,quod mulier non poſſit
redire.ideo dicere poſſumus excludi filiã
ex hoc primo fundamento ſi nõ ſit adita
hereditas.

Secundo cõtra filiam pro fratribus ad
7 ducebatur,quod † ſtatutum debet intelli
gi ſecũdum ea quæ communiter accidũt.
l.nam ad ea D.de legib.Euerad.in ſuis lo
cis legalib.cap.56 ſed à communiter acci
dentibus fratres,& patrui non dotant mu-
lieres,niſi mortuo patre, & tamen ſtatu-
tum excludit mulierem à quouis iſtorum
dotata ſit ab hæreditate paterna,& mater
na.& tam clara uidẽtur eſſe uerba ſtatuti
in hoc caſu,ut nihil ulterius deſiderai poſ
ſit,nã preſupponit ſtatutum filiam dota-
ri poſſe à patre,fratre, uel patruo, & à
quouis iſtorũ dotẽ vult excludi ab here-
ditate patris,& matris,licet quo ad matrẽ
aliter dici poſſet,quia poteſt frater dotare
ſororem viua matre, quia illi non matri
hoc onus ſpectat.

Et ſi uelimus retinere hanc opinionẽ *
contra filiam,cum qua multi ex dominis
tranſibãt,& pro qua iam in cauſa reuiſio
nis fuerat iudicatũ, ut infra dicemus poſ
ſet ad contraria reſponderi.Et ad primũ
dici poteſt communem illam opinionem
eſſe ueram,ſed limitari multis modis, &
8 primo,ut nõ procedat ĩ caſu,† quãdo ver
bũ maritata ſeu dotata nõ qualificat ius
ſuccedendi ſed ius exercẽdi actionem, &
petitionem,prout ſupra decebamus,repli
cãdo ad cõtrariam opinionem,quod pro
cedit in adita hæreditate, prout loquitur
Ruin.d.conſ.65.nu.5.ita opinionem ſuã
reſtringit etiam Roman.in d.conſ. 442.

Secundo limitatur illa cõmunis opinio
9 Bar.ut nõ procedat,† quãdo ex uerbis ſta
tuti aliter de mẽte ſtatuentium appareat,
ut in hoc ſtatuto Aſtẽſi, ubi excluditur ab
hæreditate matris dotata a patre, etiã ꝙ
a matre non dotetur,item per illa verba,
*Sed eo ipſo,quod maritata appareat ab alte
ro prædictorum ſit dote contenta*. Subdens
ſtatutum,*ita quod nullo unquam tempore
poſſit amplius habere regreſſũ* ut in his ter
minis ſcribit Georg.Nat.in d.trac. de ſtat.
quæſt.2.nu.89.per l.pactũ.C.de collat. &
videtur sẽtire Gabriel.in ſimili ſtatuto cõ
ſilio 15.n.41. & 42.& omnes doctores vi
dentur admittere pro indubitato, ꝙ qua
litas excluſiua ſuperueniẽs etiã poſt agni
tam hæreditatem operetur excluſionẽ, ſi
id expreſsè ſtatutũ, uel neceſſario eo uer
bis æquipollentibus diſponat,ita Dec.cõ
ſil.261.n.4.Ale.48.lib 3.Surd.d.conſ. 45.
conſ.100.lib.1.Bec.conſ.112.nu.20.in fi.
Tertio declaratur illa commmunis regu
10 la,ut nõ procedat ſi † ſit a patre uerbaliter
in teſtamento legatum factum pro dote,
licet enim non dicatur uere dos ſine ma-
trimonio,nihilominus quo ad mẽtem ſta
tuti habetur ac ſi eſſet dos ſoluta, & filia
maritata,ita tenet Bar.in l.Titio centum,
§.Titio gener.uerſ.quero ſtatutũ de cõdi.
& demõſtr.Bal.in l.nõ ſine D.de bõ. quæ
libr.nam debet deberi pro uere dotata,&
hoc multis argumẽtis, & rationibus com
probat Geor.Nat.in.d.2.quæſt.& hãc opi
nionem communem,& receptiſſimam di
cit Bec.conſ.103.nu.24.Anchar.regien.d.
quæſt.33.nu.5.Gabriel.d conſ.15.nu. 42.
43.& in hac declaratione etiã inclinabat.
Senatus,licet illam limitet Ozaſ. cõſ. 76.
nu.16.multis modis, & ſi uelimus admit
tere id quod dicitur de adita hereditate.

Limita,& declara quarto ut procedat
ante delatam hereditatem in ſua herede
11 † ſecus in extranea,ubi ſufficit,ꝙ ſit dota
ta ante aditã hereditatẽ.Bru.d.ar.7.q.16.
uerſi.



uerſ.ellicitur.Nat.de ſtat.q.9.col.7.ver.di
ſtingue igitur,per tex.not.in l.ſi quis filiũ
D.de acq.her.quamuis cõtrarium teneat
Abb.conſ.107.qui dicit etiam in extranea
communem illam opi.procedere.

Limitatur quinto communis opinio,vt
12 non procedat quando† ſtatutum loquiẽ
per uerba importantia conditionem,ut ſi
dicat *ſi filia reperiatur dotata a fratre non
ſuccedat*,tũc enim videtur adimpleta con
ditio etiam ſi dotetur poſt mortem patris
per ea,quæ dicit Brun.d.quæ.16.colu. 4.
uerſicu.Aliquando & ſecundo.Sed hæc li
mitatio mihi non placet,quia deſtruit cõ
munem opinionem, cum illa verba *filia
dotata*,importent conditionem, perinde
enim eſt ac ſi dicatur,*ſi filia ſit dotata* Nam
hæc conditio ſi filia reperiatur dotata ita
eſt intelligenda ſi ſit dotata tẽpore delatæ
ſucceſſionis, vnde ſi non reperitur dotata
non excluditur,quia dotatio ſuperueniẽs
non nocet,vt dicit Barto.in d.conſi. 31.in
fine preſertim quando adita iam fuit hæ-
reditas,quod in his terminis admittit ſine
difficultate Rom.in iam ſup.allegato con
ſilio.442.in prin.

Ex quibus limitationib.vera poteſt re-
ſultare reſponſio ad communem illam re
gulam,vt nõ procedat in caſibus limitatis.

Ad conſil.Natta. 74.poteſt reſponderi
quod D.Natta non bene perpẽdit omnia
verba ſtatuti & contra eũ militat plurium
Doctorũ opinio in caſibus, in quibus ſta-
tuta loquuntur per verba prægnantia, &
reſpicientia non tempus delatæ hæredita
tis,ſed ſucceſſionis,vt dixi ſupra in ſecun-
da limitatione.Item Nat.ſe fundat in adi
ta hæreditate,quo caſu vera eſt illius opi-
nio,licet apud me adhuc ſit dubia.

Ad tertium fundamentum,quo pro fi
lia adducebatur de abſurdo,dicitur ꝙ ceſ
ſat abſurdum poſtquam ſtatutum expreſ-
ſe vult eam ſororem eſſe contentã ea do-
te, quæ a fratre ſtatuta fuit nec poteſt de
eo conqueri,vt per Brun.in conſil. poſito
poſt tracta de ſtatu.de facto ſuper ſtatuto
ciuitatis Taurini in tractatibus nouiſſime
impreſſis.Quinimo non poſſet ſoror lice
re,ego nolo dotari ſed inupta manere, &
cum fratribus ſuccedere,vt late per Brun.
in dicto tracta.in quarto membro. articu.
ſexto quæſtio.12.numero 247.& Nat.in
tracta.eodem quæſtion.9.Nam hoc caſu
poterit frater dotare ſororẽ arbitrio con-
ſanguineorum,& proborum, & iudicijs
Nat.conſi.201.Brun.in dicto conſilio fa-
cto ſuper ſtatuto ciuitatis Taurini,de qua
re uide Andr.de Iſern.ſuper cõſtit. regni.
In aliquibus.lib.3.colum.8.verſic.Quid ſi
frater.Bec.dicto conſilio.112. nu.1. & 4.
Verum tamen eſt,quod ſoror non poſſet
inuita cogi ad ſe maritandum quia eſſet
contra bonos mores,ſed quando ſtatutũ
dotationem requirit,vt excludatur ſi non
vult maritari,maſculi potuerunt dotẽ of-
fere,vt per Angel.conſi.349.Bald in l.pa-
ctum,quod dotali.queſt.20.C.de colla.&
dos tunc nõ debet eſſe minus legitima,vt
ex magis communi tradit Beci.dicto con
ſil.112.numero.8.Gabriell.dicto conſilio
15.num.33.

Ad vltimum reſponderi poteſt,quod il
lud procedit in adita hæreditate,& ubi fi-
lia ſe immiſcuit hæreditati,ſecus ſi ſit tan-
tum delata hæreditas,quia tunc habet ius
nõ in effectu,ſed in ſpeciæ quæſitum,ideo
poterit facilius auferri.imo etiam dici po-
teſt inconueniens non eſſe,vt per ſtatutũ
etiã adita hæreditas auferatur,ſicut eo e-
tiam poteſt ex probata ſententia legitima
auferri,vt decimus ſuo loco.

Eſt tamen animaduertendũ hic,ꝙ ſi ſta
13 tutum requirat filiam fuiſſe† dotatã & ma
ritatam requiritur,ꝙ iſtæ duæ qualitates
copulatiue requirantur tẽpore delatæ hæ
reditatis,prout late conſuluit D.Pet. Sur-
dus in d.con.45.per multas columnas.ve-
rum ego dubito de conſilio D.Surdi nam
in eo decreto prout etiam in ſtatuto no-
ſtro uerba ſtãt diſiunctiue,ſ. quod filia ſit
dotata ſeu maritata,vt ipſe ibi aſſerit in fi-
ne.num.vnde cum in diſiunctiuis ſufficiat
vnam eſſe veram.l.1.de reb.dub.dicendũ
magis eſſet vtrunque nõ requiri.Sed ſi ſta
tutũ loqueretur per copulatiuam, & tunc
crederem verum dicere Do.Surdũ.& in
hoc etiam caſu intelligendus.D.Ozaſc.di
cto conſ.76.nu.16.

Et in ſpecie huius ſtatuti adeo excludi-
tur filia,vt etiamſi pars non opponat de
14 ſtatuto,tñ poteſt† ipſe iudex ex officio eã
repellere.Nat.d.q.9.ver.conſidera.per gl.
in l.vbi pactum.C.de tranſa.videtur enim
agere ſine actione, ideo ipſo iure repelli-
tur.Caſt.in l.ſi Titius.& Seius.D.de verbo
rum obligat.

Ex his omnib. ſupra adductis uidere poteris lector beneuole, quã ſit difficilis reſoluto huius articuli. pſertim quãdo agitur de adita uel delata hæreditate, fauor n. agnationes etiam tunc nõ parum uideẽ nocere filię. Ideo cum hęc quæſtio cõtrouerterentur in eccellẽtiſſimo Senatu, Domini ſemper fuerunt inter ſe diſcordes in prædicta cauſa Mundi. & Camerani, & cũ fuiſſet relata cauſa illa ĩ duabus claſſibus diuerſis temporibus, & concordes nõ fuęrũt ſentẽtiæ. Nam prima lata fuit in fauorẽ filiæ. Secunda in fauorem fratrũ. Tãdẽ congregatis omnibus cum uiderẽt dominis ardua & difficilis hæc quęſtio, quo caſu poteſt iudex partes ad concordiam cõpellere, ut dixi, ſupra deci. 89. nu. 3. ſtãtib. præſertim uotis diſcrepãtibus, & diuerſis iudicatis cẽſuit Senatus cauſam hanc eſſe cõcordia terminandam, prout factũ fuit. Verum ut in poſterum certa ſit lex, & diſpoſitio ſtatuti declarauit, attentis uerbis ipſius ſtatuti, filiam dotatam a fratre, uel patruo ẽt poſt mortẽ patris excludi a ſtatuto. Et hoc ſi ipſa nõ audiuit hæreditatẽ uel illi ſe imiſcuit, tunc enim attento iure iam quęſito non auferri ipſi ius ſucceſſionis a ſtatuto ſine uolũtate & facto ſuo confirmãdo ſtatutum de cuius ualiditate ſubtiliter quidam dubitabãt. Referentib. Illuſtrib. DD. Senatorib. Goueano, & Appiano, 1588. 17. Auguſti.

Euictionem per uẽditorẽ promiſſa, an ut de illa agatur ſufficiat latã eſſe ſentẽtia, an uero rei ablatio, & realis euictio requiratur.

## DECISIO CII.

1 *Sententia inter emptorem, & tertium cõtẽdentem lata, an ſufficiat. ut de euictione agatur, & nu. 2.*

3 *Sententia, quæ tranſitum fecit in iudicatũ facit ut de euictione uenditor teneatur.*

4 *Stipulatio duplæ differt a ſimplici promiſſione euictionis.*

5 *Tex. in l. habere licere. D. de euict. cum ſimil. declaratur.*

VENDITOR de euictione non tenetur, niſi re euicta effectualiter, l. 3. C. de euictio. ubi Cyn. & Doctores, & dixi ſupra deciſ. 85. ubi poſui unam fallent. Quęſitum fuit an ſufficiat,
1 quod lata ſit ſententia contra emptorem licet res ab eo effectualiter auocata nõdũ ſit, ut de euictione teneatur. Et quod non poſſit hoc caſu emptor de euictione agere niſi res ablata ſit, ſuadent plura iura, & doctorum authoritates, nempe l. 3. C. de euic. l. euict. §. dupla l. habere licere. l. ſi plus. §. mota D. eo. & uidetur tex. clarus in l. ſi ſeruum in principio. D. de act. em. ubi gl. ſingular. in uerbo abſit, quam ibi commẽdat Caſtren. & per illam ita in his terminis tenuerunt Alex. conſi. 4. uol. 3. nu. 1. Cepha. caut. 177. Bertach. in litera. E. in. §. emptor agit, nu. 24. Cran. conſ. 682. num. 6 libro. 4 Oſaſc. deciſio. 181. nume. 4 Bec. conſ. 106 numero. 44.
2 Pro contraria † uero parte allegabantur multa iura, & primo. l. ſi non iniuria, & l. ſi ſtatus, & empti actio. C. de euict. in quib. legibus dicitur agi de euictione, quando lata fuit ſententia cõtra emptorem, quamuis tex. in l. empti loquantur de iã facta remiſſione, Secundo uidetur in ſimili optimus tex. in l. ſi ſocius communis. D. commu. diuidun. ubi ſocius condemnatus agit contra ſocium antequam preſtet condemnationẽ, & pro hac parte dicebam ego eſſe authoritatem Odofred. qui hoc clare dicit. in d. l. 3. C. de euict. per tex. in. l. utique de rei uend. ubi agitur de euict. lata ſentẽtia contra emptorem, licet ſeruus uidetur mortuus ſit, qui nõ poteſt reſtitui euincẽti. & ultra Odofre. idem tenet Caſt. in l. ac qui natura. §. cum me abſente. nu. 4. D. de neg. geſt. & cum hac poſteriori ſẽtẽtia in facti contigentia tranſibat Senatus ea p̃
3 ſertim ratione motus, quia † Sententia de qua agebatur, in rem tranſierat iudicatam quo caſu res emptori dicitur abeſſe cum quo reſtituẽdũ ſit omnino, & pręciſę obligatus. l. qui reſtituere D. de rei. uẽdi. ut dicit gl. in d. l ſi ſocius facit optime tex. in. §. ſi, in fi. inſtit. de offic. iudic.

Ad allegata in cõtrarium reſpondebam primo, quod illa. 3. non loquitur. quando lata fuit ſententia, ſed quando neque mota erat lis, ſed poterat de lite dubitari. Ad

l. euicta



l. euicta. §. dupla. dicebã eã loqui in ſtipulationẽ duplæ, quæ cum ſit quodammodo
4 pœnalis, ſtricte † interpretatur, vt res ablata ſit, ſecus in ſimplici euictione, vt ĩ ſimili dicit Salicet. in l. habere licere, & ibi Angel. & Bal. licet Rub. in l. nõ ſolum, §. morte. D de oper. noui nunc. n. 458. hãc differentiã non inter actionem ex empto, ſeu ſimplicem euictionis promiſſionem, & ſtipulationem duplæ, ſed inter ipſam duplæ ſtipulationem, & ſtipulationem habere licere, conſtituat, ut refert etiam Caballin. de euict. §. 3. n. 161. Vel ſecundo reſpõdetur, quod ille tex. retorquetur dũ vult ſatis eſſe, quod fuerit condemnatus ad litis æſtimationẽ, & non requirit ſolutionem. Nec obſtat glo. in verbo, reſtituta ibi, *fuit ergo tradita*, quia ĩtelligitur de traditione quæ fit a uenditore emptori. Ad l. habere
5 licere, † reſpondetur, quod ille tex. potius probat opinionem iſtam, vult enim, quod non ſufficiat condemnatio, quando poſt condemnationem nõ poteſt timeri executio ſentẽtię, quia quis decedit ſine ſucceſſore, ſed ſi poteſt ſperari executio ſententię tunc inuenit tex ꝙ ſi locus actioni de euictione, & ita eſt de mẽte. Bar. ibi in ſummario. Ad l. ſi plus. §. mota reſpõdetur, ꝙ I. C. ibi loquitur quãdo ſolũ mota eſt lis, nec adhuc ſententia lata eſt, & ita etiã intelligit ibi Angel. Ad l. ſi ſeruum. in principio, reſponderi poteſt, quod ibi loquiẽ de actione ex empto, quo caſu expectãda eſt rei ablatio, ſecus eſſe in euictione. item ibi agitur de ſtipulatione duplæ, vbi requirĩ ablatio, vt dixi ſupra, & his attẽtis ceſſant authoritates doctorum contrarium tenentium.

Pręſcriptio conuẽtionalis, quæ cœpit currere cum maiore, currit etiã minori abſque ſpe reſtitutionis in integrũ, & quid ſi aliquid geſtum ſit cũ ipſo minore, & ſtãte ſcientia tutoris.

## DECISIO CIII.

1 *Præſcriptio conuentionalis, quæ cæpit currere minori, currit etiã filio pupillo abſq; ſpe reſtitutionis in integrum.*

2 *Præſcriptio an currat, ſi cum minore aliquid geſtum fuerit.*

3 *Tex. in l. Aemilius. de minor. declaratur.*

4 *Reſtitutio in integrum datur minori ex capite ignorantiæ, uel ex clauſula.* Si qua mihi iuſta cauſa. *contra. nu. 5.*

6 *Reſtitutio competit ex capite ignorantiæ, ſi præſcriptio finiatur in infantili ætate.*

7 *Reſtitutioni vt ſit locus, ignorantia probabilis requiritur, & quæ illa ſit.*

8 *Reſtitutio in integrum an datur minori ex capite ignorantiæ, ſi tutor ſciebat, præſertim ſi ſit ſoluendo, & n. 9.*

10 *Reſtitutio, & prorogatio nulla datur minori aduerſu, temporis lapſum, ſtante cõuẽtione cum defuncto facta, & iuramento firmata, quod nulla prorogatio etiã interueniente caſu fortuito peti poſſit.*

1 PRAESCRIPTIO † conuẽtionalis. ſeu terminis ad redimendũ præfixus inter partes, q cępit currere cũ patre, currit etiam filio pupillo, abſque ſpe reſtitutionis in integrum. tex. eſt vulg. & notab. in l. Aemilius. D. de minor. quamuis enim ibi Paulus. I. C. referat reſtitutam filiam, tamen id fuit propter pactum legis commiſſorię, quod Imperatori diſplicebat, & hãc regulam per illum tex. tenuit ibi Bar. n. 5. ac late Balb. in tract. præſcr. 1. par. 6. par. princip. col. 11. verſ. uigeſimus tertius caſus, & uerſi. Prima concluſio Tiraquel. de tract. conuen. 1. gl. 2. nu. 53. Curt. Sen. conſi. 59. col. 4. verſi. 4. princ. & hãc eſſe antiquam Azon. opinionem dicit illum ſequẽdo gl. in l. rem quam. in uerbo. verſatus. in fin. C. ſi aduer. vendit pignor. Afflict. deciſ. 212. & magis communem hãc opinionem teſtatur Ludoui. in deciſ. Lucen. 48. num. 5. poſt Iaſ. conſilio. 216. colum. 2. libro. 2. Anchar. regien. quæſtionum familiar. lib. 1. quæſtio. 59. numer. primo. Aurel. Corb. in tractatu de cauſ. ex quibus emphyteot. iur. ſuo priua. titulo de cau. priuat. ob non ſolu. cano. ampliat. 29. nume. 7. Et late illam contra aliquorum impugnationes defendit. Ioan. Maurit. Bolan. in tractu. de reſtitu. in integ. cap. 103. Quæ regula & concluſio ampliatur, vt procedat etiam cõtra nondum natum, vt per Bal. in ſupra dicto loco in tertia ampliatio. Bero. conſi. 121.

 nu. 8.

nu. 8. licet alias dicatur, præſcriptionem tempore pupillaris ætatis dormire ꝑ tex. in l. fi. C. in quibus cau. in integ. reſtitutio non eſt neceſſar. Myſinger. conſilio. 11. nu
* me. 27. & hoc iure utitur Excellentiſſimus Senatus.

Limitatur tamen, & declaratur hæc cõcluſio paſſim a noſtris doctoribus, vt non habeat locum, quotieſcunque cũ minore
2 aliquid geſtum fuerit, † vt quia illi facta eſſet prorogatio, vel quid ſimile, nam tũc omnes volunt præſcriptionem ceſſare ꝑ tex. in d. l. Aemilius gl. in l. in cauſa. §. Pomponius. in verbo. Non enim. de minori. & ita tenet Barto. in dicta. l. Aemilius. numero 5. Crauet. conſilio 685. nume. 15. lib. 4. faciũt quæ in ſimili ſcribit Afflic. dicta deciſi. 212. in fi. Sed aduerte quia ad hanc limitationem probandam mouetur Bar. duplici capite. Primo per tex. i dicta. l. Aemilius. Secundo per l. ſi cum militaribus ubi gl. C. de reſtitu. mil. Quo ad primum illud
3 fundamentum non ſubſiſtit, quia tex. † nõ eſt intelligendus diuinatiue, prout illum Bar. intellexit, dũ loquitur de prorogatione, facta minori, qua de re nullum verbũ penitus in illa l. nã. I. C. ibi loquitur de denuntiationibus factis nõ minori, ſed tutoribus, non autem de prorogationibus, immo nõ obſtãte denũtiatione. Paulus optime cenſebat, non eſſe locum reſtitutioni, & ratio quæ mouebat. I. C. in cõtrariã ſententiam non eſt concluſiua, ſed poſita dubitationis cauſa, nã in illa non figit pedem ibi in verſiculo.

## Dicebam poſſe magis.

Immo indiſtincte dicit reſtitutioni non eſſe locum, præterea non ex eo vult. I. C. oſtẽdere eſſe locum reſtitutioni, quod facta fuerit prorogatio, ſed quia ꝑ factas denuntiationes videtur receſſiſſe a pacto. l. commiſſoriæ, quod cum patre pupillæ factum fuerat, prout & doctiſſimus Cuiac. innuit in illius. l. explicatione. Immo plus dico, ꝙ ſtantibus illis denuntiationib. vel etiam prorogatione adhuc nõ erat reſtitutioni locus, quia per prorogationẽ acquieuit cõtractui, & tutores ſciebant pactum, & tẽpus vitionis, vel ſolutionis, ideo currit tempus, nec ulla cõpetit reſtitutio, vt infra dicemus. Secundum vero fundamẽtum Barto. ex dicta l. ſi cum militari, multo minus ſubſiſtit, quia tex. ibi nec gl. hac de re loquuntur. Ideo his ſtãtibus dicebã ego hanc opinionem nõ eſſe tutam, & videri mihi durum, quod is qui gratioſe prorogationem fecerat pupillo, damnum ex ſuo officio cõſequeretur, cõtra illud iuris axioma, quod officiũ ſuũ memini debet eſſe damnoſum, & dici ſoleat officium ſi officiat non eſt officium, & propterea cõ
* tra ſupra poſitam limitationẽ inclinabat Senatus in cauſa Farigliani 1567. 4. Febrarij quamuis pro illa allegaretur Rolã. conſil. 10. nu. 14. lib. 2. Fulg. con ſ. 7. nu. 7. verſi. ad tertiã, quem ſequitur Corbul. d. ampl. 29. nu. 10. in fi.

Fallit & limitat' principaliter ſuperior regula, vt quamuis non reſtituatur minor aduerſus hanc præſcriptionem ex titu. de
4 minoribus, † poſſit tamen reſtitui ex titu. ex quibus cau. maior. puta ex ignorantia, vel alia iuſta cauſa. Barto. in dicta l. Aemilius. numero 5. verſiculo, adhuc prædicta Balb. in dicto. §. vigeſimus tertius caſus ſecunda limitatione, quia etiam hoc caſu reſtitueretur ſi maior ſucceſſiſſet defuncto & ignoranter conuentionẽ, nã vt dicit Barto. habet iuſtam cauſam ignorandi. Corn. conſilio. 184. libro. 3. Crauet. conſil. 756. nume. 3. & conſilio 610. nume. 15. lib. 4. Caſtr. conſil. 229. vendito. colum. 1. Myſinger. ſing. obſeruat. cent. 4. obſerua. 16. in fi. vnde non eſt hoc ſpeciale in minore, vt dicit. Balb. & ſequitur. Cag. in l. 2. C. de pac. inter emp. nu. 223. & ibi nu. 224. uerſ. ſed quicquid, dicit hãc opinionem cõmunẽ & ipſe eam ſequitur allegãdo ad hoc etiã Rui. conſ. 54. li. 5. recedens a contraria opinione, quam alias tenuerat. Idẽ tenet Anchar. regien. d. q. 59. nu. vbi loqtur in iſtis terminis, & in infante. Soc cõſ. 112. vol. 1. dicẽs communẽ, quod procedere vr etiã poſt 30. annos, per doct. Bar. in l. 2. §. ſi qui autem, D. de itin. actuque priua. Feli. in c. vigilanti de præſcri. Alex. conſil. 71. lib. 1.

Cõtrariũ tñ tenuit. Cur. ſen. d. conſ. 59.
5 per quinq; columnas, † hoc doctiſſime cõprobãda, vbi loquit in infante. q pri ſucceſſit, & deinde eo facto adulto nõ tamẽ maiore 25. ann. lapſum eſt tps luendi, & concludit nõ dari reſtitutionem ẽt, ex capite ignorantię & Curt. citat. & ſequitur Nat. conſ. 497. Rol. d. conſ. 10. li 2. n. 20. Bero. conſ. 121. & 122. li. 3. Soc. iun. cõſ. 45. 46.

per



per totum. lib. 4. & hoc præſertim quãdo cum patre emptio erat perfecta, quia tũc non reſtituitur minor etiã ex capite ignorantiæ, ut per Bero. dicto conſil. 122. n. 4. & quando ſumus in præſcriptione conuẽtionali, quia in ea nõ datur regulariter reſtitutio ſecundum Balb. vbi ſupra. nu. 30. cuius dicta cõmuniter a doctoribus eſſe recepta dicit Ludouic. deciſ. Lucen. 48. numero 17. Quod quidem videtur ſatis poſſe ſuſtineri in minore, ſi finiretur præſcriptio poſt egreſſum minoris ętatis, ut dicit Balb. dicto loco verſ. ſi uero ꝓſcriptio legalis, & n detur de mente Ancharan. in d. q. 59. nu. 4. pro qua opinione uidetur tex. in l. 1. C. ſi quis ignorans rem mino. eſſe. Sed ſi præſcriptio finiretur in ætate infan
6 tili, † tunc uidetur quod ſit locus reſtitutioni ut ſentit Curt. in dicto conſ. 59. col. 2. uerſ. ſed præmiſſis, vbi conſiderat in caſu ſuo, ꝙ præſcriptio fuerat finita tempore, quo minor erat extra pupillarem ætatem, & ita credo militare hoc caſu æquitatem illam, quam conſiderat Cagnol. in d. l. fi. num. 224. cum hæc reſtitutio ex illa clauſula non detur, niſi ex quadam æquitate, ut dicit Rol. in dicto conſil. 10. n. 19. poſt Bertra. & alios quos allegata, ꝓ qua re tex. eſt ſingularis in l. ſicut. §. quæ ergo. C. de præſcrip. 30. annor. cui ſimilem conſuetudinẽ Burboniorũ eſſe refert Papon. in conſuetudin. Burbon. tit. de præſcript. §. 33. in princip.

Verum quicquid ſit, quando ſumus in capite ignorantiæ probabilis etiam in minore ego dubitarẽ diſcedere ab opinione Bar. quam reperio communem, niſi ſit decurſum tempus 30. uel 40 annorum, ut dicemus ſuo loco, & ſcripſi infra deciſ. 134. & hoc eſt, quod dicebat Practicus Papię in formu. reſponſ. rei. §. pręſcriptionis. nu
7 mero 18. quod ſequitur † aliqua iuſta cauſa, ut hæc reſtituto ex capite ignorantiæ minori detur, & probabilem etiã ignorantiam requirit Ancha. in dicta quæſt 59 & ita regulariter requiritur, ut multis ꝓbat Rolan. conſi. 56. n 21. lib. 4. & quando dicatur iuſta. & probabilis ignorantia, uide Alb conſil. 18 princip.

* Retenta igitur illa opinione Bart. cum qua iuſta accedẽte ignorantiæ cauſa ſolet tranſiuit Senatus, et ſecundum eã ſæpius
7 iudicauit Quæro, † quid ſi pupillus quidẽ ignoret prout præſumitur, præſertim infans, qui ea etiam quæ uidet non intelligit, an hoc caſu ſufficiat ſcientia tutoris? Quæſtio eſt ſubtilis et dubia, quã propterea deciſione pricipis ĩdigere dicit Sfort. Oddo Peruſ. in ſuo tracta. de reſtitu. in integrum, et non ſufficere ſuadebat. l. 1. 2. 3. et fi. C. ſi tutor, uel cura. interuen. ubi minori datur electio, an uelit cõtra tutorem agere, uel cõtra perſonam rem habẽtem nec a reſtitutione excluditur, Item l intra utile. §. fin. D. de minor. l. rem quam. C. ſi aduerſ. uendit. pigor. Rolan. conſ. 10. numero 22. Aretin. (qui ſubtiliter diſſerit) conſ. 161. col. 5. uerſ. 2. conclu. et per hæc iura præſertim per l. 1. C. ſi tutor. uel cura dicitur etiam tutoris authoritatẽ non excludere minorẽ a reſtitutione. prout tradit Ioan. Maurit. Bolan. de reſtit. in integr. ca. 143. ideo non erat ſine difficultate poſita, quęſtio & illis iuribus attentiſ aliqui ex Dominis tenebant cum hac opinione, quam communem dicit, & claram Sfort. Oddo in trac. de reſti. in inte. q. 3. ar. 7. n. 6.

Sed his non mouentibus contrariã opinionem ueriorem eſſe dictum, fuit nẽpe
9 † ſcientiã tutoris ſufficere, ut nõ ſit ex hoc capite reſtitutioni locus, quia factũ tutoris reputatur factum pupilli, & ſciẽtia tutoris ſcientia pupilli. l. ſi ex legati. cum ſequen. ubi doctores, de uerborum oblig. Alciat. conſil. 133. nu. 1. & hanc opinionẽ tenuit Natta in dicto cõſ. 492. nu. 6. Bero. 121. nu. 19. ubi dicit communem, & conſilio 121. nu. 3. lib. 3. Alber. conſ. 18. nu. 1. facit. l. his, qui reipublicę. vbi glo. & l. item prætor ait. §. 1. uerſi. nam ſi fuit procurator. D. ex quib. cau. maior. Rui. 119. n. 18. lib. 5. præſertim ſi poteſt minor habere recurſum contra tutorem. l. properandũ. §. ſin uero. C. de iudic. qui tex. loquit in præſcriptione legali, ergo magis hoc firmabitur in præſcriptione conuentionali patris in qua minus fauetur pupillo, & minori, ut tradidit Balb. in d. uerſic. 23. caſus, per totum. & in terminis retractus conuentionalis cũ hac opinione tranſit Tiraqu. de retract. conuent. glo. 2. §. 1. num. 55. per glo. ſingularem in l. ſi cum militaribus. C. de reſtitu. mil. Bar. in l. ſi infanti. C. de iur. delib. quem ibi communiter doct. ſequuntur. Martin. Lauden. in quæſt. incipiente l Laudenſis. §. ad ſecundum dubium ubi allegat,

legat,

legat.l.fin.D.de eo per quem fact. erit. in
principio Rolan.conſ. 10.num.20.li. 2. di
cens cõmunem,& nouiſſime Clariſſi. D.
meus Panc.conſi.165.num. 17 ubi etiam
atteſtatur de cõmuni. Papon. in dicto §.
33.glo.fin.per text. ſingularem in §.pupil
lis.Auth.de hæredi.& falcid. dicẽs in Gal-
lia eſſe hoc remedium pupillis paratum.
Borgnin.Caualcan. in tracta. de tut.& cu
rat.101. & ultra id quod eſt hæc opinio
communis,eſt etiam æquiſſima,& ratio-
nibus ſuffulta, de quibus per doctor.in lo-
cis ſupra citatis, & præſertim per D.Pan-
cirolam,qui ponit in hoc rationẽ diuerſi-
tatis ĩ reſtitutione ex minori ætate, uel ex
capite ignorantiæ, quã etiam ponit Rui.
in d.conſ.119.nũ.21.& ad hoc facit,quod
dicit Balb.par.1.quintę par.principal.q.2.
de præſcript.in fi poſt glo.in c. placuit. 2.
17.q.3.& Panorm.in c.auditum col. fi de
pręſcript.quod Eccleſia agere debet ad in
tereſſe contra hæredes illius prælati, qui
paſſus eſt labi præſcriptionẽ temporis, &
faciunt,quæ in ſimili de canone non ſolu
to ꝓ authoritate ſupra allegatas dicit pul
chre Aurel.Corbu. in trac.de cauſ. ex qb.
emphit.iur.ſuo priuat. titu. de cauſ. priu.
ob nõ ſol.canonem.ampl.29.nu.11.& qua
tuor ſeq.& ampl.27.num.20. Facit præte
rea,quia ut reſtitutioni ſit locus iuſta, &
probabilis ignorantia requiritur, quæ nõ
eſt ſtantibus in contrarium cõiecturis, ut
per Crau.conſil.650.num.5.li.4. Cæphal.
late conſ.314.nu.16.& ſequen. lib.3. con
iectura uero ſatis ꝓbabilis ſcientiæ eſt ip-
ſius tutoris ſcientia ex ſupradictis. Itẽ fa-
cit quia alias ſequeretur negligentiam tu
toris illi minime nocere,ſed tantũ tertio,
nam ſi minor ageret contra tertiũ tutor
uel curator remanerent impuniti, imo ut
hoc euitetur dicendũ eſt pupillo compe
tere actionem aduerſus tutorẽ & in ſub
ſidium tutore nõ exiſtẽte ſoluendo poſſe
agere ad reſtitutionem,& recurrere ad re
medium extraordinarium omiſſis omni
bus illis diſtinctionibus,quas in hac mate
ria afferunt Borgni. dicto tract. de tutor.
nu.100.& Ludouic.deciſ.Peruſ.55.n.22.
& ſecundũ hanc opinionem uidi ſæpius
iudicaſſe Senatum,& ita cenſuit in ſupra
* dicta cauſa Farigliani,& in cauſa.D.Caro
li Biraghi cõtra filiũ D.Io.Baptiſt.a San
cto Martino adhuc infante,& Com.Viſca
rũm tutorem eius.1566.2.Septembris,&
iterum in cauſa mea contra Commitiſſã
Pollongheriæ in prima inſtantia, & reui-
ſione toto ſedẽte Senatu 25. Iunii.1583.
& 1586.Menſe Aprilis. Nec obſtat iura in
contrarium allegata, quia illa procedunt
ſtante tutore non ſoluendo,item quando
de lęſione aperte cõſtat ex culpa tertii,&
nõ culpa tutoris,quia tunc datur electio,
per tex.ĩ l.2.C.ſi tutor uel cur. interuen.
in fi.ibi, *Si circũuenti ſunt*, & hæc mihi
ſatis uidetur æqua ſententia. Item ad l.3.
C.ſi tut.reſpondet Natta dicto cõſil. 492.
in fi.& ponderanda etiã ꝓ ſolutione eſt
ſentẽtia.l.2.C.eod.tit. ubi facit Imperato.
diſtinctionem an tempore quo reſtitutio
petitur lapſa ſit minor ætas,uel nõ,ut pri
mo caſu def reſtitutio,ſecundo non.licet
re uera hactenus nõ uiderim bonam ſolu
tionem ad d.l.etiam,quæ multũ ſtringit
pro prima opinione.

Quid autẽ ſi in conuentione patris pu
pilli cõuentum erat,quod nulla proroga
tio peti poſſit etiã interueniente caſu for
tuito,& ita iuratum eſſet, prout factum
fuerat in prædicta cauſa illuſtriſſimi Do.
Biraghi,& Viſcarum,dubium facit quia ſi
10 † reſtitutioni non ſit locus,poteſt a Princi
pe peti prorogatio.c.cõſtitutus.de in inte
grum reſtit.Maſuer.in tit.de retract.uerſ.
Item contra pupillum.Papon. d.§.33. in
uerbo *Facultate de reemer*,in fi.& dictum
fuit nõ poſſe ꝓrogationẽ peti à principe
vt ꝑ Ferrat. cau. 55.Occulata fide,& per
ea quæ clarius tradit Cagnol.in dicta l.2.
C.de pact.inter emp.n.142.& 143.ubi dat
cautelam,ut facias per partẽ iurari, quod
lapſo tempore nõ impetrabitur proroga
tio,etiam caſu fortuito occurrente.Nam
ſicut pater non poſſet reſtitui ex clauſula
generali,cũ renunciauerit benef.caſus for
tuiti,ergo nec minor q̃ in ius illius ſucce-
dit,per ea quæ ponit Tiraquel.d.tit.de re
* trac.§.1.gl.2.nu.58.& ita fuit per Senatũ
iudicatum ac dictum nõ eſſe locum reſti
tutioni attenta ſcientia tutoris, neque
prorogationi propter iuratam
renunciationem.In fauo-
rem Illuſtriſſimi Do
mini Caroli Bi
raghi
Viceregis in Marchionatu
Salutiarum.

Legitima



## Legitima,quę filiis in confiſca tione bonorũ debetur quãta eſſe debeat diſcutitur & declaratur.

### DECISIO CIIII.

1 *Legitima in confiſcatione omnium bonorũ filiis debetur.*
2 *Legitima filiorum quanta eſſe debeat in publicatione bonorum.*
3 *Statuto ſtante quod bona publicẽtur, an legitima debeatur.*
4 *Legitima debetur etiam uita naturali delinquentis durante.*

CONFISCATIS bonis
reſeruatur legitima filiis. l.
1.& l.cũ ratio. D.de bonis
damnato. Boſ.in tracta.de
alim.uxor.præſtan.num.5
1 † Et hanc reperio eſſe receptiſſimam om
nium ſententiam,ut portio debita filiis re
linquatur, cum macula patris nocumen
tum filiis afferre non debeat ut legitur in
Ezechielle,ca.18.& l.crimẽ.D.de pæ. ex
cepto in crimine leſæ maieſtatis ꝑ l. quiſ
quis. §.filii,C.ad l.iul.maieſt.& l.fi. C. de
bonis dãmnat.& 6.q.1.c.ſi quis cum mili
tibus.& in crimine hæreſis,Cyn. in l.fi.de
bon proſcriptor. circa finem.Et quamuis
Romanis mos eſſet omnia publicandi, ut
multis exẽplis prolatis docet Alexan. ab
Alex.gen.dier.c.23.in princ. li.3. tamẽ id
ſolũ in grauiſſimis delictis ſeruabatur, &
bona aui, & matris filiis relinquebantur,
cuius rei teſtis eſt Cornel.Tacit. li.13.an-
nal. pag. mihi 385. in parua impreſſione
ubi de damnatione,P.Suilii loquens, ſic
ſcribit.*Igitur adempta bonorum parte,nam
filio & nepti pars concedebatur, eximeban
turq; etiam,quæ teſtamento matris,aut aui
acceperant, in inſulas Balleares pellitur.*
2 Sed dubitabatur † in facti contingentia
coram Senatu quota portia bonorum de
beatur filii pro legitima. Negocium facie
bant.l.fi. C de bono.damnat.ubi indiſtin
cte filiis debetur dimidia. Et l.cum ratio.
D.eo.iuncta glo.ibi in uerſic ſi plures,ubi
Alber.& Bar.eam ſequuntur. & gl.in l.1.
in uer.portiones.de bon. damnat,& gl.&
Cy.in d.l.fi.C. eo ubi diſtinguitur, ita ut
ſi ſint tres filii uel plures omnia applicen
tur filiis: ſin uero minores numero detur
dimidia,& hanc diſtinctionem ſequũtur
gloſſ. omnes in locis ſupra citatis, & ibi
doct.præſertim Cyn. Odof ed. Alber. &
Ang.& alii infra citandi. Ita quod nulli ſit
dubium quin hæc ſit uera,& communiſſi
ma ſententia,& cum ea etiã tranſit Cuch
de legitima.§.uerum quia nu.89.

Hanc q.tractat. latiſſime Antonius Pe
regrinus in ſuo tract. de iure fiſci li. 5. tit.
1.num.38. Sed non reſoluit remittens ſe
ad Rolan.in conſi.97.li.2.nu. 30. ubi hoc
etiam examinat. Fuit per dominos com
muniori calculo iuxtam communem opi
nionem reſolutum, quod ſi ſint unus, uel
duo detur dimidia, & ita procedat dicta
l.fi.ſin uero plures.quod Accur. interpre-
tatur ad minus tres,omnia bona relinquã
tur per tex.in d.l.cum ratio ubi ſanctus il
le Imperator ponit elegantem rationẽ, &
optimo principe dignã inquiens ſe malle
imperium hominũ adiectione ampliari,
quam pecuniarum copia, & hanc,ut uerã,
& communem multis rationibus cõpro-
bat,& ſequitur Rolan.dicto conſi.79.lib.
2.nu.30.33.dicens ita tenere etiam Spe-
cu. Bal. Albergo. Fabia. Roman. Bereng.
Alb.& Angel. per eum relatos. Quinimo
ſi bona eſſent adeo exigua,ut uix ſuffice-
re poſſent ad alimenta unius uel duorum
filiorum,tunc omnia etiam unico filio re
linquuntur.Cuch.de legitima,dicto §. ue-
rũ quia nu. 9.poſt Boſſ.de alimen.pręſtã.
nu. 5. & 6,quæ ſane opinio æquiſſima eſt
& hãc queſtionem ſic reſoluit nouiſſime.
Do.cõpater meus Antonius Sola ad nou.
conſtit.titu.de edic.Annone.glo.12.& 13
Ptol.conſi.30.nu.87.& quæſtione hac be
ne diſcuſſa ita cenſuit Senatus in cauſa
Fiſci & Leueræ de Andurno referente
Do.Gnerillo 1588.7.Septembris.

Et quãuis Boſſ.in tit.de alim.uxo. præ
ſtan.num.5.uideatur. diſtinguere iux.Sa
lic.dicta l.fin. an facultates ſint exiguę uel
magnæ,tamen Salic.in dicta l fi.reſtringit
hanc communẽ opinionem, ut procedat
quando patrimonium eſt tenue, ſed ſi eſt
magnum,tũc etiam ſi ſint tres, vel plures
uoluit, quod detur dimidia per tex.in.d.l.
fin.uerſi.ſin autem mares.ſed ſi bene pon
deret ille tex.hoc nõ probat, & licet Cla
rus in.§.fin.q.78.uerſi. uidendum eſt etiã
uideatur tenere contrariũ, tamẽ illi non

eſt

eſt credendum, & loquitur in caſu ſtatuti
nõ autem de iure communi. & fundat opi
nionem ſuam in practica, quæ cum ſit cõ
tra text. & ius naturale non eſt ſeruanda
præſertim cũ hic non ſimus in tali obſer
uantia, & fundat ſe in illo conſilio Rolã,
qui contrariũ dicit, ut dixi ſupra, & in au
thoritate Caſſanei, qui etiã dicit de iure
æquius, & uerius eſſe, ut obſeruetur. l. cũ
tatio. licet ex ſtatutis Burgundiæ per ipſa
ſtatuta aliter teneat, ideo melius, & æqus
eſt, ut ſequamur opinionem gloſſ. & com
munem, quæ clare probatur in d. no. l. cũ
ratio, ut miradũ ſit cur. doct. in re tã cla-
ra nodum in ſcripto quærant præſertim
apud Chriſtianos, in quibus cum abundet
gratia, abundare etiam debet charitas. Et
ſi Hadrian. Princeps maximus, ut inquit.
I.C. in l. item ueniũt. §. præter hæc, D. de
peti. hæredi. & Cęſarum optimus, & ſum
mi Philoſohi Plutarchi diſcipulus, & Pau-
lus illius, l. conditores etnici ita ſtatuerũt
propter legem naturæ, quãto magis boni
Principes Chriſtiani, & illorum conſiliarii
procliuiores eſſe debent in hac charitate,
ſed malitia temporum noſtrorũ hoc pati
tur, ut ſæpe nos optimorum principũ cõ
ſiliarii inducamus illos in auaritiam con
tra omnes leges, parum conſiderantes di-
uinum iudicium, & quod ſi cæcus cęcum
ducat, ambo in foueam cadunt.

Ampliatur uero ſupraſcripta regu. ꝙ
legitima relinquatur, ut procedat non ſo
lum quo ad filios legitimos ſed etiã, quo
ad adoptiuos, & nepotes. l. fi. C. de bo. ꝓ-
ſcri. d. l. cum ratio. ubi tex. hoc declarat ni
ſi adoptio ſit fraudulenta.

Ampliatur ſecũdo etiamſi exſtet ſtatu
3 tum, uel decretum † & bona publicentur
quia in hac publicatione non ueniet legi
tima, ſed in illa detrahetur, ut latiſſime, &
eleganter concludit Rolan. in d. con. 97.
& latius Pereg. in d. tit. 1. de pub. bon. nu.
34. dicens ita fuiſſe iudicatum de qua re
ſcripſi. infra deciſ. 198.

4 Amplia tertio, ut procedat † etiam uita
naturali delinquentis durante ſiue ſit con
demnatus, ſiue bannitus, ut per eundem
Rol. d. conſi. 97. Pereg. n. 37. D. Sola. in d.
gl. 13. nu. 14. ubi reddit rationem, quã am
pliationem cum generali regu. & aliis am
* pliationibus ſupra relatis probauit Sena
tus ita iudicando in cauſa Sanctæ Agatæ
referente D. Chacherano tunc Senatore
nunc uerò Ill. Cameræ, & patrimonii pri-
me præſide, & in cauſa D. Caroli de Tra-
na referente, D. Senatore Ozaſco 1585.
17. Iunii, congregatis claſſibus, & aſſiſten
te Do. Antonio Mayna ſecundo pręſide
Cameræ, cũ ageretur de intereſſe ipſius
ducalis patrimonii, & de re feudali, quod
an in feudo uerũ ſit ſcribetur alias latius.
Et nouiſſimè ſecundum opinionẽ gloſſa
rum, & cõmunẽ, ꝙ ſi ſunt plures filii, om
nia bona applicẽtur filii etiãſi pater aufu
gerit, & ſit cotumax cenſuit totus Sena
tus communi voto, re multũ diſcuſſã. An
no 1589. 16. Decem. in cauſa Fauzoni de
Mõteregali referente Senatore integerri
mo, D. Crauet. & ſancitũ ita eſſe ĩpoſterũ
iudicandũ, & obſeruandum. Verum ſua-
dentibus aliquibus nimis ſubtilibus conſi
liariis magis burſæ principis quam hono
ri, & animę fortè cõſulentibus fuit ab hac
ſententia petita reuiſio, quæ nunc pẽdet,
ſed exiſtimo rem adeo claram ut iudican
dum ſit pro ſententiæ confirmatione.

## Conſtitutum an trãſeat ad hæredes cõſtitutarii ipſo iure, & qđ ſi laſpum ſit decennium.

### *DECISIO CV.*

1 *Conſtitutum tranſit in hæredes conſtituta rii. & num. 5.*
2 *Præcarij effectus tranſit in hæredem tanquam uetus precarium.*
3 *Conſtitutum eſt utilius præcario.*
4 *Conſtitutum facilius tranſit ad hæredes quando ipſorum mẽtio facta fuit. & n. 6.*
7 *Tex. in l. qui uniuerſas. §. quod per colonũ D. de acq. poſſ. declaratur.*
8 *Conſtitutum non operatur poſt lapſum decennij, niſi ipſemet conſtituẽs interuertiſſet poſſeſſionem.*

1 CONSTITVTVM † ꝙ
tranſeat ad hæredes cõſti-
tutarii tenet Tiraq. de cõ
ſtit. part. 2. ampl. 12. ꝑ tex.
in l. quæſitũ. §. quod a Ti
tio. D. de precar. ubi cõcedens rẽ precario
non dicitur moriens eã reuocare, ſed trã-
2 ſit † effectus precarii in hæredem non tã
quam nouum precarium, ſed antiquum,
ut dicit Caſtren. in l. Lucius. num. 2. D. de
donatio. & Barto in l. centeſimis. nu. 10.
& ibi Alexan. nume. 11. Iaſ. nume. 14. D. de
uerbor. obligatio. Abb. in c. fin. nume. 6. de
præcar. Dec. in l. more D. de iuriſdict. om-
nium. iudic. num. 61. & in l. contractus. nu
me. 11. de regu. iur. ſequitur, & commu-
nem dicit Didac. variar. reſol. li. 3. cap. 15.
n. 1. & in ſpecie in conſtituto per dictum.
§. quod a Titio. tenet. Imo conſi. 26. Pari-
ſienſ. ad Alexan. conſi. 153. lib. 6. in prima
additio. per l. cum præcario, D. de pręcar.
Neuiz. conſ. 8. num. 56. dicens, quod tran
ſit actiue, & paſſiue, poſt Alexã. & Afflict.
per eum citatos. Pariſ. conſilio vltimo. nu
me 4. & 5. lib. 4. Tiraquell. dicta amplia
ti. 12. & D. meus Auguſtinus Molignatus.
quiſquilia. 193. Franciſcus, idem tenet Af
flict. dec. 175. num. 6. Aquenſ. in l. exitus,
num. 2. D. de acqu. poſſeſſio. dicens, quod
pro ea cõſuleret opinione, & iudicaret, &
quamuis iura per ſupraſcriptos doctores
allegata loquãtur in precario, tamẽ idem
3 dicẽdum in conſtituto a maiori, cum † vti-
lius ſit cõſtitutum, quam precarium, vt di
cit Balb. in repeti. l. Celſus. in ſecũda par.
col. pen. & colligitur ex differentia, quam
inter hęc duo ponit Dec. in d. l. cõtractus
nu. 12. facit quia ſufficit fictus actus hære-
dis, vt notant doctores in l. qui vniuerſas.
§. quod per colonum, vbi ita ſummat. Are
tin. D. de acquir. poſſeſſ. hæres autem præ
ſumitur idem habuiſſe in animo, quod de
functus, vt per Imo. ibidẽ poſt Iac. de Ra-
uenna. Didac. d. c. 15. nu. 1.

Et hæc ſic firmata opinio tanto clarius
4 procedet, quando expreſſe † in inſtrumen
to dictũ eſt de hæredibus Alex. cõſ. 153.
circa litem. nu. 1. lib. 6. Pariſ. dicto conſil.
ult. num. 4. & 5. li. 4. Tiraquel. d. par. 2. am
pliat. 12. nu. 2. verſi. contra tamen. & hoc
inciderent tenet Corn. conſi. 173. nu. 26.
verſi. & per conſequens. lib. 2. & in ſimili
de eo, q ſe cõſtituit, & hæredes ſuos poſſi
dere Balb. de præſcrip. par. quarta, quartæ
parti ſprincipa. q. 11. verſi. ex quibus col-
ligo.

Sed quod ſimplex conſtitutũ non tran
5 ſeat in hęredes conſtituarij, † tenuerunt
Alexan. Caſſan. & Caſtr. quos refert Tira-
quell. dicta ampliat. 12. num. 2. qui citat ad
hoc tex. ſatis clarum. in l. qui vniuerſas. §.
quod per colonũ. D. de acqu. poſſeſſ. qui
bus addo, Craue. conſ. 437. num. 4 li. 3. Ca
gnol in l. contractus. nume. 34. de reg. iur.
uerſ. & nota, quod mortuo eo, ſed iudicio
meo dum allegat tex. in l. cũ precario. vi-
detur æquiuocaſſe. Nam ille tex. dicit cõ
trarium, quod actiue tranſeat, ſed non paſ
ſiue, vt etiã errauit in illo tex. Alexa. dict.
conſi. 153. Nam preccario nomine videtur
poſſidere non conſtitutarius, ſed conſti-
tuens, ideo hæredes conſtitutarij poſſide-
bunt, quia precarij rogatio ad hæredem
eius qui cõceſſit tranſit. d. l. cum precario
§. fi. & ille tex. recipit hanc interpretatio-
nem ex d. l. quęſitum. §. quod a Titio. Pro
hac vero parte, & opinione. Cagnoli facit
quia ſicut morte cõſtituentis dicitur expi
rare conſtitutum, vt dixi ſupra dec. 38. ita
& morte conſtituarij, extingui debere, &
ad hæredes non trãſire, vt correlatiuorũ
idem ſit iudicium, quod tamẽ declara, vt
dixi infra deciſ. 221. uerſ. amplia etiamſi.

Imo quod etiã hoc caſu ſi facta ut men
6 tio hæredum non tranſeant † cõſtitutum
in hæredem conſtitutarij, videtur elici ex
l. cum hæredes in princ. & d. l. qui uniuer
ſas. §. quod per colonum, de acqui. poſſeſ.
per quę iura, & multas alias rationes, &
quidem ſubtiles ita tenebat corã Senatu
Illuſtriſſimus Dominus Ozaſcus tunc Vi
cepræſes, poſtea Magnus Cancellarius Sa
baudiæ.

Senatus re bene diſcuſſa, & intellecta cẽ
* ſuit iuxta opinionem Imol. Pariſ. Neuiza-
ni, & Tiraquelli me referẽte conſtitutum
tranſire tam actiue quam paſſiuę ſemper
& indiſtincte in hæredem in cauſa Care-
mę, & Coaciarum 1566. 29. Octobris. Ad
cuius opinionis confirmationem adduce
bam ego bonum tex. in l. cũ in plures. 60.
§. 1. D. ſoc. vbi hęres coloni licet colonus
non ſit, tamẽ domino poſſidet, ſicut ergo
poſſeſſio naturalis trãsfertur in hæredem
coloni fauore poſſeſſoris, ita & ciuilis trã-
ſibit in hæredem conſtitutarij colono poſ
ſidẽte, ſic & de conductore domus, quod
ipſo mortuo intra tempora conductionis
hæres eius eodẽ iure in conductione ſuc-
cedat, ſcribitur in l. circa locationis. C. loca
§. fi. inſtit. eo. titu.

7 Ad tex in † dicta l. qui uniuerſas. §. quod
per colonum, cuius diſpoſitio maxime ur
gebat, reſpondebatur non procedere, quã
do poſſeſſio naturalis, & ciuilis erat
poenes

pœnes colonum,qui poſſidebat nomine
hæredem,ita declarant Ang.Imo.Ale. &
Aret.ibi, quos ſequitur Affl.d. deciſ.176.
nu.6.& ita reſpondet Tiraq.d.amplia.12.
nu.5.conſtitutum enim transfert ciuilem,
& naturalem poſſeſſionem.l. quod meo,
vbi omnes notant.D.de acqu.poſſeſ.quæ
poſſeſſio pœnes colonos eſt,& per conſe
quens ad hæredem conſtituarij trãſit ex
ſupra dictis,& hoc eſt,quod voluit glo.in
d.§.quod per colonum.in uerbo colonũ.
per tex.in §.poſſidere inſti.de interdic.cui
addo.l.ſi de eo.§.1.D.de acqu.poſſ.& id
quod Iuriſconſul.ait in fin.illius.§. quod
per colonum.

Supraſcripta uero ſententia forte non
8 procederet,quando†poſt conſtitutum la
pſum eſt decennium quia tũc morte con
ſequenter omiſſa,vt per Tiraq.de conſtit.
d.2.par.ampl.13.nu.7.Bart.& Dec.in l.fi.
nu.1.C.de edic.di Adri.toll. Menoch. de
adipiſc.poſſeſſ.remed.4.num.775.Craue.
d.conſi.437.nu.3.quod tamen declarauit
Senatus verum eſſe,niſi intra decennium
ipſimet conſtituens poſſeſſionem per no
uum contractum interuertiſſet,quia tunc
ſpoliat conſtitutariũ,cui competit reme-
dium.l.fi.C.de acqu.poſſ.quod competit
hæredi etiam intra xxx. annos Menoc.de
recuper.poſſeſſ.remed.4.nu.68.poſt mul
tos,quos allegat,& ita cẽſebat Senatus in
cauſa Caquerani, & de Solario 1568.18.
Aug.ſicut.n.colonus interuertere poſſeſ-
ſionẽ non poteſt,ita nec ipſe debitor.Me-
noc.de reme.14.nu.25.quia de re circa re-
medium dictæ.l.fi.dicam latius infra ſuo
tempore.

## Statuto de lucro dotis diſponẽte, an mulier teſtari poſſit, & an ad forenſes illud porrigatur.

### DECISIO CVI.

1 *Teſtamentum non valet factum cõtra diſpoſitionem ſtatuti de lucro dotis.*
2 *Statutum de lucro dotis an extendatur ad forenſes.*
3 *Statum uiri in lucro dotis ſpectatur.*
4 *Statuti beneficium ad forenſes non extenditur.*
5 *Statutum,vbi agitur de ſuccedendo, & de bonis ſitis in territorio ſtatuentium,comprehendit forenſes.*

MVLIER quod nõ poſſit
teſtari ſtante diſpoſitione
1 ſtatuti† Vercellarũ ſo.27.
de ſucce.mulier.ibi.*habere debeat*, diſponere dotis
medietatẽ viro.præmoriẽte vxore debe-
ri.tenet Caſtr.in l.ſi cum dotem in fi.prin
cipij.D.ſolu.mat.Alba.conſi.50.in princ.
qui ſcripſit in hac cauſa Fazardi & Motæ
vbi de hoc diſputabatur.Alexa.150.li.2.
* nu.6.& ita cenſuit in prædicta cã Senatus
& alias ſæpius quãdo caſus contigit iudi-
cauit,ut dixit ſup.dec.34.& teſtatur, Do.
Ozaſc.dec. 20.Fran.Bec. Caſalienſis late
cõſ.76.per totũ & cum hęc quęſtio eſſet
in ſup.dicta cauſa.Fazardi.Papiẽſis,& Co
mitis M.Antonij della Mota Vercell. ego
conſiderabã verba illius ſtatuti. quæ hæc
tacite innuebant,ibi. *Si uero filij extarent ex alio uiro, &c. Tunc medietas ad eos perueniat,& alia medietas in patrem fratrem, & ſororem*.Et ſic ſtantibus agnatis voluit
ſtatutum excludere a ſucceſſione dictæ
dimidię proprios filios,ad quos & natura
li,& ciuili iure ſpectabat hæreditas. Ergo
multo magis cenſetur prohibere ne vxor
extraneum inſtituat.

Sed dubium erat,an hoc ſtatutum Ver
2 cellen.ſic diſponẽs de†lucro dotis proce-
deret in fauorem agnatorum Papienſium
& dicebatur,quod nõ,quia ad forẽſe non
porrigebatur fauor illius ſtatuti, & ita ui-
detur tenere in terminis,Pariſ.conſi.34.li.
3.quod refert.Rol. a Valle de lucro dot.
qõ.36.In cõtrariũ faciebat ratio, q̃a ſicut
uir vtitur beneficio illius ſtatuti in odium
agnatorum,vice verſa deberẽt agnati illo
uti in odium mariti, prout in his teminis
& in hac cauſa late demõſtrabat. Albenſ.
d.conſ.50.num.9.& ſeq.Secundo quia cũ
agnati dederunt dotem uidentur uoluiſſe
contrahere iux. formam ſtatutorum mar-
ti.ad formam iuris communis,l. exigere.
3 vbi Doctores.de iudi.quod†ſtatutum ſer
uari regulariter debet in lucris nuptiali
bus , licet alibi ſit celebratus contractus,
vt tradit,& multis probat Bec.dicto con-
ſi.76.nu.6.

Cum diſputat fuiſſet hæc cauſa,maior
pars



pars dominorum cẽſuit,non habere locũ
hoc ſtatutum in forẽſe,per doct.Bar.in l.
cũctos populos.q.7.nu 42. C.de ſumma
trin.cuius opinionem multis argumentis,
& authoritatibus comprobat Roland. cõ
ſil.24.nu.17.& ſeq. lib.3. & in his termi-
nis decidit Oldra.conſi.248.And.Gaill.in
terminis ſtatuti practicar.obſeru.li.2.ob-
ſerua.124.nu.4.& ſeq.quem omnino ui-
4 de,& facit communis regula,quod†bene
ficium ſtatutorum ad forenſes non extẽ
ditur, cũ ipſi onera ciuitatis ſtatuentes nõ
ſuſtineant,vt per Ang.Rom. De.Alex &
Plo.quos refert,& ſequitur Ancha.regiẽ.
q.famil.lib.2.q.63.nu.3. Crau conſ 957.
nu. 19 li.5.Ad primam rationẽ reſponde
batur, quod ratio diuerſa eſt in uiro , qui
ſuſtinet onera matrimonij,quam in agna
tis. Ad ſecundam dicebatur ceſſare illud
fundamẽtum in caſu noſtro ex eo, quod
expreſſe cautũ erat, quod dos lucrari de-
beret ad formam ſtatutorum Papien. nõ
autem Vercellenſium,& ita iudicatũ fuit
contra Do. Fazardum qui repetebat do-
tem ſororis a Comite. Alexa. Languſco
de Mota.1567.15.Martij.

Cæterum niſi in caſu iſto adfuiſſet pa
ctum inter agnatos , & mulierem tẽpore
matrimonij, quod ſeruarentur ſtatuta Pa
piæ,putaſſem attendenda ſtatuta Vercel
larum, quamuis multis ex alijs dominus
5 cõtra tenerent.Nam ſtatutum† etiã por-
rigitur ad forenſes,præſertim quãdo agit
de ſuccedendo,& de bonis ſitis in territo
rio ſtatuentum.Cyn.col.fi. & Bar. nu.17.
in l.1.C.de ſumma Trin. Alex. conſi. 19.
nu.6.vol.6. & conſ.111.vol.7. Curt.iun.
conſi.5.nu.42.ver.ad ſeptimum. Anch.c.
1.q.12.de conſtit. Alba. d.conſ.50.nu.5.
vbi dicit opinionem Bart. communiter
reprobari. Nat.conſ. 148. & 149. vbi ad
hoc allegat plura iura,& conſ.687.lib.4.
vbi dicit contra Bar.ſe tenuiſſe.Burſ.late
conſ.198.dicens cõem,& illam ſeruari in
Gallia ſcribit tiraq.de primoge.q.40.Mã
doſ.ad Rom.conſ.224.nu.6. Crau.conſi.
467.& ſecundum hanc ſententiã alias cẽ-
* ſuit Senatus.1576. in cauſa Dominę Ver
nonę,& Dodoli.Cheriẽ.ubi ĩ capite odio
ſo cẽſuit Vernonam ab hęreditate patri.
iux.ſtatutum Ripę Chærij eſſe excludẽdã
licet eſſe forenſis, quia ſtatutum forenſes
comprehẽdit,de qua materia late Cæpli.
conſ.309.lib.3.Mich. Graſſ.commun.opi
nio.lib.1.c.3.q.11.Plo.conſ.17.num.15.
Crauet.conſ.844.nu.7.ubi improbat.Bar.
diſtinctionem illam,quam facit in d.l.cũ-
ctos populos, nu.42.an ſtatutũ ſit in rem
conceptum,uel in perſonam,ſed Bar.de-
fendit. Rol.dicẽs illius opinionem cõem
in d.conſ.24.nu.17.ſeq.lib.3.ſtatutum ta
men nõ porriget ſuas vires extra territo-
rium,ut late per D.Oza.conſ.76.nu.19.

## Procurator cõſtitutus ad omnes cauſas generali mãdato, deinde ad unam ſolam per ſpeciale mandatum an poſſit virtute generalis mandati in ſecunda inſtantia comparere.

### DECISIO CVII.

1 *Procurator generaliter conſtitutus ad omnes cauſas an per ſecundam ſpecialem conſtitutionem cenſeatur reuocatus.*
2 *Mandatum primum per ſecundũ cenſetur reuocatum.*
3 *Procurator poſt ſecundum mandatum primo mandato uti non poteſt.*
4 *Mandatum in dubio reuocatum non præſumitur.*
5 *Tex.in l. ſi quis cum procuratorio.§.idem Iulianus.D.de procur. declaratur.*
6 *Cautela ad euitandas mandatorum plurium quæſtiones.*

PROCVRATOR conſtitu-
tus cum alijs procuratori-
bus quilibet inſolidum ad
omnes cauſas fuit in una
ſpecialis cauſa conſtitutus
etiam procurator vſque ad ſententiã in-
1 cluſiue † Quæſitum eſt an lata ſententia
poſſit proſequi in ſecunda inſtantia cauſa
appellationis, & ſi quidem utatur poſte-
riori mandato ſpeciali non poteſt proſe-
qui per ea, quæ notant Doc. in l.inuitus.
C.de procurat.vbi Caſtren.n.5. ver.item
eſt uerum, & Iaſ.num.4.verſic.2. fallit.
poſt Bart.& alios, & per Deci. Rotæ 63.
in antiquit. inci. nota quod. *Si uero* vult
uti priori mandato,cuius uirtute regulari
ter poſſet proſequi cauſam appellationis,
ut dicunt Doct.locis ſup.allegatis. dicitur
2 q̃ eo uti nõ põt,quia uidetur fuiſſe† illud
mandatum per ſecundũ ſpeciale reuoca-
tum

itum ex generali regula. quę habet, quod
generi per ſpeciē derogatur, & per tex.in
l.ſi quis cum procuratorio.§. idē Iulianus
de procu ubi.gloſ.in uerbo duos ampliat.
idem eſſe ſi eundem ſecundo loco conſti-
tuat,ut uideatur primum mādatum reuo
caſſe,ita ut magis debeat uti ſecundo ma
dato.Bal.ibi poſt Spe.& per eandem glo.
hanc opinionem tenuit Rota deci. 175.in
antiquis,quod tamen procedet quando in
ſecundo mandato nihil eſt editum,uel de
tractum, ſed eſt cōforme cum primo.ita
dicit Alber.ibi,& Caſtr.num.3.& ibi Ang.
licet ſi liber meus corruptus & Fulg. Hic
autē uidetur diuerſum eſſe primum mā
datum a ſecundo,quia in primo erant plu
res procuratores , itē ad omnes cauſas:in
ſecūdo uero ſolus ,& ad ſolam cauſā erat
3 ille conſtitutus,& ideo non poterit † pro-
curator uti primo mandato uti reuocato,
ut per Specu.de procu. §.ratione autē for
mæ.numero.14. dicēs ita. iudicatum per
Clementem.ex quo dicto Specul. id etiā
annotandum eſt, quod dicitur diuerſitatē
eſſe in mandato, ſi primum ſi generale,ſe
cundum uero ſpeciale etiam ſi ſit eadem
perſona.

Senatus in hac cauſa fuit diu anceps, &
ſecta erant uota inter Dominos, tamē ob
proponderantiam uoti Dom.Præſidis iux
to ſtilum de quo dixi dec.1.iudicauit poſ-
ſe procuratorem uti mandato generali in
alia inſtantia appellationis,ſicut poſſet cō
4 parere in alia cauſa.1567.15.Septemb.in
cauſa Iaini.& hoc illa ratione quia † non
præſumitur in dubio reuocatum manda-
tum , & mutata uoluntas. l. ſancimus ubi
Iaſ.num.4.C.de teſtam.Ad tex.in di.§.idē
5 Iulianus reſponderi poteſt , † ꝙ loquitur
quando diuerſi fuerūt conſtituti procura
tores,nam per poſteriori conſtitutionem
cenſetur derogatum primæ cōſtitutioni,
& ſic primo loco cōſtitutus eſt per ſecun-
dam cōſtitutionem reuocatur,& ita loqui
tur tex.quem allegat Rota in cap.non in
iuſte.in fi.de procu.Sed replicari hic poſ-
ſet,quod etiamſi fiat conſtitutio in eundē
procuratorem,tamen adhuc dicatur muta
ta uoluntas, & reuocatum primum man-
datum per gloſſ.& Rot.ſupra allegatas,&
cōmunis uidetur opinio ex notatis per
Domi Menoch.in ſuo nouo tracta.de prę
ſup.libro.2.præſump.36. nume.6. uerſic.
& hæc quidem Dec.in l.ſingularia.nume.
5.ſi certū petat, quem male iudicio meo
pro cōtraria allegat Dom. Menoch. omni
no uidendus,& uide Vant. de nullitatibus
cap.11.num.163.

Cæterum,ut hæc controuerſia difficilis
amoueatur,cautela,eritque a prudentibus
tabellionibus opponi ſolet in confeſſione
6 mandati † ut dicatur in ſecundo manda-
to.Non reuocando alios procuratores iā
conſtitutos,& conſtituatur etiam ſecun-
dus generaliter ad omnes cauſas, tā in pri
ma quam in ſecūda,& tertia inſtātia,& ita
uideo per prudentes Notarios practicari.

## Denūtiatio ſterilitatis intra annū an requiratur,ut remiſſio mercedis obtineatur , & qualiter remiſſio fiat.

### DECISIO CVIII.

1 *Conductor ad obtinendam remiſſionem mercedis denunciare ſterilitatem domino debet.*

2 *Remiſſio mercedis propter ſterilitatē quando,& qualiter fiat.*

CONDVCTOR allega
uit ſterilitatem & ob id fa
ciendam , illi remiſſionem
mercedis ; recipiebat loca
tor non teneri ad illam re-
miſſionem , cum lapſo iam anno non fuiſ
ſet illi denunciatus caſus ſterilitatis occur
ſus , quærebatur nunquid ea denunciatio
* eſſet neceſſaria , & Senatu in caſu Cano-
1 nicorū Careſanæ † cēſuit eſſe neceſſariā,
per tex.in l.itē quæritur.§. exercitu.D.lo
ca. quem ad hoc citat late diſcutit Boſ.
in tit.de remiſſ.merced.num. 51.& tenuit
glo. in d.§.exercitu in uerbo renunciauit.
& ita omnes dicunt practicari , ut nouiſſi-
me teſtatur Vincen.Caroc. de loca.& con
duct.par.3.titu.de remiſſ.merced.nume.
32.poſt Ludoui.& alios quos allegat Bur.
ſat.conſilio undecimo,nume.29. libro.1.
& hoc ad omnes ultra colonum extendit
Menoch.de arbitr.iudic.caſu.137.nume.
19.& 21.in fi.uide Rum.conſili. 127.alias
147.in fi lib.1. & ita poſtea uidi per Sena
tum multoties iudicari.





Quando uerò poſt factam denūciatio
nem facienda ſit propter ſterilitatem re-
miſſio, & qualiter illa facienda ſit , uide
Imo. & alios.in cap.propter ſterilitatē.de
loca.& conduc.Dicac.pract.quęſtio.c.30.
Vincen.Carot.dicto tit. de remiſſio. mer
ced.& Boſſ.in eodē titu.latiſſimè per Ne-
uizan.cōſi.90.& 91.ubi.refert plures opi
niones , de qua re alibi dicemus . Senatus
ſemper in hac quæſtione ſolet diligenter
conſiderare pacta,& conuentiones fictua
riorum ſeu conductorum,& iuxta contra
hentium pacta obſeruari mandat . Quo-
modo autem ſterilitas probetur, uide Ma
ſcard.de probatio. libro.3.conclu. 1334.

## Cōfeſſio,quæ abſente parte facta nō ualet , an ad liberationem faciendam proſit.

### DECISIO CIX.

1 *Confeſſio abſente parte facta non ualet nec obligat.*

2 *Confeſſio liberatoria an ſit efficax ad obligandum,& num.3.*

4 *Confeſſio liberatoria abſente parte facta ualet in uim merè probationis , & exeptionis doli,& num.5.*

6 *Confeſſio liberatoria de æquitate canonica etiam abſente parte facta tenet.*

7 *Confesſio acquirit ius abſenti , ſed irreuocabiliter donec ſit a parte ratificata , & ius tertio quæſitum.*

8 *Confeſſio transfert onus contraria probationis in confitentem.*

CONFESSIO abſēte par
te facta non ualet nec obli
8 gat confitentem, † tex.eſt
in.l.certum.§.ſi quis abſen
te. D. de confeſſ.& hęc eſt
generalis,& receptiſſima regula,quā po-
nit,& ſuis limitationibus ac ampliationi-
bus exornat Socin.in tracta.regularum, li
tera. C.reg. 42. late more ſuo multis cu-
mulatis A Gabriel.lib.1. commun. concl.
titu.de cōfeſſ cōcl. 1.P.Duen.regu. 119.
in uerbo cōfeſſio extraiudicialis. poſt Fe
ly.Maran.& alios quos allegant,& nouiſſi
me hanc regulā firmat , & multis amplia
tionibus , & limitationibus adhibitis de-
clarat Ioſeph.Maſchar.de probat.li.1.lite
ra.C.concl.347.quem pro huius materiæ
intelligentia uideas.

Inter cæteras autem fallentias,quæ ad
hanc regulam traduntur,illa uidetur eſſe
2 præcipua, ne procedat in confeſſione † li
beratoria, quæ ad aliquem liberandū ten
dit , & huic ſententiæ ſubſcribit Accurſ.in
l.non ſolum.§. ſi uerba liberationis D. de
liberat.lega.ſequitur Bal.cōſ. 10.conſ.63.
& 392.li.1.conſ.466.lib.4.& conſ.41.li.5.
Marſil.ſingula.202.tu ſcis.citās. Ioā.Bapt.
de Sancto Seuerino in repetit.l.admonē
di.D.de.iureiur. Alexan. conſi.245.nu.5.
lib.6.Guid.Pap.q.176.Tom.Grāmat. cōſ.
ciuil.17.nu.9 & hanc magis communem,
& ueriorem dicit Bal.locis ſupra citatis.

Sed hæc limitatio cōtrouerſa admodū
3 eſt,& ab ea receſſit † ſibi cōtrarius Accurſ.
in l.idem duobus.D.de pact.cū quo tran
ſierunt.Bart in dicto.§.ſi uerba liberatio
nis.num.6.& 11.& in dicta, l.certum.§.ſi.
quis abſente ubi Alber. Bal.in dicta l.idē
duobus.Caſtrē ibidem,qui & pro hac par
te cōſuluit conſ.79.& 96.co.3.li.2.Alex.
legēdo,& cōſulēdo in hoc pariter uarius
in d.l.idem duobus.nu.4. dicens commu
nem,& conſ.212.lib. 6.col.1.uerſiculo ſe
cundum principale & nu.28. & conſ.76.
eo.vol.Abbas in capitu. fin.col.6.ſexto re
quiſito.de cōfeſſ.Butr.Henric.Boic. Fely.
in cap.ſi cautio.nu.32.de fide inſtru. Lan
fiāc. de Oriano.in tract.de confeſſ.n.35.
qui allegat ad hoc tex.pulchrum.in l. ſi ti
bi 10.§.ſi pactus.D. de pact. probans etiā
Bart.limitationem. Signorol.conſil.33.&
93. col 3. uerſiculo ne aliqui Fulgoſ. in l.
poſtquā liti.C.de pact.poſt Caſtrē.Iacob.
Bag.& Ang.ibi Pariſien.ad Ale. cōſ.115.
nu.4 & 131.n.7.libr.4.poſt Bertran.con
ſilio 178.li.1. & innumero pro hac parte
refert Gabriel.dicta concl.1.nu 22. uerſi.
cōtrarium.Ex quibus clare patet hāc opi
nionē communem magis eſſe ſaltē poſt
tempora Bal.& ob id illa ſequutus eſt ga
briel.ibi nu.31.cui addo Maran.de ordi.iu
dic.par.6.art.3.nu.12.Sonc.conſ.21.li. 1.
Corn. cōſ.33.li.2. Vaſq.de ſucceſſ. crear.
li.3.§.23.nu.29.qui iura quædam allegat
quæ apud me parū ſtringunt,& hanc ſen
tētiam uti magis cōmunem multis hinc
inde allegatis, & relatis nouiſſime ſequitū
Maſchard.in dicta concl.347. nu.61.in fi.
& uériorē , & magis receptam poſt Rip.

dicit.Ema.Zoarez in Theſauro receptar.
ſenten.in uerbo cōfeſſio liberationis pul-
chre more ſuo Ioā. Guter. de contractib.
iur.cap 57.nu.7.quam reperies in ultim.
edi.tractatum uol.6.par.2.

Aliqui uero uidentes hunc articulū du
bium uoluerunt concordare Accurſij di-
4 ſcordantiā& fuerunt in opinione,ut† con
feſſio liberationis absēte parte nō ualeat
in uim pacti iux.l.cum ignorans D.de do
nat. Attamen ualeat in uim mere proba-
tionis,& exceptionis doli per §.licet aūt.
auth.de teſtib.ita ſenſit Bal. qui dicit etiā
communem in l.generaliter.quæſ.12. C.
de non num.pecun. cuius uictum ſingula
re dicit Catellan . Cotta inter memoral.
in uerbo confeſſio ſequitur Ale.con.115.
nu.4.& tenet dicens ita concluſum,Guid.
Pap.dicta quæſt.176.in princ.Federic.de
Sen.conſil.128.cir.fin.Puteus deciſio.11.
num 5.l.2.Iacobin.de Sancto Georg. in l.
cum de in debito.§.ſed hoc ubi nu.19.D.
de probat.Maſcard.dicto lib.1.concl.348
nu.44.faciunt quæ idem ſcribit dicta con
clu.347.num.24.& 26.Purpur.conſ.600
num.19.libro.2.

Contrarium tenuit Alexan . conſ.212.
5 libro.6.num.28.ubi ſimpliciter† uult non
ſolum neceſſariam præſentiam patris in
tali confeſſioue,ſed etiam requiri intelli-
gentiam & confabulationem, & ſequitur
Guter.dicta cap.54.num.7.neque placuit
* hęc conciliatio Senatui, qui in hoc caſu
tranſiuit cum glo.in dicta l.idem duobus
& cum opinione Bar.quam ueriorem exi
ſtimant iudicando liberationis etiam cau
ſa talem cōfeſſionem abſente parte factā
non ualere, ita ut nec etiam ſemiplenam
probationem induceret ſi incidēter & ad
alium finē emanaſſet, & ita cenſuit in cau
ſa Sancti Germani.1567.15.Setembris, &
hoc per dictū.Federici in dicto conſ.128.
addo Ioſeph Lodou.deciſ.Peruſ.82.n.10
quia ſi incidenter ſit facta cōfeſſio nō pro
bat,nec confitenti nocet Pari.conſ.60.nu
mero 40. uolu. 4. Ioſeph Cumia.in ritus
magnę curię cap.37.num.59.ubi pulchre
& late de materia confeſſionis iudicialis
differit,& cap.54.num.158. Put. dicta de
cibo 11.li.2.num.4. Alciat de præſumpt.
regu.1.præſumpt.51.nu. 5. quamuis alle-
6 garetur æquitas Canonica,quæ uult †con
feſſionem factā abſente parte facere ple
nam probationem ſi duobus teſtibus,pro
betur,quæ opinio licet controuerſa ſit ta-
mē illam ueriorem, & communiorem di
cit Maſcard.dicta concl.347.num.58.Hie
ronim.Gabriel. conſilio 71.n.18. nam de
iure ciuile nō facit niſi ſemiplenā ex com
muniori,vt per Burſat.qui multos allega.
conſil. 2.nu.12.lib.1.Purpurat.conſ. 357.
numero 5.Ludouic.late deciſio. Peruſ. 9.
per totā,& reuera ſtante hac ęquitate , &
contrariis opinionibus Doctorum,qui in
ter ſe etiam ipſi uarii fuerunt in hac re, ut
Acurſ. Bald. Alexan. uideretur in dubio
magis pro liberatione quā pro condem
natione iudicandū , ex uulg. regu. l.Arria
nus de act.& oblig. & in dubio contra cō
fitentem pronunciandum eſſet in odium
ipſius.Ideo his attentis ego cogitabā aliā
7 diſtinctionem † nempe,quod ualeat qui-
dē confeſſio liberatoria parte abſente fa
cta,ſed reuocabiliter donec fit a patre ac
ceptata,& ius tertio quęſitū,ita ut ante ac
ceptationem poſſit quandocunque p cō
fitentem reuocari per ea,quæ de donatio
ne abſenti facta ſcribunt Doctores & nos
diximus late ſupra deciſ. 70. & innuit in
his terminis poſt Cyn. & Bartol. Practi-
cus Papien.in forma act.real numero ſex
to & nono.Alexand.conſilio 90.libro. 1.
Guter.dicto numer.7.Vaſqu. dicto §. 23.
numero 30.ſic enim & de confeſſionis in
teſtamento facta dicitur illam eſſe irreuo
cabilem , quando parti ius eſt quæſitum,
Menoch.de.præſump.li.3.præſumpt.35.
num.32.

Cæterum ſupradictis admiſſis contro
uerſis illud pro firmo,& indubitato ī hac
8 confeſſionis materia ſtatuo , † quod quo
modocūque emiſſa cōfeſſio ſit onere p
bandi aduerſarius pro quo ſtat cōfeſſio li
beretur,ſed onus cōtrariæ probationis in
aduerſarium transferatur,in quā rem me
mouet tex.in l. inde Neratius.§.fin.D. ad
legem Aquiliam.ibi.

Hoc enim ſolū remittere acto
ri confeſſoriam actionem , ne ne-
ceſſe habeat docere eū occidiſſe.

Et ſcribit Dominus Ozaſc.deciſi. 138.
num 3.quod ſi in criminalibus procedit,
multo magis in ciuilibus locum ſibi uin
dicabit argumen. a maiori ad minus , &
hoc ſiue præſente, ſiue abſente parte facta
con-



confeſſio fuerit,qa cōfeſſio inducit præ-
ſumptionem contra cōfitentem, etiamſi
ſit erronea,& extraiudicialiter facta, & il
li ſtaī donec cōtrarium probetur.Caſtren.
& Doctores communiter in l.error.C.de
iuris,& facti ignoran. Iacob. Micheli pa-
trocin.38.num.7 Chriſtophor.de Caſtel.
conſi.7.num.11.& 13.Ancharan.Regien.
quæſtio.familiar.lib.1.queſtio.1.num.11.
plura ad materiam huius confeſſionis vi-
de per Siluan.conſil.44.per totum.lib. 1.
Et qualiter ad probandam confeſſionem
diuerſi teſtes iungantur , vide bonam do-
ctrinam.Crauet.in conſi.267. num.3. vſq;
in finem,qui tamen loquitur de confeſſio
ne parte præſente facta,& dictū Crauet.
nouiſſimè ſequitur Peruſi. dicta deciſio.9.
nu.11. & ſequen.& hæc nota,quia practi-
cabilia,& quotidiana ſunt.

## Beneficiati immiſſio in poſſeſ-ſionem beneficii à Pontifice obtē-ti,ſiue vt vulgo dicitur aſſociatio qualiter per Senatum ſit faciēda, & concedenda.

### *DECISIO CX.*

1 *Beneficiati immiſſio in poſſeſſionem quali-ter facienda.*
2 *Laicus non ſe intromittit in cognitione rei ſpiritualis.*
3 *Iudicis proprium officium eſt euitare ne de-ueniatur ad arma,& rixas.*

BENEFICIATVS com
paret corā Senatu, produ-
cit bullas petēs ſe aſſociari
p officiales Ducales ad poſ
ſeſſionem beneficii; quæſi
1 tum eſt an†talis aſſociatio concedenda eſ
ſet , & quomodo immiſſio in poſſeſſio-
nem fieri debeat.Quidam ex dominis ne
daretur anſa calumniis , putabant conce-
dēdas literas immiſſionis,& aſſociationis
cū clauſula.*Niſi quis ſe opponat*, quo caſu
compareāt coram Senatu intra quinque
dies.

Alii putabant concedendam immiſſio-
nē ſimpliciter ſine aliqua clauſula ex eo,
quòd præſentabantur bullæ in promptu,
& non erat cognitio Senatus ſuper ualidi
tate bullarum,cùm ſit iudex laicus : nam
eſſet immittere falcem in alienam meſ-
2 ſem cùm† iudex laicus non poſſit ullo mo
do ſe intromittere in re merè ſpirituali
præcipuè de quæſtione beneficiali prin-
ci paliter,vel incidenter.cap. tuam de or-
din.cogni.cap.lator.qui fil.ſint legi.

Alii dicebant eſſe concedendas literas
citatorias contra quoſcunq; intereſſe præ
tendentes,decernentes executionē faciē-
dam a ualuas.Eccleſię adeo valere,&c. di-
cētes ita aliàs eſſe obſeruatum à Senatu,
& habere rationem ne deueniatur ad ar-
3 ma,& ſcandala,quod prouideret† propriū
iudicis officiū eſt.l.ſi cuius. §. ſed ſi inter-
aliàs.l.ęquiſſimum.D.de vſufruct. Bal.in
l.1.§.quies quoq; popularium.D.de offi.
p̄fec.vrb.& in l.1.C.de sūma. Trin. imò
principis eſt propriū procurare ne ad ar-
ma,& rixas occaſione litium deueniatur,
ut per Nattam.conſilio.60.nu.12.Et cùm
* hac immiſſionis forma tranſibat maior
pars dominorum,& ita fuit per Senatum
reſolutum, quòd in poſterum obſeruari
deberet,& nunc hoc iure vtimur ſi bene-
ficium ſit magni momenti:ſed ſi ſit exi-
guum tunc vt parcatur ſumptibus ſolent
concedi literæ præciſæ cum ea tamē clau
ſula.*Niſi quis ſe opponat*,& hoc caſu ſi qs
ſe opponeret crederē eſſe cauſam,& par-
tes iudici.Eccleſiaſtico remittendam ſeu
remittendas , ne Eccleſiaſtica iuriſdictio
turbetur , modo non tractetur de mero
poſſeſſorio,in quo laicus eſt iudex cōpe-
tens, vt aliàs dixi ſupra deciſ. 82. faciunt
quæ dicam infra.deciſ.131.

## Donatio facta concubinæ per militem cum iuramento an viri-bus ſubſiſtat.

### *DECISIO CXI.*

1 *Donatio facta per militem concubinæ non valet.*
2 *Donatio facta concubinæ per militem cum iuramento ualet contra num.4.*
3 *Donatio concubinæ quare fieri permiſſa.*
5 *Milites noſtri temporis non fruuntur pri-uilegijs antiquæ militiæ.*
6 *Donatio à iure prohibita tenet ,ſi fiat pro*

 pter

*pter benemerita, & ſeruitia quæ probari debent.*

7 *Donatio in concubinam ualet, ſi non apparet amplius tempore donationis de concubinatu.*

1 DONATIO facta † per
militẽ ſuæ concubinæ nõ
ualet.l.2. C.de donat. in-
ter uirũ,& vxorẽ,& hanc
regulã pulchiè more ſuo
firmat, & exornat Io.Gu-
ter.var.reſol.lib.2. ſiue in tractatu de con
tractibus iurat.c.6. per totum. quã regu-
lã extendunt Doctores à milite terreſtris
ad militem cœleſtis militiæ nẽpe ad cle-
ricum. Bart. Angel. in l.affectionis D.de
donat.quòd iure meritò conſtitutum eſt,
ne & clericus ſeruitiũ Dei, & bona eccle-
ſiaſtica,& miles militare exercitium, & fa
cultates delinquant, & perperã expẽdãt.
Dubitari tamẽ apud Doctores noſtros
2 ſolet,an ſi donatio † hæc facta cum iura-
mento fuerit ſubſiſtat:dubium mouet ſa-
cramenti religio, & authoritas, ipſiusque
priuilegiũ, quod res aliàs iure prohibitas
per interuentum ipſius cõfirmat, ſicut de
donatione inter virum,& vxorẽ, & inter
patrem,& filium magis communiter con
cluditur,& dixi de utraq; plenè ſupra de-
ciſio.32.in princ. & num 10. & in ſimili
dicit Iaſ.in l. frater à fratre.2. lect.nu.45.
eoque magis quia donationes ille à iure
ſunt improbatæ,hæc verò,quæ concubi-
nis fit confirmatur.l.affectionis,& l.dona
tiones. D. de donat. cuius rei cum nullã
rationem diuerſitatis reperirem, mirari
3 nõ deſinã vnde ſit,† quòd donatio in vxo
rem pudicam non permittitur, & in con-
cubinam conceditur, an quòd lex faueat
magis concubinis, quæ nõ debẽt eſſe me-
lioris conditionis, vt ſcribit apoſtillator
ad Decium in conſi.196.an vero,(quod
magis eſt,& verius puto,) ut inter coniu-
ges ſicut honeſtã uitam, ita honeſtos, &
bonos mores lex deſideret, ipſiusque ui-
tæ, & bonorum firmam ſocietatem, &
communionem, quæ duo cauſam anti-
quitus prohibitioni dederunt. l. prima.
D. de donatio.inter virum & vxor.& di-
xi dicta deciſio.32.in principio. Vnde ſu
praſcriptam regulam ex his limitare ali-
qui ſolẽt, ut nõ procedat ſi donatio ſit iu-
ramento vallata, & hæc dicitur eſſe origi
nalis opinio Roman.in conſilio 43.nume
ro quinto cuius dictum ſequitur ac men-
ti tenendum, & ſingulare dicit Ioannes
Lup.in rubrica de donatio.inter virum,&
vxo. §.37. numero decimo. Alexand. in
additio.ad Barto.in l.miles. D.de re iudi.
addit.ad Caſtren. in principio, in l.dona-
tiones.D.de donatio. Euerard.in locis ar
gumen. in loco à milite arma. milit. ad
cœleſt. folio mihi 119. in parua impreſſ.
pagina ſecunda Bermond. Couer.in tra-
ctatu de public. concubinarum, in uerbo
contra prædictos. numero 24. Antonius
de Petrut.in l.prima,tertio notabil. D.de
iureiuran. quem etiã refert Couar. in di-
cto loco.Ancharan.Regien.de clerico lo-
quens quæſtionum familiar. libro ſecun-
do,quæſtio.12.numero 12.& nouiſſimè
reſpondendo punctualiter ad conſilium
Crauettæ de quo infra. Hanc ſententiam
tenuit modernus Doctor Senen. Domi-
nus Seraphinus de Seraph.in ſuo tract.de
priuileg. iuram. priuileg.71. num.10. &
multis ſequen.
Contrarium tamẽ,quòd imò talis do-
4 natio iuramento nõ confirmetur, † fortè
tanquam quòd illa opinio ſit peccati nu-
tritiua,tenet Romanus impugnans, Ripa
in dicta l.miles in fine.D.de re iudic. Ro-
land.conſilio 98.numero 15. & 37. libro
primo. Calcan.conſil. 59.numero ſexto.
Crauetta conſilio 222.per totum, & con
ſilio 229.colum.2. Capic.deciſio.102.Af
flict deciſio.102.& ibi Vrſil. Decius con-
ſilio 132.& expreſsè quo ad militem, cle
ricum,Doctorem,& aduocatum, firmat
ex argumento Roland. Guter.in dicto ca
pitu.6.numero 13.vſque in finem. ubi re
ſpondet ad ea, quæ de donatio. inter ui-
rum,& uxo.à ſimili tradũtur. Burſat.poſt
Mandoſ.& alios conſil.205. numero 23.
libro 2.
Sed animaduertẽdum puto,quod Ro-
lan. Afflict. Capic.Crauet. & Decius non
loquuntur de donatione facta per mili-
tem,ſed per clericum & iſti Doctores ſal
uare uidentur Roma.dicentes,quòd Ro-
manus loquitur in milite terreſtris non
cœleſtis militiæ,inter quos magna eſt ra
tio diuerſitatis, ut latè ponit Crauetta di-
cto conſi.229 & colligitur ex Deci.dicto
conſ.132.tamen,quòd eadem in utraque
dona-



donatione ratio militet, defendit Guter.
in dicto c.6.tã ratione turpitudinis, quę iu-
ramento non firmatur. ea.non eſt obliga
torium qua ex eo, quod hoc priuilegiũ
eſt cõſenſum nõ militi particulariter,ſed
generaliter toto ordini, & militiæ,& hãc
opinionẽ per rationes ab eo,& Rolan.ad
ductas,& per ea,quæ etiã circa huiuſmo-
di iuramentum late dixi ſupra d.deci.32.
num.9.quæ hic non repeto,ego credo in
puncto iuris ueriorem, & hoc tempore
receptiorem.
Verum cum hæc quæſtio diſputaretur
in Senatu in cauſa S.Martini,& Viſcarum
contra authoritatẽ Rolan.& aliorum cen
* ſuit Senatus donationem propter iuramẽ
tum tenere timore periurii, & ꝓpter pe-
5 riculum animæ,Item quia† milites noſtri
temporis nõ fruuntur priuilegis antiquæ
militiæ, ſecundum cõmunem de qua per
Ripam.in l.centurio nu. 10. D. de uulga.
Guter.d c.6.num.9. & in ſpecie huius ca-
ſus tenet Imo.in d.l.donationes.D. de do
na. Quamuis in hoc ultimo cõtrarium ui-
deatur ſentire. Deci.conſ.576.nu.2. Aufr.
ad Capel.Tholo.q.141.& ex noſtris ſubti
liter D.Io.Vand.qq.iur.li.1.q.54.
Et hęc Senatus ſententia multo magis
procedet ſi donatio facta fuerit ꝓpter be
6 nemerita,& ſeruitia,qui tunc ſiue† a mili-
te,ſiue a clerico facta fuerit tenet,ut de le
gato a clerico facto ſcribit Afflict.d.deciſ.
102.dummodo tamen benemerita,& ſer
uitia aliunde probentur quam per cõfeſ-
ſionem donantis.Rol.d.conſi.98.nu. 53.
Guter.d.c.6.n.11.& 12.Dec.d.conſ.132.
& ita ſe cõſuluiſſe dicit Bar.in l. diuortio
relatum per Pirrum Aurelianen.in cõſue.
Aureliæ.tit.de teſta.c.13.in fi. Item ſi non
7 †apparet, quod tempore facte donatio-
ni,concubinatus durabat, licet ante fuiſ-
ſet,ut per. Caſtr. in d.l.donationes.nu.2.
in fi. & ita notatum per conſilium hoc ca
ſu in fauorẽ donatoriæ teſtatur. Capic. d.
deciſ.102.in fi quam deciſionem in facti
* ſimilis contingentia ſequutus eſt Senatus
noſter 1575.

Dotis confeſſio,& promiſſio,a marito facta reſtitutionis tẽpore quę per errorem maior ipſa dote ſoluta reperitũ an teneat, & illud augumẽtum debeatur in præiudicium confeſſionis.

DECISIO CXII.

1 *Confeſſio dotis receptæ an marito præiudicet & num.3.*

2 *Confeſſio iurata uidetur facta animo donandi.*

4 *Tex.in l. cum is qui. §. mulier ſi ea.D. de condic.indeb.declaratur.*

DOTIS nomine Ad ſecun-
dus maritus promiſit in ca
ſum dotis reſtituẽdæ reſti-
tuere ſcut.500.cũ iuramen
to. Eo mortuo uxor cõuo
lat ad tertias nuptias, petit ab hæredibus
A ſcut. 500. Allegant hæredes Anton, ſe
cundum manum plus debito promiſiſſe,
cum dos nõ excederet ſummam 300. au
reorum & quãuis 500. recognouiſſet ſe
cundus maritus,ad fuit, quia minor filius
primi mariti tantundẽ promiſerat ꝑ erro
rẽ, qui poſtea ſñiam Senatus fuerat reſti
tutus.Pro uxore,ꝙ 500.debeãtur. allega
batur doct. Bar. Ale. Caſ.in l.pe.§. ſi uir.
D.ſo.mat.ubi uolunt† confeſſionem dotis 1
recepte marito pręiudicare.Co.conſ.109.
nu.2.lib.4.Alex.cõſ.148.lib.5.Abb.conſi.
73.li.2.in 1.dub.& eam opi.Bar. commu
nem,& ſeruari in pract.teſtatur.Cagn. no
ſter in l.2.C. de pac.inter empto.n.20.ſta
te enim ꝓmiſſione dotis reſtituẽdæ poſt
primã promiſſionẽ nulla põt opponi ex
ceptio.l.in contractib.§.j.C.de non num.
pec.quẽ tex.ad hoc allegat.Caſt. in d.§.ſi
uir.Soc.cõſ.88.nu.21.li.4.ubi dicit opinio
nem Bar.ſeruari in pract.Boer deci.329.
nu.3.uolens periculum huius cõfeſſionis
ſpectare ad uirum, qui quietauit, & dotẽ
non recepit.Rom.conſ.46.nu.3. & quia
2 †talis cõfeſſio iurata uidetur facta animo
donandi.Ang.in §.fuerat nu. 15. inſtit.de
act.Menoc.de pręſump.lib.3.de pręſum.
12.nu.51.& in terminis. nu. 90.& ea qui
dem ſubſiſtit.ſi facta ſit ante contractum,
& conſummatum matrimonium, ut per
Alex.conſ.142.n 3. & 4.lib.5. His accedit
text.in l.cũ is, qui. §. mulier ſi in ea D.de
condi.inde ubi indebita promiſſio fauore
dotis tenet, nec.datur conditio indebiti.
Faciunt,quæ recitat Afflict.ex Ioan.And.

decis.402.nume.3.& fauore dotis hoc firmat in re dubia Abb.dicto conſilio 75.numero.5.

Pro cōtraria autem parte,& ſic pro hę
3 redibus huius ſecundi uiri,† adducebatur Socin.conſil.27.nu 24.lib.4.ubi.reſpōdet ad doct.Barto.poſt.Caſtr.ibi in d.§.ſi uir. Roman conſ.445.n.7.Iaſ.in l.error.C.de iur.& fac.ignoran.Deci. conſ.22.num.2. Moder.Pariſ.add.cōſ.Alex.147.in 1.additione. ubi dicunt contrariam opinionem eſſe commentitiam,& ineptam & allegāt Cur.Sen.conſ.55. & reprehēdunt Neuiz. contrarium tenentem. Addo his Io.Baptiſtā.Ferret. in ſua reſpōſione motiui poſt conſ.266.lib.2.ubi pulchre tenet promiſſionem erroneam reuocari licet ſit cauſa dotis, & in fi.ibi dicit hanc opinionem communem,equam, & rationabilem, & ita teneo ego æquiſſimam eſſe,& contrariam opinionem in mera iuris ſubtilitate fundari,pro qua facit ratio ęquitatis,quia alias mulier locupletaretur cum alterius iactura,quod a iure non admittitur, ut innuit Ferret.ubi ſupra, & ita ſecundū hanc ultimam opinionem omnibus mature diſcuſſis, & conſideratis iudicauit Senatus. 1566. ultima Ianuarij. in cauſa Floriani,
* & Cortinæ de Corgneto Comitatus Valpergię.

Non obſtat tex in d. §. mulier ſi in ea.
4 D.de condict.indeb.quia† tex. ille procedit ī eo,qui in iure errabat, putās ratione conſanguinitatis ſe teneri ad dotandā mulierem,ut ibi exemplificant Doctores præſertim Paul. de Caſtro. uel ſi credebat ꝗs ſe debitorem dotis ex contractu,uel teſtamento,ut per Bart.& Salicet.ibi, qui dicit tenēdum cordi. Item poteſt procedere in muliere paupere, quæ omnino eſſet ſine dote,ita eleganter declarat Bal.nouell.de dot.par.6.priuil.44.& priuileg.46. item licet nō repetat a marito cui ſoluta eſt dos repetit tamē a muliere, ut ibi glo. & Alb. ſentiunt,& per Salyc.ibi.in fine.

Cęterum ad hāc materiam uide plene per Menochium dicta præſump 12.per totam.Ludouic.deciſ.Peruſ.66.parte ſecunda. Barbat.conſilio 19.uolumine ſecundo Aluar Valaſc. Luſitan. conſultat quinta,& ſexta, vbi plene de confeſſione dotis receptę.

## Fraternitas inter extraneos cō tracta an ſubſiſtat, & an iſti fratres iurati non extantibus filiis ſuccedant inuicem.

### DECISIO CXIII.

1 *Fraternitas inter extraneos conſtitui poteſt*
2 *Frater fictus, & adoptatus an ob inteſtato altero fratri ſuccedat, & nu.3.7.*
4 *Frater fictus non poteſt fratrem præterēū do inſtituere turpem perſonam.*
5 *Hæreditas pacto dari non poteſt.*
6 *Tex.in l.nemo.§.qui frater.D.de hæredi. inſtituend.declaratur.*

FRATERNITAS inter extraneos ex conuētione con
1 trahi†, ut in ſociis,† l.uerum in pri. D.pro ſoc. & poſſunt patres conuenire de ſe tractando ut fratres. Iaſ. in l.quidam cum filium.num.5.uerſiculo item iſtam legem. D.de uerb. obliga. Alex. in l. ſi pater tuus num.5.C.de hered inſtituen. poſt Imo.in l.ille autem colum.2. D.eo.

Hinc diſputabatur in cōtingentia facti an altero ex iſtis fictis fratribus decedēte
2 ſine filijs† alter frater eo modo frater factus,& quaſi adoptatus ab inteſtato ſuccedat & cum iſte caſus eſſet coram Senatu, dicebatur illū poſſe ſuccedere, Primo ex regu.ſupra tradita. Secundo per tex. in l. nemo.§.ꝗ frater.D.de here. inſti. Tertio, quia in ſucceſſionibus & ultimis uoluntatib.idem iudicamus de fictis, quod de ueris cognatis.l.ſi cognatis D.de re.dub.ubi Soc.hac not.col.3.in 5.notab.

Ex aduerſo opponebatur locū non eſſe
3 ſucceſſioni Primo per† tex.in l.nec apud C.de hær.inſti.ubi frater nō poteſt adoptare extraneum in fratrē, per quē tex. Fulg. ibi,& poſt eum Alex. dicunt, quod talis fraternitas non eſt naturalis neque ciuilis. Secundo adducebatur in terminis deciſ. Ang.& Bal.in d.l.nec apud quos ibi ſequitur Fulg.& Alex. uolētes, quod ex tali fraternitate nō quæratur ius ſucceſſionis, & idem tenet Imo.in l. ille autē. D. de hære. inſtit. & Iaſ.in dicta l.quidam cum filium. num. 5.ubi ita tenent etiamſi expreſſe cōueniſſent,quod alter alteri ſuccederet.

Quibus ſic ſtantibus ad allegata in cō

trarium



trarium reſpōdetur.Primò, quòd illa doctorū opin. de qua in prima regula forte nō ſit uera,per tex.in d.l.nec apud, qui ſatis eſt clarus,& per ea,quæ ibi dicū Fulg. & Alexā.Secundo reſpōdetur, ꝙ illa opinio procedit,quando promittūt ſe tractare ut fratres,tūc enim operatur ut ipſi cōueniente non poſſint actus facere contra
4 rios fraternitati,& ideo† ampliādo.l. fratres C.de inoffi.teſt.non poſſent turpē ꝑſonam inſtituere ipſo affraternato præterito,ita dicit Imo.in d. l.ille aūt. & Alex. in d.l.nec apud.ꝗ legit cū l.ſi pater tuus. C.de hæred. inſtitu. ea autem,quæ reſtāt in diſpoſitione iuris. ut in ſucceſſione ab inteſtato, talis fraternitas non producit, cum non habeat effectū naturalis, uel ci
5 uilis fraternitatis, &† pactis dari hæreditas non poſſit,etiamſi expreſsè conuentū ſit.l licet.C.de pact.Ozaſc.latè deci.100. & ibi apud eum cenſuit Senatus,& dicam ego infra deciſ 225.pactum.Ad text. in l.
6 nemo.§.qui frater. reſpondetur. ꝙ † procedit in teſtamento,non autem ab inteſtato,quando inſtituitur is, qui fraterna charitate diligitur ſciendo illum non eſſe fratrem,ut dicit Soc.in d.l ſi cognatis. D. de reb.dub. & colligitur ex apertis uerbis ipſius tex.ſicut.n.extraneū quemlibet etiā penitus ignotum quis hæredē inſtituere poteſt.l.extraneum.1.& 2.C.de hęred.in ſtituen. ita magis illum quē uti fratrē diligit,cùm amici reperiantur eius generis qui fratribus proprijs ſunt chariores, & beneficiētiores, de quibus Salomō in prouerb cap. 18. *Vir amicabilis(inquit) ad ſocietatem, magis amicus erit quam frater.* Sed talis inſtitutio nō debet eſſe erronea, quia nō ualeret.Hinc dicebat Fulg.in d.l. nec apud.quod ſi quis putās eum eſſe fratrem,uel credens,ꝙ per talem fraternitatem teneretur hæredē inſtituere, & inſtitueret,tale teſtamentū non ualeret, quia errabat in ſubſtantia rei,quamuis falſa demonſtratio non uitiet.l.fal.D.de condit. & demonſt.quamuis Fulgoſ.ibi nimis largè loquatur, tamen ita eſt intelligendus ſecundum Alex. in d. l.nec apud alias eſſet cōtra tex.in d.l.nemo.§.qui frates.D. de hæred.inſtit & ita ſoluit glo.in d.l.nemo in uerbo inſtituitur.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ procedit inſtitutione, ſeu fideicōmiſſo expreſſe facto à teſtatore,uel etiam à iure ipſo, quādo fictio illa eſt operatura effectum iuris ciuilis,ut in adoptione filii, in qua ars naturam immitatur,tunc enim idem operatur fictio, quod ueritas in caſu uero, ſed in fratrū adoptione fictio nullum parit iuris ciuilis effectū. d. l.nec apud. & dixi ſupra poſt.Fulg.Et ex his cū hac poſteriori
* opinione tranſiuit Senatus, & cēſuit in cauſa de Ruatis.1568.7.Nouembris excluſo tali fratre iurato à ſucceſſione fratris.

Aduertēdum tamen,ꝙ hæc opinio dupliciter limitatur per Imo. in d.l. ille au
7 tem.† Primò quando cōſuetudo aliter induceret,qa illa attenderetur.Secundo,ut nō procedat in militib.quia inter ipſos talis fraternitas operari poſſet ſucceſſionē ex ſpecialiter inducta in milite. per l. licet.C.de pact. Sed hæc limitatio diſplicuit Iaſ.in d.l. quidā cum filiū, ubi loquitur in armigeris,& tamē tenet etiam talē fratrē non ſuccedere niſi ex teſtamento. Sed Imo.opinio.uerior eſt ſtante aliquo ſuccedendi pacto reciproco.Et ita teneo.

## Cenſui ſeu pēſioni emphyteoticæ quāto tempore pręſcribat.

### DECISIO CXIIII.

1 *Emphyteota quanto tempore penſionem præſcribit.*
2 *Fructus triennio præſcribuntur cum bona fide.*
3 *Emphyteota donec ſit declaratum cecidiſſe in commiſſum facit fructus ſuos.*
4 *Cenſus ſolutio ſi probetur facta tribus ultimis annis præſumitur alijs ſolutum.*
5 *Titulus nō requiritur ad preſcribendum, quando agitur de modico præiudicio.*
6 *Tex. in capit. coſtitutus.de relig.domibus declaratur.*

CENSVS ſeu penſio emphyteotica nō fuerāt ſoluti ab anno 1519.uſq;ad annum 1540. ſaltē quod appareret. Dominus directus uocauit in ius emphyteotam,petendo canonem à die conſignamenti, pars oppoſuit præſcriptionem,quæſitum fuit à quo die
1 † cenſus prædicti deberētur. Et quamuis multas opiniones referat.in hac materia

Boer.deciſ.336.tamē dicebatur, quod ad
præſcriptionem annuæ penſionis require
bantur 30.anni in priuatis,& 40. ſi cōtra
eccleſiam,per tex.in l.cum notiſſimi.§.fi.
C.de pręſcrip.30.annor.ubi doctores.ca.
de quarta.de pręſcript.& l.ſi quis emphy
teo.in fi.C.de præſcrip.30.annor.Butr.in
cap peruenit.colu.24.uerſic.uenio ad ter
tiam.de cenſib.Specul.in titu.de loca.ſeu
de emphyteoſi.§.nunc aliqua.n.52.quæſ.
41.Iaſ.in l.2.nu.72.C. de iur. emphyteo.
Bal.in tracta.præſcript.par.4.quartæ par.
principal.quæſt.8.& in quinta par.5. par.
quæſt.prima.Crauet.conſ.57.num.Boer.
dicta deciſ.336.in fi.q dicit ita ſeruari de
conſuetudine generali Franciæ; unde cū
hic nō fuiſſet de curſum hoc tēporis ſpa-
tium, non uidebatur eſſe locum præſcri-
ptioni,& pro hac opinione,quod debere
tur pēſio etiā 40. annorum adducebatur
tex.in c.conſtitutus.& ibi glo.de religioſ.
domib.quæ uoluit, quod ſi ſumus in con-
tractu empyteotico cadat emphyteota
per nō ſolutionem penſionis debito tem
pore:& quod nō præſcribatur facit ratio,
quia poſt lapſum biennij uel triennij iniu-
ſte poſſidet,ut dicit Gulielm. Rodoan. in
tracta.de reb.eccleſ.nō alienan.queſt.19.
in princip.nume.12.unde cum ſit in mala
fide,nō præſcribit ſaltem ante 40.annos.
Pro emphyteota dicebatur ex aduerſo,
quod in bonæ fidei poſſeſſore illi cenſui
2 qui eſt loco † fructuum triennio præſcri
bitur, prout de fructibus dicitur ſiue con
ſumpti ſint,ſiue extent glo.magna in fi.in
l.ſequitur.§.fructus.D.de uſucap.quā ibi
cōmuniter approbant Bar. Ang. Caſtren.
& Imo.& ibi Barto.dicit, quod per illam
glo.limitātur omnes leges dicētes, quod
bonæ fidei poſſeſſor teneaī ad reſtitutio-
nem fructuum extantium, quia intelligiī
niſi per triennium poſſederit quis bona fi
de Curt.Sen.conſil.71.colū.4.uerſicu.ſex
ta cōcluſio.Et late Balb dicta par.44 par.
principa.quæ.35.& dixi ſupra deciſ.29.
3 nume.8.& certum eſt quod † fructus do
nec res ſit in commiſſum eccidiſſe per do
minū declarata,ſemper ſpectant emphy
teotæ,ut p P.de Benintent.deciſ.Bonon.
37.Burſ.conſil.26.num.8.lib.1.Boignin.
Caualcan.deciſ.43.nu.47.par.prima.pul-
chre Felyn.in dicto cap.de quarta.n.32.
& 33.de præſcript. quorū ſententiam no
uiſſime cum quadam diſtinctione recipit
Aurel.Corbul.in tract.de cauſ.ex qb.em
phyteu. iur.ſuo priua. tit.de cā priuat.ob
nō ſolut.canon.ampl.38.num.3.quicquid
alij in contrarium ſcripſerint.
Ad quod etiam facit,quod in oppoſito
dicit gl.ſingu.ī.l.2.ſuper uerbo.repellere.
C.de iur.emphyt.quā ibi ſequitur Iaſ. &
alii. Dec.in l.fi.certis annis.n.6.C. de pac.
4 quod ſi quis † probet ſolutionem cenſus
trium ultimorum annorum, præſumitur
retro ſolutū.per text. ſingul. in l. quicun
que.C.de apoch.public.glo.in cap.cū ec
cleſia.in uerbo ultimo de cap.poſſ.& pro
prieta.Clar.ī §.emphyteoſis. quæſt.9.uer
ſicu.ſed pone Menoch.cōſil.5. uolum. 1.
D.Sola ī decreto.Licet iure tertię.tit. de
iur.emphyteo.glo.1.nu.22.quod intelli-
go pcedere modo nulla extet interpella-
tio,ſed ſi conſtet de iure pellatione & de
ſolutione,nō cadat quidem emphyteota
ex quadam æquitate a re emphyteotica,
ſed bene ſoluet penſiones omnes a die in
terpellationis,quia tūc præſumptio eſt cō
tra eū. Et ex hac opinione melius concor
dantur illæ antiquorū ſententiæ,de quib.
Boer.& Guid.Pap.quā concordauerit Io.
quem idē Boer refert in dicta deciſ.336.
nu.3.& Corn.conſi.22.uolum.3.ſic enim
ſatis fit domino directo,ut non præſcriba
tur omnibus penſionibus & ſolutioni, &
utili,ne rem emphyteoticā perdat ob nō
factam ſolutionem.
Ad allegata in contrariū reſpondetur,
ꝙ ea procedunt in præſcriptione totius
directi dominii,ut reddatur res cenſualis
in totum libera,tunc enim cū agatur de
graui præiudicio,lex requirit ſpaciū 30.
annorum,ſed in præſcriptione fictuū, &
cenſus modici præiudicii nō requiriī tan
tum tempus,cum longe diuerſa ſit ratio
in uno,atque in alio,& hanc differentiam
in ſimili an agatur de magno uel paruo p̄
iuditio in liberatoriis præſcriptionibus fa
cit Bart.in l.cum de in rem uerſo.colu.3.
uerſic.Aut in ipſius incommodum. et in
queſtione. Mulier habens colum. fi.Aret.
in l.recuſari.colum.1.de acquir. hære.per
l.quā Tuberonis.§.1.De pecul.Balb. de
præſcr.par.3.queſt.10.colum.14.uerſi.2.
generaliter limita.
Et quamuis Bald.in dicto tract. par.4.
quartæ par.prin.quæſ.31.uerſ.& uide per
Socin.



5 Socin.dicat ꝙ requiratur in hac† trienna-
li,præſcriptione titulus allegando. Socin.
conſi.251.Tamen crederem in caſu quo
ageretur de cenſu modici præiudicii,ꝙ ti
tulus pręſumeretur,ut per Barto. in dicta
l.cum de in rem verſo.colu.3. D.de uſur.
& tanto magis ſi non ſolùm triennio ſed
per multum tēpus antea puta 10. vel 20.
annorum nō eſſet ſolutus cenſus argumē
to.l.uir.vſuras.D.de vſur.& ꝙ in hac ma-
teria taciturnitas longi temporis intelli-
gatur de decennio,tenet Balb.dicta. q.10.
colu.16. verſicu. & nota quod in propo-
ſito.
Et ſi forte opponereī de tex. in l.liber-
tis la ſecunda.§.1.D. de alimen. & cibar.
lega.vbi caſſatum erat ab eorum præſta-
tione per 14.annos & ultra.& tamen peti
poſſunt:reſpondebitur id eſſe uel fauore,
alimentorum,vel quia ibi certum eſſet il-
la non fuiſſe præſtita;ſecùs autem ſi dubi-
taretur de præſtatione facta.
Ad cap.conſtitutus.& glo.penul. ibi re
6 ſpondetur,ꝙ ibi† non erat emphyteoſis,
ſed cenſus:itē,quod ibi aderat mala fides.
& ita reſpondet.ibi Zabarel.in 18.oppoſi
tione,& tenet ibi gloſſ.in uerbo. iuxta ra-
tam.Sed hæc reſponſio eſt penitus contra
ria textui , vbi & emphyteoticum hunc
cōtractum Pontifex expreſsè nominat,&
bona fide conſtare videtur,cum iuſto titu
lo poſſideret reus,prout ab ipſo Pontifice
pronunciatum fuit,ideo melior forte eſt
reſponſio ſecunda ipſius.Zabarel. ꝙ ſit in
mala fide intelligendo tamen nō quo ad
titulum ſed quò ad ſolutionem. Nam cū
annua pēſio non fuiſſet ſoluta erat in ma
la fide,quia non ſoluebat,ꝙ promiſerat,&
debebat,ideo non iuuatur præſcriptione,
ſtante interpellatione facta , & non erat
dubium de debito & ſolutione,aliàs ſtan
te curſus temporis 40. annorum dubio
procul erat præſcriptum ſolutioni , ſal-
tem quò ad præteritas penſiones , vt in
fra dicam,& eſt tex.in cap. de quarta. de
præſcrip.quem tex.ſi nō ſaluaremus hoc
modo , totaliter deſtrueretur ex ſolutio-
ne illa gl.uel eſſet magnus obex huic ſen-
tentię.
Ad rationem illam, quòd emphyteota
nō præſcribat,quia ſit in mala fide,reſpon
deri poteſt,quod illud procedit ſi iurauit
ſoluere in termino,& non ſoluit,vel quan
do eſt interpellatus,& non ſoluit,& quan
do manifeſtè conſtat de iſta mala fide, &
debito reſiduarum penſionum per authē
ticas probationes.gl.in d.l.quicunque.C.
de apo.pub.quia tunc etiam in conſcien-
tia nō eſſet tutus,nec vnquam faceret fru
ctus ſuos.Imputetq; ſibi dominus,ꝙ poſt
ceſſationem non vtitur iure ſuo,& reme-
dio ſibi à lege dato.Et ſi dicaī , quod hac
opinione admiſſa ſequeretur negligentiā
emphyteotæ illi ſeruire contra id, ꝙ vul-
go dicitur, neminem ex improbitate ſua
actionem conſequi, dico ſuam negligen-
tiam compenſari cum negligentia domi-
ni, qui non curauit debito tempore cen-
ſum petere,& emphyteotam interpella-
re,& punire.
Quibus rationibus motus,in cauſa Do
* mini Abbatis Noualitii, & Cumianę iudi-
caui deberi ſolùm fructus ceſſatos p tres
annos ante litem conteſtatam, a reliquis
abſoluendo emphyteotā.De qua ordina-
tione cùm pars cōqueſta eſſet apud Sena-
tum re diſcuſſa diſcrepantibus,votis nihil
fuit reſolutum.1568.15.Nouembris. Sed
cùm eueniſſet iſte caſus in alia cauſa Hyp
porediæ fuit determinatū iux. opinionē
meam,& ſtāte pręſcriptione 30.annorū,
tunc indubitāter ſolet Senatus ſi de libe-
ratione ſolutionis diſputaī,abſoluere em
phyteotā à penſionibus præteritis,& cō-
demnare ad futuras:& ita pluries cenſuit,
vt dicam infra,& hoc iure nunc abſque vl
la difficultate vtimur,etiamſi tractetur de
cenſu eccleſiaſtico.

## Vicinus uolens prope commu nem parietem ędificare,an teneatur ſeruare formam.l.fi:D.fin.regum.

*DECISIO CXV.*

1 *Aedificare volens prope parietem cōmunē an teneatur relinquere ſpatium, de quo in l.fi.D fi.regund.& nume.2.*
3 *Prope parietem communē licèt ædificare, dummodo ſocio non noceat.*
4 *Socius non poteſt canale iuxta parietem vicini apponere, quo illius partes deteriorentur.*

In pa-

IN pariete communi an liceat
ædificare, dixi ſup.deciſio.
23.& 41.Sed dubitatum fuit
an prope parietem commu
1 nem† volens ædificare do-
mum teneatur relinquere duos pedes
iuxta formam.l.fin. D.fin.regun.& circun
ſcripta illa quæſt. an dicta.l.fin. ſit corre-
cta,ut quidam voluerũt,quoniam contra
riũ eſt,vt per Cæpol.de ſerui. urb. præd.
cap.40.n.2.Nico.Valla de reb.dub. tract.
8.n.15.Prima facie videbatur dicendum,
quod teneatur vicinus in communi parie
te idem obſeruare,quia licet paries ſit cõ
munis tamen non eſt vicini ædificare uo-
lentis, & ideo cenſendus eſt ut alienus,cũ
magis noceat qualitas nocibilis partis alie
næ, quam proſit qualitas iuuans partis al-
terius ædificare volẽtis,& iura quæ dicũt,
poſſe uicinũ ædificare iuxta,uel apud mu
rum communem,intelliguntur per duos
pedes,vt clarè dicit Ang.in l.quidam.Ibe-
rus.col.fin.uerſic.in gl.quæ incipit,uel ad
parietẽ.D.de ſerui.urban.pręd.& hoc ui-
detur velle illa glo.in fin.& eam ſequitur
Bart.& Florian.

In contrarium videtur text.in d.l.qui-
2 dam Iberus ubi † prohibentur ad moueri
communi parieti Tibuli ad balneariã per
tinẽtes, quia murũ offendant nimio igne,
ſecus ergo in alio opere,& ędificio nõ no
cibili, & ita ibi uidet̃ uelle Floria. in uer.
ſi tamen ibi ſolum faceret tubam.uolens,
ꝙ quãdo ceſſat deterioratio poſſit admo
ueri:Ita ut ſi aliquid fiat, quod ſocio non
3 noceat, poſſit † inuito altero ſocius face-
re,l. fiſtulam. D de ſeruitu.urb.præd.vbi
camera, & ſcalę amouibiles poſſunt pro-
pe parietẽ communẽ conſtrui,quod nota
contra illos rixoſos vicinos,qui ne quidẽ
trabem,aut lapides iux.cõmunem parie-
tem pro commoditate ſocii apponi per-
mittunt, qua de re uide Franciſ. Marr.
quæſt.502.vbi loquit̃ de muro proprio,
& quæſt.503.& cũ hac poſteriori opinio-
ne videtur reſidere.Neuizan.conſ.56.nu-
mero 22.ubi dicit ita fuiſſe per duas con-
formes ſententias determinatum,& quan
do murus eſt communis non cogi ędificã
tẽ illud ſpatium intermittere tenet Nic.
Valla de reb.dub.dicto tracta.8.num.15.
* circa fin.principii & ita cenſuit Senatus in
quadam cauſa Vercellen.5. Maii.1569.re
4 ferente D. Enuiarum:non autem † licebit
ſocio ponere canale in muro cõmuni,per
quod murus ex humiditate deterior red
datur, ut per eundẽ Marc.quæſt.498.nu.
5.& 13.par.1.Nec ipſum murum cõmu-
nem aliquo modo debiliore reddere ita,
ut ruinæ periculum immineat,& ita cẽſe
* bat Senatus in cauſa Tabatii Taurinenſis
referente D.Senatus Ozaſco.17. Decẽb.
1589.meliorẽ uerò illum reddere poſſet
l.quidam Iberus.§. fin.in l fiſtulam. D.de
ſeruit.urba.præd l.Sabinus.ubi gl.D. com
muni diuidundo.

## Coloni Eccleſiæ an ſint immunes à collectis ratione partis colonicæ late diſcutitur, & diſputatur in utranque partem.

### *DECISIO CXVI.*

1 *Eccleſia eſt immunis à collectis ratione ſuorum prædiorum.*
2 *Coloni laicorum non ſoluunt collectas pro illorum parte colonica.*
3 *Collecta regulariter imponitur perſonis pro rebus.*
4 *Coloni eccleſiaſticorum ſunt immunes à collectis, ſed contra nu.8.*
5 *Collecta imponitur ratione fructuum.*
6 *Emptores fructuum eccleſiaſticorum tenentur pro eis ſoluere gabellas.*
7 *Immunitatis priuilegiũ ſtrictè ĩterpreteť.*
9 *Collecta in fraudem eccleſiaſticorum non poteſt imponi.*
10 *Coloni poßunt compelli pro ſua negotiatione, & pro rata fructuum ad collectas.*
11 *Vna res poteſt diuerſo iure aliquando cenſeri.*
12 *Tex.in c.eccleſiarum ſeruos.12.q.2.declaratur.*
13 *Coloni eccleſiæ non gaudent immunitate rebus impoſita.*
14 *Doctores multi in materia collectarum an ab illis coloni eccleſiæ ſint immunis declarantur.*

COLONI Eccleſiæ dicebant
ſe exeptos,& immunes à
ſolutione collectarũ ratio
ne partis colonicæ illis im
poſitarũ: dubitatum fuit,
an hoc uerũ eſſet,& multa hincinde pro-
pter



pter difficultatem iſtius quæſtionis addu
cta in facti contingentia fuerunt. Et in
primis pro immunitate,& in fauorem co
1 lonorum allegabatur,quod cum† eccleſia
non teneatur pro ſuis prædijs ſoluere. l.
placet ubi Doctores.C. de ſacroſan. eccl.
capitul.non minus.de immunit.eccleſiar.
ita nec ipſi deberent teneri,alias per indi-
rectum complerentur eccleſia, & fieret
fraus legi.confirmatur hoc ex regula,quę
habet quod coloni clericorum gaudet fo
ri priuilegio, de qua dixi late ſupra deciſ.
22.poſt D.Ozaſc.deciſio.32.

Secundo adducebatur quod coloni ẽt
2 laicorum,non poſſunt compelli† pro par
te colonica,quia ſolutio,collectarum non
eſt pro fructibus ſed pro prædijs.Alexan.
conſi.37.colum.pen.libro 4.& conſi.4.li-
bro 5 Curt.Sen.conſi.36. Bellon.cõſ.27.
nu.8.9.& 10. & late per Nattam. conſil.
409.nu.5.imo ſi ſolueret repeteret a do-
mino,vt ibi per Nattam poſt Bald in l.1.
col.2.C.de iur.emphy.& ſtatutum tale eſ
ſet iniquum Bar.Bal.in l.colonos.C.de a-
gricol. & cenſ. Hancque opinionem quo
ad colonos laicorum, vti æquiorẽ. tenui.
D.Ozaſc.deciſi. 83. & ita ut ipſe teſtatur
fuit ſequutus Senatus, licet alij quos idẽ
Ozaſ.refert tenuerint contrarium.

Tertio pro hac parte videtur ſtare tex.
in cap.Eccleſiarum ſeruos.12.quæſtio 2.
vbi prohibetur exactoribus ne ſeruos Ec-
cleſiarum ad onera compellant, cui con-
uenit alius tex.in cap.generaliter.§.noua-
rum.16.quæſtio.1.

Quarto quia impoſitio collectarũ re-
3 gulariter ſolet fieri† perſonis pro rebus ea
rũ.l.reſcript.§.fin.D.de muner.& honor.
ſed in caſu iſto perſona Eccleſiaſti. eſt im
munis,res etiam ſunt eccleſiaſticæ,& im-
munes,ergo nõ poſſunt grauari coloni ꝓ
parte colonica,quia alias exemptio eccle
ſiaſtica non conſeruaret dominos immu
nes niſi pro dimidia,ideſt pro parte domi
nicali, & non debẽt æedem res diuerſo iu
re cenſeri.l.eum,qui ædes. D. de vſucap.

Et pro hac opinione non deerãt autho
4 ritates,nam illã ſequutus† eſt Bar.in l.pla
cet,in fi.reperit. C.de ſacro. eccleſ. & ibi
Parpal.nu.74.& Bar.ſequitur Abb. conſ.
9.libro 1.Grat.conſil.130. libro 1. ubi la-
te pro hac parte cõſuluit. Natta.cõſ.409.
per totum, ubi reſpõdet ad Feder. de Se-
nis tenentem contrarium in cõſi. 111. &
poſt eũ Alciat.Bero.& alij multi Docto-
res,qui ſubſcripſerunt illi conſil. Grati, &
videtur de mente Bald.in l.1.3.notab.C.
de epiſcop.& cler.Aegid.Tomati in trac.
de collect.§.videndum.nu.8.vbi reſpon-
det ad contrarias rationes.Nicol. Feſtas.
de æſtimo.nu.50.& ſequen. Burſati.con-
ſil.25.per totum.lib.1.

In fauorem tamen communitatum,&
cõtra colonos adducebatur primo quod
ſeparatorũ ſeparata debet eſſe ratio ſed
fructus,qui percipiũtur a colonis pro ſua
parte ſunt ipſorũ colonorum, & quid tẽ-
porale,ergo pro illis debẽt teneri, eoque
5 magis, quia † collecta illi imponitur, qui
fructus percipit, & pro omni fructu ſolui
tur collecta Alb.conſi.40.num.7. Rolan.
conſ.66.num.29.lib.1.Crauet.conſi.497.
num. 5.libro 3.

Secundo, quod emptores fructuũ Ec-
6 cleſiaſticorum pro illis† tenentur ſoluere
gabellas.Archid.in capit.vltimo.de cen-
ſib.libro 6.Bertach.de gabell.pa.7.quęſt.
7. ergo tenebuntur coloni pro rata fru-
ctuum ſuæ partis colonicæ ſoluere.

Tertio mouet, quia priuilegiũ immu-
nitatis eſt ſtrictis iuris.c.priuilegia,& cap.
7 odia.de reg.iu.lib. 6. ideo † ſtricte debet
interpretari,vt ſolum cõcernat beneficiũ
eccleſiaſticorum non autem laicorũ co-
lonorum,quia ſi ipſi eximerentur, illorũ
eſſet principale commodum.

Quarto pro hac oppinione aducitur di
ctum Bart.in auth.ſed periculum,in fi.C.
ſine cen. uel reliqui. & clarius in terminis
8 †hanc partem tenuerũt Fede.de Sen.cõ-
ſilio.111.an diocеſanus num.9.Bertach.
gabel.dicta par.7. quæſtio.7. Geminian.
in cap.quanquam.in fi de cenſib.lib.6.&
ibidem Franc. Aret.in l.placet.in 3. col.
verſic.capio.gl. in uerbo extraordinariũ.
C.de ſacroſ.eccleſ.1o. de Pla.in l.Senato-
rum C.de dignita.Brun in tracta.de ſtat.
excluden.fœmin.artic.8.quæſtio.21.col.
3.uerſic. & pro hac parte, & in fin. illius
quæſtionis.Aegid.Boſſ.de princip.n.124.
Ferret.de gabell.num. 537. & videtur de
mente Innoc. in cap. non minus. de im-
munit.eccleſiar.& ibi Abb.num.14.verſi.
uel ſecũdo.vbi volũt,quod coloni teneã
tur ad quędam munera,a quibus eccleſia
eſt exempta,& quod pro parte colonica
omnino

omnino teneatur, uoluit Remig. Gonni.
in tracta.de charitatiuo ſubſidio.q.61.nu.
20.&.ſequ.Rip.in tract.de peſte.1.par.ui.
par.q.5.& ego hanc opinionem receptio
rem uideo, & ueriorem ac æquiorē arbi
tror.ſpecialia enim non ſunt multiplican
da.l.1.C.de do.promiſſ.

Ad allegata in contrarium facilis eſt re
ſponſio,& ad primum dicitur, quod non
eſt admittendum, ut per indirectum gra
uetur eccleſia, put eſſet ſi coloni eccleſię
ad aliqua onera com pellerentur, ad quæ
alii coloni laicorum non teneantur, tunc
9 enim cenſerentur† fieri in fraudem,& non
admitteretur,ut in terminis dicit Fed. de
Sen.dicto.num 9.&illud dictum Fed. re-
fert,& ſequitur Iaſ.in l.1.num.10.C. de in
dict.uidui.tollen. & quando ultra modū
uellet dominus tēporalis grauare. Eſpico
pus hoc non ſuſtinebit Gemin.in c.quam
quam.in fi.de cenſib.ſed quando hoc nō
ſit in fraudem,& non grauantur coloni ec
cleſię ultra modum & ultra formā alio-
rum colonorum,certè nō poſſunt ipſi vel
eccleſia conqueri per rationis ſupra addu
ctas, & ad regulam illam,quod coloni ec-
cleſiæ gaudeant illius priuilegio reſpōde
tur illud eſſe verum in colonis & famulis
perpetuis nō in partiariis,& cōtraria opi-
nio eſt recepta,vt dixi ibi num.4.in fi.

Ad ſecundum reſpondetur uerum eſſe
ꝙ coloni non tenētur ſoluere pro prædio
10 domini,†ſed pro ſua negotiatione.uel pro
rata fructuum ſuorum bene poſſunt tene
ri.Luc.de Penn.in l.fi.de quibus muner.
nemi.lic.ſe excuſa.quæſt.17.& l.fi. C. de
fund.limitrof.Iaſ.conſi.109.libro.1.Bart.
in l.C.de annon.& trib.Feder.de Sen.di.
conſi.111.Io.de Plate.in l.nemo.C.de di
gnita.Geminia.in d.c.quāquam.de cenſi
bus Bertachin.de gabell.par.7.q.6.in cle
men.fi.colum.2.de cenſib.Natta di.conſi.
409.numer.1.& 6.preſertim ſi talis eſt re
gionis cōſuetudo,prout præſuponebatur
in facto eſſe in patria Vercellarū, de qua
cōſuetudine teſtatur.D.Ozaſ.d. deciſ.83.
in fi.Nec obſtat ſi forte dicat, quod colo-
ni non dicuntur habere fructus ex lucro,
cum ponant operas ſuas,quarum loco ce
dunt fructus,quia reſpondetur, quod ſua-
rum operarum ratio habenda erit in taxu
collectarum,ut in ſimili dicit Imo.in cle.
1.de decim.nume.14.uerſicu.ſi autē.ſint
cenſuales.Ozaſc.d.deciſ.83.num.107.&
8.item ſi ipſi ponunt operas,Domini po-
nunt prædia & tamen laici domini tenen
tur,non erit igitur abſonum, quod illi te-
neantur in aliquo iuxta lucri ſui qualitatē
& hoc modo poteſt reſpōderi ad rationē
Abb.in dicto conſi.9.circa fin.libro.1.Pre
11 terea non eſt inconueniens, quod † una
res diuerſo reſpectu, diuerſo etiā iure cē
ſeatur,ex diuerſitate ſcilicet rōnis, & cau
ſæ,ideo coloni tenentur pro una re ad de-
cimas licet pro eadem domini non teneā
tur gl.ſingula. & communiter approbata
in clemen.1.de decim. in uerbo excolen
dus, quam in his terminis pro reſponſio
ne ad regulam.l.cum qui ædes citat Soci.
in conſi.268.in princi.ſicque intelligenda
eſt dicta deciſ.83.Dom.Ozaſ.

Non obſtat tex. in dicto capit eccleſia
rū tertio loco adductus,quia reſpondetur
12 ꝙ † ille tex. loquitur ſeruis, qui ſunt ſub
domino eccleſię,ſecus uero eſt in colonis
non ſeruis, ita reſpondet Feder.d. conſi.
111,& Abb.in d.c.non minus.nume.14.
uerſiculo,uel ſecundo. Gramma. in ſimili
conſi. 102.nume.15.inter.ciuilia.

Ad quartum reſpōdetur, ꝙ iſta ſunt ſe
parata colonus.& eccleſia, ſeu prædia, &
perſonę eccleſiaſticę,ut dicit idem Feder.
& licet coloni grauentur, non tamen gra
uatur eccleſia in prædiis, uel perſonis,ſed
pro rata fructuum colonis pertinentium,
ut dicunt Franc.& Gemi.in d.c.quamquā
& quādo onus eſt reale prout eſt colecta
13 principaliter,quę imponitur ꝑ rebus† tūc
coloni non gaudent immunitate, ut in ſi-
mili de decima dicit Ferret d.tracta.de ga
bell.num.528.& eſt elegans deciſio Rotę
in antiquis ſub tit. de decim.

Denique nō obſtāt authoritates in cō
trarium allegatæ,quia contrariam ſenten
tiam tenuerunt alii non minoris authori-
14 tatis,& pōderis Doctores Pręterea† Bar.
in loco citato bene intellectus facit ꝑ opi
nione iſta,loquitur enim,quādo ultra mo
dum grauātur coloni in fraudem eccleſię
ut dictum eſt ſupra in reſponſione ad pri
mum obiectum, & eodem modo reſpon
detur ad opinionem Parp.qui ſimpliciter
ſequitur ibi Bar. imo Parpal.dicit uerum,
quod Bart.non determinat expreſſe hanc
queſtionem,& ipſe magis reſidet in con-
traria ſententia,& inſpecta ratione, & au
tho-



thoritate Federic.quā in fi. illius numeri
allegat,& ideo Parpal.bene citatur ab om
nibus pro hac parte. Abb. autem in dicto
conſi.9.in fi.loquitur quando fit impoſito
pro oneribus,patrimonialibus, & pro re-
bus poſſeſſis,ſecus uero in caſu noſtro,vbi
imponitur collecta pro onere perſonali
uel pro lucris,& trafigo. & ideo idē Abb.
in conſil.53 nume. 3. lib.1.non audet il
lam opinionem firmare,quod iſti ſerui lai
ci fruantur priuilegio eccleſiarum, imo
quod non fruantur,cenſuit Senatus in di-
cta deciſio.12.Gratus vero videtur potius
cauſæ ſuæ,& pro ſuo intereſſe in cauſſa ꝓ
pria inſeruiſſe, quam ueritati.& gl. quam
ipſe allegat in cle.j.in verbo. excolendas
in fi.de decim.loquitur,quādo priuilegiū
exemptionis eſt in rē, & imponitur onus
rei,ita vt ſecus ſi quando imponitur onus
perſonę,quia tunc pro ſua portione colo
ni tenebuntur.Et ſi gloſ.aliter ſentiret,nō
eſſet communiter approbata,vt dicit Gra.
ſed potius reprobata,ꝑ ea quæ ſupra dixi,
Et illa gloſ loquitur in decimis,quæ debē
tur ratione prædii,ſecus ſi rationi fructuū
vt etiam loquitur Abb.in c.ex parte il pri
mo.colum.2 de decim.uolens quod colo
nus partiarius, teneatur ad decimas pro
parte fructuum ab eo perceptorum, poſt
Feder.d.conſ.111.num.10 Socy conſilio
268.colum.1.dicens communem,Ad au-
thoritatē.Nat.reſpondeo, ꝙ loquitur fun
dando ſe in caſu,quādo grauantur coloni
non pro ſuo lucro fructuum, uel trafigo,
ſed pro poſſeſſione,& prædio,tunc enim
cum poſſeſſio,& prædium non ſit coloni,
iniquū eſt ſi cōpellantur ad collectas etiāſi
eſſent coloni laicorum.Præterea ibi Nat.
reſpondēdo ad Feder.intelligit procedere
quando eſt onus concernens fructus, & re
ipſam. At nos etiam intelligimus, vt talis
ſolutio fiat ratione rei ideſt fructuum, nō
autem rei ideſt prædii eccleſiaſtici & patri
monii.Non obſt.ultimo authoritas Burſ.
quia vltra,quod dici poſſet illius opinionē
ueram non eſſe ex ſupradictis, reſponderi
poterit illum loqui in ſpeciali priuilegio,
& de immunitate rebus ipſis non perſonę
conceſſa,ut per eundem ibi num.5.Acce-
dat,quod hic agitur de taxu quod ſuccedit
loco ſalis,ad cuius ſolutionem omnes in
diſtincte tam eccleſiaſtici,quam laici,tene
rentur,cum capiant ipſi, & eorum beſtiæ
ex ipſo ſale commodum & beneficium,&
ſecundum naturam ſit,vt qui habet com-
modum ſentiat etiam incommodū, ideo
res magis remanebat extra difficultatem.

Facta igitur omnium prædictorum iu-
rium,& rationem matura diſcuſſione, &
rei veritate diligente penſata,poſt multas
diſputationes, & librorum reuolutiones,
* tandem Senatus cenſuit eſſe compellēdos
colonos monacorum,& eccleſiaſticorum
ad collectas pro illorum parte colonica tā
tum, & pro eorū beſtiis, ita tamen quod
non compellantur in plus quam alii colo-
ni laicorum,ne in fraudem eccleſiaſticę li
bertatis hoc fieret.Sed ſi monaci,& eccle
ſiaſtici vellent habere famulos, & boues,
& ipſi fuit bobus agros colere,& tunc ſint
immunes,& non poſſint collectari, & ita
fuit iudicatum in cauſa Vercellenſi, cōtra
Reuerendos monachos Sancti Andreę,ca
nonicos regulares.1569.20.Decem.Quid
uero dicēdū ſit de emphyteota eccleſiæ
uide D.Solā.in commen.ad decr.Sabau.
titu.de iure emphy.gl.2.3.par.in fi.vbi la
te hoc examinat.

## Poſſeſſorii cā matrimonialis an corā laico iudice tractari poſſit.

### *DECISIO CXVII.*

1 *Poſſeſſorij cauſa poteſt coram iudice laico tractari.*
2 *Index laicus an poſſit cognoſcere de cauſa matrimonii poſſeſſorio,& nu 4.*
3 *Matrimonialis cauſa etiam poßeſſoria habet mixtam ſpiritualitatem.*

1 POSSESSORII cauſa
†tractati pōt corā laico,vt
per Guid.Pap.q.1.& ita vti
tur hoc iure Senatus,vt ha
bet inter dec.Senatus Pe-
demōtani apud D.Ozaſ.dec.116. & dixi
ego latius ſup.deci.82.per totā, quicquid
uoluerit Afflic.in contrarium in conſtitu.
Neapo.lib.1.rubr.67 nume.9. & 12. Sed
quæro an idem ſit in cauſa poſſeſſoria ma
2 trimoniali, ut de ea † iudex laicus poſſit
cognoſcere,& ſit competens,puta quādo
maritus petit uxorem,quæ diuertit, vt ad
ſe redeat intentando remedium ſpoliato
competens?Pro eccleſiaſtico facit glo.in
cap.

cap.ex tranſmiſſa.in uerbo.& ab eo.de re
ſtit.ſpol.quæ vult, ꝙ qui agit ad reſtitu-
tionem probet deſponſationem,& copu
lam,& quo hoc poſſeſſorium non habet
naturam aliorum,& non ſufficit ſola poſ-
ſeſſio,quia non poteſt haberi ſine iure, &
legitima deſponſatione in aliis autem ſuf
ficit titulus coloratus,vnde nõ poterit ad
inſtar alterius poſſeſſorii iudex laicus co-
gnoſcere.
Secũdo ꝑ hac opinionẽ facit quod di-
cit Anto.de But.in c.literas.de iura.cal.&
in c.ex conqueſtione.de reſtit.ſpol.quem
refert Igne.in l.Neceſſarias.§.nõ alias. pa.
2.num.2.Ad Sylla.vbi dicitur,quod cau
3 ſa† matrimonialis etiam poſſeſſoria habet
mixtã cauſam ſpiritualitatis, ideo iudex
laicus eſt incapax & ipſe nõ poteſt in cau
ſa matrimonia.cognoſcere,vt per Afflict.
in conſtitu.reg.lib.3.rub.48.& num 6. &
8.quinimo poſſet iudex eccleſiaſticus eo
caſu inhibere iudici laico ne de illa cauſa
cognoſcat,ut per Angel.de Vbal.inter cõ
ſi.matrimoniali.uarior.conſi.44.num.57.
& 60.li.1.& per Plot.ibidem.conſili. 87.
nu.15.
Ex aduerſo uero, ꝙ imo iudex laicus
4 ſit cõpetens,†al legabatur regula gene-
ralis,de qua ſupra dicta dec.82.&ad aut.
gl.& But.reſpõdebatur quod ipſũ loquun
tur in quolibet poſſeſſorio tam cauſę ma
trimonialis quam alterius,& tamen con-
tra eos communis eſt in cõtrarium, vt de
monſtrat.Ign.in d.repe.§.non alias.par.2.
nu.11.vbi diſputat per multas columnas.
hanc quæſtionem,dicens iudicem laicum
eſſe capacem in quocũque poſſeſſorio ẽt
adipiſcendæ vt ibi num.17.verſicu.ex ad-
uerſo.Itẽ ad illas rationes ſupra adductas
vnico verbo reſpõderi poteſt,quod iudex
laicus non eſt cõpetens in cauſa matrimo
niali quia non poterit de illa principaliter
cognoſcere,ſed bene incidenter ad hoc in
c.intelleximus de ord.cogn.& tenet Ant.
Franc.de Doctorib.in eodem.li.1.conſil.
matrim.conſi.68.nu.27. ſicut incidenter.
omnes vno ore Doctores admittũt,vt co
gnoſcendo de cauſa poſſeſſoria eccleſiaſti
ca cognoſcat de titul. & cum hac opin.in
cauſa matrimoniali videtur trãſire. Pe.de
Anchar.in c.eaque.num.11.ſub quarta.q.
de reg.iur.lib.6.& ex his Senatus in ſimili
articulo cum uir peteret a ſocero vxorem
quam retinebat, & uxor peteret cauſam
eccleſiaſtico remitti,cẽſuit per ordinatio
nem cauſam in hoc emergenti eſſe retinẽ
* dam 1586.10.Martii.In cauſa Bugellen.in
ter Ferrerium,& Conſtantinum.

## Infantem expoſitũ alere quis teneatur,& quis ei ſuccedat.

### DECISIO CXVIII.

1 *Infantem expoſitum alere tenetur eccleſia, ſi non extat hoſpitale.*
2 *Infanti expoſito princeps, uel uaſſalus an de alimentis prouidere debeant.*
3 *Communitas an teneatur expoſitum alere.*
4 *Noua opinio ad quẽ ſpectet expoſitũ alere*
5 *Infanti expoſito quis ſuccedat.*

INFANS expoſitus fuit quæ
rebatur quis teneretur illum
alere,& cum hæc queſtio cõ
trouerteretur in Senatu Domi
ni erat diſcordes,& in uaria
1 opinione. Nam.quidam† volebant hoc
onus ſpectare eccleſiæ, per doctr. Iacob.
de S.Georg.in l. hęres abſens. §. ſi quis
tutellam.num.41.D.de iudit.qui pro hac
opinione allegat.Abb.in c.1.num.3.de in
fantibus expoſit.cuius dictum, nouiſſime
ſequitur Dom.compater meus.Ant. Sola
in commẽ.ad decreta anti. Sabaud.tit.de
capit.debitor.pro cau.ciuil.glo.vul.3. pa.
nu.8.& hoc ſi non extat aliquod hoſpita-
le, tunc enim hoſpitali ſpectat hoc onus,
gl.1.in.c.fi.87.diſt.
Alii vero dicebant hoc onus ſpectare
2 Principi,uel vaſſallo.†qui eſt dominus lo-
ci ubi infrans exponitur,quia cũ princeps
ſuccedat in bonis uacantib.l.1.C.de bon.
uac.Bal.in l.ſi qua illuſtris ad Orfic.& ſic
ſuccedere debeat iſtis, qui non habent cõ
ſanguineos cognitos,merito illi etiã ſpe-
ctabit ius alendi.argum.l.quo tutella,& l.
ſecundum naturam.D.de reg.iur.
Tertia erat opinio illorum,qui dicebãt
3 hoc onus ſpectare† communitati ea ratio
ne, quia cum tales expoſiti dicantur filii
populi.iux.illud.

*Cui pater eſt populus,pater eſt ſibi.*
*nullus & omnis.*

Ob idque uulgo queſiti dicãtur,ideo
ad



ad uniuerſitatem tãquam matrem dicto
rum filiorum hoc onus ſpectare debeat.
4 Ego uero etiam in† noua opinione, ꝙ
tale onus ſpectare deberet vniformiter
ad eccleſiam,uaſſallum, & communitatẽ,
quia cũ hoc ſit ex pia cauſa,& ꝓ elemoſi-
na,ad quam eccleſiã,uaſſallus,& populus
tenẽtur,ad illos etiã debet hoc onus ſpe
ctare,& unicuiq; pro rata facultatem ſua
rum,pro qua opinione reperi conſonare
Nouell.Iuſtin.conſtitu.153.de infantibus
expoſi.uerſi.quin ſancimus. ubi uult iſtis
infantibus eſſe ſubueniendum ad Archie
piſcopo,& a tota illi ſuppoſita eccleſia,ꝙ
ego interpretor,omni fidelium cõgrega
tione tam laicorum,quam clericorum, &
etiam ab ipſo magiſtratu laico, cum etiã
præfecto præcipiat,ut illis opẽ ferat,& in
hanc opinionem cõueniebãt omnes aliæ
ſupra relatæ.
Tandem uiſum fuit maiori parti domi
* norũ ita iudicare,quod ſi extet in loco ho
ſpitale,ad illius curam ſpectet hoc onus,
per gl.in d.c.fi.87.diſt.ſin minus teneatur
rector eccleſiæ infantem alere,quod ſi re
ctor nõ habebat ad id ſufficientes faculta
tes,tunc omnes concurrãt pro rata facul
tatum,uidelicet rector, uaſſallus,uel Prin
ceps, & cõmunitas iuxta dictam auth.in
cauſa Aſprimontis 1570.21.Ianuarij,Imo
indiſtincte iterum cẽſuit hoc onus ſpecta
re ad rectorem loci in cauſa communita
tis Iaueni contra procuratorem fiſcalem
Illuſtriſſimi Guidonis Ferrerij Cardina.
Vercellẽ. mei conſobrini Abbatis illius lo
ci,de qua etiã ſententia meminit D.Sola
in ſupradicto loco,præſertim ſi rector ha
bet ad id ſufficientes redditus. Verũ hoc
caſu exiſtimo Senatum ea ratione motũ,
quod Illuſtriſſimus Cardinalis illic habe-
ret opulentiſſimas facultates,quarum bo
nam partem in pauperum alimenta expẽ
dere ſolebat. Cæterum in alio caſu exiſti
marẽ eſſe iudici præſertim uero Senatui
arbitrium ordinare, quid pro loci quan-
titate exiſtimandum eſſet,& in dubio ut
omnes in hoc pium opus concurrent ex
ratione ſupra adducta, ut quod a multis
portatur pondus minus omnes grauet.
Cæterum nota hic ad præſentẽ mate-
riã durum uideri, quod is,qui pietatis cau
ſa expoſitum recolligit,& alit, nõ poteſt
alimẽta repetere niſi i caſibus, de quibus
per Abb.& alios.in d.capi.1.de infantibus
5 expoſ.nec† etiam illi ſuccedit ab inteſtato
ut per Hoſt.& Zabarel.in d.c.1.per tex.in
l.nutrioribus.C.de cõm.de ſucceſ.ſed illi
ſuccedit eccleſia,quę erogat bona in pias
cauſas auth. omnes peregrini. C.cõm.de
bon.uacan.lib.10.unde bene ipſa nutrire
tenetur cum ſuccedat, ut qui ſentit com
modum,ſentiat & incommodum.

## Frater an pro debito ciuili poſſit ad inſtantiam fratris carcerari,& detineri.

### DECISIO CXIX.

1 *Frater an fratrem pro debita ciuili poſſit arreſtare.*
2 *Frater dicitur fere alter.*
3 *Glo.in l.uerũ,in principio,D.pro ſoc.examinatur.*

FRATER Fratrem carcera-
ri,& detineri facere pro de-
bito ciuili intendebat,& pro
eo ſupplicem libellum no-
bis in Senatu protexerat.
1 † dubitatum fuit an id eſſe fratri poſtulan
ti concedendum. Quæſtio hæc mihi uiſa
fuit pulcherima,& notanda tanquam pe
regrina,& illam in ſpecie tãgit nouiſſime
Gaſpar.Beatius Hiſpanus in tract. de ino-
pe debito.cap.17.num.80. & ſequ.ubi di
ſputat in utrãque partem, & tandem con
cludit poſſe fratrem ad inſtantiam fratris
arreſtari reprobata aliquorum diſtinctio-
ne,qui uoluerunt diſtinguere inter vteri-
num,& alium,ſed illius opinio durior mi-
hi uiſa eſt quã quæ in iuditiis obſeruetur
* & propterea a Senatus in cauſa Boetorũ
reſcripſit poſſe quidem conueniri fratrẽ
in ſolidum nõ tamen carcerati ad fratris
inſtantiam,Pro qua ſententia ad cõfirma
2 tionẽ reſcripti facit in primis,† quod fra
ter dicitur quaſi fere alter, & crudelis il
le eſt,qui carnẽ ſuã odio proſequitur ca
pi.non æſtimemus.13.q.2.
Secundo,quia ſocius conueniri non de
bet,niſi in quantum facere poteſt,quia lo
co fratris eſt,ergo idem in fratre l verum
in princip.D.pro ſoc.quia iuxta dictũ phi
loſophi propter ꝙ unũ quodq; tale & il
lud

lud magis tale aut. multo magis. C. de ſa
croſa.ecc.& quamuis glo.ibi dicat fratrē
in hoc non eſſe ita priuilegiatū, ut eſt ſo-
3 cius, & eam †glo.not.dicant,& ſequantur
Petr. Iacob.Butri.Raine. Bar.Bal.Alber.q
dicit communem, & Salic.in d.l.uerū, &
ibidē Fulg.qui dicit omnes doc. excepto
Iacob.de Rauen.cū illa gl.tranſire, & cer-
te illa gl.communiter approbatur, & eam
etiā ſequitur.P.de Vbaldis de ſociet. par.
15.col.2.Iaſ.in §.ſed & ſi quis cum parēt.
num.4.Inſti.de act. tamen illa uidetur du-
ra,& deſtruere illum tex.& cōtra opinio-
nem gl.tenuit Iacob. de Rauen. quem ibi
citat Alber & etiam Io.Fab. in d.§. ſed &
ſi quis cum parēte Addo ego,ꝙ cōtra illā
faciunt uerba tex.ibi.

## Cum ſocietas ius quodāmodo fraternitatis in ſe habeat.

Nā comparat ibi Vlpianus ſocietatem
fraternitatis,unde non debet eſſe melior
comparatio comparato,& non negat Ac
curſ.ibi quin frater ſolum cōueniatur in
quantum facere poteſt,& nō ultra. Alias
etiam rationes ponit Alberi.quarum alte
ram reperit Io.Fab.in d.§.ſed & ſi qs cū
parente nempe,quod frater tenetur alere
fratrem ſi non habet unde ergo nō debet
cōuenire fratrem in plus quam facere po
teſt,& eadem ratione hoc tenet Are.in d.
§.quamuis reſtringat in fratre utrinq; con
iuncto.

Nec obſtat huic opinioni contra gl. ꝙ
de fratre nō loquunt iura præſertim tex.
in d.§ ſed & ſi quis quia reſpondetur, ꝙ
cum hęc extenſio cōueniat ęquitati & bo
nis moribus,ideo fienda eſt,vt in ſimili di
cit Io.de Plat.in d.§.ſed & ſi quis.dum ex
tendit,id quod dicitur de ſocio ad canoni
cos,& alios, qui ſunt in eodem collegio,
& quod hæc extenſio fiat ex æquitate di
cit tex.in l.non tantum.in fi.D.de re iud.

Minus ob quæ Beat.ſcribit ī ſupra cita
to loco,quia ultra quod non bene reſpon
det ad conſi.Bald.quem allegauit,illius ra
tio non eſt concludens, dum uoluit ſociū
liberari,& fratrem non,quia hoc eſt cōtra
naturalem equitatem,& eſſet melioris cō
ditionis cōſtituere ſocium quam fratrem
cōtra mentem ipſius.I.C.in d.l.uerum,&
quamuis leges de hoc non dicant,tamen
præſumēdum nō eſt illas uoluiſſe hoc be
neficiū fratri negare, cum benignę ſint l.
benignius D.de leg.præſertim vero inter
nos Chriſtianos ,inter quos inter fratres
charitatis exuberātia maior exigitur, iux.
illud Malach.2. *Quare ego deſpicit unuſquiſq; ueſtrū fratrē ſuum*.& Machab.12.
ubi ſocietatē fra ernitatē appellat.& Pau.
ad Rom.c.12 *Charitatem fraternitatis inuicem diligētes*,& alibi; *Nemo ſupergrediatur in negotio fratrē ſuum, neque urgebit eum quaſi exactor,& ſimilia.*

## Emphyteota quando ualeat,& poſſit petere retractari canonē, ꝙ pro re emphyteotica ſoluit.

### *DECISIO CXX.*

1 *Emphyteotica penſio excedens in 25.annis ualorē prædij emphyteotici retractari debet.*
2 *Emphyteota intētas læſionem, & remediū l.2.C.de reſcind uendi.quid agere,& probare debeat.*

EMPHYTEOTA retra-
ctari canonē petebat ut ni
1 mis exceſſiuum. †.Dictum
fuit debere retractari ſi ex
cedebat in 25. annis ualorē
prædij emphyteotici,& tāto magis ſi an
nis 20.aut.de eccleſiaſt.tit.§.ſi uero loca.
& de nō alien.aut permutan. reb. eccl.§.
ſi uero alicuius.§.dudū.& §.qa uero leo
nis.gl.fi.in auth perpetua.C de ſac.ſan.ec
cle.Alex.conſi.74.num.6.lib.1.gl.in cap.
cum cauſa.de teſtibus,& ita cenſuit Sena
* tus in caſu Fratrum Santi Dominici de
Claraſco,& Rachæ.ubi pro decem iugeri
bus alteni,prati, & nemoris ſoluebantur
ſachi quinque frumenti, quouis caſu non
obſtante,ac cum aliis pactis,& reduxit ad
ſachos tres cum dimidio, data tamen ele
ctione fratribus reſcindēdi emphyteoſim
ſi nolebant acceptare dictā reductionem
& hoc illa ratione deciſum fuit, quia præ
ter id, quod cenſus annus erat magnus,
ita ut correſpondet fructibus imo quaſi
excederet,emphyteota ſoluerat introgiū
& multa pacta in illius odiū oppoſita fue
rant, quæ ualde grauabant emphyteotam
ita ut potuiſſe dici ualde læſus, & quam-
uis lęſio non eſſet ultra dimidiam, tamen
quia



quia facta fuerat ab eccleſia, quę eſſe de-
bet iuſtitiæ cultrix,& in ea debet ſupera-
bundare bona fides, per ea quæ allegat
Cagn.in l.ſecunda.C.de reſcinden. uend.
nu.10.fuit habita conſideratio talis læſio
nis etiam minoris.

Cæterum cum d.l. 2. habeat locū etiā
in contractu emphyteotico, ut dicit latè
idem Cagnol. poſt alios per eū citatos in
dicta l.2.nu.203.quem ibi ſequitur Arius
Pinell.prima par.cap.3.num.37.ubi in fi.
tradit qualiter iſtius læſionis æſtimatio fa
2 cienda ſit,deberet ut poſſit † emphyteo-
ta petere reductionem penſionis, proba-
re,quod penſio eſt maior,quam ſint om-
nes fructus etiam ultra dimidiam, prout
in locatione cōſiderant Doctores.ibi, tūc
enim penſio reducitur ad æquitatē, quia
aſſimilatur locationi, imo potius uidetur
locatio,ut per Cagnol. dicto nume. 203.
& Alci.in l.ſecunda.§.nā ſi aliud.D.ſi cer-
tum petatur.poſt Roma.& Picum per eū
citatos. In qua habenda erit ratio pacto-
rum in contractu emphyteotico appoſi-
torum per quæ fit penſio leuior, uel gra-
uior,ut in caſu propoſito fratrum Sancti
Dominici.Et facilius etiam reducitur hæc
penſio in emphyteoſi,quam in ſimplici o
catione, quia locatio cum ſit temporaria
minus poteſt grauare conductorem, ſed
cū hæc emphyteoſis ſit perpetua,in mul-
tiplicatis ſolutionibus penſionum perpe-
tuarū magis emphyteota grauatur. Et ſo-
let ēt fieri reductio ad æquitatem, quādo
res tractu temporis iniqua redditur, per
text. ſingularem in l.cum quidam. D.de
vſur.& dicam infra deciſ.226.

## Donatio, quæ ex diſpoſitione, l.ſi unquam. C. de reuocan. donat.natiuitate filiorū reuocatur, an per tacitam donantis non reuocantis conſenſum poſt natos filios confirmata cenſeatur.

### *DECISIO CXXI.*

1 *Donatio an reuocetur, & illius reuocatio ad hæredes tranſmittatur ſi pater filijs natis donationem non reuocauit, & paſſus eſt donatarium re donata frui.& nu. 2. & 6.*
3 *Donatio in ſpecie l.ſi unquam reuocata cenſetur ex præſumpta mente donantis.*
4 *Pater non cenſetur mutaſſe teſtamentum, ſi poſt natum poſthumum illud non reuocauit.*
5 *Donans ſi de liberis cogitet facit ceſſare diſpoſitionem.l.ſi unquam.*
7 *Donatio in ſpecie.l.ſi unquam ſi non reuocatur taciturnitate patris, tamen mortuo ipſo uſque ad dimidiam reuocabitur.*

DONATIO reuocatur ip-
ſo iure per ſuperueniētiam
liberorum.l. ſi unquam. C.
de reuocan.donat. vbi Do-
ctor. & latiſſimè omniū Ti
raquel.ibi in verbo.Reuertatur.Sed quæ-
ſitum fuit in facti contingentia,quid ſi fi-
1 lij natis† pater nil dixerit, & paſſus ſit do-
natarium poſſidere per annum uel bien-
nium,an eo inde mortuo poſſint filij eā
rem donatā auocare. Paſſus eſt ualde du-
bius,ut dicit Ripa. qui hanc quæſtionem
format in dicta l.ſi unquam. numer. 108.
quæſt.42.lib.3.reſponſor.& pro filijs alle
gantur quatuor argumenta per eundem
Rip.nu.105.& 106. quę non refero, ſed
ibi uideri poterunt,ne illius uerba de car-
ta in papirum ut dicitur transferā. Quibus
ego addo quintū ex l. Longobardorum,
quam citatim his terminis Alber. in prin.
d.l.ſi unquam,& eſt inter illorum leges ti
tu.de ſucc.li.2.l.ſi quis ſe deſperauerit ibi.
*Omne thinxi (quod eſt donatio,) quæ prius facta eſt rumpatur, & filijs legitimi unus uel plures, qui poſtea nati fuerint, hæredes patri in omnibus ſuccedant*, quæ verba im
portare uidentur,ut ſine aliqua difficulta-
te poſt mortem patris filij poſtea nati uti
hæredes omnia recuperent.

Probatur præterea hæc opinio autho-
ritate magnorum uirorum nempe Albe.
in d.l.ſi unquam colu.2.in princi.& ibidē
Angel.Bald.conſ.239.col.2.lib.3. & Cla-
rius hoc voluit Rip.in d.q.42.Socyn.Sen.
conſ.126.uiſum fuit col.5.verſ. quod au-
tem.lib.3.Pariſ.conſ.73.nu.16.li.1.faciūt
dicta per Guid.Pap.in deci.114.nu.3.ubi
voluit, non eſſe neceſſariam reuocationē
hæredis, qa ipſo iure donatio reuocatur
per d.l.ſi unquā Aluar.Valaſc Luſita. om
nino uidendus conſultat 31.num.7.uſque
in fin.

Pro contraria uero, quod imo hoc in
caſu filij mortuo patre non poſſint iam fa
2 ctum donationem reuocare † faciunt 5. ar
gumẽta relata per Ripam. in dicta quæſt.
41. quę ibi uideantur, quibus addo ſextũ
3 quia beneficium† reuocationis inducitur
ex præſumpta mente donantis, ut dicunt
Doctores in dicta l. & Imol. in c. in fi. col.
fin. de donatio. Socin. conſil. 247. colum.
pen. verſicul. 2. principaliter. ſi ergo de cõ
traria mente cõſtet ex coniecturis, uel ta-
cita voluntate ceſſabit beneficiũ dictæ l.
ut ibidem dicit Imol. & Socin. & idem So
cin. conſilio 53. numero. 17. lib. 1. & conſi
lio 39. nume. 16. libro 3. hic autem cõſtat
de mente donãtis, qui uidens filios natos,
donatariũ poſſidere permittit, nec decla-
rat uelle donationem irritam eſſe, magis
enim eſt facto, quam uerbo animũ ſuum
declarare. l. Paulus. D. rem ratam habe, ſic
etiam ex hac coniectura non mutatæ uo
4 luntatis non † cenſeri mutatum teſtamen
tum, quod pater ante natũ poſthumum
condiderat, magis communiter cõtra Bar
tol. ſententiam noſtri concludunt, de qua
re dicemus, infra ſuo loco late, & hęc pari
ficat Crot. conſi. 66. num. 22. & in hac ſpe
cie arguunt Tiraq. & Rip.

Septimo facit, quia communis eſt con
5 cluſio, quod quãdo † donans cogitat de li
beris, & nihilominus donat, tunc non pro
cedit d. l. ſi unquam Socyn. con. 53. nume
ro 7. libro 4. Clar. in §. donatio quæſtio.
22. verſ. ex qua quidem ratione. ergo tan
to magis ſi uidet filios natos, & nihil dicit
ſed patitur donatariũ frui donatione, ut
arguit Cor. conſi. 4. nu. 6. lib. 3.

Octauo adduci põt l. 1. §. fi. D. ad Sena
tuſc. Syllanianum, ubi etiam crimini con-
donatum uidetur ſi offenſus nihil dicat.

Nono ꝓ hac ſententia apertus uidetur
tex. in d. l. ſi unquam in fi. ubi uolunt Imp.
res donatas natiuitate filiorum ad donan
tem redire integre, ita ut ad illius liberum
arbitrium, & in illius patrimonio perma
neant, quo fit, ut ſicut ſi filios haberet, poſ
ſet diſponere, ita ex taciturnitate, cũ in il-
lius bonis redierit, & non reuocauerit,
quaſi illius l. beneficio uti noluerit, dona-
tionem cõfirmaſſe cenſeatur, ut in 1. arg.
hic innuit Rip.

6 Denique firmatur † hæc opinio autho-
ritate Bald. in l. prima. C. de inofficio. do-
natio. quẽ ſequitur Caſtren. in l. ſecunda.
in fine C. de poſthum. hæred. inſtit. Iaſ. in
authenti. ex cauſa. columna fina. numero
25. verſiculo pro prima opinione. C. de li
ber. præterit. Cuman. in l. Titia, §. Impera-
tor. colum. fin. uerſiculo amplius dico. D.
de legat. ſecundo. Guid. Pap. ſingula. 339.
Socyn. Sen. conſilio 39. numero 14. libro
tertio. allegatur & pro hac opinione Ho
ſtien. in tit. de donat. §. qualiter verſiculo
Hæ autem reuocationes Saly. in l. ſi totas.
quęſtio penul. C. de inoffic. dona licet nõ
clare loquatur in caſu noſtro, ſed quan-
do filius etiam deceſſit, prout etiam in ta
li caſu loquitur Barto. in dicto §. Impera-
tor. cuius dictum examinat Didac. uar. re
ſolut. libro primo cap. 19. numero 12. &
Imol. in dicto cap. fin. colum. pen. de do-
nat. Corn. conſilio 233. nume. 1. lib. 2. &
Clarius in terminis noſtris firmat Corn.
conſi. quarto. nume. 6. lib. 3. quem cum
alij refert Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam.
in uerbo ſuſceperit liberos. nume. 211. &
212. qui etiam allegat Bertrand. conſ. 83.
colu. ſecunda. lib. 2. quod conſilium ego
non reperi in libro meo, & in hac opinio
ne uidetur ibi reſidere idem Tiraquell. in
dicta l. nume. 222. & 223. idem in uerbo
reuertatur numero 10. D. Ozaſc. de legiti
matione loquens deciſ. 122. numero 9. &
clare ac expreſſe Aymo. in conſuetudine.
Aluen. tit. 14. articulo 32. gloſſ. unica. nu-
me. 11. & quamuis facilis ad contraria ar
gumenta reſultet reſponſio, & Doctores
pro ea opinione allegati nõ bene firment
nec examinent præcipue Caſtren. Iaſo. &
Bald. qui loquuntur, quando natus quidẽ
erat filius, ſed patre ſuperſtite deceſſit, nã
tunc facilius admittit ex taciturnitate fir-
mari donationẽ nõ forte ex ratione quã
ipſi tradunt, ſed quia pro ualiditate actus
indicatur, & ceſſante cauſa filiorum ceſſat
& ipſa ratio ac l. diſpoſitio tamen in hanc
* poſteriorem opinionem inclinabat Sena
tus, & ſecundum eam iudicauit.

Cæterũ ego uti dubiam exiſtimo iſtius
articuli reſolutionem, & quęſtionem diffi
cillimam iudico, ita dubitarem ita diſtin-
cte concludere, ſed dicerem, non eſſe con
temnendam cautelam, ut pater nato filio
declaret ſi uelit donationẽ reuocare, uel
ſubſiſtere, quod ſi non fieret hæc declara
tio, uti alias in dubia q̃one dixi, mediam
uiam



uiam amplecterer, ut rerum donatarũ le-
gitima filio reliquũ donatario pertineat
quãdo omnium, aut maioris patris bono
7 rũ † donatio facta fuit, ſaltem ab for. l. ſi
totas. C. de inoffic. donat. Iniquũ etenim
eſſet filium natum facultate ſui patris, &
legitima ſibi iure naturæ debita priuari, &
ſi per l. ſi unquam ipſo iure reuocatur do
natio natiuitate, qui fieri poteſt, ut per ta-
citurnitatẽ l. beneficium tollatur? & hoc
etiamſi eſſet in poſſeſſione quia beneficiũ
l. ſi unquam, eſt introductum in fauorem
filij non patris, ideo pater nõ poterit per
taciturnitatem in legitima præiudicare fi
lio, ſicut dicitur in ſimili, quod pater in
odium filiorum non poteſt renunciare di
ſpoſitioni d. l. quo in articul. licet uariaue
runt Doctores, uerior tamen, & æquior
hęc eſt opinio, q̃ & Senatus Mediolan. eſt
ſequutus teſte Clar. in dicta q. 22. uerſi. 3.
infertur & donatio ex hac. l. non reuoca-
tur, niſi excedat dimidiam bonorum par-
tem. Didac. d. c. 19. circa fi. verſ. cæterum
pręter iſta, & verſ. his etiam adijciendũ,
quod & placuit Soc. Sen. in conſi. 93. nu.
31. libro. 4. ubi dicit ſe uidiſſe conſultum
quando donatio eſt parua. Quamuis tota
hæc pulchra, & difficilis q̃ſtio deciſione
Principis particulari egeret, & illi ad prio
rem opinionem, uel ad legitimam ſaltem
redigendam crederem.

An uero diſpoſitio. l. ſi unq̃nã procedat
in dotis cõſtitutione pulchra eſt quæſtio,
ſuper qua uide Nat conſ. 90.

Decretum antiquum Sabau-
dię diſponens, quod a tribus
conformibus ſententijs non li-
ceat prouocare, & de nullitate
dicere, multis modis ampliatur,
& declaratur, ſimulque quando
tres ſententiæ conformes dican-
tur, examinatur.

## DECISIO CXXII.

1 *Appellatio a tertia ſententia nõ admittitur.*
2 *Decretum Sabaudiæ prohibet dici de nulli-*
*tate poſt tres conformes ſententias, & a ſen-*
*tentia uim præfecti prætorio habentis.*
3 *Princeps contra formam decreti prohiben-*
*tis apellationem non poteſt reuiſionem cõ-*
*mittere.*
4 *Reſtitutio in integrum a minore poſtulatã*
*executionem trium conformium ſententia-*
*rum non impedit.*
5 *Sententiæ tres quando conformes dicantur*
*remiſſiue.*
6 *Sententia an conformis dicatur, ſi differat*
*in expenſis & an tunc executioni manda-*
*tur.*
7 *Sententia ultima exequi poterit in illa par-*
*te in qua alijs conformis eſt appellatione*
*non obſtante.*
8 *Sententia non dicitur conformis, ſi in ſub-*
*ſtantia differat.*
9 *Executio ſententia an impediatur ſtante de*
*creto, quod a tribus ſententijs conformibus*
*non appellatur, ſi una illarum liberatoria*
*ab obſeruatione iudicij lata ſit.*
10 *Sententia differens in ſumma pecuniaria*
*an dicatur conformis.*
11 *Sententia an conformis dicatur, ſi dicat ſe-*
*cundam latam extra fatalia, & primam in*
*meritis confirmat.*
12 *Sententia ſuper deſertione pronuntians an*
*conformis dici poſſit.*
13 *Sententia lata cum clauſula alio non appa*
*rente an conformis dicatur.*
14 *Sententia, quæ nulla fuit declarata, an exe*
*cutioni mandetur.*
15 *Sententia in contumaciam lata an faciat nu*
*merum ad dicendum tres ſententias confor-*
*mes.*
16 *Decretum mandans non retardari excutio*
*nem ſtantibus tribus ſententijs conformi*
*bus, an procedat ſi una illarum intermedia*
*contraria ſit.*

TERTIO prouocare non li
1 cet, & † appellatio poſt ter-
tiam ſententiam regulariter
non admittitur, ut in rubr.
& nigro. C. ne lic. ter. prout. in qua
prouocatione intelligitur etiam de ſup-
plicatione, ut per Socyn. conſilio 158.
in principio libro primo, nec, quis poteſt
etiam nullitatem opponere, niſi prius fa-
cta ſit illarum ſententiarum executio. cle-
mentina prima de re iudica. At in patria
2 noſtra additur, quod ſi tres† ſint ſentẽtiæ
conformes, quarum una uim habeat pręe
fecti prætorio nõ ſolum habeat executio

nem,& non liceat amplius appellare,ſed nec ſupplicare, nec de nullitate dicere, nec ulterius audiatur, ſed intelligatur, & ſit eidem perpetuum ſilentium impoſitum,ut eſt in decreto Philiberti Secundi in decreta antiqui. §.ut nihil i Republica. in fine illis uerbis. *Declarantes ulterius & ſtatuentes, quod quando quis reportauerit tres ſententias conformes, quarum altera habeat uim præfecti prætorio, eo caſu non liceat condemnato tertio prouocare, ſeu ſupplicare, nec de nullitate dicere. nec ulterius audiatur, ſed intelligatur, & ſit eidem perpetuum ſilentium impoſitum*. Cui decreto non eſt per noua decreta in hoc derogatum,quinimo ita ſemper uidi obſeruatum, & ita me referente cenſuit Se-
* natus in cauſa Nicienſi Domini Franciſci textatoris, & in alia cauſa Muratoris, & Boni de Cuneo,& alias ſæpiſſime quotieſcunque caſus contigit,cum hoc decretũ ſit iuri communi conforme per tex. in dicta clemen.primo.de re iudic.ubi late Canoniſtæ.l.prolatam.C.de ſent. & interlocuto.omn.iudi.& huic decreto ſimilis eſt Hiſpaniæ pragmatica, de qua per Didac. practi.quæſtionum c. 25. colum.4.uerſi. etenim uehemens.in parua impreſſione, ſed in camera Imperiali ius commune in hoc non obſeruatur, ne tollatur cognitio Imperialis Cameræ aſſeſſorib. ut tradit Ioach.Myſinger. ſingular. obſeruat. centur.1.obſerua.15.

Hoc autem decretum ita firmũ eſt ut
3 etiam ſi Princeps† committat reuiſionem, id facere nõ poſſit niſi de poteſtate abſoluta.Dec.in c.tua nobis.nu.9.de appell.& tunc neceſſe eſt, quod expreſſe fiat mentio de tribus ſententijs. Guid.Pap.q.139. Rebuff.de ſupp.ſeu earũ propoſi.q.9. nu. 61.& quod reſcribat derogando decreto prædicto. Item non poterit iſtius decreti
4 diſpoſitio alterari per † reſtitutionem in integrum a minore petitam, ut traditur per Hieronymũ a Laurentijs inter deciſiones Rotæ Auinionen. decif. 2. qua de re dicã late infra decif.181.hac prima parte,& uide Io.Maurit.Bolan.de reſtitut.in integr.c.268.nu.1.Rober.Lancell. de attenta.c.18 nu.36.Andr.Baid.in tract. de tempor.utili.c.5.nu.2.

Hinc quæri poteſt ad declarationem
5 iſtius decreti, quando dicantur† tres ſententiæ conformes in qua re multa ſcribũt turpe. Doctores,& præſertim per Baldũ conſilio 119.nu.3.lib.1.Crauetta conſi.5. nu.4.& conſilio 183.ubi Stracca, & 385. Socinus iunior conſilio 74. libro 2.Pariſ. conſilio 98.libro 3.& 107.num.9.& 10. libro 4. Decius conſilio 385. Corneus conſilio 14.libro 4.late Didac.pract.quęſtionum dicto c.25.Alexan. conſilio 77. libro 2.Curtius iunior conſilio 30.colum. 1.Caſtren.conſilio 163.columna 2. libro 2.Romanus ſingular.291.Port.commun. concluſ.libro primo,concluſ.32. Nos uero quoniam materia frequens eſt,& practicabilis, aliquot adnotabimus caſus, ex quibus & hoc perfecte cognoſcetur, & iſtius decreti materia clara, & aperta iudicibus,& aduocatis reddetur breuiter more noſtro ſcribentes.

Primo igitur quæri poteſt,ſi ſit conformitas in principali,& difformitas in expē
6 ſis,† an dicatur militare decretum. Et cũ hæc quæſtio coram Senatu agitaretur, dicebatur talem ſententiam non facere cõformitatem,quia habet formam diuerſãdum una contineat diuerſitatem ab alia in expenſis.Tanto magis,quia hoc decretum uidetur a iure exorbitans,cum remoueat etiam nullitatis deductionem, quare ſtrictius erit interpretandum ca. odia. de reg.iur. in 6. ut in his terminis arguit Decius conſ.385.

In oppoſitum uero,quod ſufficiat eſſe conformes in principali facit,quia inſpicitur id,qđ principaliter agitur. l. prima. ff.de orig.iur.Præterea dato, quod nõ dicatur conformes in expenſis tamen quo
7 ad principale† locum habebit decretum, & poterit pro expenſis uti a nouo grauamine tantum reclamari, ut in terminis dicit Franciſcus in capit.directe.columna tertia, uerſiculo tertio concludo. de appellatio.Angelus in l.prima. C.ne lic.ter. prouoca.Veſtr.in ſua praxi.libro 8. capitulo primo,numero 26.Maran. de ordin. iudic.in titu.quan.appellet.num. 281.& magis in terminis Decius dicto conſilio 385.in princ.poſt Abb.conſi. 10. columna tertia,libro primo.Denique facit,quod dicit Crauetta in conſil. 183. numero 4. quod a tertia ſententia non licet appellare,niſi inferatur nouum grauamen.Vnde reſultat concluſio in hoc caſu, quod ſi ter-



ſi tertia ſententia minus grauat in expen. non licebit appellare,ſin autem magis grauat,licebit quidem appellare uti a nouo grauamine,ſed in illa tantum parte ubi ex nouum grauamen nõ autẽ in aliis prout eleganter,& docte more ſuo ſimili concludit Didac.dicto.cap.25.nu.6.uerſiculo ego uero.& cum hac opinione tranſiuit in
* hac quæſtione Senatus,1563.

Et hæc quidem ſententia magis procedet,quando nulla eſt diuerſitas in ſubſtan
8 tia,tunc enim ſtante illa diuerſitate† communis opinio eſt, quod non dicatur conformes,ut per Alex.conſil. 77. colum. 1. volum.2.Barbat.conſi.10.colum.3.lib.1. Ruin.conſi.114.col.4.lib.5. quos refert etiam & ſequitur Ronchegal.in l.ex duobus ſecunda.nu.4.D.de duo.reis.

Secũdo locum habebit diſpoſitio iſtius decreti,& tres ſententiæ conformes dicen
9 tur † etiamſi una illarum lata ſit liberatoria ab obſeruatione iudicij In quo art.ſciet dubium ſit non leue per ea, quæ de hac ſententia ſcribit.Didac.uar.reſolut. lib. 1. cap. 1. ubi uoluit talem ſententiam dici interlocutoriam, tamen adhuc dico uim diffinitiuæ habere,cum negotium principale diffiniat,& per ea,quæ late in iſtis terminis poſt multos ſcribit Borgn. Caualc. deciſio.7.de iudic. par. 1.nu.8 uerſic. tamen re diligentius perpenſa cuius diſtinctio in hac materia mihi non improbatur, & faciunt, quæ dicam infra in ſexto caſu.

Tertio locum habebit hoc decretũ eo
10 in caſu quãdo † per unam ſententiã quis fuit in centũ condemnatus inde iudex appellationis retractat illa centum ex cauſis ad quinquaginta,nã ſententia dicetur conformis quo ad quinquaginta & quo ad illa quinquaginta mandabitur executioni, nec poterit,ulterius prouocari,aut de nullitate dici, ita ſingulariter determinat Afflict.deciſ.362. per totam,ubi refert ita per totum concilium fuiſſe concluſum, & ſequitur Afflicto non citato Didac.d.c. 25. nu.6.verſiculo undecimo.

Quarto amplia hoc decretum etiam ſi
11 una ex ipſis ſententijs,(ut puta † ſententia ſecunda)confirmat primam in meritis, & tertiam dicit ſecundam latã extra fatalia, ſed tamen confirmat primam in meritis, tunc enim re ipſa proferuntur tres ſententiæ conformes in meritis, licet diuerſimode,& ita cenſuit Senatus.1582.8. Iunij, in
* cauſa Zurletti de Cluſia quãuis in hoc dubium faceret dictum Alexa.conſilio.136. uolum.2. quem refert ſequitur poſt alios Borgnin.deci.17.nu.2.par.1.uolens, quod talis ſententia lata tempore perempte inſtãtię ſit nulla,quod etiam uoluit Ludou. deciſ.Lucen. 24.nu.14.

Quinto dicentur etiã tres ſentẽtiæ con
12 formes,quando una illarũ lata eſt† ſuper deſertione appellationis,nam licet hæc dicatur interlocutoria c. ſua. §. cunque ibi *interlocutus fuerit*. de appellat.tamen cõcernit merita, & eſt confirmatoria aliarũ ac habet uim diffinitiuę, ut per Menoc.de arbitrar.iudi lib.1.quæſt.67. nu. 5. & eſt interlocutoria ſolum a effectũ, ut reuocari poſſit ab eodem iudice ad exemplũ interlocutorię,ut per Bar.in l.eos.colu.2. C.de appellatio.& ſcribit Ioſeph. Cumia. in tit.magnæ cur.c.78.nu.49.effectus etenim in iſtis caſibus magis quam uerba cõſideratur,ut in ſimili dicit Dec. dicto conſil.385.colu. 2.& ita cenſerunt Domini de Rota deci.427 fuit dubitatum in nou. Guido Papæ.quæſt.11.ubi ita firmat apoſtilla.item Rota deci. 21. de re iudi. nou. & firmatur ex infra dicendis præcipue ex deciſione Senatus Pariſien.de qua dicã infra in octauo caſu, quicquid in contrariũ uoluerit Corn.conſ.38.lib.4.& poſt eum Didac.dicto ca.25.num. 5. & nouiſſime Hieronym. a Laurentijs deci.Rotæ Auenionen.3.ad quam tamen deciſionem reſponderi poſſet quod procedit quãdo tractatur de executione duarum ſententiarũ conformium non autem de tribus, ut ſcribitur ibi.in fi.illius deci. licet & tũc de hac opinione dubitem. & contrarium tenuerit Dom.Sola in commentar, ad decreta antiqua ſuper hoc decreto glo.2.3.parte, numero.3.

Sexto ampliabitur hoc decretũ,ut procedat etiamſi in prima uel ſecunda ſenten
13 tia appoſita eſſet clauſula † *alio non apparente* uel, *ſtantibus actis prout ſtant, &c.* quia ſi tertia ſimpliciter cõfirmat,uidetur non poſſe ulterius prouocare, etiamſi uelet appellans aliquid noui deducere,& ita fuit concluſum in Senatu. Nam ſi dicamus talem ſententiam cum ea clauſula eſſe diffinitiuam,ut dixi ſupra deciſione 81.

nulli dubium quod ſunt tres ſententiæ et diffinitiuæ, & conformes, & ſic militant uerba decreti ſi autem dicamus eas habere quandam uim interlocutoriam, etiam locus erit decreto, quia procedit etiam in interlocutoria, ut dicit Rota deciſ. 416. Corn. conſ. 204. lib. 2. Purpur. conſi. 129. in fi. libro 1. Didac. d. c. 25. num. 3. verſic. quinto eſt eadē. & præſertim id procedit quando hæc ſententia fertur contra actorem ex eo, quod non probauit ſuam intentionem, nam tunc dicitur diffinitiua. Caſtren. in l. ſub prætextu. C. de trāſact. & in l. admonendi. nu. 76. & 77. de iureiuran. & quāuis hæc clauſula hoc importet, ut poſſit etiam coram eodem ordinario cōparere, & de nouo aliquid producere ſaltem refectis expen. non ſecus quam ſi ab obſeruatione tantum iudicij reus abſolutus fuiſſet, ut dicit Borgnin. in dicta deciſio. 7. & ego dicta deci. 81. tamen in caſu de quo in Senatu agebatur appellatū fuerat, & ſic uidetur appellant uelle accipere illam ſententiam pro diffinitiua, cum nō habuerit recurſum cū noua productione ad ordinarium, vt in ſimili conſiderat Borgnin. dicta deciſio. 7. & faciunt, quę ſcribit Deci. in dicto conſil. 385. colum. 2. uerſic. his tamen non obſtant. ubi loquitur in caſu quando in ſententia aderat clauſula, quod rei non debeant moleſtari nō factis alijs probationibus, nam & tunc uoluit ipſe eſſe locum ſtatuto.

Septimo dici poſſūt tres ſententiæ cō-
14 formes ad obtinendam executionem † ſi prima ſententia nulla ſit, ſed tamen ex nouiter deductis fuit confirmata per ſecundam & tertiam, de quo tamen caſu dicam ex profeſſo infra latius deciſi. 228. quoniā difficilis eſt.

Octauo nomen conformis habebit ad
15 diſpoſitionem ſtatuti ampliandā † illa ſententia, quæ in contumaciā lata fuit, nam licet dicat interlocutoria, quia expenſis refactis ſolet de nouo actor, uel reus audiri ut communiter practicatur, tamen diffinitiuæ inſtar eſt, atque ita in facti contingētia per Senatum Pariſiē. iudicatum refert Aegid. Magiſtri in ſuis deciſi. tit. de appella. ueluti ob abuſum. c. 12. & fi. per totum ubi pulchre examinat.

Nono, & ultimo extenditur hoc decretum ad executionem trium ſententiarum
16 conformium, † etiāſi iſtæ ſententiæ non eſſent ſucceſſiue conformes, ſed una intermedia contraria. Abb. antiquus in dicta clemen. 1. de re iudic. colum. 1. & 2. Didac. dicto cap. 25. nu. 3. uerſi. 4. animaduertendum Ioann. And in additio. ad Specul. tit. de appellat. §. quoties. ſub nu. 3. Zabarell. in dicta clementi. quæſt. 18. Barb. ibidem col. 4. uerſi. 10. quamuis gloſſ. in dicta clemen in uerbo tres, & in uerbo fuerint, uelint quod ſint ſententiæ ſucceſſiuæ nō autem interpolatæ, & ſimpliciter illam glo. ſequatur ibi Imol. colum. 2. Craue. conſil. 183. nume. 3. allegans Rotam. quæ eſt in nou. deciſ. 14. de ſenten. & re iudi. tamen illa deciſio hoc non concludit, & Crauet. ſe non explicat in hoc capite, ſed in alio quādo in aliquo ſunt difformes, & illa gl. communiter reprobatur, ut colligitur ex Deci. in dicto conſilio. 384. nume. 2. verſicu. & ulterius, & ex traditis per Domin. Solam in dicta glo. 2. numero. 10. & propterea reprobata opinione gloſſ. ita in facti contingentia cenſuit Senatus 1584. 5. Iunij. referēte Illuſtri Domino Enuiarum olim collega noſtro. Eſt tamen ad hāc materiam conſiderandum quando interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, quia tunc poterit in numero diffinitiuarum computari, de qua re uide Aluar. Valaſc. Luſitan. conſulta. 47.

## Vxor an dicatur de loco ubi eſt nupta, & unde eſt maritus, & an ſtatutum forenſes excludens ad dotem extendatur.

### *DECISIO CXXIII.*

1 *Mulier nupta non amittit originem naturalem.*
2 *Mulier dicitur improprie ciuis ciuitatum ubi nupſit.*
3 *Differentia eſt ſtatutum dicat Peruſinus uel de Peruſio.*
4 *Statutum non extenditur ad dotes, & bona dotalia.*
5 *Maritus forenſis non prohibetur ſuccedere.*
6 *Stipulatio de dote habet uim teſtamenti.*
7 *Momentaneum dominium forenſis non conſideratur.*
8 *Statutum prohibens ſucceſſionem. forenſi non obſtat.*



9 *Mulier dicitur proprie ciuis illius ciuitatis ubi nupſit, & nu. 12.*
10 *Vxor ligatur ſtatutis uiri.*
11 *A pari procedunt forum fortiori, et ſtatutis ligari.*
13 *Barto. dictum in l. fin. §. item reſcripſerunt declaratur.*
14 *Statuto ſtante, quod forenſis non ſuccedat pater, uel alius dotem dans pecunia non priuatur mortua muliere, licet ab immobilibus excludatur.*

EXTAT in loco Scarnaſiſij patriæ Pedemontanæ ſtatutum, ſeu laudum quoddam ac cōuentio inter Dominos nobilis, & antiquæ familiæ de Pōte, & homines illius loci, quo diſponitur forenſes proximiores non poſſe ſuccedere illi de Scarnaſiſio, qui ſine teſtamēto deceſſiſſet. Accidit, ꝙ mulier quædam forenſis ibi nupta ſine teſtamēto deceſſit nullis relictis liberis proximiores forenſes petunt bona, & hæreditatem quæſitum fuit an eſſet audiendi, & ſit locus ſtatuto, ſeu laudo. Iſtius quęſtionis reſolutio mihi tota pendere ab altera uiſa eſt, an vxor dicatur uere, & proprie de loco ubi nupti tradita eſt. In quo articulo, & ſic pro primo fundamento proximorum forenſium ui-
1 detur, quod uxor ſeu † mulier alibi nupta non amittat originem naturalem ſuæ patriæ. l. origine. C. de munic. & origina. lib. 10. & non efficitur de domo uiri, niſi quo ad iudicialia, & niſi in foro, & in his, in quibus euocaretur ab actibus matrimonialibus, l. cum quædam puella D. de iuriſ dict. omnium iudic. Bar. in l. fin. §. item reſcripſerunt. D. ad munic. cum cuius opinione tranſeunt Bald. conſil. 351. in bonis. libro primo. num. 8. verſic. ſed iſta. & conſi. 310. ad euidentiam. num. 7. verſic. item dicitur libro 3. & conſil. 139. ſtatuto communis. libro 5. Caſtren. in l. rei iudicatę. D. ſoluto matrimon. Alexand. conſilio 56. colum. 2. verſic. & per hoc libro 1. & conſilio 100. libro 3. Corn. conſi. 55. libro primo. Curt. Iun. conſilio quinto. numero 42. verſic. ſecundo. reſpondetur. Rimin. conſilio 184. numero 21. lib. primo. Felyn. in cap. 1. colum. fina. circa fi. de ſponſalibus, dicēs mirabilem eam opinionem Bar. & illius opinionem dicit in hoc communiter probari Alb. conſilio 23. nu. 11. præſertim ſi ſit ſolutum matrimoniū, ex quo infertur, quod in tali vxorata habet locū ſtatutū originis naturalis, ut ꝑ Cur. dicto conſilio 5. numero 42. Campeg. de dot. par. 5. quæſtione ſeptima Ideo nō dicitur aduena, licet ſit de domicilio uiri, ut per Purpur. conſilio 507. num. 21. & ſequen. lib. 2. & conſilio 84. circa fin. libro 1. Et dato quod mulier dicatur ciuis illius ciuitatis ubi nupſit, uel vnde eſt uir, ta-
2 men † id eſt improprie dicta l. fin. §. item reſcripſerunt ad municip. uerba autē ſtatuti ſunt intelligenda in caſu uero nō autem ficto. l. 3. §. hęc uerba, D. de neg. geſt. & in terminis fere Brun conſi. 193. in fi. libro 2. qui erit uidendus.

Secundo pro forenſibus facit cōmunis opinio de qua per Doct. omnes in rub. D. ſolut. mat. a qua Ripa num. 13. dicit non
3 eſſe recedendum. quæ vult, quod † differētia ſit, an quis dicatur Peruſinus, uel de Peruſio, nam iſto ſecundo caſu nō ueniūt niſi illi, qui ſint originarij Peruſini non autem incolæ, & ſic cum in caſu noſtro dicatur in laudo illis de Scarnaſiſio proximiores non ſuccedant, non uidetur intelligendum de uxore, & in terminis eſt de hoc conſilium Corn. 111. lib. 3.

Tertio mouet, ꝑ hac parte, quia illa bona de quibus hic controuertebantur, erāt
4 ipſius uxoris dos, ſtatutum † autem non extēditur ad dotes, & bona dotalia, ut in terminis dicit Cur. Sen. conſi. 27. Cæpha. conſi. 301. & in reſtitutione dotis eſt cōſ. Butr. 35. & eiuſdem Curt. conſilio 28. Ita
5 enim † maritus forēſis ſuccedere non prohibetur. Barba. conſ. 48. col. 5 lib. 2. poſt Ancharan. in c. ſtatutum. §. cum autem de reſcrip. li. 6. c. Canonum ſtatuta. q. 6. Crot. in l. filiusf. §. diui col. 20. Alex. conſi. 123. col. 3. & conſi. ulti. lib. 4.

Quarto magis in terminis pro hac parte adducebatur, quod uxor ſtipulata erat dotem reddi ſibi, uel ad eos quibus de iu-
6 re debebit, quo caſu tale pactum, & † ſtipulatio uidetur habere uim teſtamenti, & ultimæ uoluntatis gl. in l. licet. C. de pac. Boer. deciſio. 150. numero 7. Sed ſi per teſtamentum, uel aliter mulier diſpoſuiſſet relinquēdo proximioribus ualeret diſpoſitio, ergo & hoc caſu idem dicēdūm eſt.

Quinto iſtud magis coadiuuatur, quia iſti fratres ceſſerunt ius ſuum originario & ſic ceſſat ratio ſtatuti, cum originarius habitet, & ſtatutũ uelit, quod proximior admittatur ſi iuret ſe uelle habitare, & il-
7 lud † momentaneum dominum ipſius forenſis non uidetur conſiderabile, l. fina. in fine. C. de bon. quæ lib. facit glo. in cap. primo in uerbo domum ueterem de religio. dominib. in ſexto ubi Doct. & Bal. cõſil. 232. lib. 1. Abb. conſi. 27. lib. 2. Alexan. conſi. 88. in principio, libro 2. Deci. conſilio 558. in his terminis Butr. dicto conſil. 35. in fine.

8 Sexto, & ultimo adducitur, quod † ſtatutum prohibens ſucceſſionem nõ obſtat forenſi. Alex. conſ. 44. nu. 15. li. 5. Pariſ. cõſil. 12. nu. 26. & 53. nu. 86. lib. 3. de qua re dixi etiam aliqua ſup. deciſ. 106.

In oppoſitum, & pro dominis loci facit
9 quod imo talis mulier † maritata dicitur ꝓprie ciuis illis ciuitatis, & originaria ubi nupſit. Bald. conſil. 100. conſideratis. li. 5. ubi dicit, ꝙ efficitur una caro cum uiro, & conſ. 62. eod. lib. & conſ. 456. libro 1. & late Socy. in d. l. cum quædã puella in 1. nota. & quamuis idem Bal. uideatur contrarium tenere in allegato conſi. 139. tamen ipſe ibi in fi. reſoluit in oppoſitum, & pro hac opinione uolens, quod mulier illa nõ potuerit diſponere niſi iuxta conſuetudinem loci mariti, & ita Bald. intelligit Tiraquell. de legib. connubialibus, libro primo. n. 30. & ibi durior erat caſus, quia mulier reuerſa erat ad domum paternam, ꝙ non erat in caſu hoc, & ꝙ proprie uxor dicatur cuius tenuit Cagn. in d. l. cũ quædã puella. nu. 11. poſt glo. in ciues C. de incola. Gozad. conſil. 79. nume. 5. cum ſubeat onera ciuitatis uiri But. d. conſ. 35. nume. 3. & pro hac parte uidetur tex. in l. mulieres, C. de incol. lib. 10. quem tex. licet quo ad forum tantum Bart. intelligat, tamen etiam ad alia eſſe extendendum indicant illius uerba in fi. dum ſe ad domicilium ẽt porrigit, unde habere debet locum diſpoſitio ipſius laudi, cum pactum de ſuccedẽdo ſit ualidum inter domum, & uaſallum, ut per Iacobin. in tracta. de Roid. numero duodecimo, & ualeat ſtatutum excludens forenſes a ſucceſſione. Bru. de ſtatu. articulo ſexto. columna prima, & in ter-
10 minis, quod † mulier ligatur ſtatutis uiri tenet. Socy. in dicta l. cum quædam colum. 1. Bal. conſil. 439. columna ſecunda uerſicu. ſed dicet. lib. 4. Imo. conſ. 73. colum. fi. Bal. in ſua Margarita. in uerbo mulier poſt mortem Socy. conſ. 81. lib. 3. idẽ Bal. in l. uxorem C. de condi. infert Barb. conſil. 4. col. 1. lib. 2. Grat. conſi. 112. num. 11. lib. 2.

Secundo moueor, quia cum ea conuentio inter dominos, & ſubditos ſit facta ad liberãdum a ſucceſſionibus, ſi non ſumus in caſu liberationis remanet ſucceſſio, ita in hoc caſu arguit Alciat. conſil. 249. num. ſeptimo.

Tertio in terminis noſtris uidebatur reſ eſſe pro hac parte extra difficultatẽ, quia poſt decem annos etiam ex loci illius conſuetudine quis habebatur pro terrigena, hæc autem uxor morata erat per triginta, & ibi mortua.

11 Quarto, quia † a patri procedunt forũ ſortiri, & ſtatutis ligari. Deci. conſil. 283. numero 8. & in l. fin. D. de iuriſ. omnium iudic. Alexan. conſilio 210. libro 2. & conſilio 10. num. 8. lib. ſexto. Boer. deci. 12. nume. 14. ſed mulier ſortitur forum in Scarnafiſio ut ſupra dixi ergo ſtatutis Scarnafiſij ligabitur.

Quinto & ultimo mouet, quia licet ſuccedere uolentes ſint forenſes, tamen quia defuncta habebat domicilium in Scarnafiſio, & bona ibi ſunt, ac cauſa ibi acta erat, ſequenda erũt ſtatuta ibi poſita, iux. communem opinionem quam tenet Cur. dicto conſ. 5. nu. 42. uerſiculo ad ſeptimum poſt Bald. Abb. & alios ibi relatos, & tenendo hanc partem in fauorem dominorum poſſet ad contraria faciliter reſponderi.

12 Ad primum, quod uxor hęc † dicitur originaria loci mariti uere, & proprie nõ autem ficte, imo taliter effici de loco uiri quidã uoluerunt, ut poſtquam nupta eſt, dicatur forenſis ſua origine inſpecta, & quo ad locum ſuę naturalis originis, ita Anchara. conſilio 168. in fine. Alex. Corn. Craue, Socy. & alij, quos allegat in ſimilibus terminis Anchar. Iunior. quæſtionum famil. li. 1. quæſt. 9. nume. 9. & ante traductionem forum ſortiri dicitur. And. Gail. pract. obſeru. libro 2. obſer. 80. nume. 10. nec mirum cum totalem agnationem, & familiam amittat, ut traditur in deciſio.

Ozaſc.



Ozaſc. 127. & dixi ego ſup. deciſ. 37.

Ad doctr. uero Bart. in d. §. item reſcri-
13 pſerunt reſpondetur, † ꝙ procedit in bonis ſitis in territorio loci naturalis originis ſecus in alijs. Ita reſpondet Corn. cõſi. 202. nu. 11. verſ. nec ſupradictis obſtat li. 2. præterea cum ſint duo ſtatuta magis ſequimur originem accidentalem ſecundã, quam primam naturalem Rom in l. ſi cõuenerit. in fi. D. de iuriſ. omn. iudi. Signor. conſ. 167. col. 8. verſ. præterea nouus. Item reſpicit factum habitationis, quo caſu doctri. Bar. non procedit. Zabarell. conſ. 135. in princip. Fely. in c. ſuper eod. 2. col. 2. de teſtib. facit, quod in ſimili dicit Ruin. conſil. 47. nu. 1. & ſecundo, lib. 3. ubi dicit opinionem Bar. non procedere, quando excluderetur forenſes, qui non ſubit onera in loco, tunc enim originaria alibi nupta non ſuccedet, & late hoc in caſu conſuluit Anch. Iun. d. quæſt. 9.

Ad ſecundum dicitur differentiam illã non eſſe conſiderabilẽ in caſu noſtro, ubi uxor eſt non ſolũ de ciuitate loci mariti, ſed etiam ciuis, & ſic omnes illæ duæ qualitates concurrunt in illius perſonam.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ hæc bona non dicuntur amplius dotalia, cũ nulla ſit dos ſoluto matrimonio & morte etiã mulieris, & ceſſat ratio fauoris dotis, quæ mouere poterat, & quamuis maritus nõ prohibeatur ſuccedere, tñ non eſt bona conſequentia ex hoc ad caſum noſtrum.

Non mouet quartũ de ſtipulatione, q. cum illa ſit facta pro illis ad quos de iure ſpectat, uidetur facta in fauorem illorum, qui ex diſpoſitione iuris municipalis uocentur, & ſic cum uocentur domini ex hac conuentione cenſebitur pro ipſis facta ſtipulatio.

Ad quintum dico, quod fratres non potuerunt cedere id quod non habebant: ſi enim ipſi excluduntur a ſtatuto non poterunt plus iuris in alium transferre, quam ipſi habeant, vulg. reg. l. nemo. de reg. iur.

Ad vltimum dicitur opinionem illam non eſſe ſine controuerſia poſitam, imò contrarium uerius eſſe ex traditis ſup. deciſ. 106. deinde nos nõ ſumus in ſtatuto, ſed in particulari, & ualida conuentione, ut ſupra dixi.

Ex quibus conſtat hanc ſecundam opinionem in utroque capite uerior ẽ altera uideri. Mihi uero in facti contingentia uidebatur dura, ut iſti proximiores, qui dotẽ dederant excluderentur, ideo dicebant
14 † deberi dotem agnatis in pecunia, ſeu extimatione bonorũ mulieris defunctæ, ut in ſimili caſu dicit Butr. dicto conſ. 35. in fi. quia quæſitum erat ius agnatis in dote, ut dicit Fely. in rubr. de ſpõſalib. col. fi. verſ. tertia concl. Et pro hac re in fauorẽ iſtorum proximiorum conſidero, ꝙ mulier poſtquam extra ſuam patriã eſt maritata dicitur habere duo domicilia, vnum originis, alterum habitationis, & domicilij ſui uiri, primum retinet tantũ quo ad ſui commodum, alterum quo ad omnia, ita in hac materia uidentur magis communiter Doctores concludere, ut nouiſſimẽ tradit Borgnin. Caualcan. deciſi. 42. nu. 46. & ſeq. parte 1. ex qua opinione cõciliatur Doctorum conflictus, quorum alij qui uoluerunt uxorem eſſe de domicilio uiri quo ad omnia, alij quo ad forum tantum, & amittere propriam originem, qui conflictus alias eſſet inconciliabilis, quo fit ut ſi hæc duo in muliere concurrãt poſſint proximiores ad ſui cõmodum priore uti ſententia, nec dotis in immobilia conuerſio illis dãnoſa eſſe debet, & propterea ad hanc conſiderationem reſpiciens Senatus, uiſis reſolutionibus dubiorum hincinde datis cum multis allegationibus, & negotio multum diſcuſſo cenſuit bona eſſe
* adiudicanda dominis, ſeu procuratori curiæ iuxta formã laudi tanquam uxor eſſet de eo loco, & ꝙ potuerint ſtatuentes prohibere forenſes à ſucceſſione bonorũ immobiliũ in illorũ territorio exiſtentium, ſed ne priuarẽtur fratres dote ab eis prouenta, ordinauit pecuniã pro dote ab eis prouentã illis à Dominis reſtituendã, qui habebãt bona immobilia iuxta formam conſuetudinis patriæ, ac pactorũ dotaliũ.

## Donatio abſenti facta Notario ſtipulante an in odium fiſci ſubſiſtat.

### *DECISIO CXXIIII.*

1 *Donatio abſenti facta an poſt commiſſum delictum teneat.*

2 *Hæres reuocare non poterit donationem abſenti factum.*

DO-

DONAVIT frater ſorori
abſenti Notario ſtipulante
quædam bona ſua:poſt tres
annos donans deliquit, ex
quo delicto dona fuerunt
confiſcata,uel annotata: ſoror donataria
petitioni fiſci,& annotationi ſe opponit,
quæſitum fuit, an talis donataria eſſet au
1 dienda,&† donatio ſubſiſtat in o diū fiſci,
Dubitationem faciebat,quia licèt ex con
ſuetudine approbata per totum mūdum
donatio facta abſenti Notario ſtipulante
ante ratificationem ſubſiſtat,tamē poteſt
reuocari ante ratificationem ſequutā, ut
dixi latè ſupra deciſi.70.vnde cum hic fi-
ſco ſic ius quęſitū ex delicto facto per do
nantem, cum quo tacitè cenſetur contra
ctum.l.Imperatores.D.de iure fiſ.non po
terit ſoror donataria poſtea ratificare in
præiudiciū iuris iam fiſco quæſiti.ſed hoc
nō obſtante contrarium verius eſſe dictū
fuit, quia fiſcus hoc loco erat loco hære-
2 dis,at ſicut hæres † nō poteſt hanc dona
tionē reuocare ſicut nec poſſet donatarij
hæres ratificare licèt habeat liberā actio-
nem ad rei donatæ conſequutionē, ut di-
xi ſupra dicta deciſio.70.num.9.ita nec fi
ſcus, & præſertim ſtante ſtipulatione No-
tarij, quæ primò ſorori ius acquiſiuit, ut
tenet in iſtis terminis Lud. à Peguera Hi-
ſpanus inter quęſtiones ſuas ſeu deciſio.
criminales ca.48.nu.11.qui tamen requi-
rit etiam conſtitutum, & quamuis ſtipula
tio Notarij ius acquirat reuocabiliter, ta-
men hoc eſt quo ad ipſum donantē & do
natarium,ſecus quo ad alios hæredes, uel
ſucceſſores, quia ad ipſos beneficiū reuo
* cationis non extēditur, & ita Senatus ſen-
ſuit in fauorem donatarię excluſo fiſco in
cauſa Calui.1570.Menſe Nouembris.

## Fideiuſſor an liberetur ab obligatione ſi ipſo inſcio, & nō uocato creditor ꝓroget tēpus ſolutionis principali debitori obligato.

## *DECISIO CXXV.*

*1 Fideiuſſor liberatur facta prorogatione termini, principali debitori, ſed contra.numero 3.*

*2 Prorogatio nihil de nouo inducit niſi tertij præiudicium reſpiciat.*

*4 Fideiuſſor liberetur ſi ad certum tempus, & pro certo tempore fideiuſſit, facta prorogatione temporis ſecus ſi ſimpliciter ad diem erat obligatus.*

*5 Reſeruatio iurium primæ obligationis facit, ut non liberetur fideiuſſor facta prorogatione.*

*6 Fideiuſſor non liberatur facta prorogatione etiamſi aliquid pro intereſſe receperit in facienda prorogatione creditor.*

*7 Prorogatio animo nouandi facta debitori fideiuſſorem liberat.*

*8 Nouandi animo quando quid fieri dicatur.*

*9 Nouatio hodie non fit niſi expreſsè dicatur.*

*10 Tex.in l.ſi cum hermes.C loca.declaratur.*

*11 Fideiuſſor facta prorogatione in duriorem, cauſam non tenetur.*

*13 Fideiuſſor facta prorogatione non tenetur, ſi quid deterius debitori contingat.*

*13 Fideiuſsor, qui lapſo tempore non fuit proteſtatus, non liberatur ſi facta prorogatione debitor fiat non ſoluendo.*

*14 Fideiuſſor ad certum tempus, licet elapſo tempore amplius non teneatur, non tamen à prioris temporis obligatione liberatur.*

*15 Fideiuſſor facta noua ſtipulatione liberatur.examinatur Iacobini ſententia in l.1.C. de iudic.& in l.ſi unus.§.ſi cum reo.2.lectu.D.de pact.*

FIDEIVSSOR an libere
tur ab obligatione, ſi credi-
tor ipſo ignorante proroget
tempus debitori ad ſolutio-
nem faciendam pulchra, &
ſubtilis eſt quæſtio,quam multum ambi-
guam dicit illam examinando Iaſ.in l. le-
cta. D.ſi cert.peta.& in l.1. C.de iudi. &
in ea reperio duas opiniones Doctorum
ſibi inuicem contrarias, affirmatiuā unā,
& negatiuam alterā. Et pro affirmatiua,
1 quòd † fideiuſſor facta prorogatione libe
retur, uidetur tex. qui ad hoc cōmuniter
allegaſ in l.ſi cum hermes.C.loca.cui con
uenit Iuriſconſul.reſponſum in l. itē quæ
ritur.§.qui impleto.in ſecundo reſponſo.
D.loca.& ī l.Labe.§.fi.D.de recep.arbit.
per quæ iura ita tenuerunt Specul. & ibi
Ioan.Andr.in titu.de fideiuſſorib.§.1. uer
ſiculo illud.Butr.in cap.conſtitutus. de fi-
deiuſſorib.& in cap.1.de offi.deleg.Ioan.
Andr.in c.præterea.in 2.col. 2. verſiculo
Sempronio,& ibi Præpoſit. 11. de appel-
lat.Fely.in c.de cauſis. col. 3.uerſic.tertio
limita.de offic.deleg.Præpoſit.in cap. te
quidem.11.quæſt.1.Natta cōſ. 202.nu.6.
& in indiuiduo ita uideſ determinare Pra
ctic.in for.libel. cōtra plur. reos deben. §.
ſolutionem facere recuſauerunt,in fi.ubi
dat cautelā,quod fideiuſſores, qui volunt
liberari,curent, ut debitores faciant ſibi a
ſuis creditoribus tempus prorogare quod
& innuit ex regula, quā tradit Tiraqu. de
retrac.cōuē.§.1.gl.7.nu.126.pro qua opi
2 nione facit ratio,ꝙ†licet qualitates actus
pręcedentis cēſeantur in prorogatione re
petitæ l.ſed & ſi manēte.D.de procu. Af
flic.deciſ.100.tamen hoc limitatur,ut nō
procedat ſi ex alieno arbitrio deſcēdat,&
de alterius etiam facto tractatur,ut nouiſ-
ſime regu. illam limitat Ioſeph. Maſcard.
lib.3.de proba.conclu.1241.litera P.in fi.
eo p̄ſertim,quia in obligatione fideiuſſo-
ris multum ſtricte,& limitate proceditur,
ut dicit in his terminis Deci.conſ.93.n.3.
& latam liberatio habere debet interpre-
tationem,ut in eiſdem terminis ſcribit So
cyn.Sen.conſ.62.nu.17.lib.4.

Pro contraria,& negatiua,ꝙ imò facta
3 prorogatione nullo modo † fideiuſſor libe
retur, allegatur a doctoribus paſſim text.
iuncta gl.in l.ſi vnus.§.ſi cū reo.D.de pac.
& per illū tex. hanc regu. negatiuā tenēt
ibi Ange.Bal.& alij.P.de Anch.& Imo. in
d.c.cōſtitutus.& pro hac parte duas vrgē
tiſſimas rationes ponit apoſtil. ad Abb. in
d.c.conſtitutus.litera d.ſub num.11.& ita
negatiuam regulam generaliter conſtituit
Ale.in d.l.ſi unus.num. 8. & hanc partem
firmat expreſsè Gomez uariar. reſolut. li.
2.c.13.nu.19.ver.ſexto, & ulti.dicens ue-
riſſimam,& tenendam in iudicando,& cō
ſulendo, & nullo modo eſſe tenendā con
trariam opinionem,quam & idem Iaſ.in-
diſtincte uidetur ſequutus in l.1.nu.18.&
ſeq.C. de iud. fundās illam ſeptem funda
mentis ſubtiliſſimis damnando opinione
quam alias tenuerat in locis infra citādis,
& communem dicit, & ſequitur Emanu.
Zoarez. in ſuo receptat. ſenten.theſauro.
in uerbo fideiuſſor. & pro hac opinione
videtur tex. ſi bene ponderetur in l. fina.
D.de pactis.

Pro concordia iſtarum opinionum ſo-
lent Doctores noſtri ita magis communi
4 ter reſoluere, ꝙ aut obligatio prima † fi-
deiuſſoris eſt pro certo tēpore, ita ut ulte
rius non teneatur iuxta.tex. in l.ſi fideiuſ
ſor conuentus.§.fi.D.mand. & tūc proce
dit prima opinio, ꝑ d.l.ſi cum hermes, &
§.q impleto,illa ratione,quia qui fideiuſ-
ſit pro certo tēpore, illo elapſo remanet
liberatus.l.ſi fideiuſſor.C. de fideiuſſ. Aut
obligatio eſt ſimplex, ſed dilata tantū ſo
lutio in diem, & ad certum tempus, &
tunc non obſtante prorogatione tenetur.
Iſta uidetur eſſe originalis diſtinctio Ho
ſtien in d.ca.conſtitutus.& ibi Gofred. &
Ioan.And.de fideiuſſor.& ibidem Ancha.
Ioan.de Imo.Abbas num.11.in fi. ubi po
nit rationem ſatis naturalē, & ibi Apoſtil
la.dicit magis communem.Archid. in ca.
te quidem.11.quæſt.1.Fely.in d. capi. de
cauſis.uerſic.tertio limita, Archid. Bella
mer.& alij in d.c.te quidem Alex.in d.l.ſi
vnus.nu.8.& in additio. ad Bart. in l. ubi
cunque.D.de fideiuſſ.& conſi. 72.num.1.
& 2.lib.6.& conſi.66.nu.7.lib.7. Iaſ. in l.
lecta.nu.9.dicens aquam & communem.
& ibi Cagno.nu.99. Deci.nu.13.& conſi.
93.Iacob.in d.l.ſi unus.§.ſi cum reo.nu.1.
in 1. lect. D. de fideiuſſ. Alci. in d. l.lecta.
nu.53.dicens communem Barba.cōſi. 31.
lib.1.Gra.conſi.126.nu.9.lib.1.Pariſ. cōſi.
48.lib.1.Marc.Ant.Blan. de compromiſ.
7.q.prin.uerſ.prorogatio.n.70.Benuenu.
Stracca.in tract.de decoctor.par.5. nu.1.
Paris de Put.de ſindi. §. fideiuſor, in fine
Marſi.in rub.de fideiuſ.n. 83. ubi pulchre
declarat Damouder.qui ita ſe pluries cō-
ſuluiſſe teſtatur de tutor. & curat. cap. 6.
num.66.Sebaſtian Medic.de nouat.par.1.
q.8.in princ.& in hanc ſententiam magis
uidetur conſenſiſſe Specu. cum in hac qō.
5 ſi ultimo† loco diſtīguat poſt multas rela
tas more ſuo reſolutiones.Brun. in tract.
de augmen.num.46.3.concluſ.princip.&
communem dicit.Viu.communi.opin.li.
2.opin.110. in uerbo fideiuſſor. & magis
communem teſtatur Gabriell. de fideiuſ.
conclu.3.qui multos allegat, quibus ultra
ſupraſcriptos,addo Friderich.Schench.in
Viridar.conclu.iuridicar.concl.23. Math.
Coler.Saxo.in ſuo eleganti tracta.de pro
ceſſib.executio.par.1.ca.10.num.303. ubi
multis imo etiam indiſtincte uidetur fir
mare tertiam opinionem, præcipue nu.
310.circa medio reſpōdendo ad cōtraria
Maſuer.

Maſuer.ad Papier.in d.§.ſuper uerbo cõ-
ſenſerit. Andr. Gail.practicar.obſer. lib. 2.
obſer.30.nu.11.Hartman Hartmani pra-
cticar.obſer.forenſ.lib.2.tit. de fideiuſſor.
cap.6.Ioan.Sayſon.in conſuet. Turonen.
cap.1.art.24.in glo.ſuper uerbo *Parlant.*
col.7.uerſ.quæro decimooctauo, & hanc
cõmunem reſolutionem in hac materia
dicit ueriſſimam, & tenendam Io. Guter.
de contractib.iurat.cap. 49.num.15.poſt
Couarru.per eum citatum, & hanc partẽ
ego tutiorem,cõmuniorem, ꝙ ęquiorem
iudico, & pro illa cõſidero ſtare maximã
æquitatẽ,quæ inde reſultat, ne ex benefi-
cio ſuo & miſeratione,quam erga debito
rem creditor habet,damnũ conſequatur,
imò iniquũ eſſet dicere creditorẽ ex hac
ꝓrogatione ſibi præiudicare,ideo illa pri-
ma opinio, ita indiſtincte intellecta ſem-
per mihi uiſa fuit dura, & penitus a iudi-
cum aula relegandam eſſe cenſui, non ſe-
cus quã cautelam illam,quam tradit Fer-
rar.in ſupra citato loco.

Et tanto magis hæc communis reſolu
tio ꝓcedet, ſi dictũ eſſet in prorogatione
5 † citra præiudicium iurium primæ obliga
tionis.Grat.conſi.126.num.8.lib.1. Iaſ.in
d.l.lecta.num.9.in fi. uerſ.ſecus ſi.& idem
ſenſit Specu.in d.§.1.de fideiuſſor.nu.19.
ver.vel dic.addit.magna.ad Abb.in d.cap.
conſtitutus.ideo in hac materia cautelam
tradit Iacobin.ut creditor in ſecunda obli
gatione, ſeu prorogatione proteſtetur,ꝙ
caſu quo debitor in termino ꝓrogato nõ
ſoluat, ꝙ vult primam obligationem, &
actionem ſibi ſaluam eſſe. Ad tempus ue-
ro hoc caſu datus fideiuſſor cenſebitur,
quando tempus fuit appoſitum ad finien
dã obligationẽ. ſecus ſi ad executionem,
& ſolutionem differendam, nam tunc ni-
hilominus facta prorogatione tenetur, ſi
cut elapſo tempore adhuc erat obligatus
ita pulchre declarat Grat.dicto conſ.126.
num.12.poſt Dec.dicto conſ.93.nu.5. &
dicam infra.

Hanc communem reſolutionem am-
6 plio,ut procedat etiamſi † in hac proroga
tionis conceſſione aliquid pro vſuris,& in
tereſſe recipiatur, nam hoc non obſtante
non liberabitur fideiuſſor, ut per Rotã in
antiq.tit.de depoſ.deciſ.1.alias deciſ.860.
quamuis ad intereſſe iſtius intermedij tẽ-
poris ille non teneatur,ut mox dicam.

Fallit uerò prędicta cõcluſio, ſi expreſ-
7 ſè animo nouandi facta † eſſet iſta proro
gatio,ut per Alc.in d.l.lecta.nu.53.nã no-
uatione fideiuſſor liberatur. Bal. in l. aliã.
D.de noua.ſicut nouatione ſtipulatio, itẽ
pignus,& hypotheca ſoluuntur.l. ſi credi
tor.& l.nouatione D.de nou.et de hoc eſt
tex.ad literã in l.notatione. C. de fideiuſ.
8 & uidetur † fieri animo nouandi,quando
interrogatio non fuit facta tacite, uel per
pactum,ſed ꝑ ſtipulationem. Iaſ. in dicta
l. lecta. nu. 9. verſic. inuenio tamen. poſt
Bal.in l.tam mãdatori.C.de non nu.pec.
& hoc tenet apoſtilla.ad Abba.in d.c.con
ſtitutus, quæ eſt multũ notanda, & uide-
9 tur excerpta ex Iaſ.in d.l.lecta.ſed † hodie
nõ cẽſetur,facta nouatio niſi expreſsè di-
catur,ut dicit Grat.in dicto cõſ.126.nu.9.
per l.fi.C.de nouat.& licet hæc opinio ſit
controuerſa, tamen hanc ueriorem dicit
D.Andr.Gail.dicta obſer.30.nu.3. ubi uo
luit nec ope quidẽ exceptionis hodie no-
uationem fieri.iuxta quam opinionem re
fert in camera Imperiali iudicatum, & no
uatio tũc bene dicetur quãdo primus cõ
tractus eſſet alteratur,nam tunc alterata
obligatione fideiuſſores nõ tenentur, ſed
dicũtur liberati,vt per Socin.dicto conſi.
62.nu.23.in qua ſpecie eſt intelligendum
illud ſuum conſilium,quod alias nõ poſ-
ſet ſubſiſtere.

Tenendo igitur hanc communem reſo
10 lutionem,ad tex.in † d.l.ſi cum heimes,&
§.qui impleto.pulchre reſpondet Imo. ꝙ
ibi non liberatur fideiuſſor eo,quod facta
ſit prorogatio exactionis,ſed quia nõ obli
gauit ſe ad plus quam ad penſionem quin
que annorum,unde non eſt iuſtum, quod
ſub illa obligatione trahatur etiã ad obli-
gationẽ alterius ſũmæ de qua ſe nõ obli-
gauit,quod clare elicitur ex ipſo tex.dum
dicit,quod ex quo fideiuſſor nõ conſenſit
poſteriori obligationi,ſed expreſſe cõtra-
dixit,non tenetur ex facto nouo.Nos au-
tem loquitur quando non agimus de no-
ua,& grauiori obligatione,ſed tantum de
differẽda exactione debiti iam contracti.
Ex qua reſpõſione ellicio ego ualde notã
dam concluſionẽ in hac materia,ad decla
rationem clariorem pręſentis quæſtionis,
quod ſi fideiuſſoribus diſſentientibus, vel
11 ignorantibus fiat prorogatio,ipſi † in du-
riorem cauſam non teneantur, remaneãt
tamen



tamen ex priori cõtractu obligati, vſque
ad tempus in obligatione præfixũ; ſed ſi
ipſis ſcientibus,& tacentibus, nõ liberen-
tur etiã a poſteriori obligatione, ſed ſem
per etiam in futurũ obligentur,& hæc ui-
detur eſſe ſecunda opinio, quã Specul.in
hac quæſtio. retulit, & uidetur de mente
Bartol.in quæſtio. illa, quam tractat poſt
Iacob.de Arena, & Dyn.in l. Lucius.2.§.
Paulus.D.de adminiſtratio.tutor.ubi uo-
luit,quod poſt tempus ſex menſiũ in pri-
ma obligatione poſitum,nõ ſint fideiuſſo
res obligati,quia intelligitur de eo, quod
poſt illud tempus in priori obligatione ꝑ
fixum agitur,& accidit,nam exemplificat
Barto.in amiſſione caſtri poſt tempus oc
curſa, quã quæſtionem tractat Alberi.de
ſtatu.parte ſecunda,quæſtio.143.& 163.
art. Lauden. in tractatu de Caſtella. quæ-
ſtione 29.columna 3.& quid de fideiuſſo
re officialis ſit dicendũ, diſputabunt alij
ſuo loco.Ex quo infero,quod ſi poſt tẽpo
ris prorogationẽ aliquid deterius debito-
ri contigerit ob factam prorogationem,
12 † puta,quod fideiuſſor ad deteriorem for
tunam prouenerit, nõ tenetur fideiuſſor,
& ideo ſi durãte tempore prorogationis
debitor efficiatur pauperior, tunc non de
bet factum creditoris nocere fideiuſſori,
qui forte nõ fuiſſet expromiſſurus, ſi ſolu-
tio fuiſſet differenda in longũ tempus, &
ita intelligo, & declaro dictũ Felini in di-
cto capitu.de cauſis.columna 3.uerſiculo
3.limita.& in hoc caſu forte poſſet proce
dere opinio Specul.Ioan.Andr.& Butr.ac
aliorũ ſupra in prima opinione relatorũ,
quod tamẽ ego nõ ita abſolute procede
re exiſtimo, ſed tunc demum ſi fideiuſſor
proteſtatus fuerit facta ſimplici proroga-
tione ſe nolle,ulterius teneri, qa alias im-
13 putaretur † fideiuſſori,q potuit agere ut
liberator, & tacuit,iuxta dicto capitu.con
ſtitutus.Coler.dicto cap. 10. nume. 311.
in fine & 312.& ideo non liberari fideiuſ
ſorem ſi debitor hoc caſu decoxerit,dicit
Stracca.in dicto tractatu de decocto. pa.
5.nume.primo,& ad hæc pariter reſpexe
runt Grat.& Dec.dum loquuntur de tem
pore finiente obligationem, uel differẽte
exactionem, ut dixi ſupra, & hoc clarius
ponit ipſe Dec.in dicta l.lecta num.13. &
in ſimili.tenuit Craue.conſilio 436.nu.8.
& 20.Coler. dict.num.303.in fin.ubi om-
nino uide ſi plura hac de re uelis.Hinc ſi
quod fideiuſſor ad ſummam maiorẽ non
obligant,nec ad vſuras,& intereſſe,ut per
eundem Coler.num 309. Et ad hæc facit
cõmunis regula,quæ habet, quod fideiuſ-
14 ſor ad certum † tempus licet non ſit fi-
deiuſſor poſt tempus tamen remanet fi-
deiuſſor,& obligatus pro tempore ꝓ quo
fideiuſſit,quam regulam ſequitur,& mul-
tis authoritatibus firmet Borgn. Caualc.
deciſione 31.nu.19 par. 1. & in hoc caſu
poſt Dec.tenet Guter.d.c.49.n.15.in fine.

Sunt tamen aliqui,quibus hęc commu
nis reſolutio,& diſtinctio diſplicet,& ſunt
in noua opinione,ac aliter diſtinguunt, &
reſoluunt præſentem quæſtionem nẽpe
15 quod creditor ſiue noua ſtipulatione pro
rogauit terminum ſolutionis debitori, &
tunc non liberetur fideiuſſor,aut creditor
prorogando ſtipulatur de nouo pecuniã
ab ipſo debitore, & facit illum de nouo
promittere,tunc propter nouationem fi-
deiuſſor liberetur,ita reperio in his termi
nis diſtinguere Iacobin. in dicta l.ſi unus.
§.ſi cum reo.ſecunda lectura nu. 2. D. de
pactis & melius in l. 1.nume. 16.17 C.de
in die pro qua dictione uidetur tex. ad li-
teram in l.ubicunque.D. de fideiuſſor. ac
in hanc ſententiam uidetur inclinare apo
ſtilla ad Abb.in dicto cap.conſtitutus.uer-
ſic.his ergo hincinde & ex hoc dicit Iaco
bin.concordari opiniones contrarias,quæ
concordia eſt quidem ſubtilis,& pulchra,
ſed de illa dubito propter communem re
ſolutionem,quæ huic uidetur ſeruari ſen
tentiæ,ſtante præſertim diſpoſitione.l.fi.
C.de nouat.cũ non fiat expreſſa nouatio
& ego dubitarẽ recedere a priori reſolu-
tione,pro qua ſemper conſulerẽ, & iudi-
carem,niſi conſtaret de expreſſa nouatio-
ne, nihilominus huic Iacobini ſententiæ
* quaſi annuens. Senatus in cauſa Salui, &
Gaſtaudi cenſuit per talem prorogationẽ
ſine ſtipulatione noua factam non eſſe li-
beratum fideiuſſorem, qui fideiuſſerat ꝓ
debitore promittente ſoluere intra unum
annum,ita intelligendo opiniones docto
rum contrárias,me referente.1570.ſepti-
ma Decembris.

Spurius

## Spurius ex fratre an dicatur turpis perſona, ita ut a patruo inſtitui non poſſit, & ſit locus.l.fratres.C.de inoſſic.teſtam.

### *DECISIO CXXVI.*

1 *Spurius non dicitur turpis perſona.*
2 *Spurius ab extraneo inſtitui non prohibetur.*
3 *Spurius infamis perſona dicitur.*
4 *Spurius tanquam leui macula ſaltem aſperſus hæres inſtitui non poteſt.*
5 *Frater turpis non querelat teſtamentum fratris, qui turpem perſonam inſtituit.*
6 *Spurius uirtute & dignitate decoratus hæres inſtitui non prohibetur inter tranſuerſales.*
7 *Spurius a Principe legitimatus poteſt hæres inſtitui.*

FRATER teſtatus eſt, & in
teſtamento inſtituit hȩredē
ſpurium, uel naturalem ex
alio fratre ex ſoluto, & ſolu
ta natum, ſubſtitutione facta
in hunc modum, quod ſi dictus inſtitutus
illi hȩres nō erit, uel aliquo caſu hæres eſ-
ſe non poterit, ſubſtitui alium ſibi agnatū
in gradu remoto. Moritur teſtator relicto
inſtituto qui adiuit hæreditatem, ſuperſti
te fratre ꝗ monachus erat. Monachus ob-
tenta ceſſione a capitulo ſeu monaſterio
agit cōtra inſtitutum, petitque ſibi fratris
hæreditatē nullo declarato teſtamēto de
cerni, quæſitum fuit an iuſta petitio eſſet,
& quoniā prȩſens quȩſtio habet quatuor
principales difficultates, illam quatuor ar
ticulis propoſitis, & diſtinctis examinabo.
Primus articulus igit̃ eſt in hac facti ſpe
tie, nūquid frater præteritus poſſit impu-
gnare teſtamentū fratris ex remedio l.fra
tres.C.de inoffi.teſtamē. & §.ſoror.inſtit.
eo.titu.ex eo quod ſpurium inſtituerit tā
quam turpem perſonā. Dicebatur per ſpu
rium valere teſtamentum ſua perſona in-
1 ſpecta, quia ille non eſt † turpis pſona, cū
filij maculam non contrahant ex patris in
continentia, & turpitudine. ca. nunquam
de uitijs 16.diſtin.cum pœna ſuos tenere
debeat authores.l.ſancimus.C.de pen. &
naſci ex adulterio non eſt culpa naſcentis
ſed generantis cap.naſci.diſtinct.56.Multi
que fuere naturales, & ſpurij, ad ſummas
dignitates euecti præſertim pontificias; ut
narratur in capit.Oſius.Papa. 56.diſtin.&
notat Alex.Rauden.in tract.de Analog.c.
30.num.81. & pro hac opinione adduce-
bantur ea, quæ in his terminis allegat Ca-
gnol.in l.1.nu.14.D.de inoffic.teſtamen.
vbi ſentit non poſſe querelari teſtamentū
2 fratris inſtituto naturali† extraneo, in qua
opinione uidetur etiam fuiſſe D.Paleotus
in tract.de not.& ſpur.c.55.n.5. facitque
communis regula quæ habet ſpuriū libe-
re poſſe a fratre legitimo hæredē inſtitui,
& a quocunque modo nō ſit ex aſcendē-
tibus, quam nouiſſime firmat Simon de
Præt.de interpretat.ultimar.uolū.li.3. in-
terpretat.1.dub.3.ſolut.2.nu.11.cuius re-
gulæ authoritate in his terminis, & in hac
cauſa conſulendo motus Rolan.cōſi. 87.
lib.3.expreſſe tenuit, & conſuluit talem in
ſtitutionem ſpurij a patruo factam ſubſi-
ſtere, cum ab extraneo aliquid accipere
teſtamento poſſit.And. Gail. practic. ob-
ſer.lib.2.obſer.88.nu.19.
In oppoſitum vero cōtra ſpurium facit
tex.in cap.ſi gens.56.diſtinct. ubi Boniſa
cius inquit tales filios neque Deo amabi-
3 les† neque hominibus honorabiles eſſe, ꝗ
etiam voluit Calixtus Pontifex in ca.con-
iunctiones.35.quæſt.2. dicēs infamia eos
notandos, & infames cenſendos, quia infa
miæ maſculis ſunt aſperſi. Itē pro hac par
te inducebatur tex.in d.l.fratre.ibi.

Vel leuis notæ macula aſpergantur.

4 Quo apparet ſufficere† quamlibet leuē
turpitudinem, uel notam eſſe in inſtituto,
ut poſſit ſubuerti teſtamentū a fratre, quē
text.in ſimili caſu in illis uerbis ponderat
Ruin.conſi.5.lib.3.Ioan.Fab.& alij in d.§.
ſoror. & eſt ratio, quia cum ius naturale id
ſuadere uideatur, ut ꝓpinquioribus bene
faciamus, quāuis noluerit lex obligare fra
trem ad inſtituendum fratrem, prout obli
gat ad inſtitutionem deſcendentis, voluit
nihilominus prouidere ne ad excluſionē
fratris turpis pſona, uel aliquo modo ma
culata admittat̃, ſed quod omni exceptio
ne maior eſſet ille inſtitutus, ꝗ fratrem nō
turpē excludere deberet, & ideo ſi frater
5 etiam eſſet† eadem, uel maiori macula tur
pitudi-



pitudinis notatus nō admitteretur de que
relam. Iaſ.in l.in arenam.in fi.& in dicta l.
fratres limit.7.C.de inoffi.teſtamen.quia
tunc nō cōſideraretur eam inſtitutionem
de turpi inconſiderate factam cum etiam
frater turpis eſſet & ī pari cauſa lex magis
fauet teſtatori de re ſua diſponēti. Atque
in terminis, quod talis ſpurius ſit infamis
& per conſequens, quod ſit locus querelȩ
& remedio.l.frater tenuit ſubtiliſſimus ex
antiquis Azo in ſumma.C.ex quibus cau.
alicui infam.irroget.nu.4.& poſt eū Bar.
Bal.Alex.& alij.in l.& ſi pepercerit.D.de
lib.& poſthu.& in l.turpia.de lega.1.Bal.
in l.in bonȩ fidei.D.de reb.cred.& in l.1.
C.de iur.aur.annulor.& conſ.373.li.129.
colum.2.lib.2.Alex.in l. ex facto.nu. 22.
D.de vulgar.ſubſtitut.Afflict.deci. 125.&
204.ex qua tamen deciſione.125.ellici ui
detur, quod tantum procedat hæc opinio
quo ad legitimam.Iaſ.conſi. 154. num.5.
uerſiculo, vnde dicit. Azo.libro.1. Mant.
conſil.259.num.7.& hanc ſententiam cre
briorem, & receptiorē apud doctores eſſe
dicit Ancharan iun.quæſtionum familiar.
libro.3.quæſtio.36. num.9.ubi multos al
legat dicentes talē ſpurium dici notatū in
famia facti, & huic querelȩ dicit poſt Sal.
locum eſſe, quamuis fratri querelanti ali-
quid relictum eſſet.
Nec obſtant iura in contrarium allega-
ta, quia reſpondetur, quod iura illa poſita
per Gratianum in ſecunda parte illius di-
ſtinctionis.56.procedūt quo ad damnum
uitæ æternæ, non autē quo ad alios iuris
effectus, ut reſpondet gl.in d. 56. diſtinct.
c.vndecūque, uel dic, quod iſtud eſt, quia
lex odio habet indiſcretionem fratris te-
ſtantis qui alium fratrem excluderet ad
mittendo, & inuitando ad hæreditatem
ſuam alium minoris qualitatis, & dignita-
tis, quam eſſet frater, ut in his terminis cō
ſiderat Deci.in conſ.561.nu.4.dicens hoc
caſu legem indignari, & ideo querelam
concedere, & hac ratione inferebā, quod
6 ſi iſte ſpurius, uel alias turpis † alijs uirtuti
bus eſſet illuſtratus, & decoratus.ita, ut fra
tre præterito dignior eſſet, tunc non ha-
beret locum querela argumento tex.in c.
nunquam de vitijs.dicta.56.diſt.ibi.

Natus ex meretrice, ſi propria uirtute decoretur parentum non de decoratur opprobriis.

Et in c.Apoſtolica, & c.ſeq.ea.diſt. ibi.

Quamuis filius ſacerdotis ſit, ſi cæteræ uirtutes in eum conueniunt illum non reijcimus ſed ſuffragantibus meritis patienter ſuſcipimus.

Et ob id licet tales ſpurij ſint aliqua læ-
ui macula aſperſi, tñ ex uirtutibus obnu-
bilata macula, & illuſtres facti ad ſumas
etiam dignitates euecti ſunt, ut in d.c. O-
ſius Papa. Et ita cōſuluit, & dicit iudicatū
in quodam filio prȩsbyteri Aluar.Valaſc.
Luſitan.conſult.17.per totam. Minus ob-
ſtat authoritas Cagnoli, & aliorum, quia li
cet dici poſſet in contrarium eſſe opinio-
nem aliorum doctorum maioris authori
tatis & numeri, ut in ſimili dicit Iaſ.conſi.
71.in fi.lib.1.tamen adhuc reſponderi po
teſt, quod illa opinio & altera regula ſuꝑ
qua ſe fundat Rolan. non militant in hoc
caſu, nec habent locum quando teſtator
habebat fratrem, qui poterat querelare, &
ideo hanc ſecundam opinionem Azonis
tamquam ueriorem & magis communē
ſequutus fuit ī hoc articulo Senatus ita iu
dicando in cauſa Luperiæ Cuniēſis, 1569.
Menſe Februarij. damnato conſil.Rolā.in
dicta cauſa producto, quod poſtea in ſu-
pracitato lib.3.impreſſum fuit conſ.87.
Hanc tamen opinionem limitārem, ut
non procedat nō ſolum ſi ſpurius proprij
uirtutibus illuſtraretur, ut ſupra dixi, ſed
etiam ſi principali reſcripto, uel aliter
fuiſſet legitimatus prout, ita in terminis
7 † tenet.Bald.conſi.146.colum.penul.uer
ſiculo, & primo qualis.lib.1.Alexan.in d.l.
ex facto.num.22.D.de vulgar.ſubſtit.Iaſ.
dicto conſi.154.nu.5.verſiculo vnde nūc
lib.1.D. præceptor meus Paleotus nunc
S.R.E. Cardinalis meritiſſimus, & Bono-
nien.Archiepiſcopus in dicto cap.55. nu-
mero 6.& 7.& faciunt, quæ dicit idem An
charan.dicta quæſt.36.num.14. qui ulte-
rius limitat communem opinionem in ca
ſu quando eſſet inſtituta ſpuria, quæ iuue
ni uiro, & nobili matrimonio eſſet collo-
cata, quia tūnc nō poſſet dici turpis perſo
na, quod tenementi quia eſt pulchrum di
ctum. Quamuis & in hac limitatione Bal.
ſibi pro more cōtrarius aliter teneat in l.
generaliter.§.cum autem. uerſiculo ſcire
autem

autem quod in feudis.C.de inſtitut.& ſubſtit. & Firman. in ſuo reperto. §. Baſtardus.num. 47.

Subſtitutio facta in eum caſum ſi Titius hæres nō erit,uel aliquo caſu hæres eſſe non poterit, quæ vulgaris dicitur,an inſtituta turpi perſona faciat locum ſubſituto,an uero fratri querelanti,adita per inſtitutum hæreditate.

## DECISIO CXXVII.

1 *Subſtitutionis vulgaris effectus eſt,ut teſtamentum a ſecundo gradu uires capiat.*

2 *Aditione hæreditatis ob aliquem caſum deficiente locus eſt ſubſtituto non obſtante aditione,& nu.12.*

3 *Diſpoſitio.l. Titia. an habeat locum in teſtamento fratris,& nu.10.*

4 *Spurio inſtituto quærelam a fratre inſtitutam non obtinente hæreditatem locus erit ſubſtituto.contra num.5.& nu.11.*

6 *Teſtamentum fratris magis quam patris rūpitur odio turpis perſonæ.*

7 *Fiſco hæreditatem ab indigno auferente nō fit locus ſubſtituto.*

8 *Subſtitutio vulgaris adita hæreditate expirat.*

9 *Tex.in l.3.§.fi.D.de libe.& poſth.declarat.*

ALITER A ſuccedit pulchra & ſubtilis quæſtio ex caſu propoſito an præſuppoſita inualiditate teſtamenti propter querelam ſit locus ſubſtitutioni vulgari factæ in fauorem illius agnati,non turpis,ita quod turpis excludatur,& ſubſtitutus excludat a fratre. & in fauorem ſubſtituti multa adducebātur,& primo tex.in l.3.§.fi.D.de liber. & poſthum.ubi ſi non ſuſtinetur primus gradus inſtitutionis admittitur ſubſtitutus,& incipit teſtamentum ualere a ſecundo gradu.Ex quo.§.infertur cōcluſio,quod iſte
1 eſt † effectus vnus ſubſtitutionis vulgaris expreſſe (qualis eſt hæc.l.cum proponas. C.de hæred.inſtituen.)ut faciunt ualere teſtamentum incipiendo a ſecundo gradu, de qua re Barto,in l.1.nu.28.D. de vulg. ſubſtit.ſcribit & communiter ibi Doctores,ut teſtatur Rip.num.162. & ibi Bart. ponit caſū, quādo deficit primus gradus ratione in capacitatis,ut, quia ſpurius,per l.2.C.de hæred.inſtituen.& hāc Bar. opinionem in his terminis communiter approbatam dicit Craue.conſil.898.nu.13. & 26.lib.5.allegans Bald.in conſ.146.numero 4.lib.1.& 363.lib.5. & eandem tenuit idem Bart.in dicto §.fi.num. 2.ſimiliter exemplificans in ſpurio, & de cōmuni hanc Bar.regula nouiſſime teſtatur Simon de Pretis de interpret. ultimar. uol. lib.3 dub.5.ſolut.5.nu.54.

2 Secundo adducebatur.l.ex cōtractu.de re iudic.ubi † licet adita ſit hæreditas, tamen ſi nō duret aditio,deſinit eſſe primus inſtitutus hæres,& locus eſt ſubſtitutioni, vnde iſtius ſpurij aditio huic ſubſtitu.non erit impedimento,cui conuenit.l.& ſi ſine §.ſed quod Papinianus.D.de minorib.

Tertio l.eum,qui.§.fin.D.de inoffic.teſtamen. ubi rupto teſtamento ꝑ querelā hæres,qui adiuit,deſinit eſſe hæres,& omnia remanet in eo gradu ac ſi nunquam fuiſſet adita hæreditas, & quod deſinat eſſe hæres eſt tex.in l.in ſubſtitutione.D.de vulgar.& ꝑ illum tex. ita dicit Caſtren. in l.cum duobus.nu 3.C. de inoffic.teſtam. ideo ſi deſinit primus hæres eſſe,ſecundus inſtitutus non obſtante aditione hæreditatem capiet,ſic enim dicitur quod deficiente uno ſubſtitutionis gradu tranſit hæreditas ad ulteriorem ſubſtitutum, ut dixi ſupra deci.86.

Quarto adducebatur conſil. Anchara. 275.ubi donec effectualiter adita eſt hereditas per inſtitutū nō fit locus ſubſtituto.

Quinto adducebat opinio Dyni in l.ſi patroni.§.fi.D.ad S.C.Trebellia.quam refert.Bart.ibi in quarto intellectu ad illum
3 tex.& dicit menti tenendum,quæ eſt † ꝙ l.Titia de inoffi.teſta.quæ vult quod rumpatur teſtamentū in totum per querelam uti a demente factum, non habet locum. in teſtamento fratris, & quamuis Fulgoſ. conſ. 71.colum. 3.uerſic. in diuerſum, & Dec.conſi.161.colum.1.uerſi.his tamen. aliter ſentiant,tamen illorum opinio procedit in odium turpis perſonæ tātum ſed quo ad alias non turpes habet locū opin. Dyni,& ita ſcribit Dec.dicto conſil. 261. circa fi.





Sexto pro ſubſtituto facit, quia ſi duo hæredes a fratre inſtituantur, & unus eorum non ſit turpis rumpitur teſtamentū quo ad turpem, quo uero ad alium no rūpitur,ita tenēt communiter doct. præſertim Gul.de Cun.Bart. Bal. & Caſtren.in l. fratres.C.de inoffi.teſtamen.& ibi Salyc. 5.quæſt.ergo idē dicendum in caſu iſto, ut licet rumpatur quod ad inſtitutū,tamē ſuſtineatur quantum ad ſubſtitutum, qui non eſt turpis,& in terminis hanc opinio
4 nem † quo ad ſubſtitutionem factam ſpurio cū conditione ſi capax erit, tenuit uir ſummæ doctri. & integritatis Natta in cōſilio 246.numero 8.& conſ.247. nu.3.& idē uoluit in hic caſu Lupenæ conſulendo Crauetta in dicto conſil.898.per totū, & reuera cæteris omiſſis ſtringit admodū Bar.doctr.ſupra in primo fundamēto allegata,& in iſtis pariter terminis pro ſubſtituto cōſuluit Hieron.Gabriell. conſ. 104. num.2.3.& per totum, & innuit Gomez. uariar.reſolut.lib.1.cap.10.nu. 29. uerſic. & idem eſt ſi inſtituatur.circa fin. Simon de Præt.de interpretat ultimar. uolūtat. dict.ſolut.5.num.22.nec pro contraria reperi hactenus doctorem in indiuiduo ſcribentem prout ſcripſerunt, & conſulerunt ſupraſcripti tam in hac cauſa quam ſimilibus.

Pro contraria uero parte & in fauorē
5 fratris† quod ille in totum rūpat ſubſtitutionem uulgarem præſertim adita hereditate per inſtitutū primo facit, quod querela inofficioſi reducit rem ad cauſā inteſtati.l.poſthumus.§.ſi quis ex his in fi.D. de inoffi.teſtam.

Secundo facit communis doctrina doctorum in auth.ex cauſa. C.de lib. præte. ubi.Barto.n.16.uolentium,quod per querelam inofficioſi rumpantur omnes directæ ſubſtitutiones uulgares per tex.in di-
6 cta.l.Titia.de inoffic.teſtamen.

Tertio facit ratio,quia odio† turpis ꝑſonæ magis rumpitur teſtamentū fratris, quam patris,ut per Deci.dicto conſ.561. nu.4.ideoque quamuis per auth.ex cauſa.ſuſtineantur fideicommiſſa in ruptura filii,ut per Bart.in dicta auth.nu. 23. quē omnes ſequuntur,tamen in ruptura a fratre facta per clauſulam codicillarem non ſuſtinetur fideicommiſſum. Fulgoſ. dicto conſ.71.Ange.in §.ſiue igitur.col.penult. uerſiculo contrarium credo.auth.ut cum de appellat.cognoſc.

7 Quarto facit,ꝙ † adita hæreditate per indignum,ſi fiſcus illam auferat,non ſit locus ſubſtituto licet digno.l.ſequens.D.ad S.C.Syllan.ꝑ quem tex.hanc reg firmat ibi Barto.& in l.1.D.de uulgar.& ſequuntur cōmuniter doctores,ut ibi dicit Ripa num.155.Ceraſ.in l.poſt aditam.nu. 50. C.de impuber.& al.ſubſt.& ratio eſt ut dicit tex.quia pæna huius primi inſtituti nō debet eſſe lucrū ſubſtituti item quia poſt aditā hæreditatem expirat ſubſtitutio ut ibi per Barto.& hoc caſu hoc eſſe indubitatum dicit Michael Graſſ.in l b. cōmun. ſenten.§.ſubſtitutio.quæſtio. 8.numer. 8. ſi idem dicendum in caſu noſtro, cum iſte frater rumpat, ut ſibi locum faciat non autem alii.iuxta text. in l.nam, & ſi ſub conditione.§.fi. a.D.de iniuſto rupt. teſtamen.

Quinto adducebatur regula l.poſt aditam.C.de impub. & al.ſubſtit. ubi ſtatim
8 †adita hæreditate expirat uulgaris,quæ regula ibi ampliatur per Bal. etiāſi talis aditio non duret,niſi reſtitutione in integrū ſit ſublata, quæ reſtitutio cum in caſu hoc nō interueniat,reſtat firma regula nec reperitur,quod aliquis ſcribentium,aut repetentium in dicta l.poſt aditam. eam limitet in caſu noſtro,uel querelæ inofficioſi, quamuis multas limitationes ad eam adferat Zaſ.

Sexto facit pro hac parte,quia aliàs ſtaret ſubſtitutio uulgaris eſſet ludibrio querela,quia totum reſtitueretur ſubſtituto, quod nō eſt dicendū, prout in ſimili huic opinioni ſubſcribēs tenuit Caſtrenſ.in dicta l.ſi patroni.§.fin. ad Trebellian. & ibi Alexan n.7. uerſiculo attamen eſt uidendum, quamuis hoc argumentum ſaluari poſſet,quod procedat quādo agitur de excludendo ueniente ab inteſtato ut admittatur turpis inſtitutus, ſecus ſi de admiſſione alterius ſubſtituti non turpis ageretur, ut ꝓxima deciſ.latius dicā,& ita loquitur Caſtren.in dicta l ſi patroni.dum nō uult hæreditatem reſtitui ſpurio ex clauſula codicillari.

Et ex his inferebam in caſu propoſito non eſſe locum ſubſtitutioni uulgari, ſed potius fideicommiſſariæ uirtute clauſulæ codicillaris,ut proxima deciſ dicam.

Nec obſtabunt contraria, quia ad ſingula facilis patet reſponſio, & primo l. 3. §. fi.
9 de lib. & poſthum. quod † illa procedit, quando inſtitutio eſt a principio nulla, nõ autem ſi a principio tenuit. Et ita ibi exẽplificat, & declarat gl. & communiter doctores omnes præſertim. Pau. de Caſt. numero. 2. dum reſpondet ad l. non putauit. §. a primo. de bon. poſſeſſio. contra tabul. & idem Caſtren. numero. 3. ubi infert ad alias quæſtiones: preterea ibi non erat adita hæreditas, ut per Caſtrenſ. ibidem n. 1. in caſu enim illius §. propterea quod nullus eſt primus gradus, & hæreditas nõ fuit adita incipitur a ſecundo, qui potius dicitur primus, quam ſecũdus ut ibidem dicit Caſtr. nu. 2. ulterius in caſu hoc ideo rumpitur nõ propter defectum ſolennitati teſtamenti, ſed ut is qui rumpit locũ ſibi faciat, ita Barto. in dicta l. 1. de uulgar. n. 28.

Ad l. ex cõtractu reſpõdẽtur, quod procedit fauore minoris, & ope reſtitutionis in integr. ut dicũt communiter doctores, & Barto. ibi Bal. in dicta l. poſt aditam, in principio, & ibi Sapia nume. 5. Coraſ. nume. 14. Rip. in dicta l. 1. de uulgar. nume. 205. & ſic eſt caſus ſpecialis, ut dicit Zaſ. in tract. ſubſtit. uulgar. capitulo 1. nu. 30. preterea ibi cõcurrebat, quod hæreditas nõ erat ſoluendo, ut per Alberic. in l. & ſi ſine §. ſed quod Papinianus. de minor. uel dato cohærede, ut ꝑ Alber. ibi, & Sapia dicto nume. 5. & 7. & eodem modo reſpõderi poteſt ad dictũ §. ſed, quod Papinianus, ut dicũt doctores ſupra citati, & Rip. dicto nu. 205. & cõmunem dicit M. Graſ. §. ſubſtitutio, queſt 15. num. 4.

Ad tertium dicitur, quod dicta l. eum, q. §. fi. ꝓceditur eo quia querela inofficioſi facit teſtamentum irritum, & rupit tam inſtitutiones quam ſubſtitutiones uulgares & ſic potius facit contra ſubſtitutum. præterea ibi eſt ea ratione ne hæres q adiuit ſit in damno amittẽdo ſuũ creditum ex aditione confuſum, imo ex illo tex. notant Bal. & alii, quod querela reducit rem ad cauſam inteſtati, ut ibi dicit addit. marginal.

Ad cõſil. Ancharan. reſpondetur, quod reprehenditur per Rip. in dicta l. 1. n 207. ulterius loqui in pœnitus incapaci ideſt bannito, quo caſu habet locũ doctr. Bart. in dicta l. 1. num. 28. ſecus autem in eo qui erat à principio capax, niſi querela obſtaret. quinimo Ancharan. uidetur ibi facere pro opi. noſtra, dum in fi. cõcludit ex eo, quod bãnitus adiuit, excludi ſubſtitutum, quamuis aditio non durauerit.

Ad quintum dicitur, quod illa opinio
10 Dyni. † non eſt uera, quia alij tenẽt, quod l. Titia habeat locum etiã in fratre, cum ſit eadem ratio, imo maior, ut ſupra dixi, cum uideatur maior dementia in eo, qui carnem ſuam odio habens, turpem, & extraneam perſonã fratri uirtutibus prædito anteponit, & in ſpecie, quod dicta l. Titia etiã. in caſu fratris procedat dicit Fulgoſ. dicto conſilio 71. colu. 3. uerſiculo ad ſecundum, & uerſiculo in diuerſum arguitur, quod cõſilium etiam reperitur inter conſil. Caſtrenſ. cõſilio 268 libro. 2. ad primum uidetur colum. 2. Bal. in dicta l. fratres. quæſtio. 3. Deci. conſi. 561. colu. 1. & ibi Dec. paulo poſt alleg. talium tex. concordante cum dicta. l. Titia. iuris nouiſſimi uidelicet §. ſoror. inſtitu. de inofficio. teſtamen. inducendo, ut per eum. Nec doctores prædicti diſtinguunt, prout nec dicta. l. Titia. diſtinguit. nec d. §. ſoror. utrũ odio turpis perſonæ, uel non ſed ſimpliciter uoluit rumpi teſtamentum, quia talis eſt natura querelæ inofficioſi, quæ natura nõ eſt in hoc uariata inter querelam filij. uel aliorum, & querelã fratris quando eſt turpis inſtitutus, & quamuis Deci. & alij communiter ut infra dicam uelint, quod in odium turpis perſonæ procedat opinio Dyni, ut in totũ rumpatur, ſecus in odiũ nõ turpis legatarii, tamen id dicunt procedere doctores in cauſa fidei cõmiſſaria, & uirtute clauſulæ codicillaris & propter auth. ex cauſa. C. de liberis præterit. ita dicit clare Bar. in dicta l. Titia. uerſiculo hodie tamen. Nec reperitur aliquis doctorũ antiquorũ, qui teneant opinio. Dyn. in fauorem nõ turpis in directa ſubſtitutione, ſed tantum in fideicõmiſſaria propter dictam clauſulã, & ita loquitur Deci. dicto conſilio 561. & Iaſ. in d. l. fratres. nume. 5. uerſiculo teneas communem.

Ad ultimum reſpondetur, ꝙ præſuppoſita pro uera illa communi opinione, non tamen obſtat, nam illa non debet extendi ad alium caſum, tãto magis, quia diuerſitate rationis aliud ibi ſtatuitur, ſiquidẽ ſuſtinetur teſtamentũ ea ratione quia

ſaltem



ſaltem in una portione inſtitutus eſt non turpis in primo gradu, ideoq; non perimitur in totũ primus gradus, ſed in caſu noſtro per querelam primus gradus. deſtruitur, & teſtamentum annullatur dicta l. poſthumus. §. ſi quis ex liberis. de liberis & poſthu. Præterea ubi ſaltẽ pro parte lucratur frater, querela non eſt eluſoria, ſed in caſu noſtro eſſet omnino eluſoria, quia per uulgarem ſubſtitutionẽ totum a querelante auocaretur, quod dicendum non eſt, ut uolui. Caſtr. in d. l. ſi patroni. §. fina. ad Trebellian. & ibi Alexan. uult. non debere eſſe querelam eluſoriam, ſed quod ſaltem detrahatur quarta. Et hanc Alex. ſententiam ego crederem ſatis equam, & in re dubia ſequendam.

His hincinde deductus erãt inter Sena
* tores uota diſcrepantia, ſed tandem iudicatum fuit in cauſa Luperie Cunienſis, in fauorem agnati excluſo fratre per ſupradicta, & per ea quę dicam in ſeq. artic. Et re re uera loquendo in prius terminis iſtius ſubſtitutionis uidetur res omnis ab ipſo mente teſtatoris (ipſius uerbis declarata)
11 diffinita. nam † præſuppoſito. quod non poſſit inſtitutus hæreditatem retinere tã quam incapax, melius eſt ut ſecundus inſtatutus fauore teſtamenti obtineat quã alius, quẽ omnino excludere teſtator uoluit, ut in ſimili arguit Socy Iun. conſ. 106 nu. 11. li. 1. & ego ob id dubitarem recedere ab hac ordinatione defuncti, quicquid alii ſubtiliter magis quam ſubſtantialiter dicere uoluerint. Nam ſubſtitutio dicitur conditionalis inſtitutio ſi & quis ſub conditione inſtituitur, quis dubitat eueniente conditione illum hæreditatem capere de manu tertii poſſidẽtis tempore intermedio. Nec obſt. conſilium Decii, quia illa infra proxima deciſ. reſpondebo, minus dicendum eſt aditionem ſpurii ſuſtituto
12 † obſtare, quia illam nõn officere tanquã non probatum, & illegitimam dicit Crauet dicto conſilio. 898. nu. 21. & in ead. cauſa conſi. 921. per totũ, ubi reſpondet ad motiua, & aditio, ut idem inquit, per rupturam teſtamenti euaneſcit, ſtante præſertim inſtitutione conditionali, quę eſt ſubſtitutione colligitur. Nec meo iudicio obſtare hic poterit regula. l. poſt aditam quia illa procedit, quãdo effectualiter adita hæreditas eſt ita, ut uere inſtitutus ſine moleſtia obtineat, ſecus ſi adiri & non retinet, quia a iure prohibetur, nam tunc non expirabit, conditio uulgaris ſubſtitutionis, quia idem eſt apud me non adire, & rem aditam iure retinere non poſſe, cum effectus rei magis quam actus præſertim in teſtamentis inſpiciendus ſit, & iſta aditio ſpirat per querelam interpoſitam, & tunc effectum ſuum uulgaris ſubſtitutio ſortitur, iuxta Craue. in dicto conſilio. 898. numero. 25. alias laberetur ſua natura iſta ſubſtitutio, quę ad conſeruandum teſtamentum eſt adinuẽta. l. prima. D. de uulga.

## Teſtamẽtum fratris, quod per querelã a fratre interpoſitã nullum fuit declaratum, an ſuſtineatur uirtutæ clauſulæ codicillari, ita ut ſubſtitutioni factæ locus ſit

### DECISIO CXXVIII.

1 *Teſtamentum fratris an per clauſulam codicillarem ſuſtineatur. & nu. 2.*
3 *Clauſulam codicillaris ſuſtinet teſtamentũ alias inofficioſum.*
4 *Subſtitutus nõ turpis admittitur uirtute clauſulæ codicillaris.*
5 *Subſtitutio, quæ non ualet iure directo, ualet & iure fideicommiſſi.*
6 *Auth. ex cauſa. C. de lib. præt. an procedat inter tranſuerſales inſtituta turpi perſona, nu. 7. 8. 14.*
9 *Caſum deciſo eſt a ſimilia deducenda.*
10 *Teſtamentum, dementis per clauſulam codicillarem non ſuſtinetur.*
11 *Teſtamẽtum fratris ſuſtinetur inſtituta turpi perſona ſi legitima relinquatur, uel minus. & nu. 12.*
13 *Legitima fratris quanta ſit.*

AGGREDIOR Tertiũ non minus dubium, & diſputabilem articulum. Nũquid ꝓſuppoſito illa opinione, quod non ſit locus ſubſtitutioni, uulgari, ſit ſaltem locus fideicommiſſariæ per clauſulam codicillarem *Si non ualet iure teſtamenti, &c.* Ita ut teſtamentum alias nullũ inſtruta turpi perſona uirtute iſtius clauſulę ſuſtineatur. Et

 quidem

quidem poſtquam ruminaui ferè omniū
doctorum ſcripta.reperi ita dubium iſtius
quæſtionis reſolutionem,vt fere, difficile
ſit reperire quod doctores ſentiant in hoc
articulo,vidi enim maiorem partem illo-
rum terminos confundere , nullā penitus
conſtituētes differentiam inter remediū
clauſulę codicillaris.& authe.ex cauſa C.
de liber.præterit.quamuis ſint diſtincta re
media,& tota hæc quæſtio ægeret deciſio
nē.Principis perpetua,vt tot doctorū con
trarietas componerentur . Ego vero vt
e lucidior fiat, & ne confuſio oriatur, di
uidam quæſtionem hanc in duo capita
ſeu quæſtione . Primo nunquid clauſula
codicillaris in hoc teſtamento operetur.
Secundo an ceſſante clauſula codicillari.
ſuſtineatur teſtamētum per authē. ex cau
1 ſa.Et quod ad primam attinet magis com
munis† illa videtur eſſe ſententia ſi docto-
rum ſcripta numeremus,)prout hodie fie
ri ſolet)ut teſtamentum per talem clau-
ſulam non ſuſtineatur ſed in totum rum-
patur,ita conſuluit Caſtre. in conſilio.71.
Ad primum alias eſt.r 68 libro.2.ſed repe
rio eſſe idem conſilium,quod eſt inter cō
ſilio.Fulgo.conſilio.71.Idem tenuit Ang.
in.§.ſiue igitur.Auth.ut cum de appellat.
cognoſc.colūna.penultima,verſiculo con
trarium credo.Caſtren.in l.ſi patroni.§.fi.
colum.2.D.ad Trebellia.& ibi Alexa.nu-
mero.6.Iaſ.in l.frates.num.5.C.de inoffi
cioſ.teſtamen.& conſil 71.colum. fina.in
fi.libro.1.Dec.conſilio.561.per totum,di
cens,quod nefas eſſet ab hac opinione di
ſcedere.P.Iacob.in ſua praxi. tit.de auth.
ex cauſa præteritionis.nu.14.uerſic. item
ſi frater obtineat.Bolognin.conſi 15.qui
dam Antonius.in fi.Gozadin.conſilio.85.
num.2.Ruin.qui conſuluit in eodem caſu
Decii.conſilio.5.num.13.& communem
dicit Michael.Graſſ.in li.ſententiar. §.Co-
dicillus.numero.23 Hieron.Gabriel.con-
ſilio.126.nu.3.Roland.conſilio.87.nume-
ro 11.libro.3.& poſt eum communem di
cit Burſ.conſi.92.num.6,libro.1. Simon.
de Præt.de interpretat.ultim volun.li.2.
ſolut.11.nume.20.

Contrariam uero ſententiam tenuerūt
Angel.in conſilio.171.ſuper puncto.licet
ab aliis corrupte a legatur in vltima quæ-
ſtione,& hęc uidetur fuiſſe antiqua opi-
nio Dyni.in dicta l.ſi patroni.§.fina.quem
refert ibi Bartol.ſequitur dicens meum te
nendum,& poſt eum ex antiquis vidi.ta
tenere Iac.de Arena.in dicta auth. ex cau
ſa.in fin.vbi uoluit expreſſe operari illam
clauſulam,ſi rumpatur teſtamentum per
querelam,& iuxta hanc opinionem dicit
fuiſſe per conſilium iudicatum.Afflict.de-
ciſ.125.in fi.quę deciſio non eſt parui mo
mēti.cui addi poteſt deci.204.ubi eſt idē
caſus Crauetta.conſilio 898.n.12.& 921.
numer.9.libr.5.Ancharan. Regien. quæ
ſtionum.familiar.lib.1 quæſtio.11 nume.
3.& propterea cautelam adferebat.Ioan.
dilect.de arte.teſta.titulo.3.caut.16.quod
vt teſtamentum ſubſiſtat inſtituta a fratre
turpi perſona ponatur hæc clauſula dicēs
male contrarium conſuluiſſe Fulgo.Paul.
de Caſt. & alios. Pro qua opinione facit
doctri.Bar.communiter recepta in dicta
3 authen.ex cauſa.nume.23.ubi uoluit† per
clauſulam codicillarem ſuſtineri teſtamē
tum inoſficioſum uirtute fideicommiſſi.
& ibi Fulgoſ.nume.17.in fi.& ſi rei uerita
tem magis quam iuris ſubtilitatem con-
ſideremus licet altera proculdubio com-
munis ſit,& grauiſſimos habeat ſui defen
ſores non dubito quin illa tanquam ęqui
or in iudicis obtineat, prout in conſilio.
Neapolitano fuit iudicatum , illa ratio-
ne,quia nulli dubium , quod fauorabilius
eſt remedium clauſulæ codicillaris quam
auth.ex cauſa.& tamen ſi rumpatur teſta-
mentum ſuſtinetur quo ad legata & fidei
commiſſa per d.auth.ex cauſa,ut per Ioā.
Fabr. ibi nume. 5. & dicam infra , ergo
multo magis per clauſulam codicillarem
ſuſtinebitur.faciunt dicta per Soci.iunior
conſilio.107.numero.24.& ſequen. libro
primo.

Verum ſi dubites recedere a commu-
ni prout ego uere in iudicando in hoc ca
ſu recedere dubitarē per pulchram ratio-
nem quam ponit Simon de Pret. dicta
ſolu.11.nu.21 uerſic.nam præſuppoſito,
Item quia ſi reſpicimus incapacitatē illa
ſemper ineſt ſiue per teſtamentum ſiue
per fideicommiſſum ab inteſtato admit-
tatur, poterit illa reſtringi , & declara-
ri , vt procedat quando petitur virtu-
te fideicommiſſi hæreditas ab ipſa turpi
perſona hærede inſtituta , ſecus vero ſi
4 fuerit facta ſubſtitutio † uulgaris inca-
ſum quo hæres inſtitutus non poterit.

nam



nam tunc magis erit locus ſubſtituo,quia
ceſſat odium turpis perſonæ a doctoribus
conſideratum. Ita ſe reſtringit , & limi-
tat Caſtrenſ.in dict.l.ſi patroni. & clarius
Iaſon.in dicta.l.fratres numero.5.& ita il-
lam opinionem Dyn.ſaluat Decius dicto
conſi.561.num.5.& ſic ſe explicat Crauet
ta in dicto conſilio.921.num.9.Vnde ego
in prædicta cauſa Luperiæ Cunienſis infe-
rebam,quod eſſet locus ſubſtitutioni ſi nō
per uulgarem ſaltem per fideicommiſſa-
riam ſubſtitutionē uirtute iſtius clauſu- 7
læ,nam ceſſat omne legis obiectum,quan
do ſubſtituta eſt perſona non turpis licet
5 turpi perſonæ.Nam ſubſtitutio † quę non
poteſt ualere iure directo, ſtante clauſula
codicillari ualet in uim fideicōmiſſi.Pur-
purat.conſilio 216.num.9.pulcher.tex.in
l.cum quis.37.§.Sæiam.D.de lega.3.neq;
mirum eſt uulgarem ſubſtitutionē uirtu-
te huius clauſulæ tranſire in fideicommiſ
ſariam quando conſtat de expreſſa uolun
tate teſtatoris; ut in caſu noſtro,prout in
pulchro, & ſimili caſu cōſuluit idem Pur-
pura.conſilio.481.numero 22.ſicut in di-
cto.§ Sæiam hāc expreſſam teſtatoris uo
* luntatem I.C.conſiderat,& in hanc partē
multi ex Senatoribus mecum inclinabāt.

Præſuppoſita igitur pro uera cōmuni
6 opinione ſuccedit ſecunda quæſtio , † an
ſaltem ſuſtineantur legata , & fideicom-
miſſa per dictā auth.ex cauſa. Dubia cer-
te & difficilis eſt pariter hæc quæſtio, quā
propterea deciſione, & pręſētia Principis
egere dicit Saly.in dicta l.fratres.quæſt.4.
& arduam uocat.Iul.Clar.in.§. teſtamen-
tum.quæſt.52.uerſic.ſed quæro , & repe-
rio doctores contraria ſcripſiſſe, imo mul
tæ fuerunt in explicatione illius auth. do-
ctorum opiniones.quas refert.P.Iacob.in 8
dicta auth. ex cauſa pręteritionis & Ful-
goſ.ibi numero 25. & 26. ſed in terminis
noſtris quādo a fratre fuit inſtituta turpis
perſona, quod tunc in totum teſtamentū
rūpatur.nec per diſpoſitionē illius auth.
recōualeſcat, tenuerūt Angel.in dicto.§.
ſiue igitur.Salycet.in dicta l. fratres quæ-
ſtio.4.Iaſ.ibidem numero 3.& 5 qui dicit
communem.Alexand.in.dicta.l. ſi patro-
ni.§.final.numero.6.poſt.Imo.& Frāciſc.
de Rampon.Dec. in l.liberi. nu.13.D.de
bon.poſſeſ.contra tabul.ubi citat tex.in l.
quinta.§ liberis.D.de legat.3. referens ſe
ita diſputaſſe contra Igneum idem Alex.
in dicta auth.ex cauſa. numero 19. P.Ia-
cob.in dicta authe.numero 14. uerſiculo.
item ſi frater obtineat.Rui. dicto conſ.5.
Rolan.dicto conſilio.87.numero 10.li.3.
& uidetur ſequi Iacobin. quā uis nihil re
ſoluat in dicta authen. ex cauſa. nu. 37. &
hāc opinionem magis communem dicit
Afflict. in dicta deciſio 125. & communē
teſtatur Vaſqu.de ſucceſſ. progreſſ. lib.1.
§.10.num.45.uerſi.4.pulchre facit.

Sed contrarium† ſcripſerunt Bal. in di
cta l.fratres.quæſt.3.Curtius iunior ibidē
numero 75.dicēs quęſtionem eſſe ualde
dubiam,& nouam.Cagnol. num.87.in fi.
& numero 88.Ioan.Fabri num.5. Iacob.
de Arena. & omniū latiſſime Io. Igneus
in repetitione illius auth.numero 59. uer
ſicu.ego autem dico.ubi per multa, & ra-
tiones firmat hanc ſententiam. Afflict.di-
cta deciſ.125.numero.3.Cagnol.in l. pri
ma de inofficioſ. teſtament. & poſt eum
M.Graſſ.in dicto.§.codicillus.numer. 23.
Crauet.dicto.conſil.921. & 898. ubi etiā
refert ita alias conſuluiſſe , & a communi
recedit Clarus in dicto §.teſtamentū,quæ
ſtione 52.ubi dicit aliam opinionem terri
bilem & iniquam, & quod ſi caſus cōtige
ret non peccaret mortaliter iudex qui cō
tra communem iudicaret, & in hanc par
tem magis videtur inclinare Salycet.in di
cta quæſtione 4.dicens æquiorem. licet
dubitet ab alia tāquā communi recedere.
& allegatur ꝓ hac opinione doctrina Dy-
ni in dicta l.ſi patroni §.fi.& facit commu
nis opinio Bart.de qua dixi in anteceden
ti quæſtione.Et certe mihi videtur hæc
opinio in iudicijs ſequenda,cū ſit ęquior
& humanior.Et ꝓ illius defenſione ſtrin-
git admodum,quod† teſtamētum per au
then.ex cauſa quo ad legata,& fideicom-
miſſa ſubſtinetur non fauore inſtitutorū,
ſed ut conſeruetur uoluntas teſtatoris,
quā uim legis obtinere alias Iuſtinianus
decreuerat.§.diſponat.auth.de nupt.& ſe
quitur I.C.in dicta l cum quis.§.Sæiā de
lega.3.& ita omnes doctores in hac diſpu
tatione uno ore admittunt, quæ regula ſi
uera eſt in teſtamēto fratris & matris nō
uideo quare & in fratre locū ſibi uindica
re non debeat,nec tātū tribuēdū eſt odio
cuius cauſa uolūt docto.alterius opinio
ni defenſores ceſſare correctionē ut fauo

 rite.

ri teſtatoris derogetur contra ipſarum le
gum uolũtatem, quæ ſemper benigniorẽ
partem ſunt ſequutę. l. benignius. D. de le-
gib. l. in re dubia, D. de reg. iur. imo odia
reſtringẽda, & fauores ampliandos eſſe sẽ
per ſcripſerunt, & ſi tantã iuris authores
teſtatorũ uoluntati tribuerunt authorita-
tem, ut uoluerint ſcripturã minus ſolen-
nẽ ſuſtineri quamuis inteſtati dicerentur
deceſſiſſe. l. ex ea ſcriptura. §. fina. D. de te-
ſtamen. quando de illius enixa uoluntate
conſtaret, quare, & id in hoc caſu non con
cedemus; Nec obſtat hic doctorum repli-
catio, quod correctio nõ eſt admittenda,
unde quamuis ꝑ auth. ex cauſa ſint corre
cta iura antiqua tamen, illa procedit quo
ad aſcendentes, & deſcendẽtes, nõ autem
quo ad tranſuerſales, cum de iſtis lex non
loquatur, nã ex ſupradictis reſpõderi po-
teſt, hoc ceſſare, cum eadem ratio in utro
que caſu uigeat nempe fauor teſtamenti,
qui fuit cauſa impulſiua, & finalis illius
9 deciſionis præterea dici poteſt, ꝙ† quam
uis omnes caſus, non ſint legibus compre
henſi, tamẽ unius deciſio eſt a ſimili dedu
cenda, & interpretatione illius, ꝗ iuriſdi-
ctioni præeſt, ſuplẽda. l. nõ poſſunt, cum
l. ſequen. D. de. legibus. Neque enim, (ut
Modeſtinus ait) ea, quę ſalubriter pro uti
litate hominũ introducuntur. iuris ratio,
aut æquitatis benignitas patiẽ, ut duriori
interpretatione contra ipſorum cõmodũ
ad ſeueritatem trahantur. Hinc fit, quod
cũ emendatam, & correctam tradant no
ſtri quo ad aſcendentes & deſcendẽtes. l.
Paconius. qua diſponitur odio turpis per
ſonæ in totum rumpi teſtamentum, idẽ
erit in fratre concludendum, ſi enim text.
illum nõ loquentem de fratre ad firman-
dam regulam cõtra teſtamentum fratris.
allegãt, nec eſſe eſt, ut eadẽ allegatio om-
nibus ſeruiat, & ad ſimilem caſum etiam
in caſu cõtrario extendatur, & tex. in . d. l.
Paconius recipit interprationem a l. ſi iu-
re. C. de. teſtamen. manumiſ. Et propterea
uidemus non rectam fuiſſe opinionem il
lorũ, qui uoluerunt odio turpis perſonę
in totum rumpi teſtamentũ, qua in con
trariũ quo ad aſcendentes, & deſcenden-
tes eſt magis cõmunis opinio, & quo ad
fratres abſque dubio uerior, imo magis
communis dici poteſt ſi bene põ derẽtur,
& legatur doctorum ſcripta, quorum mul
ti ſunt, qui magis in hanc partẽ inclinant
licet parum ſapienter, & contra Iuſtiniani
præceptum a cõmuni dubitent ſententia
ſuccedere. Alij uero fuerint, qui non cõclu
dunt, ſed opiniones tãtum referunt, ideo
iuxta hanc poſteriorem opinionem cum
grauiſſimis iuris iudicare nõ erubeſcerẽ,
ſed magis ſine difficultate ſi adeſſet clau-
ſula codicillaris. Addi tamen unũ quod ſi
10 teſtamentum † irritaretur tanquam a de
mente factum, tunc quia non amplius eſt
agendũ de ſuſtinenda, ſed de damnanda
teſtatoris uolũtate, quibuſcunque clauſu-
lis non obſtantibus non ſuſtineretur teſta
mentum, ut proximior ab inteſtato hære
ditatẽ caperet per tex. in l. nec fideicom
miſſa. 36. C. de legat. 3. l. Titia in fi. de inof-
fic. teſtamen.

Hãc ſic firmatam opinionem amplio,
ut multo magis procedat, ſi in teſtamento
11 frater legitimã† fratri relinquerit, uel ali-
quid pro legitima, nam tunc ſi minus legi
tima relictum, ſit poterit ad ſupplemen-
tum agere iuxta l. omnimodo. C. de inoffi
cio. teſtamen. alias ſi legitimam habeat,
non eſt quod conqueratur de fratre, & te
ſtamentum querelare non poterit prout
in his terminis ſcripſerunt. Angel. in l. pri-
ma. C. de. inofficio. teſtamen. quem refert
Afflict. & ſequitur dicens iuxta illius opi-
nionem iudicatum in deciſio. 204. & in di
cta deciſio. 125. Iaſ. in l. fratres, tertia am
pliatio. numero 2. Alexan. in dicta l. ſi pa-
troni. §. final. colu. penult. uerſiculo unde
ſi reliquiſſet in teſtamento quartam. Cur
tius iunior in rubrica. D. de inofficio. te-
ſtamen. ubi damnat Deci. contrarium te
nentem, refertque, quod requiſitus, ut cõ
ſuleret in illo caſu Decii, noluit cõſulere,
propter text. in dicta l. omnimodo, quem
etiam refert, & ſequitur Cagnolus in di-
cta. l. prima nume. 9. & 13. D. de inoffic.
teſtamen. Pariſ. conſilio. 64. numero 26.
libro. 3. dicens magis communem, & iu
uari fortioribus iuribus, & rationibus, &
ab illa non eſſe recedendum. Fabian. de
Gioch. in repetit. auth. nouiſſima. nu. 109.
C. de. inofficio. teſtame. Gabriell. Eugub.
qui etiam Decium damnat. in conſil. 126.
numer. 2. & magis communem dicit An-
charan. Regienſ. quæſtionum familiar. li-
bro primo quæſt. 11. per totam, & de hoc
eſt doctrina Barto. quam pauci allegãt in





§. primum itaque. Auth. de hęred. & facit.
& hoc uidetur de mẽte glo. in dicta l. om
nimodo. in uerbo aliis perſonis, & ſequiẽ
Bal. in d. l. fratres, & hanc opinionem quan
do integra legitima relicta eſt, magis libẽ
ter ſunt ſequuti doctores, vt per Clar. in
§. teſtamẽtum quæſt. 50. in fi. Corn. conſ.
176. num. 21. libro. 4. Salyce. in d. l. fratres.
quæſt. 3. Cagno. in dicta. l. 1. numero deci
mo. Sed ego nullam cõſtituo differẽtiam
ſiue integra legitima, ſiue minor pars fue
rit relicta, per text. clariſſimum, & nullam
cauillationem admittentem in d. l. omni-
modo quamuis in hoc caſu nec etiam uir
12 tute huius relicti ſuſtineri teſtamẽtũ† uo
luerint. Fulg. in dicto conſ. 71. col. pe. poſt
Gul. de Cun. & Barto. in dicta l. fratres. &
late Iaſ. conſ. 71. libro primo. Rub. in l. Ti
tia. §. Imperator. numero. 287. ubi late. D.
de lega. 2. dicens hanc opinionem ueram
& quod ſecundum eam conſuleret. Areti.
in primo. inſtitu. de inoffi. teſtamen. Cre-
menſ. ſingula. 90. Bologn. dicto. conſ. 15. in
fine. Deci. conſ. 530. numero decimo. Rui.
dicto conſilio quinto. ſed magis commu-
nis eſt in contrarium, & Decij conſilium
magis communiter a recentioribus dam-
natur verior eſt abſque dubio, quicquid
cõtra text. illius l. omnimodo. audacter. &
ſubtiliter magis quã uere. Dec. & alij ſcri
pſerint. Ideo ego cautelam traderem in
hac inſtitutione, vt ad conualidandum te
ſtamentum legitima fratri relinquatur nã
tunc nec de clauſula codicillari, nec de di
ſpoſitione illius authen. differendum erit.
& ceſſaret tot difficultates ſupra narratæ
13 Quanta vero† legitima fratris eſſe debeat
hoc caſu late examinat. Nat. conſ. 478. lib.
tertio. poſt Bald. Fulgoſ. Areti. & alios per
eũ citatos, & vide Afflic. in d. deciſ. 204.
Corne. dicto conſilio. 176. num. 3. libro. 4.
Hyeron. Gabriel. in dicto conſi. 216. num.
5. & 6. hæc in iure ſcabroſa ſunt, & valde
notanda.

Cæterũ ſi perpetua lex ad has ſedãdas
controuerſias eſſet per Principem præſcri
14 benda, vt dicit. Sal. rem† ita terminarem,
vt ſiue eſſet legitima relicta ſiue non ſiue
adeſſet clauſula codicillaris, uel nõ ſẽper
frater præteritus ſuam legitimã ab hære-
ditate detraheret, reliquum inſtitutus hæ-
res caperet, fideicommiſſaque, & legata
oneri inſtituti relinquerẽtur, quod ſi inſti-
tuto hæredi uulgaris ſubſtitutio facta fue
rit, ſubſtitutus omnia habeat propoſita ꝑ
fratrem querela, & legata perſoluat tertia
bonorum parte inter fratrem, & inſtitutũ
diuidenda relicta, & ita Principi conſulerẽ
uide Anton. Peregrin. in tract. de iu. fiſ. lib.
3. tit. 18. num. 100.

## Monachus an poſſit uirtute ceſ ſionis ſibi monaſterio factæ quærela ad teſtamentũ fratris, turpẽ perſonam inſtituentis.

*DECISIO CXXIX.*

1 *Inofficioſi quærela competit monaſterio, in quo eſt frater monachus contra teſtamentum fratris.*
2 *Monachus regulariter non poteſt ſtare in iudicio.*
3 *Tacita licentia non ſufficit monacho ad agendum.*
4 *Monachus eſt incapax bonorum temporalium.*

VITIMVS ſupereſt in hac
cauſa diſcutiẽdus articulus
an frater monachus, ꝗ ob-
tinuit ceſſionẽ a monaſte
rio iurium ſuo monaſterio
competentium poſſit virtute iſtius ceſſio
nis querelaret teſtamẽtum fratris. Et vide
batur illum valide agere, quia in hoc caſu
1 quãdo frater turpem† perſonam inſtituit,
cõpetit ex perſona monachi querela mo
naſterio. Bald. in l. ſi quis filium. numero
6. C. de inoffi. teſtam. & in ſimili caſu con
ſuluit. Dec. conſilio. 530. & 561. Ruin. con
ſilio. 5. lib. 3 unde facile poterat monaſte-
rium ſuum illud ius ipſi monacho a quo
prouenicbat cedere. Nec videtur obſtare
regula illa, quæ habet, quod monachus
2 †non habet legitimam perſonam ſtandi
iudicio, vt dicit Speculat. in tit. de actore,
uerſiculo item excipitur contra actorem
quod eſt monachus. cum ſeruo æquipare
tur, & pro mortuo habeatur. c. placuit. & c.
nullus 2. quæſtione. 7. & late per Fel. in ca
pit. cum dilecta. column. 24. uerſiculo mo
nachus de reſcriptis. Vãt. in tracta. de nu-
litate. titu. de nullitate. ex defec. inhabili

tate manda.numero.47.& 48.quia in no
ſtro caſu aderat mandatum capituli,& Ab
batis,ſeu illius conſenſus, quo caſu uide-
tur poſſe conſiſtere iudicium,gloſſ.& Do-
ctores in clementina religioſus,de procu-
rato.unde cum adeſſet ceſſio illud ſufficie
bat,quia ſufficit etiam tacitus conſenſus,
Abbatis,& monaſterij , vt dicit Vant. di-
cto numero 48.& poſtquam ceſſerant iu-
ra. videbantur, tacite , & in neceſſariam
conſequentiam conceſſiſſe licentiam pro
ſequendi in iudicio.ſecunda de iuriſdict.
omn.iudi.quæ iura ſatis clara erant ex ſu
pradictis,& etiam quia monachus in hæ-
reditatibus ſuccedit.l.De nobis.§.hoc ēt.
in gl.in uerb.parentum.C.de epiſc. & cle.
late.Crau.conſ.152.

In contrarium tamen aduerſus mona-
3 chum dicebatur † tacitam licentiam non
ſufficere,ſed expreſſam requiri. Calder.in
conſilio vigeſimoſecundo de regularibus
& non ſufficit licentia niſi etiam concur-
rat utilitas monaſterii,quod ius ſuum ceſ-
ſerat,ſed hic nulla erat utilitas ſtante ceſ-
ſione,quamuis ad hoc reſpondebatur hāc
exceptionem vtilitatis eſſe de iure tertii,
quæ non poteſt opponi per alium,quam
per ipſum monaſterium,vt dicit Imo. in
dicta clementi.religioſus.colum.3.in prin
cipio poſt Innocent.per eum relatum , &
idem voluit,Rot.in antiqua deciſione ſe.
cunda.titu.de procurator . hocque magis
ſuadebatur ratione perſonæ,in quem erat
4 facta ceſſio,quę erat † incapax bonorum
temporalium,capit.cum ad monaſterium
in fine.de ſtatu.monachorum , ne poteſt
Abbas vel monaſterium contrarium ad
mittere imo nec ipſe Pontifex,vt in dicto
capitul.in fine niſi ſubſit iuſta., & Virgens
cauſa,ut dicit Dec.in dicto cōſilio.530.in
fine.& quamuis in ceſſione adeſſet clauſu
la,quod dabatur licentia monacho de il-
lis bonis diſponendi , tamen , quia non
præciſè ad eum finem cedebatur , ſed id
remittebatur voluntati monaci,cenſuit Se
natus non admittendum illum ad hoc iu-
dicium , uti inualida ceſſione producta,
& abſoluit hęredē poſſeſſorem a petitio-
ne monachi.1569.Menſe Februari. ſtanti-
bus etiam concluſionibus ſupra factis , &
conſi.Crau.898.

## Matrimonium an & quando ſæuitia uiri ſeparetur,ſeu magis cohabitatio.

### *DECISIO CXXX.*

1 *Cohabitatio uiri,& uxoris per ſæuitiam uiri ſeparatur.*
2 *Vxor uerberata flagellis poteſt diuertere.*
3 *Machinatio uitæ coniugis facit iuſtam ſeparationem.*
4 *Concubinatus uiri eſt iuſta cauſa ſeparationis thori.*

SAEVITIA viri ſeparetur
thorum, nec tenet uxor cū
1 eo cohabitare† etiamſi cau-
tionem præſtet tex.eſt. Cla-
rus in §. mitiores. auth. de
nupt.gl.in capit.de benedicto.32.quęſtio
ne prima.Specula.de ſponſal.§. fin. nu.7.
Abb.in capitu.literas. vltimo nota. de re
ſtitutio.ſpoliato.& in cap.1.de diuor.tex.
in dicto.cap.litteras.Ioann.And.in capit.
primo.de diuort.Marſi.in l.1.in fine.C.de
raptu.virgin. In ſęuitia autem connume-
ratur fragellatio,ideo ſi uxor fuerit a ma-
2 rito flagellis† verberata poterit diuertere
Barto.in l.cum ſatis.num.107.C. de agri-
co.& cēſ. & interim maritus extra domū
alimenta ſubminiſtrabit.Alber.in l.ſi cum
dotem.§.maritus.D ſoluto.matrimo.laſ.
in l.1.C.de lega.nume.4.& ibi Bal. nume
ro 9.& dos ac donatio ante nuptias reſti-
tuuntur.dicto.§.mitiores.Vin.de Franch.
deciſ.244.libro.2.Ioann.Gutierez. Hiſpa.
canonicar.quæſtionum li.cap.24.vbi late
de hoc.Ludoui.a Peguera deciſ.crimina.
cap.20.& cum hac generali regula tranſi
uit Senatus.1570.Menſe.Iunii. Quāuis di
ceretur fauorem nō eſſe cauſam legitimā
diuertendi.dict.§. ſi maritus niſi ſit intol-
lerabilis,vt per Socy,conſilio.286. colum
na fina.circa fi.nam illud procedit, quan-
do ſæuitia uenit ex fauore & infortunio,ſe
cus ſi ex culpa,& quando fauor eſt tolera
bilis,vt ibi in gl.fortuitis, & re vera peſſi-
ma res eſt in Republica cum mariti dant
cauſam mulieribus renouandi in hoc capi
te legem repudiationis , deberet decre-
to Principis iſta execrabilis res metu alicu
ius pœnæ compeſci, caueantque pruden
tes



tēs uiri ne cauſam dent huic petitioni me-
mores,quod Cato ſacrilegij inſtar eſſe cre
debat mulierem uerberare , & merito
cum illa diuinæ, & humanæ domus ſocia
dicatur.

Separatur etiā thorum (ut & illud obi-
3 ter notemus)ſi uitæ† mulieris fuerit mari
tus inſidiatus.Abb.in dicto cap. literas, &
cap.2.de diuor. Præpoſit. in cap. quæſit.
in ſecundo nota.de diuor.ſumma Antoni
ni,de diuor.§.primo.& Silue.§.ſexto. ubi
reprobantes glo.in c. 2. de diuort. dicunt
non teneri coniugem cohabitare cum ui-
ro, ubi eſt periculum corporis ſui maxi
me ſi ueniat uxor uia exceptionis. glo. in
dicto cap.literas.Abb.& Præpoſ. in dicto
cap.2.de diuort. & hoc ſi aliter prouideri
non poſſit.Abb.in ca quemàdmodum, in
fine. de iureiuran. uerba tamen læuia , &
ex cauſa permittuntur marito. Abb.in di-
cto cap. quemmadmodum, in fine , & in
cap.cum contingat num. 20. de fo. com-
peten. & Fely. ibi nume. 7. & ad hoc ui-
de eundem Felynum in cap. illud , poſt
princip. col. 4. de præſump.ſed ego con-
ſulerem uxoratis,ut ab iſtis uerberibus pe
nitus abſtinerent niſi ſubſiſtente urgentiſ
ſima cauſa,nam nulla peſtis domui perni
tioſior,quā cum iram mulieris uerberatę
in ſe excitat maritus, & uerbera p̄bent iu
ſtam cauſam fugæ , ut per Anchar. conſi.
409.qui hinc dicit reſultare capitale odiū
inter coniuges Archid.cap. quicquid. 32.
quæſt. 5.dicetur etiam illa ſæuitia mariti
4 quando tenet concubinam† cū vxore,uel
in domo,uel extra,nam ex ea cauſa pote
rit peti ſeparatio thori a marito ab uxore
& tenebitur uir dotem reſtituere dona
tionē propter nuptias, ac maritus hoc fa-
cinus commitens erit infamis,ut pulchre
per Deci.conſi.530. nu 4. ubi conſuluit
tanquam turpem perſonam inſtitui non
poſſe,& iure merito,nihil enim hoc peius
& indecentius, ac Reipub.Chriſtianæ per
niciofius .

## Princeps,& dominus ſecularis an poſſit facere reductionem beneficij uacantis ad manus ſuas donec de beneficio fuerit per Pontificem prouiſum.

### *DECISIO CXXXI.*

1 *Princeps non debet ſe intromittere in negotijs Eccleſiaſticis.*
2 *Iuriſdictio non competētes nō eſt uſurpāda.*
3 *Statutum mandans,quod nullus poſſit adipiſci beneficij poſſeſſionem ſine placito officialis uel principis an ſubſiſtat,& num.7.*
4 *Princeps non poteſt prohibere ne quis beneficium impetret ſine illius beneplacito.*
5 *Beneficij uacantis cuſtodia ordinario ſpectat.*
6 *Fructus rerum Eccleſiaſticarum dicuntur temporales.*
8 *Iudex,ut euitentur ſcandala poteſt facere reductionem bonorum ad ſe non ſpectantium.*
9 *Reductio ad manus regias poſſeſſionem rei non tolit.*
10 *Clerici,& res Eccleſiaſticæ in cauſa poſſeſſoria dicuntur de fora iudicis laici.*
11 *Princeps poteſt facere reductionem bonorum Eccleſiaſticorum uacantium ad manus ſuas.*
12 *Conſuetudo reducendi bona Eccleſiæ ad manus Principis eſt laudanda,& ſeruanda.*

PRINCEPS reduxit ad
manus ſuas beneficiū ua-
cans in dioceſi Taurin. &
deputauit œconomū ge-
neralē in ſuis prouincijs,q
fructum beneficiorum uacantium curam
haberet . Oppoſuit ſe Reu. Archiepiſ. ac
Nuntius Apoſt. ac alij Eccleſiaſtici dicen
tes nō potuiſſe Principem hoc facere.Pri-
mo , quia hæc ſunt negotia eccleſiaſtica.
1 † in quibus Princeps, & iudex ſecularis ſe
intromittere non debent.c.tuam de ord.
cog.cap.latot.qui fil.ſint leg. Abb. in c. li-
teras.de iur.cal.col.5.uer.mere ſpiritualis.
& contrarium facientes excommunican
tur,cap.generali.&c. quia ſæpe de elec.di
citur enim tunc Princeps falcem immitte
re in alienā meſſem, quod non licet,ut ha
betur Deut.c.23.& in c.Eccleſias.§. quia.
ergo 13.q.1.cle.paſtoralis.cir.fi.de re iud.
2 quæ vult ex hoc dicto† non eſſe vſurpan
dā iuriſdictionē alij ſpectantē , &c.uener.
cir.prin.de elec.ubi falcē in alienā meſsē
imponit,qui alterius officiū uſurpat. imo
unuſquiſq; magiſtratus p̄t ſe in hac vſurp.
ēt pænali p̄cepto defendere,§.addictós.
C.de

C.de epiſ.aud.vbi glo.ſuper uerbo,uind i-
cetur,& hoc uidet̃ facere in caſu nr̃o Prin
ceps,vel reſpublic.quæ†ſtatuit, quod nul
3 lus etiã titulatus poſſit adipiſci poſſeſſio-
nem beneficiorum ſi ne literis placitoriis
Principis,uel officia lis ſecularis, ut in ter-
minis iſtis dicit Ang.conſi.23.nulla perſo
na in prin.dicens, quod tale ſtatutum iu-
ri communi contradicit. & imponit falcẽ
in alienã meſſem.Boſſ.in tit. de Principe
& priuileg.eius.nu.218.

Secundo,quia Princeps non poteſt fa-
4 cere ordinationẽ,†ne quis accedat Romæ
ad impetrandum priuilegia,vel capiat poſ
ſeſſionẽ beneficii ſine illius beneplacito,
& ne quis citet alium ad curiam Romanã.
ita tenet Boſſ.in d.tit.de Princip.nu. 218.
vbi ex hoc damnat talia edicta facta a Du
ce Mediolani.dicens quod ſine dubio nõ
ualent defectu poteſtatis,& tã eos,qui cõ
dunt,quam qui ſeruant incidere in pænã
ca.nouerint & c.graue. de ſentẽ.excom.
& eſſe hoc contra libertatem eccleſiaſticã
& ſic nullum.l.priuilegia.& auth. caſſa.C.
de ſacroſan.eccl.reprobando.Ang.contra
rium tenentem in d.conſ.23.quem etiam
damnat Abb.conſi.83. lib.1.quẽ ſequitur
Dec.in c.eccleſia S.Mariæ.nu.48.colu.19.
uerſi.4.inferebatur.de conſtit.& ibi Felin.
nu.96.

Tertio.quia beneficij vacantis cuſtodia
5 etiamſi ſit de iure patronatus†ſpectat ſuo
ordinario,cui ſpectat collatio ca.cum uos
plerũque.ubi Doctores.de offi.ord. & c.
fina.eodem .vbi Abb.dicit non eſſe alibi.
Quamuis hoc de patronis non procedat
in regibus Franciæ,& Angliæ.Zabarel. in
d.c.cum uos.

Sed in contrariũ Princeps dicebat hãc
reductionem eſſe iuridicam, & illam fieri
potuiſſe.Primo,quia edictũ Principis redu
ctorium ad manus ſuas & deputatio æco-
nomi concernit tãtum fructus,qui dicun-
6 tur†res ſeculares,& nihil ſpiritualitatis ha
bẽtes.vt per Feder.de Sen.conſ.245.Lap.
alleg.81.Non valuit,in fi.D.Ozaſ.dec.32.
num.5.Vnde talium iurium laicus nõ eſt
incapax,prout etiã poteſt nõ ſolum Prin-
ceps,ſed etiã iudex ſecularis ſe intromit-
tere,& cognoſcere de cauſa poſſeſſoria be
neficiali,& ſpirituali vt per Guid.Pap.q.1.
& dixi late ſup.deciſ.82.& 117.

Secundo in fauorẽ Principis poteſt al-
legari deciſio Ang.in d.conſi.23.quem ſe
quitur Soc.inter cõſ.Curt.cõſ.20.col.16.
7 qui volunt, ꝙ † talia edicta fieri poſſint
pro bono publico ad euitandum ſcandala
& rixas,quẽ plerunq; oriri ſolent occaſio-
ne adeptionis poſſeſſionis taliũ beneficio
rum,prout etiam ad euitanda ſcandala po
8 teſt iudex†auocare ad ſe,& ſub ſequeſtro
re ducere poſſeſſionem bonorum aliis ſpe
ctantium.vulg a.l.æquiſſimum.D.de vſu-
fru.lega quod procedere etiam in caſu no
ſtro dicit Boſſ.in d.tit.de Principe.n. 212.
citans.Felin.in c.3.de præſcrip.& hoc ſole
reſeruari in Gallia teſtatur Rebuff.in con-
corda.Franc.rub.de reg.ad prelat. nom.fa
cien.ſuper gl.in uerbo in manibus noſtris
in princ.vbi plus dicit,quod hãc reductio
nem ad manum regiam iudicis.Eccleſiaſti
ci non concedunt,allegans ad hoc dictum
Bal.in c.ſignificaſti,de offi.deleg.& idem
in tract.de cau.benefi.poſſeſſ.gl.1.in prin-
cip.& faciunt,quæ dixi dicta deciſi.96. &
deciſ.110.& de hac ſimiliter cõſuetudine
in regno Franciæ teſtatur Benedict.in ca.
Raynutius in uerbo,& uxorem.2.deciſ.

Tertio videtur hoc poſſe fieri, cum nõ
tendat in præiudicium Eccleſiæ,quinimo
potius videtur fauorabilis,cum id conſer-
uet ius habẽtis beneficium,& per manum
9 regiam,ſeu per† reductionem non tolli-
tur alicui poſſeſſio.Henrich.Boich.in cap.
examinata.de iud.ſequitur Io.de Selua.in
tract.de benefi.2.pa.queſt.9.colum.2.Re
buff.in dicta gl.verſ.& hodie nimis. & ver
ſic.ſequen.vbi ponit quatuor effectus hu
ius ſalutaris reductionis, quæ adeo etiã ip
ſis Eccleſiaſticis vtilis eſt,vt ſæp iſſime ipſi
met poſt adeptam poſſeſſionẽ literas ſal-
uæ guardię a Principe requirant in patria
noſtra,vt pacifice poſſideant nouum bene
ficiũ.Et hęc prouiſio impedit multas graſ
ſationes.& prædationes,quæ ab improbis
fieri ſolẽt in bonis Eccleſiæ uacante ſacer
doti,putantes ſibi licere hoc impune face
re,& obſequium ſe præſtare Deo,ſi bona
Eccleſiæ ſubfruerentur.

Quarto facit,quia iudex laicus cogno-
ſcit ĩ poſſeſſorio,vt dictum eſt ſupra,& ſic
10 †clerici,& res Eccleſiaſticæ in cauſa poſ-
ſeſſoria dicuntur de foro laici iudicis,ergo
ſuper tali poſſeſſorio poterit laicus ſtatuta
& edicta facere,quia paria ſunt forum ſor
tiri & ſtatutis ligari,ut ꝑ Dec. in l.fi.col.j.





de iuriſdic.omnium iudicũ. & dixi ſupra
deciſ.123.nume.11.Nec dicitur ſtatuẽdo
ſuper poſſeſſorio, ſtatuere ſuper re ſpiri-
tuali,ſed temporali.Guido Papæ. conſilio
78.numero 4.

Quid igitur ex his hincinde adductis re
11 ſoluendum eſſet dubitabatur † Ego dixi
poſſe Principem talem reductionem face
re,& œconomum apponere,& tanto ma-
gis in patria iſta Pedemontiũ,ubi uiget ta
lis cõſuetudo,quod ſtatim ubi uacauit be-
neficiũ.Princeps reducat ad manus ſuas,
ꝓ utilitate ſucceſſoris,ne fiat in fructibus
depredatio,& bonorũ deuaſtatio & quã
uis Papa illud alicui conferat etiam Cardi
nalibus,nõ ſolẽt ipſi capere poſſeſſionem
actualem eiuſdẽ beneficij, niſi habitis lite
ris beneplaciti a Sereniſſimo Duci, & ita
uidi obſeruari in Abbatia Mulegij apud
Vercellas quæ fuerat collata Illuſtriſſimo,
& Reuerendiſſimo Cardinali ab Eccleſia,
cũ uacaret per mortẽ Reuerẽdiſſimi Epi-
ſcopi Aſten. Gaſparis de Capris uxoris
meæ Patrui, & idẽ obſeruatũ fuit in Illu-
ſtriſſimo olim collega meo.Dom. Marco
Antonio Bobba Cardinali in cõſecutione
Abbatiæ Secuſiæ, & Caramaniæ, & alias
ſæpiſſimè.Quæ conſuetudo eſt ualida &
ipſis beneficiatis utiliſſima, & obſeruãda,
prout in ſimili de cõſuetudine,quod nun-
cietur Principi mors prælati, & petatur li-
centia aliũ eligendi,dicit Corſet. de pote
ſta.reg.1.uerſi.item ualet. quamuis ibidẽ
Corſet.dubitet an talis conſuetudo obli- *
get etiã Papam,& talem conſuetudinẽ to
lerabilẽ eſſe, & uigere dicit Dom. Præſes
a Ponte in ſua quæſtione, quis ſit iudex in
cau.feu.columna penulti.uerſiculo quini-
mo fortius.

Hæc autem conſuetudo Principib. no-
12 ſtris inducta † boni conſulenda eſt,& lau-
danda a Sanctiſſimo pontifice,ſi quidẽ nõ
minima cura fuit ipſius circa ea,quę Eccle
ſijs proſunt, ut in ſimili etiam dicit Impe-
rator in §.fin.in fi. authen. ut determinat.
ſit nume.clericor.quo in loco apparet Im
peratorem etiam pro bono Eccleſiæ,& le
gẽ dare œconomo qualiter procedere de
beat in adminiſtratione rerum,& pro tali
cõſuetudine eſt tex.in cap.generali.in ver
bo conſuetudine.de electio. in ſexto.qua
conſuetudine utũtur multi Principes Spe-
cul.de præbend.§.reſtat.ubi appellat hũc
morem ius guardiæ.Franciſc.Marc.quæſt.
552.& tribus ſequen.lib.2. ubi dicit ſuffi-
cere 60.annos ad eam introducendam cõ
ſuetudinem,& deciſione 44.eodem libro
ubi diſputat an tunc poſſit apprehẽdi poſ
ſeſſio ſine literis regijs, & in fortioribus
terminis eſt cõſuetudo in dominio Vene-
torum,quæ eſt ẽt apud nos tam citra quã
ultra montes,ut nõ poſſit apprehendi poſ
ſeſſio ſine placitorijs, & alter poſſidẽs nõ
habetur pro poſſeſſore, ut ponit Ferret.in
conſilio 1.ante fi. & maxime Archiepiſco
patum reducit Princeps laicus, quia in eo
maius ius habet.Marc.deciſio.66.lib.2.&
de cõſuetudine reducendi Principum Ita-
lię latè etiam Ferret.conſilio 71.& 142.q
ſequitur in fortioribus terminis nẽpe de
reductione,quæ a dominis temporalib.ſit
de beneficio non uacante propter malam
adminiſtrationem prelati fundans ſe in le
ge diuina unde in caſu noſtro cum ſolum
de reductione beneficij uacãtis agatur do
nec ꝑ ſummum Pontificem illi prouiſum
fuerit de iuſto domino res erit extra om-
nem difficultatem, & non niſi hoc in caſu
Principum noſtrorum inueteratam hanc
reductionem procedere iudicarẽ, alias pe
riculoſa nimis eſſet, & contra libertatẽ Ec
cleſiaſticam,niſi magiſtratus,& prelati Ec
cleſiaſtici, ad quos ſpectat eccleſiaſtica-
rum conſeruatio, eſſent hac in re negli-
gentes, uel ad illorum inſtantiam fieret
reductio,& ſecundum has conſtitutiones
conſultus a Sereneſſimo Duce noſtro Se-
natus,ita conſuluit,& cenſuit.

## Saluaguardiæ factę pęna,& cognitio an ad ſupremum dominum an uero ad uaſallum ſpectet,ſi per ſubditũ uaſali & in ſuo territorio rupta fuerit.

### *DECISIO CXXXII.*

1 *Saluaguardiæ ruptæ cognitio an uaſallo ſpectet,& nu.3.*
2 *Princeps inueſtiens de regalibus cũ mero Imperio,&c. priuat ſe iuriſdictione, & emolumentis.*

SALVAGVARDIATVS fuit per literas Ducis quidam ſubditus uaſalli ipſius Ducis, inde per alios ſubditos eiuſdē uaſalli, & in territorio uaſalli contrauentum
1 fuit ſaluæguardiæ, q̄ſitum eſt utrū † cognitio, & pæna iſtius criminis ſpectare uaſallo, uel domino. Pro Duce ſupremo domino adducebatur, ꝙ hic tractabatur de iniuria ſibi facta, unde ipſe erat cognitor, ut latè ꝑ Natt. conſ. 580. nu. 6. Secundo, quia literæ dicebāt, quod pæna fiſco ſuo applicaretur. Tertio, quod uaſallus paſſus fuerat literas ſaluęguardiæ publicare cū ſuis qualitatib. Quarto addebam quod etiam hoc caſu Princeps in Ecleſiaſticos cognoſcit, qui alterius iuriſdictioni ſubiacent, ut per Aufrer. in tract. de poteſta. ſecular. ſup Eccleſiaſt. Reg. 1. nu. 20. & in hoc caſu, quod cognoſcant officiales Principis, tenet Caſſan. in catalog. glor. mun. par. 5. cōſiderat. 24. nu. 195. P. Nunez in trac. de exequēd. manda. reg. par. 1. quæſt. 11. num. quinto. Carol. de Graſſal. Regal. Franc. libro 9. priuileg. 19.

Pro uaſallo adducebať, quod Princeps
2 inueſtiens de mero, & mixto imperio † cū regalibus priuat ſe iuriſdictione, & emolumētis Crau. conſi. 118. Brun. conſi. 31. in fin. Bellamer. conſi. 15. colum. penult. & fi. Pariſ. conſi. 1. nume. 18. lib. 2. Guido Papæ. quæſt. 341. colu. 2. Afflict. deciſ. 282. in fi. Boer. deciſ. 264. n 7. Rub. conſil. 77. Grammatic. deciſ. 30. nu. 8. & 11. Curt. iun. conſil. 2. nume. 4. Roland. conſilio 42. & 48. libro 2. dicitur enim uaſallus inueſtitus priuatiuè quod ad dominum, & prędicti Doctores loquutur etiā in confiſcatione bonorum in crimine læſæ maieſtatis, quam uis in hoc contrarium teneat Natta. conſilio 580. num. 6. & 14. Boſſ. de Pæn. nu. 28. Rolan. conſi. 78. libro. 2. Alciat. conſi. 451. Quam regulā. doctores ampliant etiam ſi ex literis Principis augeretur, uel conſtitueretur delictum, ꝙ iure communi non erat. Boſſ. dicto tit. de pœn. num. 25. item etiamſi ſperneretur pręceptum Principis. Natt. conſi. 119. per tex. in l. Imperialē. §. illud. de prohib. feu. alienat. per Frider. licet in hoc contradicat idem Natt. conſil.
3 580. num. 6. & in terminis † ſaluæguardię quod ſpectet cognitio, & pęna uaſallo tenuit Iaſ. conſi. 57. lib. 3 per totum, & (licet non ita clarè) Guido Papæ. quæſt. 50. Rebuff. de mater. poſſeſſ. & arti. 2. gl. 2. uerſic. quemadmodum. Neuiza. conſ. 83. num. 9. Senat. poſt multas diſputationes me referēte in cauſa Molli. de Coignato, & Com.
* Valpergiæ cenſuit Principem nō poſſe retinere cauſā ratione ruptæ ſaluæguardiæ generalis, ſecus in ſpeciali obrēta in executionem ſētētiæ Senatoriæ 1571. penult. Ianuarij, cuius etiam deciſionis meminit Per illuſt. Do. Compater, & collega meus Do. Pręſes à Ponte inter doctiſſimas ſuas quæſtiones Laudim. quęſt. 24. colu. 4. uerſiculo limitant etiam aliqui, quod intelligo procedere niſi uaſallus retardaret iuſtitiā facere, ut per Grammat. not. 28. & tradit. D. Ponte d. q. 24. col. 5. in fi. 10. uol. tracta. par. 2.

## Reſtitutio, quę ex capite ignorantiæ conceditur, an lapſo quadriennio poſt præſcriptionē decurſum peti poſſit.

*DECISIO CXXXII.*

1 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ ſolet concedi.*
2 *Reſtitutio an poſt quadriennium ex cauſa ignorantiæ peti poſſit, & nu. 3.*
4 *Reſtitutio ex capite ignorantiæ intra quadriennium conceditur etiam poſt centum annos.*

RESTITVTIO conceditur ex capite ignorātiæ ad
1 uerſus † præſcriptionem decurſam, ut per Bartol. in l. 1. §. ſi quis autē. D. de itiner. actuq; priuat & in hoc omnes Doctores
2 conueniunt. Sed quæſitum eſt, † an lapſo quadriēnio poſt præſcriptionē ad huc peti poſſit hæc reſtitutio, & uidetur nō eſſe cōcedendam, ut euitetur rerum infinitas ad quam excludendam præſciptionis remedium fuit inductum, & ita uidetur uoluiſſe glo. in cap. 1. de in integ. reſtitu. li. 6. Aſcan. Clemen. de patr. poteſtat. effect. 13. nume. 8. Natt. conſil. 45. in princip. qui tamen nō loquitur ſtante ignorātia, ſed expreſſe hoc uoluit Cæphal. conſilio 314. nu

mero



mero tertio, 40. & 43. in fine. libro tertio.

Cōtrarium tamen, quod etiam poſt la
3 pſum quadriēnium † ſtante ignorantia petatur reſtitutio, tenuit Abb. in cap. 1. in fi. de preſcriptio, vbi dicit dubium iſtud eſſe pulchrum. Bal. b. de præſcrip. par. 4. quæſt. 20. num. 10 Plot. conſilio 98. nume. 1. ratio eſt, quib. cum hoc quadrienniū ſit vtile, non currit niſi a die ſcientię, vt dicit, poſt multos quos allegat, Menoch. de pſūptio. libro. 1. quæſt. 71. num. 2. Per Beninten. deciſio. Bonon. 69. in fin. Ioan. Dilect. de arte teſtan. tit. 11. caut. 6. num. 4. quam opinionem aliqui adeo ueram eſſe fuerūt
4 arbitrari, ut † ſi durante illo quadriennio quis ſtet ignorans etiā per centum annos nihilominus detur reſtitutio, ꝑ mirabile dictum Bal. in l. falſam. C. ſi ex falſ. inſtrumen. quē ſequitur Alexan. Tiraquell. Caſtren. Abb. Ang. Laudē. Barbat. Iaſ. Socin. Dec. & alii, quos refert Menoc. dicta quæſtio. 71. quibus addo Ioſeph. Ludo. deciſio Lucen. 52. num. 17. Rub. conſilio 13. in fine. Bero. quæſtio. 81. nu. 4. Ioann. Maurit. Bolan. de reſtitu. in integ. ca. 59. num. 14. de cuius tamē dicti veritate dicam infra deciſio. ſequen. & hanc opinionem, quod lapſo quadrēnio propter ignorantiam detur reſtitutio comprobat, & communem dicit Boer. deciſio. 39. nu. 3. & 4. & illam ſequutus fuit Senatus ita iudicādo in cau-
* ſa Ruffinæ, & Fornerii, vbi lapſi erāt poſt decem annos præſcriptionis etiam alii decem, & ſi nō ſolū vna, ſed geminata præſcriptio. Cui vero incūbat onus probandi non eſſe decurſū tempus quadriēnii, uide Ioſeph. Maſcard. in tract. de probat. lib. 3. concluſ. 1277.

## Reſtitutio ex capite ignorantiæ an aduerſus præſcriptionem triginta uel quadraginta annorum peti Poſſit.

*DECISIO CXXXIIII.*

1 *Reſtitutio ex capite ignorantiæ an detur aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis, & nu. 9. 10.*
2 *Reſtitutio datur aduerſus præſcriptionem triginta annorū ex capite ignorantia, contra num. 5. & 15.*
3 *Reſtitutio aduerſus præſcriptionē quadraginta annorum datur ex cauſa ignorātiæ contra nu. 6.*
4 *Quadrennium, quod currit ad petendā reſtitutionem in integrū, durat etiam per centum annos ſtante ignorantia petentis. ſed contra nu. 8.*
7 *Reſtitutio excludi per longam præſcriptionem.*
11 *Præſcriptio longiſſimi temporis immo etiā longi contra ignorantes currit.*
12 *Tex. in l. 2. C. quibus non obſtat longi temp. præſcript declaratur.*
13 *Tex. in l. fin. C. de temp. in integrū reſtitu. declaratur.*
14 *Reſtitutio non datur minori aduerſus præſcriptionem 40. annorum.*

DIXI ſupra aduerſus præſcriptionē decurſam dari reſtitutionem ex cauſa ignorantiæ. Quæro nūc an aduerſus præſcriptionem
1 triginta, uel quadraginta annorum, † quę tēporis longiſſimi dicitur, peti poſſit hęc reſtitutio? Quęſtio hæc ardua certe, & difficilis dici poteſt, in qua uarii fuerunt Doctores, & inter ſe, ſuorum alias ſcriptorū immemores, contrarii, ut pulchre oſtēdit doctiſſimis Crauet. in tractatu de antiq. tempo §. materia iſta. parte quarta numero 46. & 47. & omnium elegantius Pinel. in authent. niſi tricennale numero 59. C. de bonis maternis contra quam uarietatē maxime conſulentium exclamat. Crauet. in dicto. §. nume. quadrageſimo octauo, ſicut, & de noſtrorum temporum miſeria in tot reuoluendis Doctorum libris conquęritur in hoc tractatu. Pinell. & propterea hunc articulum Cęſarea deciſionę egere dicit Burſat. conſilio 160. numero ſeptuageſimo, libro ſecundo, & quoniam multi hincinde Doctores allegantur, ne termini materiæ confundantur, allegando ſolum Doctorum authoritates penes, quos vtriuſque opinionis rationes videri potuerunt, conſtituam duas regulas principales, diſtinguendo præſcriptionis tempus per ampliationem, prout in hoc articulo diſtinxit Pinellus, ut melius dicta Doctorum diſcernantur,

inde

inde quid mihi uideatur exponã, poſteà quid Senatui uiſum fuerit,& paucis agam ne ab alijs propoſita tranſcribam.

Prima igitur regula eſt, reſtitutionẽ in
2 integrum aduerſus† præſcriptionem triginta annorum tam minori,quam maior ex capite iuſtæ,& probabilis ignorãtiæ cõcedendam eſſe,& hæc fuit originalis opinio Bar.in l 1.§.ſi quis ꝓpter.D.de itine. actuque priua.quem ſequuti ſunt Alexa. Roman.Panormita. Felin.Pariſ.Iaſ.Dec. Affli.Didac.Balb.Boer.Moder.Pariſ. Gratus,Alcia.Tiraquell.Socin.ſen. Socin.iun. quos refert idẽ.Pinell. quibus addo. Rot. Genuen.deciſ.203.num.5.circa finem, & nu.6.dicens communem,ac pro hac parte iudicatum,Pet.de Benintend. qui etiã de cõmuni teſtatur deciſionẽ Bonon.69. num.1.Ioſeph.Ludou.deciſio.Lucen.52. num.47.Bero.quæſt.81.num.2.Ioan. D. lect.de arte.teſtan.tit.11.caut. 6. num.3. Dom.Ozaſc.qui dicit magis communem deciſ.69.num.16.Franciſc.Bec.conſi. 12. num.62.& conſi.50.num.3. & hanc ſine dubio omnium communem dicit Burſa. conſi.160.nume.70.libro.2.citans etiam Riminal.iun. Alciat. Fab. Peregri.Mãdoſ. Viollalob.& Nõ.Ioan.Maurit.Bolã.in tractatu de reſtitutio.in integrum.capit.55. Sfort.Oddo.de reſtitu.in integrũ. par. 2. queſtio.90.arti.4.& artic.5. dicens etiam in maiore hanc eſſe hodie magis communem.

Ampliatur hæc regula ab aliquibus, vt
3 procedat etiam in† præſcriptione 40. annorum,ita Panor.Pariſ.Boer.Afflict. Cra. Soc.Balb. Imol.Ruin.Loffred.Syluan.Rebuff.quos idem.Pinel.recenſet, quibus addi poſſunt Grat.cõſi.153.num.1. libro 2. Rota Bonon.d.deciſ.96.nu.1. in fi. & nume.2.licet dicat in hoc capite ita Doctores uariaſſe vt difficile perſcrutari poſſit, quęnam ſit magis cõmunis opinio & propterea dubitat Rota Genuẽ. d.deciſ. 203. in fi.Ludou.d.deciſ.52.num.47. & deciſ. 48.num.23.dicens veriorem, & communiorem.Nat.conſil.162.num.38. Rub.conſilio 13.in fi.Rolan.conſi.68.num. 21. lib. 3.ubi dicit magis communem, & reſpondet ad contraria,& conſ.72.num.48.eod. lib.vbi allegat.Mant. Bertrã. & alios Bec. d.conſi.12.nu.64.& d.conſil. 50. num. 4. Crauet.conſi.622.num.13.lib.4.Menoch. de preſump.lib.1.q.17.qui tamen non firmat,& nouiſſime de magis communi teſtando ſequitur.Pet. Anto.de Petr. in tracta.de fideicommiſſ.q.14.nu.259.& multis ſequẽ.vbi latiſſime examinat, & defendit reſpondendo contrariis, & in eã pariter uidet inclinare.Sfor. Oddo. in d.trac. de reſtit.in integrum.par.2.artic.6.q. 90. quam ſententiam multis firmare conatur Crauet.in d.§.materia iſta.n.49.& ſeq.& conſi.201.num.35.& præcipue mouentur omnes ſupraſcripti ex eo,quod ad petendam reſtitutionẽ in integrum datur quadriennium.l.fin.C.de tempor. in integrũ reſtitutio,quod quadrẽnium cum ſit vtile,non debet currere niſi a die ſciẽtiæ,vnde fortius dicere non erubeſcant, quod
4 †etiamſi labantur cẽtum anni,tamen ſtãte ignorantia,ſi a die ſcientiæ non fuerint lapſi.4.anni,adhuc poſſit in integrũ reſtitutio peti,ut per Crauet.& alios,quos allegat.Menoc.in dicta.quæſt.71.num.3.& recenſui ego proxima antecedenti deciſ. nu.quarto,& hoc ex ratione ſuperius tradita.

Altera eſt in hac quæſtione negatiua re
5 gula,quod aduerſus† præſcriptionem triginta annorum reſtitutio non detur, pro qua allegatur Bal.de more.Bar.cõtrarius in l.1.C.qui admitt.oppoſit.20.quem fuerunt ſequuti pauci quidem,ſed nõ vulgares iuris noſtri profeſſores,nempe Anch. Cuman.Ang.Cur.ſen. & Are. quos refert Pinellus quibus addo eundẽ Pinellũ qui dicit hanc eſſe probabiliorem,& Reipubl. vtiliorem,& multis illam argumentis cõfirmat.Corn.conſil.244.lib.4.Fanciſc. Sarmient.ſelectar.interpretat.li. 2. cap.10.& omniũ latiſſime probat.Vaſq.controuer. Illuſt.lib.2.capit.75.per totum vbi illam firmat.23.fundamẽtis,& quidem ſubtiliſſimis,& propterea nõ male forte in Senatu Dolano conſuetudine obſeruatũ dicit Ioan.Maorit.Bolan.in d.tract. de reſtit.in integrum,cap.110.vt minorum ſupplicationes reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptione triginta annorum petentium reiiciantur,ſed ad Principem remitti illos ſcribit.

Hanc regulam multo magis aliqui e doctoribus,& quidem frequẽtius exiſtimãt
6 habere locũ in†præſcriptione quadragenaria.Ita Alexã.Socin.Dec.Curt.ſen.Soc. iun.



iun.Ioan.Dilect Dida. Gomez. Galul. Alcia.Rube Zoanet.Balb.Gozadin. & Iaſon. quos allegat idem Pinel.quos ſequitur ipſe Pinell. Bero qui dicit magis communẽ quæſt.81.nu.3.& hanc in hoc capite celebriorem dicit Cephal.conſi.314.n.3.uerſ. & quamuis lib.3.Burſat.conſi.160.nu.70. poſt Bero.(omnino uidendum.cõſ.56.nume.41.& ſeq.li.3)Port.& Simõ de Præt. & addit Vaſq.etiam pro hac par.Modern. Pariſ.& magis communem dicit Soc.iun. conſi.37.lib.4. de magis communi teſtatur Sfort.Odd.in d. artic.6.n.26.citans ultra ſupracitatos Cagnol.Nat.Pariſ.& Rolan.a Valle conſi.59.per totum.lib.4.& ſi iungamus huic opinioni Bal.Aret Ancha. Cuman.Agnel.Vaſq.& Sarmient qui uoluerunt aduerſus 20.annorum curriculũ fruſtra reſtitutionem imperari, nulli dubium,quod hæc opinio altera magis communis iudicabitur, & uerior dicetur, ſiue (ut fieri ſolet)numerentur, ſiue etiã ponderentur ſententiæ ſcribentium.

Immo adeo firmam eſſe hãc regulam Vaſq.& Sarmient.uoluerunt, ut non ſolũ
7 per tempus 30.annor.ſed † etiam per longi temporis pręſcriptionem decem,uel uiginti annorum hęc reſtitutio excluderet. Hincque ab altera opinione,quod per cẽ
8 tũ annos†huius reſtitutionis remedio nõ præſcribatur ſtãte probabili, & iuſta ignorantia magis cõmuniter noſtri receſſerũt ut uidere eſt per Menoch.d q.71.in.fi. & late per Boer.deciſ.39.Ludou.poſt Soc.d. deciſ.Lucen.48.nu.24.

Ex his uidemus quam uarię, & inextricabiles ſint doctorũ opiniones in hac q̃ſtione,& ex illorum authoritatibus ꝓſpicere lector beneuole poteris quænam iſtarum regularum ſit in iudicando ſequẽda, & ſi uelimus ſcire de communi opinione, hinc colligimus communiorem proculdubio eſſe illam priorem regulã,quæ habet reſtitutionem ex cauſa ignorantiæ cõtra præſcriptionem triginta annorũ dari, ſed in ſecundo capite magis communem eſſe cõtrariam opinionem,nempe poſt decurſum tẽpus quadringinta annorum fruſtra reſtitutionẽ impetrari,ſed quid tenendũ ſit nũc uideamus Et ut breuiter ac reſolutiue loquar,poſt omnium doctorum reuolutas & conſideratas opiniones,cõſtanter
9 teneo contra† præſcriptionem quidem lõgi temporis dari reſtitutionem intra quadrienium a die ſcientiæ, modo quadriennium ſtatim poſt decurſam præſcriptionẽ longi tẽporis non utile, ſed continuum ſit & in hoc capite ita cenſibus Senatus in ſupra dicta cauſa Ruffinæ, & Fornerii,ut dixi proxi.antecedenti deciſione, ſed aduer
10 ſus† triginta aut ad ſummum quadraginta annorum curriculum hanc nullo modo concedendam eſſe.ideoque nec illam dari, ſi quis ſit intra quadriẽnium a die ſciẽtiæ,quia de hac præſcriptione nõ loquuntur legiſlatores quando quadrienij tempus concedunt,ſed de præſcriptione lõgi temporis.Et omiſſis multis,quæ pro hac ſententia adduci poſſunt quoniam multa Pinel.& Sarmiẽt.& longe plura Vaſq.ſcripſerunt,hac ſola conſideratione cõtentus ero,quod omnes Doctores mihi cõcedũt
11 poſt Bar.†præſcriptionem hanc longiſſimi temporis cõtra ignorantes, currere ita ut ignorantiæ præſcribatur tanti tẽporis ſpacio,quod mihi negari non poteſt ſtãtibus uerbis Imperato ũ apertiſſimis in.l. fin.in fi.& authen.malæ fidei in princi.C. de præſcrip.long.tempor.l.ſi.quis emptionis,C.de.preſcrip.30. annor. ubi etiam in longi temporis præſcriptione hoc uolunt procedere,& per tantũ tempus uoluit Iuſtinianus omnes ſecuritate poſſidenti tribui.l.omnes. & l.ſicut.C.eodẽ tit. ſed eluſoria certe eſſet iſta pręſcriptio,inutiliſq; ſecuritas ſi poſt tẽpus præſcriptioni datũ reſtitutio adhuc concederetur.credẽdum enim eſt legiſlatores uoluiſſe includere illud quadriennii tempus in hac longiſſimi temporis præſcriptione,cũ uerisimile nõ ſit uoluiſſe diuturnitate poſſeſſionis partẽ ſecuritatẽ alterius maleficio, & ſub prætex. mendicatę cuiſdam ignorantiæ, vel potius claſſę negligẽtię perturbari, cõtra quam Dioclet. & Maxim. ſcripſerint in l. longi temporis.C.de.preſcrip.lõg.temp. alias nunquam eſſet litium finis, & rerum dominia in certo perpetuo remanerẽt, quod & pręſenſit Iuſtinianus ualens propterea tẽpus ignoranti currere,ne altera dubitationis iextricabilis oriretur occaſio, d.l.fi.in fi.C.de præſcript.lõgi.tempor.& ſi pręſcriptum eſt hoc ſpatio tẽporis ignorantiæ, non poterit illa alio remedio reuiuiſcere, & inquietaretur contra expreſſã iuris mentem hac uia per indirectum poſſeſſor

ſeſſor,quod dicendũ non eſt, & quamuis
reperiamus iuſtis aliquando de caſus con
tra preſcriptionẽ decurſam reſtitutionẽ
conceſſam fuiſſe vt in l. 2.C. quibus non
obiic.longi temporis præſcriptio,tamẽ il-
12 lud intelligendum eſt † de præſcriptione
longi temporis nõ longiſſimi,item ſtante
neceſſaria cauſa abſẽtię fauore Principis,
vel reipubl.& illa lex de præſcriptione de
cem annorum eſt intelligenda,quia unica
erat decennalis præſcriptio,quæ longi tẽ
poris dicebatur,quæ tamen iuſta exiſtẽte
abſentiæ cauſa ad alios decẽ annos fauo
re abſẽtis protrahebatur,quo decẽnio ela
pſo nec ex hac cauſa licet iuxta reſtitutio
cõcedebatur.l.ſi poſſeſſio.C.eod.tit.quib.
non obſtat longi tempor præſcriptio.quã
to magis in ea quæ lõgiſſimi temporis eſt
obtinebit,ſatiſque eſt ſi ignorans abſentis
beneficio utaẽ. Præterea pro hac parte fa-
cit tex.in l.1.C.ſi.quis ignorã. rem mino.
eſſe ſine decre.compara.ubi cauetur poſſe
emptorem bonę fidei aduerſus minorem
ſe longi tẽporis præſcriptione iuuare qui
tex.mihi uideẽ ſingularis, & notabilis , &
non uideo quo Domi.a Petra. qui cona-
tus fuit reſpondere tex.apertiſſimo. in l.
fin.C.de præſcriptio longi tempor. uolẽs
nõ excludi per illius uerba reſtitutionem
in integrum poterit huic reſpondere,qui
de ignorantia, & reſtitutione loquitur.

Nec his obſtat utilitas quadriennii,quã
13 Doctores deducunt † ex l.fina.C.de tẽp.
in integrum reſtit. quia illa utilitas per il-
lam legem eſt ſublata, & loco anni utilis
continuũ quadriennium fuit conceſſum,
nec ibi Iuſtinianus loquitur de aliqua prę
ſcriptione,ſed indiſtincte uoluit , qđ quo
tieſcunque reſtitutio in integrũ poſtula-
tur,q̃ ex iuſtis cauſis a lege permiſſa eſt, il
la intra quadriennium petatur,ut minor
poſt uigeſimum quintum ſuæ ętatis annũ
habeat etiam quadriennium ad petendã
reſtitutionem , illudq; non amplius utile
ſed continuũ ſit , quod & ſubtiliter in illa
quadragenaria præſcriptione cõſiderauit
Dec.conſ.29.& 373.Cui nõ ſatis bene iu
dicio meo,reſpõdet Dom. meus Cranet.
in §.materia iſta nu. 56 & 58. Immo ex
ſuprascriptis remanet euacuatũ, & cereũ
efficitur illud argumentum,quod ab ipſo
æneum appellatur,& cui nõ poſſe dari re
ſponſionem exclamat,nam conſequentia
inconuenientię quam facit non eſt bona
& non militat argumentatio a tẽpore de
cennii ad tẽpus triginta, ual quadraginta
annorum, quã ille facit,& ſi detur aliqua
reſtitutio aduerſus præſcriptionẽ mino-
re, ut in l.fin.C.in quib.cau.in integrũ re
ſtit non eſt neceſſar.illud procedit fauore
pupillaris ætatis,quo tempore non currit
tempus pupillo , ſed poſt pupillarẽ ætatẽ
currit illa triginta annorum præſcriptio,
quod aperte ſcribitur in l.ſicut. C.de præ
ſcript.30.annor.unde hoc ad aliorũ reſti
tutionẽ non extendit,q̱a illis nõ dormit
ſed currit tẽpus , ideo Imperatores in di-
cta.l.ſicut illis utuntur uerbis *Sed pupilla-
ri ætate duntaxat,huic eximenda ſanctioni*
idque expreſſius Iuſtinianus intellexit in
d.l.fin.in fi.ibi.*Exceptionibus triginta, uel
quadraginta annorum in ſuo ſtato remanen
tibus*. Poſt quod tempus fruſtra reſtitutio
14 poſtulatur unde patet † male ſenſiſſe Ac
curſ.in gl. ibi,& cum eo Bar.& Rolan.cõ
ſil.68.nu.21.lib.3. & nouiſſime Rauden.
in trac.de Analog.cap.33.nu.133.qui uo
luerunt minori dari reſtitutionem aduer
ſus præſcriptionẽ quadraginta annorum
quia hoc eſt cõtra expreſſam legislatoris
mentem & ideo pulchre Bal. & Salic. ac
docte in dicta l.fin.dixerunt præſcriptio-
nes longiſſimi temporis contra minores
currere , licet hic cum minoribus officio
iudicis ſtante iuſta.& probabili ignorãtia
mitius agendum forte eſſet, ut illis dare-
tur reſtitutio ſaltem aduerſus triginta an
nos, non autem aduerſus quadraginta,&
hoc magis ex quadam æquitate,quam ꝙ
ita iuris rigor poſtulet.

Ex quibus omnib.ĩferri poteſt ad mul-
15 ta,& primo,† nõ eſſe uſquequaque uerá
cõmunem illã opinionem , quod aduer-
ſus triginta annorum tẽpus detur in inte-
grũ reſtitutio,quia uidebimus quã facile
illa ſubuertatur, nec eſt curandum qđ cõ
munis ſit,quia ut dicit Ioſeph. Lud. dicta
deciſio.52.num.13.conſulentes ſæpenu-
mero præmii auiditate uerioribus aliquã
do opinionibus ꝑtermiſſis falſas opinio
nes ex illorum numero cõmunes efficiũt
& unus inde poſt aliũ currũt velut oues,
uel grues,ut inquit Decius , & ſatis mihi
ſemper uiſum eſt opinionem uera eſſe li-
cet a cõmuni recederem, authoritate Iu-
ſtiniani fretus ĩ l.1.C.de ueter. iur. enucl.





neque tam bene cum rebus humanis agi
tur,vt meliora pluribus placeant, ſed argu
mẽtum peſſimi turba eſt, ut ſcribit Sene
ca & dixi in deciſ. 1.nu.2.

Inferẽ ſecũndo ueriſſimã eſſe , & magis
cõem alteram Doctorum ſnĩam,ꝙ aduer
ſus quadragenariã præſcriptionẽ non deẽ
ex capite ignorantiæ,uel ex alia q̃uis iuſta
cauſa reſtitutio in integrũ ẽt minori & ab
illa non eſſe in iudicando recedendũ non
ſolum,.quia receptior, ſed quia uerior ſit.

Infertur tertio falſiſſimã eſſe illorum
ſententiam,qui uoluerunt poſt decurſam
præſcriptionem dari utile tempus petẽdi
reſtitutionẽ uſq; ad centum annos , a qua
propterea multi,& quidem magis cõmu-
niter receſſerunt,uti ſupra dixi.

Vltimo infertur non eſſe ueram diſtin
ctionem illam , quã tradit in hac materia
Bou.in tracta.de ſtatutar.urb.præſc.gl.19.
nu.12. quod diſtinguendum ſit inter igno
rantiam iuris & ignorantiam facti , ut pri
mo caſu nõ detur reſtitutio,ſecundo uero
reſtituatur ignorans, quia hanc diſtinctio
nem,l. non facit quæ quando de ignorãti
bus loquitur nec ius nec factũ diſtinguit.

Hec quæſtio fuit q̱ multos dies diſpu
tata coram Excellẽtiſſimo Senatu in cau
ſa Foſſanenſi Ancinæ,contra Dionyſios, &
* multa dicta fuerunt tãdem maior pars do-
minorũ uiſo Pinello , & illius rationibus
conſideratis , dixit illius opinionẽ eſſe ue-
riorem,& ita Senatus cenſuit non eſſe dã
dam reſtitutionem ex capite ignorãtiæ ad
uerſus præſcriptionem. 40. anno.1584.di
cens ita in poſterum obſeruandũ, Præſide
Perilluſtri D. Cæſare Cãbiano ex Domi
nis Ruffię cõpatre meo,& quo ad illã prę
ſcriptionem.40.annor.cum illa etiam opi
nione maior pars dominorum inclinabat
alias in cauſa Rouaſchę 1568. menſe Au-
guſti licet illa cauſa non fuerit reſoluta.

## Iudex, qui in ſentẽtię prolatione de intereſſe nihil dixit an poſſit poſtea iterũ illud adiudicare parte actrice petẽte,et quid in fructibus,et expenſis.

### DECISIO CXXXV.

1 *Iudex poſt latam ſententiam an poſſit poſtea iterũ ſuper intereſſe iudicare parte petẽte & quid in fructibus nu.2.*

IVDEX condemnauit em-
ptorem erga uenditorẽ iux
ta formã inſtrumenti, cum
expenſis , & nihil de intereſ
ſe petito dixit. Venditor pe
tit intereſſe poſt ſententiam corã eodem
iudic.quærebatur,an iudex poſſet cõdem
1 nare emptorem,& † ſentẽtiam dicere quo
ad intereſſe. Et dicebatur,quod non per l.
terminato,D.de fruct. & lit.expenſ. & q̱a
iudex functus erat officio obſtabatq; rei
iudicatæ exceptio l.iudex poſteaquam,D.
de re iud. unde ſi non cõdemnat in acceſ-
ſoriis uidetur liberaſſe, ita quod nouo iu
dicio peti non poſſint,ut per Innocẽ in c.
grauis de reſtitu. ſpol. Bal.in dicta l. termi
nato.colum.18.in addit. Specul.tit.de ex
cep.uerſiculo ſi iud. pronun. Bertachin. in
uerbo iudex.poteſt.num.172.Crauet.con
ſil.30.& vide ibi Stracc. Fuit dictum per
Senatum ueram eſſe regulam ſupra tradi
tam, & dictum Innoc.niſi ſententia refe-
rat ſe ad inſtrumentũ in quo emptor ꝓ
miſerat ſoluere principale cum omnibus
damnis & intereſſe quia tunc ſentẽtia vi
detur relatiua ad inſtrumentũ, & relatum
eſt in referẽte,& hoc in cauſa Sauoti Tau
rinenſi 1588.8.Octobris referente Domi
no Senatore Guerillo compatre meo. Bo
num tamen eſt quod iudex ſemper clare
loquatur in ſua ſententia , & uel abſoluat
uel condemnet conuentum in iſtis acceſ-
ſoriis ut de lite lites non oriantur , & ita
moneo .

Quid uero dicendum ſit in fructibus. &
2 † expenſis dubitari ſimiliter nõ ſine ratio
ne poſſet. Pone enim, ꝙ in libello fuerit
petitum prędium cum fructibus & iudex
cõdemnauit ad prædii reſtitutionẽ, & de
fructibus nihil dixit , an poſtquã ſententia
in rem iudicatam trãſierit, poſſit actor no
uo libello fructus petere , & uidereẽ poſſe
actorẽ hoc facere,quia res iudicata in vno
non nocet in alio l.& an eadem,D.de ex
cep.rei.iu.& tum fructum caſus ſit omiſ
ſus a iudice,uideẽ relictus diſpoſitioni iu-
ris communis,& pro hac parte in facti cõ
tingentia allegabatur.l.4 C.depo.& l.eos
in princ.C.de uſu.iaſ. in.§.omnium,in fi.
in tit.de act.

In contrarium tamẽ uidebatur dicẽdũ
non licere actori hanc nouam petitionem
reiterare,quia iam fuerat facta in pĩcipio

cauſæ,ideo cũ iudex de illa dixerit in ſen-
tentia,uidetur a fructibus abſoluiſſe, argu
mento cap.nonne benedicimus , de prę-
ſumptio,& pro hac parte facit dicta.l. ter
minato,& authoritates ſupra traditæ, ſed
magis in terminis uidetur tex.in l.Paulus.
1.D.de re iudica.iuncta gl.ibi, & alia glo.
in l.& ex diuerſo,§.1.D.de rei vẽdicatio.
& in ſpecie ita dedit Guido,Papę,q.405.
uerſ.ſed dui ſi tales, poſt Anton. de Butr.
ibi relatum.

Diſtinxit in hac quæſtione Roffr. in ru
brica de offi.iudic.quo petun.fruct.quæſt.
vltima, quod aut agitur de fructibus pen
dente lite perceptis;& illi peti nõ poſſint
poſt ſententiam aut de alijs ante litẽ mo-
tã preceptis,& illi peti poſſint, ſed hæc di
ſtinctio non placuit.Senatui,qui indiſtin-
* cte cẽſuit fructus non deberi,nec peti poſ
ſe nona actione,quia debeat actos in hoc
capite grauatus appellare, in cauſa Claue
& Collineti de Gruliaſco 1569.vide ſi plu
ra velis Benuenutum Stracam in addit.ad
Crauet.conſilio 320.Ioann Bapti.Aſin.in
tractatu de excutio.§.ſeptimo , capitulo.
89.& 90.

## Socio cõtrahẽte nulla facta mẽtione ſocietatis,& nõ apparente de vtilitate ſociorũ ex eo contractu an ex dicto contractu alii ſocii remaneant obligati.

### DECISIO CXXXVI.

1 *Contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*

2 *Text.in l ſocij,in fin. D.pro ſocio declaratur.*

3 *Socius nomine proprio contrahens an alios obliget.*

4 *Socij obligantur ex geſtis alterius ſocij ſi extet mandatum,& quid operetur illud mãdatum.*

5 *Creditor habens animum ad communẽ negotiationem in mutuando,uel uendendo contra omnes agit,*

6 *Socij ex contractu unius ex ſocij non poſſunt conueniri, ſi agens illorum fidem non eſt ſequutus,ſed contrahentis.*

7 *Alexand.in conſilio 139.libro quinto,examinatur.*

SOCII unius negationis ) vt
uerbis Vlpiani utar in l. 5.
in principio , D.pro ſocio.)
in inſtrumento ſocietatis di
xerunt,quod quicquid eſſet
per unum ex ſocii actum contractum &
obligatum,cenſeretur ab aliis factum , &
omnes obligantur.Vnus ex his emit co-
ralia a mercatore pretio aureorum duo-
rum milium, & obligauit ſe nomine pro-
prio nulla facta mentione ſocietatis , nec
apparet ipſa coralia uerſa in beneficiũ ſo
cietatis,quærebatur,an alii ſocii eſſent ob
ligati,& ꝙ reuerentur adducebatur pactũ
in inſtumẽto factũ quod obligatio unius
1 alios afficeret,†unde ex cõuẽtione partiũ
contractus legem accipiunt, l ſi conuene-
rit D.pro ſocio,& ita in ſimili a natura cõ
tractus arguit. Rota Genuen.deciſ. 14. nu
mero 9.& cum ad hanc obligationem fa
ciendam doctores mãdatum requirant in
hac conuentione illud ſatis uidet̃ expreſ-
ſum.Secundo ꝓ hac parte uidetur facere
tex.in l.iure ꝓuiſum , C.de fabricenſibus
lib.10.ubi quod ab uno agitur ad omnes
ſpectat,& ex illius facto omnes tenentur
etiam ex cauſa delicti . Tertio adducebat̃
Bald.conſilio 262.& 263.lib.5.quod vlti-
mum eſt Franciſci de Vbald.ubi ſcribitur
quod eſt vnius negotiatione alii inſolidũ
obligantur,& creditor poteſt agere cõtra
quem velit.

In contrarium,quod alii non teneãtur
& uerſus uenditorẽ non obligentur ex ſo
cii facto,uidetur text.in l.ſi ſocii ſimus, in
2 fine,D.pro ſocio,ubi†alii ſocii cauent de
indemnitate ſocij obligati , quaſi , ꝙ ipſi
erga creditorẽ non teneantur, & ad hunc
propoſitum illũ tex.allegat.Per. de Vbal.
ĩ tract.de ſoc.ſiue de duob.fratrib.par.9.
in principio,ſed in propoſito noſtro me-
lior videt̃ tex.in l.ſi unus,in pri.D.pro ſoc.
vbi ille uendiderat de conſenſu ſociorum
melior tex.in l.cum duobus,52.§.fi.D.eo
ubi licet vnius negotiationis ſocietas eſſe
contracta,tamẽ ſi ſocius ex alia cauſa,quæ
rat ſeparatim,non pertinet ad communio
nẽ.Sed ad hæc iura poſſet reſponderi ma
xime ad primum,quod ille tex.non pro-
bat,neceſſario poteſt enim eſſe,quod in di
uiſione hic obligatus ita conueniſſet , vt
quamuis alij eſſent obligati,tamen releua
rent eum aduerſus creditorem , uel quòd





contractu facto per ſocium ſe obligaſſet
inſolidum erga creditorẽ,arg.l.pen. in fi.
D.de exercitor.

Secundo allegabatur tex.in l.iure ſocie
tatis.D.pro ſoc.iuncto intellectu. Bal. ibi
qui dicit eã legẽ intelligi quando ſocius
3 contrahit non ſocietatis†ſed ſuo nomine,
ſed ad illud tex.dicebam poſſe reſpõderi,
quod loquitur in eo ſocio, qui non habet
mandatum ad ſe obligandum,prout in ca
ſu noſtro,requiritur enim tacitum, uel ex
preſſum mandatum,ut per Alexan. conſi.
147.ponderatis.lib.2.& P.de Peruſ. in di
cto.tract.Soc.par.9 in princip.verſic.mihi
videtur.

Tertio pro hac opinione adducebatur
Alexan.conſilium 139.colum.1.lib.5. ubi
uult duo requiri,vt ſocii,obligentur ex cõ
tractu alterius ex ſociis, videlicet manda-
4 tum,& vlterius†quod ſocietatis nomine
ſe obligauerit,ſed quando nomine ꝓprio
contrahit ſolus tenetur,allegat,Bald.in di
cta l.iure ſocietatis,& Alex.citat & ſequi-
tur Dec.in l ſi ſocius,colum.7.nu.3. D. ſi
certum petatur,& Pariſ.conſ.94.num.24.
lib.1.& eiuſdem ſententię fuerunt Socin.
Pet.d.Vbald.& Ronchegal. quos refert,
ſequitur.Rota.Genuen.dict.deciſ.14.num.
94.& deciſ.7.nu. 3.Sed aduertendum eſt
qđ omnes iſti doctores ſe referũt ad Bal.
in d.l iure ſocietatis,qui tamen non loqui
tur,quando adeſt mandatum aliorum ſo-
ciorum,verum replicari poteſt mandatũ
non ſufficere,quia illud efficeret,vt ſocius
haberet beneficium diuiſionis cõtra alios
ſocios,non autem ut ex ſuo contractu ius
acquireret creditor contra dictos ſocios
cum quibus nihil eſt geſtum.

Quarto magis in terminis videtur face
re tex.in l.fi.D.de exercito.act.circa fi.ibi.
*& ſufficere ſi in hoc crediderit*,ubi eſt caſus,
5 †quòd quamuis ſeruus ſit præpoſitus na-
ui,tamen non obligat dominum niſi cre-
ditor mutuo dederit pecuniam nauis con
tẽplatione,& ſic haberet animum & cogi
taret de tota ſocietate,ꝑ quẽ tex,ita uide-
tur tenere Natt.conſi.567.nu. 6.lib.4.Ad
hoc tamen reſpondebam,quod illa l.fi.lo
quitur in me,o inſtitore,qui nõ eſt ſocius
nec habet tam generale mãdatũ ad obli-
gandam ſocietatem,vt in caſu noſtro.

Quinto ponderabã ego tex.in l.ſi unus
ex ſociis,§.1.D.pro ſoc. vbi ſi vnus ex ſo-
ciis fænerat̃,& uſura pepercerit , licet de
communi pecunia fęneratus fuerit, tamẽ
ſi nomine proprio cõtraxerit,ſolus vſuras
lucrabitur,qui cõuenit,l.ſi quis ſocietate.
74.D.eod.quæ multo magis procedere,
debent cum hic agatur de obligãdo,& fa-
cilius liberatio,quã obligatio concedatur,
vulg l.Arrianus,D.de act.& obl. licet hic
reſponderi poſſet vt dixi ſupra in ſecundo
fundamento huius partis.

Denique præſuppoſito ꝓ vero quod eſ
ſet mandatum generale vt in hoc caſu, itẽ
quod nomine ſociorũ fuiſſet ab iſto ſocio
contractum,adhuc uideretur dicẽdum ex
facto huius ſocii nõ remanere alios ſocios
6 erga creditorem obligatos,quia illi,† qui
cum iſto ſocio contraxerant,egerant tan-
quam cum priuato,habito ſolum reſpectu
ad illius perſonam non autem ſociorũ,vn
de ille ſolus erit obligatus ita in his termi
nis pulchre hoc põderat Rota.Genuen.di
cta.deciſ.14.num.97.Item probatio com
petebat iſti ſocio obligato,vt demõſtraret
in vtilitatem ſociorum verſum eſſe ſuum
negotium,vt in ſimili ſcribit Capit. deciſ.
180.nu.4.& ad hoc videtur eſſe pulcher
tex.in l.fin.D.pro ſoc.vbi directa actio da
tur cõtra eum,cuius perſona in contrahen
da ſocietate ſpectata eſt,quem ad hoc al-
legat Vuſembec.in ſua œconomia lib.14.
Digeſtorum,quem refert etiã, & ſequitur
dicta Rota.dicta deciſ.14.nume.99.Imo,
quod in vtilitatẽ ſociorum uerſum eſſet
incumberet onus probãdi contrahẽtibus,
vt dicit Pet.de Vbal.in d.trac.de duob fra
trib.quẽ refert & ſequit̃ dict.Rota.n. 125.

Cum cauſa hæc diſputarẽtur in Senatu
inter Orſinã,& Darut corã Senatu erã o-
pinionis primæ motus ex pacto illo inſtru
mẽti facti inter ipſos ſocios,quod geſta ꝑ
unum obligarent alios,& ad conſil. Alex.
reſpondebam,quod ipſe Alex.dicto conſi
7 lio 139.quem † omnes ad hoc citant, po-
nit duos caſus,unum de iure communi,&
tunc requiruntur duo mandatum, ſcilicet
ſeu prępoſitio ſociorum,& quod nomine
ſocietatis ſit geſtum,per iura ab eo allega
ta,alium quando adeſt ſtatutum,quod ge-
ſta per unum ex ſociis obligent alios inſo
lidum,qui eſt caſus noſter,& in hoc ſecun
do caſu Alex.nõ requirit,quod ſocius geſ
ſerit nomine ſocietatis,ſed ibi dicit alios
ſocios non teneri,nõ ratione ꝑdicta, ut in

primo caſu,ſed q̃a ſocij mei ſocius, meus
ſocius non eſt,vnde videtur ibi Alexan.in
ſecũdo caſu conſentire,quod non requira
tur fieri mẽtionem ſocietatis,quod ſi hoc
procedit in ſtatuto,quod ſtrictè ſolet inter
pretari,tanto magis idem dicẽdum erit in
pacto ſociorum,quod eſt bonæ fidei,& la
* tiſſima in eo ſit interpretatio . His tamen
non obſtãtibus placuit aliis dominis ſecũ
da opinio,eo quod ille creditor non eſſet
ſecutus fidẽ ſociorum,ſed illius tantũ cum
quo cõtraxit nomine proprio,& ita abſol
uit reos,& ſocios conuẽtos.Senatus a peti
tione vẽditoris,niſi probaretur rem fuiſſe
uerſam in beneficiũ ſocietatis.d.l. iure ſo-
cietatis,Anno 1571.12.Februarii.

Retenta vero hac opinione ad cõtraria
breuibus reſponderi poteſt , & ad primũ
de mandato,& pacto dici poteſt, pactum
illud ſeruire inter ipſos ſocios,vt habeant
beneficium diuiſionis:nõ autem vt tertius
contrahens,qui de ſocietate nõ cogitabat
illo ſe iuuare poſſit,nã vt eo caſu alii obli
gentur requiritur,quod contractus, & ne-
gotiũ fiat tam nomine proprio,quam ſo-
ciorum,vt per eandem Rot.deciſione 91.
numero 6.Purpurat.conſilio 71.num.33.
libro 1.qui ampliat etiamſi ex cõmuni pe
cunia res eſſet empta,qua de re ſingularis
eſt tex.in l.ſi unus,§.primo,D.pro ſoc.Ad
l.iure prouiſum,reſpondet Fulgoſ.in l.pri
ma,§.ſi plures,D.de exercit.actio.& ſi be
ne ponderetur ille tex.non militat in caſu
noſtro.Ad conſil.Bald.reſpondet Rota di
cta deciſione 14.num.128.quod in illo ca
ſu ille , qui cum tertio contraxit, habebat
mãdatum,& non habebat partem,ſed po
teſt etiam dici opinionem.Bal.nõ eſſe ve-
ram,quando non apparet de cõmuni vti-
litate,& quod non omnium , ſed unius fi-
des ſpectata fuerit,vt ſupra dixi,& facit ad
hoc doctr.Pet.de Vbal. dicta parte 9.nu.
1.in fine,vlterius Bal.ibi loquitur , quan-
do ab omnib.ſocijs adminiſtrator fuit prę
poſitus,& qui cõtraxit fidem omniũ fuit
ſequutus,ſic enim loquitur tex.in dicta l.
ne plures.iuncto.§.fina.l.antecedentis.D.
de exercitor.act.& elicit ex l.fi.in fi.eod.
Cęterũ ſi plura velis vide. Rotam Genuẽ.
in d.deciſ.14.vbi plene & docte de re hac
diſſeritur.

## Vſumfructum totius dotis an filia patri relinquere poſſit ſola proprietare filiis reſeruata.

### DECISIO CXXXVII.

1 *Mater an poſſit filios grauare in legitima, ita ut ſolam proprietatem habeant,uſusfructus uero alieri relinquatur.*
2 *Pater obligatur pro dote data filia.*
3 *Vſufructu bonorũ omnium legato,pro rata legitimæ illud euaneſcit.*
4 *Angeli opinio in §.prohibemus authen.de trien.& ſemiſ.probatur.*

MATER inſtituit in ſuis do
tibus a patre pfectis ſuos
filios hæredes,& legauit il
laiũ dotiũ uſumfructũ pa-
tri ipſius teſtatricis . Auus
uſufructuarius petit eas dotes a nepotib.
vt vſumfructũ cõſequatur,nepotes( omiſ
ſa tunc allegatione inualiditatis teſtamen
1 ti)opponũt,quòd † mater non potuit eos
grauare in legitima,l.quoniam in priorib.
C.de inoffi.teſtamen.Replicat auus,quod
bonorum omnium vſusfructus,legari po
teſt.l.omnium.D.de uſufruc.l.vxori.D.de
uſu,& uſufru.legat.item quod dos erat au
reorũ mille,& quod ipſe eſt ſexagenarius,
qui præſumitur ſolum uiuere p quinque
annos proximos,l.hæreditatum.D. de le.
Falc.& ſic cũ fructus dotis ſoleat ad ſum
mum conſiderari ad ſeptem pro centena
rio ex patrię conſuetudine, releuabit lega
tum aureos 420.vnde remanebit vtilitas
proprietatis in ſcut.580. filijque pluſquã
legitimam conſequentur.Sed opponebãt
iterum filij,quod poterat pater viuere vſ-
que ad cẽtum annos,& ſic proprietas fuiſ
ſet inutilis,& grauati eſſent in legitima,&
quod ad preſens oua cras pullis sũt melio
ra,iux.gl,in l.cum hi.D.de tranſac.Tandẽ,
fuit iudicatum in fauorem patris , ſeu aui
* uſumfructũ totius dotis deberi,per glo. &
ibi Ang.in §.prohibemus auth.de trien.&
2 ſemiſ.Cæpol.caut.21.nu.1.item quia † pa
ter obligatur pro dote data filiæ & per cõ
ſequens commodum habere debet vt p
Neguſan.de pignorib.4.menib.2.parte.2.
n.36.item quia cum dos a patre profecta
ad patrẽ redeat facilius redire dẽt. uſufru
ctus



ctus cum proprietas filii reſeruetur,idque
magis,quia in caſu iſto filii habebant aliũ
de unde poſſent ſe alere in bonis patris,ꝙ
ſi id defeciſſet,forte danda illis feciſſet ele
ctio conſequẽdi legitimam, & renuncian
di proprietati,in cauſa Comitis S. Martini
& Pagani Aſtenſis.1571.13.Martii.

Sed aduerte,quod iſta opinio eſt peri-
culoſa quo ad legitimã,q̃a tex.eſt expreſ-
ſus in contrarium in dicto §.prohibemus.
ubi in fi ad matrem etiam illius diſpoſitio
nem extẽdit Iuſtinianus, & id exprimitur
etiam in auth.nouiſſima,in fine,C.de inof
ficio.teſtamen. ex quibus iuris commun
nem concluſionẽ doctores eliciunt, quod
3 † ſi bonorũ omnium uſusfructus legatus
ſit tamẽ pro rata legitimæ talis uſufructus
ceſſat,de qua communi opinioni teſtatur
Soci.conſil.107.numero 7.uol. 1.dicens
iudicatum,& illam tenet Alexan.conſ.29.
num.2.libr.4. ac communem etiam dicit
Michael.Graſſ.in libro ſententiar.§.legiti-
ma quæſt.39.num.23.nam integra legiti-
ma relinqui debet in proprietate cum uſu
fructu per dicta iura, & firmat idem Graſſ.
in dicto.§.quæſt.15.num.6.Neque obſtat
gloſſ in dicto.§,prohibemus,quia illa non
firmat illam ſentẽtiam , quod uſusfructus
omnium bonum legatum , ualeat , ſed ab
illa recedit in dicta l.omnium, & dicta au-
the.nouiſſima,dicit enim priorem opinio
nẽ in qua propoſuerat,l.uxori meæ, D.de
vſufruct.lega.eſſe per hæc nouiſſima iura
correctam,ueriorem eſſe & in hac parte il
la gl.communiter approbatur, at per Ca
ſtren.in dicta auth.nouiſſima,& illam cau
telã Dyni quam ſuppreſſo authore refert
Cæpo.cau.21.reprobat Bar.in l.hæredita
tum,D.de bon.auth.iudic.poſſidẽ. ubi di
cit,quod ſi debita portio per tale relictũ
uſusfructus auferatur peccabitur mortali
4 ter,contra † doctor.Angel.tenet expreſſe
Roderic.Xuar.in repetit.l.quoniã in prio
ribus,ampl.3,num.2.uerſiculo teneat con
trarium, dicens contra illum ſtare omnes
gloſſ.& omnes ſcribẽtes, & ante Roderic.
hanc Cæpol.cautelam, & Ange opinionẽ
reprobat.Iaſ.in dicta.auth.nouiſſima , nu-
me.44 uerſiculo concludat ergo gl.& hoc
hodie eſſe expeditũ, dicit Vaſq.de ſucceſi
progreſſ.lib.1.§.19.nu.454,& lib.2.§.20.
parte.4.num.288.ubi num.ſequen. diſpu
tat in hoc caſu teſtamentum a patre factũ
ſubſiſtat,& an legitimam ſuper uſufructu
retẽta proprietate filius cõſequatur,uide
ibi late per eum,& dixi infra dec.184.ma
rito lucrante,nu.9.unde neceſſario nobis
dicẽdum eſt quod uſusfructus legatum a
matre factũ ſubſiſtat,præſuppoſito, quod
dos ad patrem redeat mortua cum liberi
filia ut dicam deci.ſeq.alias præſuppoſita
ualiditate teſtamenti de quo tamẽ dicam
infra deciſ.150.legitimam integram tam
in proprietate, quam in uſufructu filii ha-
bebunt.

## Dos a patre profecta ad patrẽ redit,quãdo prædecedit maritus & inde moritur uxor etiamſi extent liberi.

### DECISIO CXXXVIII.

1 *Dos a patre profecta ad patrem redit.*
2 *Dos redit ad patrem contra conſuetudinem Martini ſi predecedat maritus.*
3 *Renunciatio matris non obſtat nepotibus uenientibus ad ſucceſſionem aui.*

1 DOs a patre profecta † ad pa
trẽ redit,uulga.l. dos a pa
tre,C.ſoluto matrim.Sed
ſecundũ opinionem Mar
tini,& communem obſer
uantiam,iuxta quam poſt
multas diſputationes cenſuit Senatus , ut
dicam infra deciſi. 190.remanet penes fi-
lios.Nota tamen ſingulariter non habere
locum hanc conſuetudinem,quando præ
decedit maritus , & inde moritur uxor,
2 tunc enim † dos a patre profecta redit ad
patrem excluſis filiis,nec habet locum opi
nio Martini.Ita uoluit Bartol. in l.prima.
numero 2. De de dote prælegat. & in l.
poſt dotem,ſoluto matrimonio. ubi Pau.
de Caſtro & ſequitur Bal.Ang. Ful.& om
nes,ut teſtatur.Iaſ.l.poſt dotem nu. 102.
& ibi Alex.nume.25.& conſil.115.libr.1.
& hanc limitationem notabilem in practi 3
ca dicit Aret.in §. fuerat.nu.22.Inſtitu.de
act.Neuizan.in Syl.nupt.libro 2.num.79.
Hieronym.Tort.in dicta l.poſt dotem,in
5.quæſtio.Bart.Iaſ.in dicto §.fuerat,nu-
me.22.Phanuc.de lucro dot.gl.11.n.3.di-
cens ita in ſacri cõtingentia obtinuiſſe per
ſententiã Rotæ Luce. durum eſſet in iu-

dicando ab recedere, ut dicit Iaſ. in d.l.
poſt dotem.colurn.penult.nu.10.& 103.
Quamuis idem Iaſ. ibidem diſputando te
neat opinionem cõtrariam per aliquas ra
tiones quas ibi allegat.& cum hac opinio
ne Barto. tranſiuit Senatus in cauſa præce
dentis queſtionis, quamuis uideretur ali-
qualiter dura, & pro illa ſtat illorum opi-
nio, qui contra Martinum ſcripſerunt do
tẽ redire ad patrem etiam liberis extanti-
bus de qua dicam infra deciſ.190. Fuit ta
mẽ dictum, quod hoc caſu poſt mortẽ aui
3 materni illi nepotes† potuerũt petere por
tionem hæreditariam in bonis aui. Quam
uis filia renuntiaſſet bonis paternis ut per
Cra.conſi.84. Doctor.in l. pactum, quod
dotali.C.de collat.Rub.conſi.42. Ripa.re
ſpon.6.libro.1. De conſi.181.num 6 Ale.
199.col.3.lib.7. De qua re quo ad renun-
tiationem ſcilicet an illa ſtãte nepotes ad
mittantur, dicam infra ſuo loco. Et uide
Rolan.conſ.11 li.1.Vincent. de Franc.de
ciſio.67.

## Laudimium an debeatur pro alienatione neceſſaria, quæ fit ex præcepto iudicis, qui leuauit bona de gagio.

### DECISIO CXXXIX.

1 *Laudimiũ an debeatur ex datione in ſolu tum, quæ a iudice fit poſt leuationẽ bonorum de gagio & quid non ſtantis conſuetudine nu.2.*

3 *Laudimium an debeatur ex alienatione, quæ fit ex cauſa dotis.*

LAVDIMIVM ſeu ter-
tia uẽditio, ut noſtri dicũt
an debeat ex cauſa neceſ-
ſaria & alienatione q̃ fit
ex cauſa neceſſitatis pro
debito, quãdo per iudicẽ
1 †leuantur bona de gagio, & ea dãtur in ſo
lutum ſub haſta creditori, uel alii tertio,
quæſtio eſt pulchra, & ſubtilis, & in qua
Doctores cõtraria ſcripſerunt, & ego plu
ra ſcribere etiã paratus ſed quoniã ſubti-
liter, & docte more ſuo ſup ea ſcripſit, per
illuſt. D. Præſes a Ponte, in ſuo tracta de
laudim.q.27. ne ab aliis ſcripta repetãtur
ideo breuiter & reſolutione cõcludo lau
dimium deberet iux.opinionẽ. Bal.in cõſ.
306.uerba li.1.Tiraq. de retrac.lignag. §.
1.gl.14.n.14. qui plures allegat. Et hoc ſi
ne ueriori inſpecta ſententia, quæ hẽt ex
alienatione neceſſaria deberi laudimiũ, ut
refert dictus D. Pontæ, dicta q.27.colum.
2.in principio. Siue illo inſpecto, quod ex
datione in ſolutum debeatur laudimium
ut per Ioſeph. Ludouic.deci.Peruſ.60.nu.
7. Quam ſententiam multis præiuditiis
tam Senatus Eccellentiſſimi quam illu-
ſtris Cameræ firmatam teſtatur D. Præſes
dicta quæſtione, 27.colum.ſecunda, & ita
cenſuit Senatus me referente in cauſa Ca
ſtaneæ, & particularium Ripolarum. 1571
24 Aprilis. Motus tam illa ratione, quam
etiam tangit D. Præſes. dicta queſt.27.co
lum.2.in fi. quod alias aperiretur uia frau-
dibus dum homines, ut euitarent ſolutio
nẽ laudimii, fingerẽt ſe debitores ex ali-
qua cauſa, & paterẽtur fieri leuationẽ de
gagio, & ſic domini frauderentur iure ſuo
quibus ſolent ut plurimum ſubditi, quaſi
domeſtici æmulatores. & dominorũ bo-
no inuidente, & omnem libertatem. effe-
ctantes, inſidiari, quam etiam ex eo, quod
in hac cauſa erat probata conſuetudo ſol
uẽdi ex tali cauſa hoc laudimium, licet ali
quibus dura hæc opinio uideretur, & exi-
ſtimarent opinionẽ ſuperiorem† procede
2 re ſtante conſuetudine, non quod de iure
communi illa uera ſit allegantes authori
tatem. Bal.in c.1.nu.11. de prohib. feud.
aliena. per Federic. Bar. Bal. Fulgo. & alio
rum in l.ſi ideo.de condic.furti. Iaſ.in l.fi.
colum.12.quæſt.7.C.de iure emphyt. Af
flict.deciſ.191. Brun.conſi.44 Boer.tit.de
retra.§.3.& titulo de feud.§.7. Sed aduer
te, quod citati Doctores hoc nõ dicũt, im
mo Bal.in loco allegato dicit totũ cõtra
rium in illis uerbis ſoluto iure canonis, &
Brun.in conſilio.44.loquitur in diuiſione
licet cõcluſio ſua uideatur generica. Ideo
cum iterum in Senatu hac de cauſa agere
tur, cẽſuit laudimium deberi in dubio cũ
non appareret de conſuetudine, ueriorẽ
exiſtimans ipſius Bal. & Tiraquel. ſenten
tiam in cauſa Vicinoui 23.Iulii.1588. Re-
ferente Illuſtri. Do Ozaſco. in qua tamen
fuit dictum eſſe limitandam hanc ſenten
tiam tribus concurrentibus ſcilicet ſi cau
3 ſa † obligationis ſit dos, ſi fiat leuatio ex
neceſſitate mera, & ſub haſta, ſi nulla alia
bona extarent prout, & iſtis tribus cõcur
rentibus in camera fuiſſe iudicatum nõ de
beri laudimium, dicit. D. Ponte dicta col.
2.uerſic.ſecus ſi debitum, & quod non de
beatur laudimium ex cauſa dotis, tenet ẽt
dictus D. a Ponte. in dicto trac. de laudim.
q.29. dicẽs etiam in his per eandem came
ram iudicatum, quamuis diſtinguant. Do
ctores in datione bonorũ ſi illa dentur æ-
ſtimata, uel libera, ut ibi per eum, & quod
laudimium ex cauſa neceſſaria non debea
tur, tenuit nouiſſime cõſilium Neapolita-
num apud Vincent. de Franch.deciſ.277.
parte ſecunda.



## Alluuionis accrementum, ſiue augmentũ an ad emptorẽ, an uero ad uẽditorem ſpectet in retractus conuentione.

### DECISIO CXL.

1 *Alluuionis argumentum prædio factũ an veniat in retrouenditione, quæ de prædio ſit, & nu.4.*

2 *Pactum factum ſuper prædio extenditur ad alluuionem.*

3 *Alluuio dicitur pars prædii.*

5 *Emptio cum pacto retrouendendi poteſt dici perfecta.*

ALLVVIO accreuit præ
dio meo accremẽtũ, ſeu
augmẽtũ, quòd prędiũ ex
pacto ruẽdi teneor ad om
nẽ vẽditoris requiſitionẽ
1 retrouẽdere, quæſitum fuit† an alluuione
adiunctũ cẽdat beneficio emptoris an ue
ro venditoris. Et multæ rõnes ac iura fue
runt hic inde adducta, quę cũ ab infra ci-
tandis doctoribus pręcipue a doctiſſimo
Menochio ſcribantur breuitatis cauſa præ
tereunda duxi Ideo ueniendo ad authori
tates, & deciſione in terminis pro uẽdito
re qui redimit, quod ad eũ ſpectet alluuio
nis augmentum, adducitur Paul. de Caſtr.
in conſil.388. videtur dicendum in antiq.
Gozadin.in l 2.C.de pact.inter empt. nu.
180. Cagnol.in l.2.quæſtio.27.C.de pact.
inter emp.in antiqua lectu. quos refert, &
ſequitur Tiraquel.de retract.conuẽt. §.fi.
quæſt.14. Pro quorum opinione ultra ea
2 quę ipſi tradũt facit, quòd pactum† factũ,
ſuper prędio extẽditur ad alluuionem, vt
per Natt.conſi.286.num.5 unde ſicut pa
ctum fuit factũ de retrouẽdendo prædio
uendito, idem pactum cenſebitur in aug-
3 mento repetitum, eoque magis quia† al-
luuio dicitur pars prędij. Modern. Pariſ. in
conſuetud. Pariſ.titu.1.§. 1.glo.5.nu. 99
Hippol. Rim.nal.conſi.237. per totũ. Item
facit, quod in materia alluuionis ſcribunt
feudiſtę. & in §.ſi quis de manſo & §.ſeq.
de controuer.inueſt.& ibi Bald.nu.2. Cla.
in §.feudum.quæſti.88. vbi uolunt, quod
vbi augmentum nõ facto hominis, ſed na
turaliter, vt puta per alluuionẽ contingit,
tunc ſiue incrementũ patens ſit ſiue latẽs.
feudo accreſcit, & idem in maioratuũ ma
teria exemplo feudi tenuit doctus. Molin.
de primagen.c.26.nu.17.lib.1.
Pro emptore uero, & quod ad illũ ſpe
4 ctet alluuionis † incrementum, allegatur
idem Cagnol.in dicta l.2.in nona lectura.
quæſt.59. vbi reuocata illa ſua priori ſen-
tentia pro hac parte allegat multa iura, &
rationes, & illum dicit ęquiorem Syluan.
conſil.60.nume.10.& ſequen. Quidã cer-
nentes iſtius quæſtionis difficultatem di-
ſtinxerunt, quod aut venditus eſt fundos
ſimpliciter nulla adiecta mẽſuratione, uel
nulla facta dinumeratione iugerũ, & tũc
augmentum eſt uẽditoris: aut fuit datum
prædium menſuratam in tot iugeribus, &
eodem modo promiſſa fuit retrouẽditio,
tunc augmẽtũ ſit emptoris, ita diſtinguit
in his terminis Zoanet in dicta l.2.n.128.
Tom.6.tracta.par.1.& ante eum ſic diſtin
xit Gozadin. in dicta l.2.num.177. cum ſe
quen. pro qua diſtinctione allegãt tex. in
l. Iulianus.§.ſi Titius D.de act.emptio. ubi
hoc etiam uidetur ſentire Bar. licet non lo
quatur in retractu. Sed hæc diſtinctio mi-
hi nõ ſatisfacit, cũ ſit contra expreſſa iura
de quibus infra, immo nec ex eodem §.ſi.
Titius. probatur, ut ibi pulchre in ſuis ad-
uerſ. ad pandectas oſtendit. Coſtalius. nã
in illius.§. ſpecie nõdum erat perfecta uẽ
ditio nec res emptori tradita, quando per
alluuionem decem iugera addita fuerũt.
nec ibi debebat cedere commodum incre
menti emptori, quia nullum habebat peri
culum, nam cum centum iugera fuiſſent
promiſſa tenebatur totidem uẽditor pręſtare,

ſtare,alias ad intereſſe conueniri poterat, vnde ceſſat cauſa per quam uoluerunt iuris authores alluuionis augmetũ ad emptorem pertinere,vt mox dicam.

Ego vt ingenuè quid ſentiã fatear exiſtimo indiſtinctè eſſe in fauorẽ emptoris concludendum,ita ut ſiue ſimus in incremento ex facto hominis ſiue a natura contingente, ſiue illud latens ſiue patens ſit, venditor poſſit quidẽ totum prædium redimere cum augmento, ſed æſtimationẽ augmẽti ſoluere teneatur. Et hoc per tex. iudicio meo clariſſimum in l penultima, C.de ſolutio.ibi, *Vel euentum meliorem*. * Et ibi eſſet tex.in terminis ſi poneremus caſum,quod ille qui dederat fundum fecerat pactum de retrouendendo , uel ſaltẽ, quod pignori datus eſſet,prout innuit tex. in illis verbis.*Propecunia,quam mutuo acceperas*,aliàs ille tex. eſſet de indubitabili, & illũ textũ in hac materia allegat Brun. de augmẽ.cõcluſi.23.Accedat ratio, quã ibi tex.ponit:nam ſi minoris fuiſſet pretii fundus cõtrariũ nõ eſſet poſtulaturus,hoc enim pluſquam certum eſt in caſu noſtro, quod ſi alluuione prædiũ decreuiſſet aut pro maiori parte periiſſet,non petiiſſet venditor,vt emptor retrouenderet,periculum emptoris fuiſſet,qua etiam naturali ratione moti legiſlatores ex l.ſecundum naturam. 10.D.de regulis iuris.in hac alluuionis materia ſtatuerunt incrementũ ad emptorẽ ſpectare l.Id quod.D.de pericu. & cõmd.rei vend.l.prima,C.eodem,§.ſed & ſi poſt emptionem.inſt.de empt. & vendit.Vlterius moueor,quia perfectam eſſe venditionem legiſlatores voluerũt,vt cõmodũ ex re vendita emptor conſequatur l.neceſſario.D.de peric.& commo.rei uendi.dicta l.prima,C.eodem.Atqui perfecta
5 ſatis dici uenditio† poteſt, licet ſub pacto retrouenditionis facta fuerit,quia cõditio non efficit, quin venditio perfecta dicaſ, vt dicit glo.in dicta l.prima,C.de peric. & commod.rei.uend.& in dicta l.neceſſario. Didac.practicarum quæſtionum:capit. 3. numero 6.pro illa enim non ſecus atq; ex omni ſui parte perfecta ſit,laudimium ſoluitur,vt dixi ſupra deciſio.75.& hanc partem tenẽdo ad authoritates contrarias reſpondetur,quod Paul. de Caſtro.in allegato conſilio non reperiſ,& Cagnol.a priori opinione receſſit, vnde Tiraquell. qui in eis ſe fundat,& nihil allegat,non eſt credendum,& magis credendum eſt Cagnolo.q factus ſenior,& doctior re melius diſcuſſa aliter ſenſit.Ad rationem illam quã ex Natta deduximus reſpõdetur,quod diuerſitas rationis, quæ reſultat ex dicta l. penultima,C.de ſolu.facit,vt non procedat in hoc caſu per ea,quæ dicit Brũ. in dicto tractatu.de augmen.cõcluſio.quinta princip.uerſi.prædicta concluſio limitatur, & pro hac opinione,ipſe Nat conſuluit.cõſ. 601.nu.5.li.3.

Ex quibus patet hãc partem veriorem, & æquiorem eſſe, & illam in facti contingẽtia ſequutus fuit Senatus in cauſa D.Liſij cõtra D.Scagnelli ex Marchionibus Ceuę.1571.7.Aprilis,me referente.Verũ petita reuiſione fuit per alios dominos qui volebãt uideri prudentiores cæteris, iudicatum contrariũ,ſed puto eueniſſe id,quod I.C.ait in l.prima.C.de appellatio.Remanet igitur quæſtio hæc dubia propter contrarias ſententias Senatus,ego tamen non recedo a mea opinione, & prima ſententia Senatus, pro qua in ſupradicta cauſa Scagnelli ſcripſit uir doctiſſimus Iacob. Menoch.& eſt impreſſum inter ſua conſi.cõſilio 26.lib.primo,& ibi multas adfert rationes reſpondendo contrariis, atque illũ omnino videas:una cũ conſilio D.Ozaſ. nouiſſime poſt hæc ſcripta edito. in ſuo li.conſilior.conſi.48.per totũ.qui & hanc partem vti æquiorem ſequitur,& reſpondet cõtrarijs, & de illa poſteriori Senatus ſententia meminit etiã Perilluſt. D. con pater meus Preſes a Ponte in ſuo tractatu de laudim.quæſtione.8.column.ſecunda, uerſiculo ex quibus inferri poteſt,qui licet priorem Gozadin. & Tiraq.opinionem multis ſubtiliter quidẽ more ſuo firmet, & reſpondeat iuribus in contrarium allegatis,non tamen uideo reſponſum illi rationi,quã ponit tex.in dicta l.id quod, & in dicta l.penultima,C. de ſolutio. ſaltem ſatis cõpetenter,& ſuis reſponſionibus facilis eſſet replicatio,ſed ne in longiora trahamur conſulto omittimus,& ad id quod dicitur ac magis ſtringere uidetur,quod alluuionis augmentum dicitur pars prędij, reſpondetur ſatis eſſe,quod ſequatur partem prædij,& illius naturã ut redimi poſſit,non tamen ſequitur quin iuxta æſtimationem fiendã venditor emptori pretium ſoluat



ſoluat incrementi,& hanc opinionem credo ueram ſicut Euangelium, ut noſtri dicunt,quia alias reſultaret maxima iniquitas,& ſtatuetur contra omnia iura de peric.& commo.re uendi.

## Clauſula codicillaris an operetur rupto teſtamẽto per natiuitatẽ poſthumi ignorãter præteriti.

1 *Clauſula codicillaris an operetur in poſthumo ignoranter prætenito nume. 7.& 8.& 10.*
2 *Clauſula codicillaris quare adinuenta.*
3 *Clauſula codicillaris cenſetur in teſtamento aſcripta magis de mandato teſtatoris,quã ex ſtilo notariorum.*
4 *Clauſula ſi non valet,reſpicit futurum tempus.*
5 *Clauſula codicillaris operatur in uenientibus ab inteſtato.*
6 *Falcidia detrahitur ab hæreditate, quæ reſtituitur.*
9 *Doctores contrarij non ſunt in hoc articulo.*
11 *Clauſula codicillaris magis operatur rupto teſtamento, quando poſt natum poſthumum pater ſuperuixit,& nu. 12.*
13 *Reſtitutio hæreditatis facienda eſt per poſthumum non expectata ſui morte.*
14 *Legata pia,& neceſſaria ſuſtinentur rupto teſtamento per clauſulam codicillarem.*
15 *Clauſula codicillaris non operatur,quando eſt inſtitutus extraneus.*
16 *Teſtamentum ex clauſula codicillari reconualeſcit mortuo poſthumo uiuo patre, & quid ſi moriatur poſt patrem in pupillari ætate,num.17.*
18 *Poſthumus grauatus reſtituere hæreditatem ab inteſtato per clauſulam codicillarem an detrahat duas quartas.*

CLAVSVLAM codicillarem, *Si non valet iure teſtamenti ualeat iure codicillorum*, quã in teſtamentis
3 validã eſſe Imperator ſtatuit in l fi.§.illud. C. de codicil. & in omnium notariorum ore frequentiſſima eſt, tanti momenti in teſtamento poſitam eſſe noſtri uoluerunt, ut ſi in teſtamento patris poſita ſit,in quo filius præteritus reperiatur,nihilo minus reconualeſcat teſtamentum,& hoc nullam habet difficultatem etiam in poſthumo,quando ſcienter præteritus eſt, ut per Cla.in §.teſtamentũ quæſt.46.in principio,ſed ſi ignorãter ſi a
1 patre præteritus, † tunc iux. Bart.doctrinam in l.1.n. 0,q.6. de iure codi.aut fuit appoſita clauſula pręſentis, uel futuri temporis primo caſu omnes conueniunt nõ rumpi teſtamentum, & ex hac clauſula ſuſtineri; ſecundo caſu dubitant Doctores atque inter ipſos ita diſſentiũt, ut difficile reperiri poſſit,quę non magis ſit amplectenda ſententia,an Bar.qui tenuit nõ ualere iſtam clauſulam,an uero illorum, qui contra Bartol. teſtamentum confirmare ſcripſerũt. Et licet hæc quæſtio in hoc capite ſatis trita ſit tamen ardua,& difficilis, quibuſdã uiſa fuit, ut nil certi determinate auſi fuerint,unde Bal. ſuper illa conſultus dixit illam eſſe concordio terminandam.conſi.387.lib. 5. propter doctorum in illa cõtrarietates, & hac deciſione principis ægre ſcribit Ale. in l. Titius. in fine princip. D.de lib.& poſthu. & certe mihi omnibus,quæ in teſtamentorum materia pertractãtur,difficilior uiſa fuit,& propterea decreui illam altius examinare,ut ſine improbo noſtrorum temporum labore facile dignoſcant iudices,quę uerior,& quę receptior ſit,cum utraq; uerior, & magis cõmunis appellatur, & pro clariori illius intelligentia præmittam aliquod concluſiones notabiles,& ſubſtantiales.

Primo,clauſulam codicillarem pro ualiditate teſtamentorũ † ad excludendam
2 illorum ſubuerſionem tã ex cauſa præteritionis,quam alia de cauſa adinuentam eſſe,& a iuris authoribus traditam, & conſtitutam.l.fi.§.illud quoq;.C. de codicil. cuius formula eſt in l.ex ea ſcriptura.29.D. de teſtamen.l.ex teſtamẽto.C.de fideicõmiſ.cohæredi.41.§.quod ſi hæredem.D. de vulgar.ſubſti.l.3. D. teſtamen.mil. l. ſi iure.C de teſtam.manum.

Secundo hanc clauſulam magis de mã
3 dato teſtatoris,† quam ex ordinario notariorum ſtilo in teſtamento aſcriptam cenſeri,quicquid ſcripſerit Bar.in l.1. nu. 10. D.de iur. codicil. & poſt eum ac alios nouiſſime Ancharan .Regien. quæſtionum familiar.li.2.quæſt.11.n.12.& ſeq.& alij quos

quos ad lungũ refert Maſchard.de proba.
lib.1.concl.300.& hanc ueriorem ,& fre-
quentiorem traditionem eſſe dicit Simõ
de Præt.de interpre.vltima. volunt lib.2.
ſolu.10.nu.56.& ſeq.Menoch. qui in hoc
Bart. communiter reprehendi ſcribit, in
tract.de præſump.li.2.prçſump.79.nu.4.
& conſi.37 .num.131.132. & ſeq.Mantic.
de coniectu.ultim.volunta.lib. 1.tit. 10.
ratio eſt, quia cum ad ualidandum teſta-
mentum adinuenta fuerit , coniectura eſt
teſtatorem voluiſſe omni meliori modo
ſuam uoluntatem ſubſiſtere, & quòd no-
tarius cenſeatur rogatus clauſulas conſue
tas in inſtrumento apponere omnes con
ueniunt.

Tertiò totam non eſſe nec veram opi-
nionem Bar.& aliorũ licèt crebriori calcu
4 lo firmatam,cui uoluerunt † differentiam
conſtituere inter clauſulam præſentis, uel
futuri temporis,ita ut differentia ſit, quan
do clauſula eſt concepta per illa uerba. *Si
non ualet*, uel per illa, *ſi non ualebit*, *&c.*
& propterea merito ab illorum opinione
receſſiſſe. P.Iacobi Aurelian. in ſua praxi.
in titulo de auth.ex cauſa.nu.13 uerſicu-
lo item ſecundum vulgarem , qui uoluit
clauſulam ſi non valet habere tractum ad
futura non ſecus atque ſi dictum fuiſſet, ſi
non ualet,uel ualebit, &c.quod etiam ui-
detur de mente Bald. & Imol.quos refert
Cor.conſi.133.col.2.num.5. lib. 3. vnde
nullam in hac clauſula conſtituit differen-
tiam glo.in auth.ex cauſa.C.de liber. pre
teritis,ſicut nec etiam ipſi legislatores cõ
ſtituerunt , qui ſimpliciter perquirunt, an
vim codicillorum ſuum teſtamentum ha
bere teſtator uelit, ut in dicta l. fina. C.de
codicil. non ſecus atq; inteſtatus deceſſiſ-
ſet. dicta l.ex ea ſcriptura.de teſtamẽ.l.ab
inteſtato D.de iur. codicillor.uideo enim
ex I.C.reſpõſis generalem poſſe in termi
nis quæſtionis noſtræ proponi regulã, ꝙ
etiamſi per natiuitatem poſthumi rumpa
tur teſtamentum tamen codicilli non in-
firmãtur indiſtinctè.l.cõficiũtur. §.ſi poſt
factum.l.is,qui unum.in princip. D.de iu.
codicill . Neque ſi totum iuris ciuilis cor-
pus diligenter perlegas , ullibi reperies in
hac clauſula futurum à præſenti tempore
ſeparari,quãuis multos effectus ex diuerſi
tate iſtius clauſulæ circa tempus colligat
Simon de Præt.de interpret.vltim.uolun
ta.li.2.ſolu.11.n.5.6.& 29. & ſi perpendi-
tur ratio, quam adducit pro conualidãda
hac differentia Feriar.in for. libel. pro le-
ga.rei ſingula in §.nec ualet uidebitur quã
ſit illa inanis:nam inquit illam ideo intro
ductam nè teſtamentũ agnatione poſthu
mi præteriti rumpatur , ſed etiam ſtante
ſimplici clauſula codicillari,ut ualeat iure
codicillorum eundem effectum oriri ex-
titi clauſula per iura ſupra relata non igno
ramus:Virtus enim iſtius clauſulæ nõ con
ſiſtit in formula uerborum,ſed quia per il
lam cenſetur rogatus hæres ueniens ab in
teſtato reſtituere hæreditatem uocato in
teſtamẽto cum hæc paria ſint. Guid.Pap.
q.323.in princip.Capel.Toloſ.quęſt 455.
& hanc concluſionem in agnatione poſt
humi tenuit Odofr. quẽ refert Specul. in
ti.de inſtrumen.edit.§. compendioſæ n.
15.& cum hac pariter ſententia fauore te
ſtamenti tranſit ipſe Bart. in l.1 .nu.11.de
codicil. firmaturque per tex.in l.ſi ita 51.
in prin.D.de leg. 2.

Quartò eſt ſciendum hanc clauſulam
codicillarem non habere locum,niſi in ue
5 nientibus ab inteſtato,† quia alij nõ tene-
rentur reſtituere,ut per Corn.conſ.195.n.
19.lib. 1. atq; neceſſe eſt,ut iſti uenientes
ab inteſtato obtineant primum gradum
Rub.conſ.125.in fi.& dicam infra.

Quintò quòd quãdo uirtute iſtius clau
6 ſulæ hæreditas † per fideicommiſſum pe
titur,tunc ſaluatur ratio l.Falcidiæ.l.2.§.fi.
D. de iu. codicill. ſed an vna quarta , vel
duæ ſint detrahendæ,dicam infra .

His ſic præmiſſis concluſionibus deſcẽ
dendo ad quæſtionem propoſitam, quo-
niam poſtquam hanc deciſionem compi
laſſem reperi ſuper illa plura ſcripſiſſe Illu
ſtriſſimum Dominum meum Ozaſcũ in
ſuis cõſilijs nuper impreſſis, cõſ.11.quod
eſt repetitum conſ.70.vbi refert in vtrãq.
partẽ rationes, & autoritates , ideo omiſ-
ſis rationibus, & iuribus deueniam ſolùm
ad authoritates doctorum . Nam in pun-
cto iuris res mihi uidentur aperta contra
Bart. per l. penul. conficiuntur. §. ſi poſt
factum ex l. ſi quis cũ nullum. §. ſed & ſi
poſt codicillos & l. qui graui D.de iu.co
dicillorum,ubi nulla conſtituitur differen
tia inter ſcientiam,& ignorantiam,imo in
dicta l.qui graui, & in dicta l.penult.I.C.
voluerunt agnatione poſthumi non rũp

teſtamen-



teſtamentum licet de poſthumis non fuiſ
ſet cogitatũ quod tamen intelligo uerum,
vt infra d cã.Pro Barto. igitur opinione,
† quæ multis æquior & uerior uſa fuit, ad
ducit Ozaſc.in dicto conſi. ſeptuageſimo
glo.Alber Galeoti Specul.Ioan.And.Tin-
dar.coleg.Peruſin.Areti.Socin.ſen.Socin.
iun.Alex.Barbat Signorol. Curt.iun.Zaba
rel.Ioan.Bapt.a Sancto Seuerino.Iaſ.Rip.
Vitalin.Ioã.dilec.Ruin.Cagnol.Ign. Clar.
quos omnes hãc partem in indiuiduo fir
mare uidi excepto Speculo,qui nihil reſol
uit, imo contrarium innuit ex Odofred.
ut infra dicam,quibus addo Iacob.de Are
na antiquum iuris magiſtrum in auth. ex
cauſa,in fi.C.de liber.præterit. ubi etiam
indiſtincte uoluit rupto teſtamẽto præte
ritione illud rumpi,quo ad omnia.Clar.in
§.teſtamentum , quęſtione 52.uerſiculo,
ſed quid ſi poſthumus.Bal.in l.ſi totos.de
inofficio.donat.& conſilio.387. quædam
domina.n.3.lib.3.li.5.& cõſilio 156. clau
ſula.libro 2.Angel.in l.quod iure. de teſta
men. milit.& conſi. 364. ubi pulchre , &
ſubtiliter examinat, & tenet etiam ſi teſta
tor diu ſuperuiuat.Moder. Pariſ.ad Alexã.
conſilio 26.libro 1.& cõſil.30.lib. 3 & ad
Deci.conſ.490.ubi dicit Deci.male conſu
lere.Corn.conſi.133.colum. 3.libro 1.Ber
trãd.conſilio 170 colum.1 uol. 1. & 71.
col.2.lib.7.maxime ſi ſimus in iuris igna-
ro Rub.cõſ.112.& 125.dicẽs magis com
munẽ.Alciat.conſ.527.Caſtr. in l.ſi ut cer-
ti.nu.3 C.de teſt mil.quem male quo ad
eum locũ pro contrariis parte refert.Do.
Ozaſc.Puta deciſ.234.in principio.li.2.di
cens hanc opinionẽ magis æquam. And.
Gail.Germã.Pract . obſeruat.libro ſecun-
do,obſeruat.114.n.8.Siluan. conſilio 81.
nu.29. ubi late examinat, & tandem con-
cludit hanc opinionem uti humaniorem
ſẽper ſibi magis placuiſſe. Burſat. qui pul
chre,& late diſputat. cõſ.15.per totum. li
bro primo, & nume. 25.dicit communio
rem,& æquiorẽ,prout & conſil.89.n. 40.
uerſi.attamen pro nunc,Purpur.conſ.451.
num.2.Franciſc.Bec.conſi 107. num.25.
Hieron.Gabriel.conſ.114.nu.9.Simon de
Præt.de interpret.ultimar.uolum. libr. 2.
ſolut. 11.num. 8. & conſ.67 lib.2. dicẽs ita
vidiſſe iudicatum.Mantica de coniect.ult.
uolũta.li.1.titu 10.Mich.Graſſ.de ſucceſſ.
§.codicillus num.22. uerſiculo contrariã
patrem.dicens hanc partem hodie uerio-
rem,communiorem, & rationabiliorem,
ac iudicando ſequendam. Doctiſſimus &
ſummæ integritas Dominus Guido Pan-
cirol.conſi.113.nu.6.& ſeq.dicens uериſſi
mam,& quod tuta conſcientia aliter indi-
cari non poteſt & eſſe magis cõmunẽ &
pro hac parte citatur ẽt ab Alex Nicol.de
Matare.in auth.ex cauſa, & a Soc. Gaſpar.
Calca.& huius ſententię rationes ac iura
nullibi melius adferũtur,quam a Soci.ſen.
Angel & Aret.& hanc indiſtincte a Senatu
Mediolanen.recipi teſtatur.Clar.d.§ teſta
mẽtum.q.46.in fi. & præcipuum illius fun
damentum eſt,quod cum uerſemur in du
bio,& coniecturata teſtatoris uoluntate,
veriſimile non ſit teſtatorẽ uoluiſſe exclu
dere proprium filium ſine ulla cauſa,& ex
traneum inſtituere.

Sed hac ratione nõ obſtante cõtra Bar.
8 multi tenuerunt, † & conſuluerunt tã an-
tiqui quam recentiores,nempe Odofred.
Specul.Cyn.Iacobus de Beluiſio Nicol.de
Matarell.Dyn.Frãciſc.de Rampon.Oldr.
Bar.ſibi cõtrarius.Bal.Albe.Sali.Ang.om-
nes Doctores Peruſini tempore Angeli,
Caſtren.Imo.Corn. Iacobi.Abb. Cuman.
Ioã.de mõte Sperel.Fulgoſ. Romã.Alex.
Barba.omnes Doctores Paduę , & Ferra-
riæ tempore Barba.Ioan Petruci.Ioan. P.
Ferar. Guido Pap.Capel. Tholoſ. Aufre,
Benedict addit ad Bart.Iaſ.Bertran. Bolo
gnin.Dec.Aret.Curt.iun.Crauet. Rui. Pa-
riſ.Soci.iun.Caſalen.Grat.Vi lalob.Bene-
dict.de Benedict.Rip.Alcia.Ba lion.Bero.
Silua.Cephal.Cipt.Zuarez.Tiraqu. quos
omnes refert ſuis locis Dom.Ozaſc.dicto
conſil.70.His addo eundem Ozaſc.dicto
cõſ.70. & ibi Rolan.P.Surd.Petrinũ Bell.
qui illi conſilio ſe ſcripſerunt.Bertachi.in
§. clauſula codicillarius. nu. 44. Curt.ſen.
cõſ.66.Maſuer.in addit.ad Ferrar.in dicta
forma.libell.pro lega.rei ſingu.in §.ualere
debeat in glo ſuper uerbo futuri tẽporis,
Corn.conſ.133.num.5.& 6.libro 3.Geor.
Nat.qui dicit communem in capit.quam
uis.de pact.in 6. num.98.Rimi nal.ſen. cõ
ſilio 237.nu.9.li.2.41.nu.10.lib.1.Goffre.
in l.1. D.de iur.codicillor. Lancello.Dec.
in l.qui filiabus colum. 3.uerſic.& ſic uult
Bart.de leg.1.Polit.de ſubſtit. fideicom-
miſſar.col 21.Burſat.cõſ.88.& 89.n. 30.
lib.1.& conſilio 91.nu.4 eodem.Roland.

conſ.7.

conſ.7.lib.4.per totum,ubi enumerat Do
ctores.Anchar.iun.Region.quæſtionũ fa-
miliar.lib.1.quæſtio 11.Franciſc.Zoanett.
conſil.vlti.per totum.

Hi ſunt doctores,qui pro Barto & con
tra Bar.in quæſtione propoſita ſcripſerũt,
ex quorum dinumeratione ſimpliciter fa
cta proculdubio uidebitur hæc poſterior
opinio magis communis,cum alteram in
numero longe excedat,&ex his videmus
cõtraria ſcripſiſſe Bar.Bal.Angel.Caſtren.
Alex.Barbat.Iaſo.Bertra.Cur.Rui.Socin.
Rip.Alciat.Silua.& Burſ. quibus propter
ea uti varijs parũ hac in re credẽdũ eſſet.
Sed ne in hac Doctorũ dinumeratione
9 decipiaris eſt aduertendũ multos † argui
contrarietatis,qui nõ cõtraria,ſed diuerſa
ſcripſerunt,inter quos Bar.Iaſ.& Ang.Be
ne di.Cur.Crauet.Crot.Aufrer. & Burſat.
ꝗ loquunt̃,uel quãdo appoſita eſt clauſula
futurum tempus reſpiciens item multi il
lorum reſtringunt ſe in caſu ſuperuiuen-
tiæ ꝑ multos annos. Caſtrẽ,Corn.Romã.
Iaſ.Rip.Benedic.Dec.Crau.Crot.Zoanet.
&alij de quibus mox dicam,ſed Domin.
Burſatus negari non poteſt quin ſit ſibi de
more contrarius,forte immemor illorũ,
quæ ante ſcripſerat.Attamen quando nõ
ſuperuixit teſtator ſi bene legantur,& põ
derentur Doctores,non eſt dubiũ, quod
hoc caſu cõmunis eſt pro Bart. Præterea
eſt animaduertendum,quod alij ex ſupra
in poſteriori opinione allegatis nõ loquũ
tur in hac quæſtione,vt Guido Pap. Cap.
Tholoſ.Riminal,& Siluan.Notandum eſt
etiam,quod doctores fere omnes,qui con
tra Barto.ſcripſerunt,ſũt conſulentes,qui
licet in conſcientia tenuerint Bart.opinio
nem ęquiorem,tamen fortaſſe cupiditate
lucri cõſuluerũt contrarium,vt dicit Bolo
gnin.relatus a Burſat.in dicto conſilio 15.
num.22.

Ex quibus omnibus uidere licet diffi-
cultatẽ iſtius quæſtionis,& credo, quòd ſi
Longobardorũ tempore accidiſſet, illam
gladio dirimendam ſtatuiſſent, vnde me
dia via eſſet eligenda iuxta ea,quæ ſcripſi
ſupra deciſio 89.& quo ad me ſemper cau
ſam concordantẽ conſulerem,prout con-
ſulebat Bal.in dicto conſ.387.licet Domi.
Pancirol.dicto conſ.113.nu.12.dicat hoc
non procedere,quando conſtat de ęquita
te alterius opinionis.Verũ de ſtricto iure
loquendo licet opinio Bartol.omnibus vi
deatur æquiſſima ego tamen periura ſu-
10 pra allegata † nõ auderẽ recedere a com-
muni.quæ eſt contra Barto.cum amplia-
tionibus tamen,& limitationibus ſequen.
& ideo cum caſus huius quæſtionis conti-
giſſet in cauſa Dom.Ludouicæ Solariæ,&
Delphinæ Orlitæ,ſuꝑ qua ſcripſerat Do-
minus Ozaſcus in dicto conſil. 70. & 11.
in qua fuimus delegat.Dom.Petrin. Belli.
Cõſiliarius Status,Dominus Senator Ruf-
fia poſtea Pręſes.D.D. Guido Pancirola,
& Bernardus Trottus,& ego , cenſuimus
iuxta communem contra Barto.ſed con-
currentibus ſuperuiuentia per triennium
teſtatoris morte poſthumi,& inſtitutione
matris teſtatoris,quibus in caſibus abſque
difficultate magis procedit opinio contra
Barto & hoc 1571.25.Maii.Quæ tamen
ſententia noſtra cũ non placeret Domin.
Pancirolæ in ea cauſa condelegato,noluit
illi ſe ſubſcribere.

Retenta igitur opinione contra Bart.ꝓ
uera,amplia ut multo magis ꝓcedat quã
11 do poſt natum † poſthumum pater ſuper
uixit per multos annos, & potuit mutare
teſtamentum,& non mutauit,tunc enim
etiam Doctores tenentes pro Bart. ab eo
recedũt.Caſtrẽ.Iacob.de Beluiſ.Alexand.
Roman.Iaſ.Cor.Dec.Crot.Bertran.Curt.
iun.Crauet.Ruin.Pariſ.Soc.iun. Rip. Cæ-
phal.& Purpurat.in locis ſupra a nobis,&
a Dom.Ozaſc.citatis,quãuis & hanc opi-
nionem in hoc articulo dicat ambiguam.
12 idem Iaſ. & propterea † contrariũ tenue-
rit idem Bart.conſ.225.Lapus.numero 2.
Ange.in l.idemque erit.de milit.teſtamẽ.
Aret.dicto conſilio vlt. colu.3. Rub.dicto
conſil.112.& 125.colu.2.Soc.iun.153.li
bro 2.Moder.Pariſ.ad Alexan.& Dec.vbi
ſupra Andr.Gail pract.obſeruat.lib.2.ob-
ſeruat.113.num.4.& dicta obſeruat.114.
in fi.Siluan.dicto con.81.Burſat.dicto cõ
ſilio 15.num.17.& ſequen.Imo.ex hac ſo
la coniectura nõ eſſe a Bart.opinio rece-
dendum dicit Gabriell.dicto conſ.113.n.
17.dicens contrarium nec iuris regulas
nec æquitatem poſtulare. M.Graſſ.in di-
cto.§.codicillus numero 23.& re uera po-
teſt multum dubitari,quod aliqua legiti-
ma cauſa impeditus pater non mutauerit
teſtamentũ,licet habuiſſet animum mu-

tandi,



tandi,prout unuſquiſque ſanæ mẽtis ſatis
per ſe cõſiderare poteſt , uerum in dubio
quando inſtitutus eſt alius ex filiis magis
præſumendum erit partem noluiſſe muta
re teſtamentum,niſi cõtrarium per claras
probationes edoceatur,uel per euidentes
coniecturas,ut per Gabriel.dicto cõſ.113
nu.19. quod ego in arbitrio prudẽtiſſimi
iudicis reliquerem.

Amplia ſecundo, quod quando facien
13 da eſt reſtitutio hæreditatis † per poſthu-
mum illa faciẽda eſt præſentialiter morte
non expectata.Caſtren.conſi.15.lib.2.fa
cit,quia filio ſuccurritur in eo in quo lædi
tur , ut in hoc caſu dicit Aretinus in di-
cta.l. Titius in fin. princip. D.de liber. &
poſthum.

Amplia tertio, ut multo magis proce-
dat opinio contra Bartol. quando agitur
14 † de legatis piis uel neceſſariis, & pro do-
te,uel pro intereſſe.Imo.in dicta.l.Titius.
in prin.col.2.preſertim ſi legata ſint mini
ma,& non abſorbeant dimidiam hæredi-
tatis,& talia ſint , quę ueriſimiliter teſta-
tor eſſe ẽt poſthumo inſtituto relicturus,
ut per Socinum cõſilio 93.numero 30.in
fin.libro quarto.Ign. in authen. ex cauſa.
numero 71. Burſatus dicto conſilio 15.
in fine.

Declaratur nũc,& limitatur opinio cõ
tra Barto.nempe, quod clauſula codicilla
ris operetur etiã poſthumo ignorãter prę
15 terito, ut non habeat locum † quotieſcun-
que inſtitutus eſt hæres extraneus , quia
hoc caſu uerior eſt , & humanior opinio
Bar.quia mera iniquitas eſſet uidere filiũ
cõtra naturalẽ rationẽ,& uotum paternæ
pietatis reſtituere hæreditatẽ extraneo in
ſtituto,pro qua notabili limitatione uide
tur tex. ſatis clarus in l.ſi mater.in fi.C.de
inoffi. teſtam.ubi ſi extranei hæredes ſint
inſtituti agit poſthumus inofficioſi quere
la,quo caſu certum eſt clauſulam codicil-
larem nihilo perari tanquam ſi teſtamen
tum a demẽte factũ eſſet.l.Titia.de inoff.
teſtam.l.nec fideicõmiſſa.36.D.de leg.3.
Burſ.conſil.92.nu.6.libro 1.poſt.Rol. per
eum citatum,& dixi ſupra deciſio.128.nu
mero 10.& uidetur etiam pro hac limita
tione tex.in dicta l.penult. D.de iur.codi-
cillor. ubi ponit̃ caſus in inſtitutione filii,
& propterea poſthumi agnatione nõ rũ-
pitur teſtamentum,& in hanc ſententiam
inclinat Bartolus in l.prima queſtio.6.de
iurę codicil.& clarius conſilio 210.nume
ro primo in fin. & conſilio 225 . & ita eſt
intelligendus Barto. in l. qui filiabus . nu-
me.6.de lega.1.quo loco concordat cum
communi opinione, nec in eo poteſt dici
ſibi cõtrarius, quia in l. 1. loquitur quãdo
inſtitutus eſt extraneus , & in l. ꝗ filiabus.
quãdo filius . In hoc etiam caſu loquitur
Ange.nempe , quãdo eſt inſtituta mater,
quę quo ad poſthumum extranea eſt , &
Aret.conſil.ult.in cuius facti ſpecie conſu
luit etiam Soci.ſen.dicto conſ.93.ita etiã
Rub.in dicto conſi. 112. loquitur in inſti-
tutione fratris. Et idẽ conſil. 125. Baldus
dicto conſil.387.lib.5.& ad hoc reſpexit
Iaſ.in dicta authen.ex cauſa.num.24.in fi.
dũ poſt Aret. inquit , quod unuſquiſque
debet cõſiderare cõſcientiam ſuam ſecun
dam rationem naturalem,& uidere an ſit
uerisimile partem uoluiſſe extraneũ filio
præferre,idque etiã ſentit Ign.ĩ dicta au-
then.ex cauſa.num.73.uerſiculo ſecundo
ex æquitate, Bertachin.in §.clauſula codi
cillaris.numero 44.in fin. & hãc differen-
tiã.de extraneo inſtituto, uel filio in con
ſeruationẽ legatorum facit Caſtren. in di-
cta l.ſi ut certi numero tertio. C.de teſta-
men. milit. & illam ſequitur Aretin. in di
cta,l.Titius.D.de liber. & poſthu.Crauet
ta dicto cõſilio 34.& expreſſe hoc uoluit
Rota apud Puteum dicta deciſio.234. nu
mer.9.Andræas Gaill.dicta obſerua.114.
Burſatus dicto conſilio 15.num.14.& ex
preſſius conſilio 89.numer.50. uerſiculo,
quia reſpondetur.ubi ſic intelligit Docto
res,qui cõtrarium tenuerunt. Gabriell. di
cto conſilio 113.nu.19. uerſiculo idcirco
ſi inſtituti ſint extranei . & quãuis Bero.
etiã hoc caſu uideatur contradicere in ca
pit.Raynutius.numer. 155.tamen loquit̃
quãdo teſtator iam natũ,& ſic ſciens præ
teriit . ex doctrina Bartol. quam allegat.
Item Ange.qui in conſilio 364.contrariũ
ſentit uolens , ꝙ etiamſi eſſent inſtituti
filii , tamen clauſula nihil operetur , ſed
rumpatur teſtamentum , habet in hac re
omnes contradicẽtes , & loquitur contra
tex.in dicta.l.ſi mater, & in dicta l.penul.
Hincque uera reddit̃ opinio Bal. in l. filio
præterito.quam etiam refert.Balion.in di
cta authen.ex cauſa.nume.26. uerſiculo,
& hoc dicit eſſe uerũ , quod legata in tali

teſtamento

teſtamento ſuſtinentur,quando inſtitutus eſt filius,ſecus ſi teſtator nullum filiū habuiſſet præter poſtea natum , & ſic uidemus in his terminis multos Doctores ex ſupra citatis pro opinione contra Bart. in his terminis loquutos nec erit abſurdum maiorem effectū tribuere huic clauſulæ quando inſtituti ſunt alii filii quam quando extranei,tum quia ceſsāt hoc caſu illæ rationes a Doctoribus pro cōtraria parte conſideratæ,cum præſertim habeat ſuam legitimam filius, tum etiā, quia uidemus tantum hoc caſu tribui huic clauſulæ,ut ſi teſtamentum ſit factum inter liberos cenſeatur tacite ſub intellecta dicta clauſula tanquam ſi expreſſe appoſita eſſet,ut per Dec.conſilio 242.Crauetta cōſilio 33.numero 2.& per hanc rationem ita uidetur firmare.Grau.conſi.112.nume.28. libr.2. quamuis etiam in caſu extranei hęredis inſtituti contra Barto.tenuerit Rolan.& Burſ.in locis ſupra citatis.

Nec obſtat ſententia in prædicta cauſa Orlitæ , cum in teſtamēto de quo agebatur eſſe inſtituta mater teſtatoris, & ſic extranea,quia ultra quod reſpōdetur ibi teſtatorem per multum tempus ſuperuixiſſe,& declaraſſe uoluntatem ſuam cum noluerit mutare teſtamentū,tamen hoc prętermiſſo,quia dubito an haberet etiam locum in inſtitutione extranei reſpōdetur, quod eramus in caſu in quo erat poſtea mortus poſthumus ſuperſtite ipſa inſtituta,quo caſu poſſet ſuſtineri teſtamentum de iure prætorio,cū apparere de expreſſa uoluntate teſtatoris, quia auiam inſtituerat,& matrem poſthumi excluſerat,ut infra latius dicam.

Poſita ergo in hoc caſu quādo eſt inſti
tutus extraneus opinione.Bar. pro uerio
ri,& magis communi, Limitari illa ſingu
lariter poteſt duob. in caſibus.Primo quā
16 do teſtatore† uiuēte moritur poſthumus
& inde non mutato teſtamento pater de
cedit quia tūc magis uerisſimile eſt illum
noluiſſe mutare teſtamentum , & cum iā
facta noluiſſe decidere, & ceſſant hoc caſu omnes illę rationes iniquitatis, & naturalis ordinis , quas cōſiderāt Doctores tenentes cū Bart.& pro hac limitatione ſūt duo iura fortiſſima, & aptiſſima,& 1.tex. in l.poſthumus.12.D.de iniuſ. rup.ubi in ſpecie ſcribitur legata , & fideicōmiſſa de iure prætorio cōfirmari,licet de iuris ſcrupuloſitate ruptū eſſet teſtamentū quod ſit de iure pretorio ſecundum tabulas ab inſtitutis peti pōt eſt bonorum poſſeſſio mortuo poſthumo , fortius hoc fieri pōt ſtante clauſula codicillari per quā rogatus cenſetur poſtumus , & grauatus reſtituere uocatis hæreditatem, & ita per illū text. ſuſtinere teſtamentum nō obſtante morti poſthumi tenuerunt oēs poſt Bar. ibi, & communem dicit Cla.in §.teſtamētū.queſt.45.Alciat.lib.3. paradox.cap.8. Forcatul.ī ſua Necyomant.iur.dialog.10. per totū,quibus addo Cuman. Iaſ. Socin. Dec.q ante eos hoc tenuerunt,& Vaſqu. quos ſuis locis refert , & ſequitur Alſan. in ſuis reportat.collectan.545.& late hac de re diſſerit Bar.li. 2. paradoxor.capit.4. & 5.Secūdo eſt pro hac parte tex. ad literam.& in terminis codicillorum in l. cōſciūtur.§.ſi poſt factum.D. de iur.codicil. ibi : *Nam etſi poſthumus natus reperit teſtamentum,& deceſſerit, nihilominus codicilli ualent.* Quo quid apertius reperiri poteſt ; & ad hanc limitationem poſſet trahi illa quæ in ſimili ſcribit Bal.conſi.170. quidā Nicolaus.libro 5.& poſt eum Dec. in dicto conſil. 242. n.2.uerſiculo, ſe d in caſu iſto . ubi uoluerunt teſtamentum ex hac clauſula ſuſtineri, quādo præmoritur filius patri & hoc expreſſe in terminis noſtris firmat Burſ.conſilio 15.num.20.Moueor ulterius illa ratione, quia cū per hāc clauſulam dicatur rogatus ueniēs ab inteſtato reſtituere hæreditatū uocato , id ēt in quocunque cōtingere poteſt poſt mortuum poſthumum,qui nōdum habuit hæreditatem pātris uiuētis,cum ſemper hęc clauſula opererur in uenientibus ab inteſtato,ut dixi ſupra in præmiſſis.

Secundo ego ultra Doctores limitarē
opinionem Bart.& cum alia communi ſi
ne difficultatem tranſirem,quādo poſthu
17 muſ† moritur etiam poſt mortem patris
in pupillari ętate nullo facto teſtamento nam quamuis de iure ciuili res uideatur expedita quod trāſmittat ab inteſtato hęreditatem in matrem, tāquam proximiorem in gradū ſuccedēdi, tamen propter illam clauſulam codicillarem cenſetur ſaltem moriens tranſmiſiſſe hæreditatē in auiam iam a patre inſtitutam , uel alium uocatū,ita ut ſaltem in caſum mortis cen

ſeatur



ſeatur rogatus reſtituere hęreditatē per fideicōmiſſum inſtitutis a patre , pro qua limitatione ultra iura ſupra in proxima antecedēti limitatione adducta,quæ hi multum ſeruiunt, adfero tex.ſatis clarum , & apertum in l.ęquiſſimum,in princip.D de bon.poſſ.ſecun. tabul.ubi Iuriſconſul.ſcribit contra tabula. primo liberos uocari, quod ſi illi hæreditatem non obtinebunt, iudicium defuncti ſequendum eſſe, redit ergo prætor ad teſtamētum, contra quod ante a hęreditas uocabatur ſiue bonorū poſſeſſio,ut teſtatoris uoluntas conſeruetur,& clarius hoc ſubiicit Vlpianus ibi in illis uerbis.

Expectandi igitur liberi erunt, quādiu bonorū poſſeſſionem petere poſſunt,quod ſi tempus fuerint finitum,aut ante deceſſerint, etc.tunc reuertetur ( inquit) bonorum poſſeſſio adſcriptos.

Cui cōuenit.l.1 §.8.D.de ſucceſſor.edi. unde ellicitur ratio ſatis firma,quod ſi uoluerūt legiſlatores iudicium teſtatoris ſuſtineri in hac bonorum poſſeſſione petēda, ubi nullum extabat fideicommiſſum, multo magis hoc operabitur ſtāte clauſula codicillari, per quam rogatus cenſetur hæres reſtituere hæreditatem per fideicōmiſſum,cum & per illam uulgaris ſubſtitutio in fidei commiſſariam trahatur,ut dixi late ſupra deciſio.128. quæ ut plurimū poſt mortē grauati operatur, & ſi hæreditas a grauato iuxta cōmunem opinionem reſtitui debet ipſo uiuo , ut dixi ſupra in quarto premiſſo , quanto magis propter æquitatem erit tempore mortis reſtituenda,& in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus,& iſte erat caſus noſter in prædicta cauſa Orlitæ,in qua propterea nō male iudicatum fuit,eſſe reſtituendam hæreditatē a matre legitima hærede D.Ludouicæ auię, & matri reſpectiue inſtitutæ, cum non ageretur de reſtituenda hæreditate ab ipſo poſthumo, & ad hunc caſum ſe reſtrinxit in prædicta cauſa conſulēdo Domi.Ozaſc.dicto conſilio. 70. in princ. & numero 14.ubi ad hoc ſubtiliter inducit tex.in l.cum acutiſſimi C.de fideicommiſſ.in quibus etiam terminis conſuluit Cror.in dicto conſi.66 & hoc innuit Puteus in dicta deci.234.in fi.ubi dicit aliud eſſe quando non amplius agitur cum poſthumo,ſed cum extraneis,& quod in illo caſu Domini de Rota ſuam probaſſent ſententiam,quæ erat pro opinione Barto. & hanc imitationem ego iuſtiſſimam arbitror, per illam enim & iudicium teſtatoris,& communis ſuſtinetur opinio, & non auferetur hæreditas a filio, ut detur extraneo,& ſi hac ī re eſſet lex perpetua à Principe condenda, ut tam difficilis altercatio ſopiretur,& terminaretur prout opus eſſe noſtri Doctores dicunt non aliter tutius, & iuſtius terminari poſſet,ſicque ſtante cauendum eſſet ſtatuendo,quod ſtante clauſula codicillari in teſtamento in quo fuiſſet īſtitutus extraneus,uel ſuus hæres , hęreditas moriēte poſthumo ignorāter prætęrito perueniat ad inſtitutos,legitima detracta ſi eſſemus inter ſuos, alias integraliter reſtitueretur.

Neque ſtantibus ſupradictis obſtare poterit doctori Bart.in l.1.quæſtione.11.D. de iure codic.quam refert, & ſequitur Ferrat.Papien.in dicta forma libell.pro lega, §.ualere debeat,num.9.& Bec.conſ.107. colu.fin.prout nec etiam obſtabit , quod Doctores in hac quæſtione ſcribunt , & præſertim Benedict.in dicto capit.Raynutius.in uerbo in eodem teſtamento. 1.numero.246.quod clauſula hęc nō aſtringit niſi hæredem in primo gradu ab inteſtato ſuccedentem,qua reſpondetur,quod ſatis reſtituitur a ſuccedēte in primo gradu cū per mortem illius tranſeat tanquam fideicommiſſaria in hæredem inſtitutū , undę nec oberūt dicta per Purpura.in con.451, numero 4. quia illa non habebunt locum de iure prætorio , & ſtante clauſula codicillari,pro qua erit notādus iſte mirabilis effectus & hæc tene menti,quia non uulgaria ſunt,& illa ſemper dicta ſint ſub correctione melius ſentientis.

Reſtat nūc pro finali huius quæſtionis
tractatione,ut uideamus an in caſu,in quo
eſt per non uocatū reſtituenda hęreditas
12 inſtituto,detrahere† debeat poſthumus,
uel alius illius legitimus ſucceſſor duas quartas,an uero ſolam legitimam. In quo articulo dubitat Roman.in dicto.cō.122, colum.fin.uerſicu.ex quibus.& Bal.conſilio.431.libro 3.& diſtinguit nouiſſimè Simon.de Præt.ut apud eū in allega.fol.11. numer.29.Sed ego breuiter,& reſolutiue

loquendo

loquendo dico, quod licet de ſtricto iure
ſola legitima eſſet detrahēda, per textum
in l.2.§.fi. D.de iure codicillor.cum ſimus
in puro fideicommiſſo,quo caſu hęres nō
detrahit niſi unam quartam,ut ꝑ Docto.
in capit.Raynutius.de teſtamen.& late ꝑ
Neuizan.conſ.1.num.3.& in iſtis terminis
firmant.Caſtren.dicto conſi.15.lib.2. co-
lum.1.Iaſ.conſi.104.lib.4.Fulgoſ.in auth.
ex cauſa.num.14.Crot.conſil.66.num.27.
Burſ.conſ.88.in fi.Gabriel.dicto cōſ.114.
num.5.Bero.in dicto capit.Raynutius.nu.
mero 155.& Doct.paſſim.magis commu
niter.Tamen cum ſimus in articulo diffi-
cillimo,& controuerſo dicerem eſſe detra
hendas duas quartas, prout etiam tenuit
Ange.in conſil.99.colum.2.Bal. conſ. 14.
quidā nomine Iacobus. lib.3. Deci. dicto
conſi.241.in fi.Bald.in l.filium quem.nu.
mero 34. C.famil.erciſc. & hac detractio-
ne ſtāte uidetur ſatisfieri illis Doctoribus
qui dixerunt hanc opinionem iniquā ex
eo,quod ſuis bonis a natura debitis filius
priuetur,ut conſiderat Balion.in repetitio
d.auth.ex cauſa.nu.23.& propterea nos
delegati in prædicta cauſa Orlitę uidendo
dubietatem articuli cenſuimus ex æquita-
te eſſe duas quartas ab hæreditate per Or
litam matrem detrahendas legitimam ſci
licet,& Trebellianicam,& reliquam hære
ditatem reſtituēdam auiæ poſthumi inſti
tuti,& ita ſemper cōſulerem,& iudicarem
donec aliter per Principē ſtatuatur. Laus.
Deo,& Virgini.

## Pactum de non diuidēdo,quod de iure infirmatur,an per iuramē tum interpoſitum confirmetur.

### DECISIO CXLII.

1 *Pactum de non diuidendo regulariter non ualet.*

2 *Pactū de non diuidendo laudo nec præſcriptione firmari poteſt.*

3 *Pactum de non diuidendo an iuramento in contractū poſito confirmari poſſit,& num.*

4

5 *Pactum de ſtādo in communione licet in perpetuum non ualeat,poteſt tamen fieri ad uitam.*

PACTVM de non diuidē
do ſed quod perpetuo quis
† remaneat in communio-
1 ne,non ualet l. in hoc iudi-
cium.§ ſi conueniat.D.cō
mun.diuidun.l. ſi cōuenerit.l.nulla.D.pro
ſoc.Roman. conſilio.13. circa finem. late
Ioan.Guter.Hiſpan.de contractibus iurat
capi.58.num.2.& ſequen.Nemo enim in
communionem,uel ſocietate ſtare cōpelli
tur.l.fina.C.commu. diuidun. alias natu-
ralis homini libertas tolleretur, quod con
tra bonos mores eſſet. Amplıat hęc regu
la,ut nec † per laudum hoc induci poſſit.
2 Alexan.conſilio 46 nume.11 libro primo.
Caſtren.conſil.107.libr.1.ſicuti nec etiam
præſcriptione,quia etiā ſi communio du
raret per centum annos,nunquam prēſcri
beretur,quia poſſet peti diuiſio.Iaſ. in l.ſi
non ſortem. §.ſi centum. num.3.D.de cō
dict.indebi.Doctor.in dicta l.fina.C. com
mun.diuidu.in l.prima.§.ad hæc C.de an
nal.exceptio. & hanc regulam multis fir-
mat Seraphin.in tractatu de priuileg.iura-
men.priuileg.58.a nu.1.uſque ad nu.6.

Dubitatum tamen fuit, an hæc regula
procederet in communione iurata, ita ut
3 † pactum huiuſmodi iuramēto confirma
retur, dicebatur non ualere, per glo. in
capit.fina.in uerbo reuocatus de procura
torib.libro.6.quam communem dicit in
iſtis terminis Alexan.conſilio.18. numer.
primo libro ſexto.ubi hanc opinionē ſe-
quitur,& poſt eum Bertran.cōſ.136.li. 2.
De in l.penull.nume.23.C.de pact.Socin.
conſil.278.col.penult.li.1.Pariſ.conſ. 27.
num.133 libro primo.Corn.conſil.13.co
lum.2. lib. 4. And.Gaill. pract. obſeruat.li-
bro ſecundo obſeruat. 34.n.7. Auendan.
Cur.Se. & Tiraquell.quos ſuis locis refert
Guter.dicto.cap 58.num.15. citatur etiā
pro hac parte Fely.in capi ex parte.de re-
ſcript.ſed nihil firmat.Rō huius opinionis
eſſe poteſt,quia cōtra bonos mores uidetᷓ
bonos mores iuramentum præſtitum nō
ualet.capi.nō eſt obligatorium, de regul.
iur.li.6.de quo dixi late ſupra deciſio.32.
qua ratione etiam pactum de ſuccedēdo.
non obſtante iuramēto tollitur,ut per D.
Ozaſ.deci.10.nu.31. 36. & 37. & dicam
infra ſuo loco.

In contrarium tamen urget maxime re
gula



4 gula, quod iuramentum, †quod ſine in-
teritu ſalutis æternæ ſeruari pōt, eſt ſer-
uandum.capit.quamuis pactum. de pact.
capitu.cum contingat,de iureiur. cum ſi-
milib.& alia multa.de quibus Guter.in di
cto capitu.58.numero 16.& 17.unde ſtan
te iuramento à communi regula contra
Alexan.videtur recedere.Iaſ.in dicto. §. ſi
centum.numero ſeptimo.qui tamen ma
gis dubitat,& nihil reſoluit. Alberi. in l.fi.
C.commun.diuidun.Ruin.in l.filiusfami-
lias.§.diui colum.42. circa finem de l.1.
Pariſ.conſilio.127.libro 4.Roland. conſi-
lio 6.numero 55. libro primo. Lupus in
rubrica.de donatio.inter uirum.§.54. nu-
mero.4.& hanc in puncto iuris dicit uerio
rem Guter.quamuis dicat alterā commu
nem,& propterea difficile ab illa in practi
ca recedi, & hanc ſecundam opinionem
ſequitur,& optimis quidem fundamētis
defendit Domi.Seraphin. de Seraphin.in
dicto priuileg.58.nu.6.& per totum, ubi
omnino videas.

Sed dato cōmuniorem eſſe primā opi
nionem,nō habebit difficultatem ſaltem
5 †in vita paciſcentium, vt per Florianum
in dicto.§.ſi cōueniat. Decius conſil.265.
per totum,& in dicta l.penul.numer. 24.
C.de pact.Iaſ.in dicto.§.ſi centum.nume-
ro 8.in fi.Ruinus in dicto.§.diui.colu. 43.
verſiculo.vtrum autem.Bertran.conſ.77.
libro 2.Grat. conſilio 66.libro 2.numero
14.dicens cōmunem cōtra Socinum Ro-
land.dicto conſilio 6.libro.1. Guter. dicto
capitu.58.numero 20.nam hoc etiam de
iure ſine iuramento quo ad uitam permit
titur.l.prima.D.pro ſoc.l.cum duobus 52.
§.item reſpondit.1.D.eod.cum.& ad tē-
pus paciſcatur d.l.in hoc iudiciū.§.ſi con-
ueniat.in fi.Ex quibus in cauſa nobilium
* de aduocatis dominorum Cerridoni,quæ
fuit coram Senatū diſputata 1571.14.De
cembris fuit reſolutum non eſſe receden-
dum a communione iurata de nō diuiden
do,præſertim quia fuiſſet diuiſio grauoſa
ſubditis,ac dominis indecora, & omnibus
nocibilis,& idcirco talis conuentio facta
opera,& authoritate Eccellentiſſimi Do-
mini mei primi Præſidis Caſſiani Putei,
qui honori illius antiquę familię ſummo
pere ſtudebat,fuit confirmata.

## Succeſſor in beneficio an lucretᷓ fructus beneficii maturatos etiā ante mortem prædeceſſori.

### DECISIO CXLIII.

1 *Fictus maturi,qui prædeceſſori non fuerunt per conductorem ſaluti an ſpectent ſucceſſori in beneficio.*

2 *Tex.in cap.relatum de teſtam.declaratur.*

SVCCESSOR in beneficio
petebat cenſus,& fictus e-
xiſtētes penes emphyteo-
ta,vel cōductorē Eccleſię,
qui non fuerant ſoluti præ
deceſſori beneficiato,& tamen erant ma
turi ante mortem eius dicebatur illos
non deberi, quia non debet quis ante
1 † canonicam inſtitutionem fructus be-
neficij habere, & tanto magis maturatos
ante mortem prædeceſſoris, unde ſi ad
hæredes pertinere non poſſent, prout de
fructibus perceptis dicitur per Didac.var.
reſolut.libro 1.ca.15.numero 12. ſaltem
ad Eccleſiam ſui tituli ſpectare uideban-
tur.iuxta cap.relatum.extra de teſtamen.
capitu. quia ſæpe.de elect. in 6. Contra-
* rium tamen cenſuit Senatus, quod imo
iſti fictus ſic maturati ad ſucceſſorem per
tinerent,per tex.in dicto capi. quia ſæpe.
de elect.capitu.præſenti.de off ordinar li
bro 6.capitu.illud.capit.non liceat, & ca-
pitu.hæc huius in princip.12.quæſt. 2. &
per doctr.Ioan.Andr.in capit. nemo plus
iuris.de reg.iur.in 6.& ita expreſsè voluit
Abb.in capit.querelam numero 7.ne præ
lat.uic.ſuas,ac uidi ſcriptum iuxta hanc
opinionem per Do.& Præceptorē meū
Colēdiſſimum Aug.Molignatū Vercellē,
poſtea Epiſcopū Petræ Honorij inter ſuas
quiſquilias manuſcript.quiſquil.90.

Non obſtat tex.†in dicto cap.relatum.
2 quia procedit,quādo nullus eſt datus ſuc
ceſſor,& Eccleſia ſubuētione opus habet,
ſed dato ſucceſſore omnes fructus ſucceſ-
ſore reſeruātur,ut in d.cap.quia ſæpe ibi.
*Vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter reſeruari*. Imo dum prouidetur de ſuc
ceſſore,redditus pænes œconomū integri
conſeruantur.cap.quoniā.75.diſt.(quod
officium hodie ex antiqua conſuetudine

in magnis beneficijs facit Camera Ducalis
reducendo beneficium uacans ad manus
ſuas, quę conſuetudo bona eſt, ut dixi latę
ſupra deciſ. 131.) item poteſt reſponderi
ad dictum cap. relatum, quod habet locũ
in Canonicis ſecus in alijs, per gl. in d. cap.
i lud. ſuper uerbo ſucceſſoris. 12. quæſt. 2.
& ꝓ hac ſentẽtiã eſt Bulla Iulij. III. in Bul
lario folio 504. Bulla 9. inter Bulla Iulij. 3.
ubi uoluit sũmus Pontifex ad ſucceſſores
in beneficio fructus ſpectare etiam ſi pro
illorum conſecutione anteceſſor iudiciali
ter egiſſet. Cęterorũ ſi plura uelis de hac re
uideas Didac Couarru. in dicto lib. 1. uar.
reſolut. cap. 15. nu. 12. & ſequen. Borgn.
Caualcan. deciſio. 44. num 1. 23. 24 27. &
28. par. 1. ſuarum deciſionum. Ludouic de
ciſio. Peruſ. 33. n. 15. qui plures etiam Do
ctores cogerunt. Quid itẽ dicendum ſit
in penſionibus, uide Gigan. quæſt. 52. ubi
tenet, & recte, quod naturalæ ante mor-
tem ad hæredes penſionarij ſpectent.

## Hęres cõdemnati, qui ante cõdemnationem defunctus eſt, an teneatur ad pœnam. Declaratur tex. decreti antiqui Sabaud. lib. 2. rubrica. Hæredes defunctorũ.

*DECISIO CXLIIII.*

1 *Inquiſito mortuo ante latam condemnationem an ſequi poſſi condemnatoria ſententia, & hæres pænam ſoluere teneatur.*
2 *Decretum antiquum Sabaud. libro 1. ſub rubrica hæredes defunctorum declaratur, & reſtringitur.*

DEFVNCTO accuſato an
poſſit ſequi condemnatio,
& hæres teneatur ad pœ-
1 nã † quando ante mortem
inquiſiti concluſum erat in
cauſa, & iuſtificata fiſci intentio per con-
feſſionem partis uel per teſtes, dubia eſt
queſtio, quã late examinan. Do. Ozaſc.
deciſ. 149. per totam tandem dicit obiu-
rium, & Doctorum varietatẽ eſſe dubita-
bilem & re uera iura tam ciuilia quã Ca-
nonica in hac queſtione diuerſimodè lo-
quuntur, ut colligitur ex l. omnes. §. pen.
D. de act. & obligat. l. Caius. D. ad Senatuſ
conſul. Syllanian. l. ex iudiciorũ. D. de ac-
cuſat. l. 1. D. de priui. delict. l. defuncto. &
l. 3. C. de publi. iudi. l. crimẽ. D. de pœn. l. ſi
pœna. co. l. ſicuti & l. pupillum. §. in hære
des. de regu. iur. l. 1. C. ex delic. defunctor.
l. 3. C. ſi pẽdẽ. appel. reus, uel accuſa. mor.
l. fi. C. ſi re. uel accuſ. mor. fuer. l. 1. & 2. de
accuſat. §. 1. & pen. inſt. de perpet. & tẽpo
ral. act. l. fi. C. de iur. fiſc. cap. quorundam.
36. diſt. 29 quæſt. 1 cap. 1. cap. admonere
33. quæſt 2. c. cauſam quæ il ſecundo. qui
fil. ſint legit. uariæ etiam ſunt Doctorum
opin. de quibus late per d. D. Ozaſc.
Sed pręſuppoſita pro uera, & magis cõ
muni illa opinione, quod poſſit ſequi cõ-
demnatio, quam ſequitur idẽ Do. Ozaſc.
& teſtatur ibi Senatũ ſequutum, pro qua
mihi uidetur tex. ineuitabilis iuxta vulga-
tam lectionem in l. 2. in princ. & l. 3. §. fi.
D. de bon. cor qui ante ſenten. mort. ſibi
conſciuer. quicquid ſupra illa recentiores
quidam Vltramontani nugentur, pro qui
bus afferi poteſt, quod ſcribit Valer. Max.
lib. 9. cap. 12. de Caio Licinio, qui, ut bo-
norum confiſcationem euitaret, ſibi ipſi
mortem conſciuit, quo intellecto nulla
fuit a Cicerone lata ſententia. Quæri po-
teſt an procedat attẽta forma decreti anti
qui Sabaud poſito li. 2. ſub rub. Hæredes
defunctorum, &c. ubi pœnæ nondum de
claratæ non trãſceunt ad hæredes, ꝙ ma
gis concludendum uidebatur per ea, quæ
in ſimili de ſtatuto dicit Iaſ. cõſ. 46. col. 5.
lib 3. poſt Angel. in d. l. 1. C. ex delic. defun
ctor. Rupellan. in Enchirid iures Galliæ in
uerbo cõfeſſio. pag. mihi 88. & 89. Sed in
contrarium dicebatur decretum nõ oſta
re & ſic ſeruandam eſſe communem opi-
2 nionem, quia decretum illud† loquitur in
pœnis contumacialibus, ſecus eſt in penis
delictorũ, ita diſtinguit Bal. in d. l. 1. C. ex
delict. defunctor. & cum hac diſtinctione
trãſiuit Senatus, & cenſuit bene iudicatũ
per ordinarium Cigalę Nicien qui condẽ
* nauit hęredem in libras 200. propter deli
ctum defuncti, Et cum iterum Referente
domino Surdo tractaret iſte caſus in cau-
ſa Caſtelletti inquiſiti de ui publica, & cõ
uicti qui mortuus erat ante latam ſenten
tiam, pronunciauit Senatus bene cõdem-
natum per ordinariũ, & tranſiuit Senatus
omnino cũ opinione D. Ozaſc. in d. deciſ.
149. non obſtantibus nouiſſime, & doctiſ-
ſime



ſine ſcriptis per D. Compatrem meũ Se-
natorem Solam in d. decreto Hęredes de-
functorum Vide tamen ad materiam pul
chram regulam cum multis limitationi-
bus, quam ponit And. Guil. in tract. de pa
ce publ. lib. 1. cap. 20. per totum.

## Notarij duo rogati de teſtamento uel alio inſtrumento, an cenſeantur rogati inſolidum.

*DECISIO CXLV.*

1 *Notarij duo ſi ſint rogati de inſtrumento, an ſufficiat unius ſubſcripto, & nu. 2.*

NOTARII duo fuerunt ro
gati de teſtamẽto alter de
ceſſit, qui nec inſtrumentũ
ſubſcripſit nec protocollũ
reliquit, vnus uero ſubſcri-
pſit protocollum, q̃ſitum fuit an late pro-
tocollum, per vnum tantum ſubſcriptum
probaret, cum in fine diceretur, de quo te
ſtamẽto ego Petrus Notarius una cũ An-
1 tonio rogati fuimus. Et uidebatur† dicen
dum unũ Notarium ſufficere ex his, quæ
in terminis dicit Dec. conſi. 36. nu. 5. To-
mas Diplou. in addit. ad Bart. conſi. 114.
verſi. ulterius. ubi ad hoc citat. Bal. in quo
dam conſil. & ita etiam tenuit Rot Rom.
inter manuſcriptas Domi. Cardin. Putei
594. Referẽte D. P. Aemilio Verallo, quæ
hodie in impreſſis reperitur licet manca,
deciſ. 6. lib. 1. Menoch. conſ. 1. nu. 202. &
ſeq. ubi plura adducit, & ita uidi conſul-
tũ per celeberimos. I. C. D. Pręſidẽ Pur-
purarum D. Præſidẽ Ozaſcum, & D. Gui.
Pancirolum ex rationibus a Dec. relatis in
d. conſi. 36. & ita tenuit ipſe Purpurat. in *
ſuis impreſſis conſ. 402. nu. 72. & 77. li. 2.
ratio potiſſima eſt, quia quilibet iſtorum
Notariorũ poteſtatem, & authoritatẽ ha-
bet a lege inſtrumenta conficiendi plene
probantia quæ non uidetur a contrahẽti-
bus ſublata, niſi id expreſſe dictum ſit, præ
ſertim cũ noluerint probationem illã ue-
riſimiliter coaguſtare, ſed magis duos no
tarius adhibere, ut facilius inſtrumenta ha
beri poſſunt, quã quod de illorum fide du
bitetur, vt in his terminis arguit Menoch.
vnde vnuſquiſque iſtorum Notariorum
cenſetur inſolidum rogatus.
In contrarium dicebatur eſſe communis
2 opinio, quam firmet † Alexan. conſ. 92. &
conſi. 124. lib. 7. poſt Ioan. And. Hoſtien.
Butr. Bal. & Angel. per eum relato, & per
tex. in l. ſi qs ex argẽtarijs. §. 1. D. de ede.
ubi Bald. & idem Alex. Boer. deciſio 21.
Moder. Pariſ. de Alex. d. conſi. 124. Gui.
Pap. q. 122. Caſtren. in dicta l. ſi quis ex ar
gentarijs late Hiero. Gabriell. qui multis
probat conſilio 39. per totum, dicens hãc
opinionem eſſe ueram, & cõmunem con
cludens ſaltem neceſſe eſſe, ꝙ unus ſcri-
bat, alter ſubſcribat inſtrumentũ, ut etiã
voluit Guido Pap. dicta quæſt. 112. in fi.
& in hanc partem magis innuere uidetur
Put. in dicta deciſio. 6. Dominos de Rota
inclinaſſe, licet ipſe teneat opinionem De
cij, Iacobin. de Sancto Georg. in l. prætor
ait. § cogentur. nu. 10. & 11. D. de eden.
vbi fortius inquit non ſufficere, ꝙ unus ſe
ſubſcribat, ſed eſſe neceſſe, quod omnes
rogati ſe ſubſcribãt per authoritates Bal.
& Ioan. And. quos allegat. & pro hac opi-
nione faciunt dicta Bar. in dicto conſ. 114.
in primis uerſicu. ulterius. in illis uerbis,
*Verum eſt niſi partes duos Notarios adhibuerint*, & illud conſilium eſt Bal. ad uer-
bum, ut uidere eſt inter conſ. ſua cõſ. 391.
in fi. li. 3. citat. pro hac parte Gabriel. tex.
in §. in his. authe. de inſtrumen. cautel. &
fid. Sed neſcio uidere quomodo uelit in-
ducere illum textum ad probandam illã
ſententiam, bonæ ſunt tamen rationes hu
ius opinionis.
Cum iſte caſus agitaretur in Senatu in
quadã magna cauſa hæreditatis Illuſtriſſi
mi Domini Ludouici de Chialant dũ di-
ſputaretũ de ualiditate ſui teſtamenti, fuit
repertus maxime dubius, & fuit dictum
opinionem Decij, ꝙ cenſeantur quilibet
inſolidum rogatus, eſſe de iure ueriorem
aliam tamen Alexan. eſſe communiorem
& tenendam, ſed ſi aliqua adminicula cõ
currerent, quæ condiuuarent fidem illius
Notarij etiam leuia, tunc ſuſtinendã opi-
nionem Decij, & ita in caſu ꝓpoſito cen-
ſuit probari prædictum teſtamentum ex
ſubſcriptione unius Notarij, quia eſſet de
antiquo, & de illo teſtamento mentionẽ
feciſſet Iaſ. in quodam ſuo conſilio, licet
enim ad rei eſſentiam inducendam ſingu
la, quæ non proſunt, nec collecta iuuent,
tamen hoc non procedit ad inducendam

probationem.Bald.conſilio 128.cum qui
dam Notarius columna ſecunda in princ.
libro tertio,& ſemper in dubio pro actus
validitate eſt iudicandum, & ad hanc vali
ditatem inſtrumenti propter antiquitatē
in ſuo caſu ſe reſtringit ſemper Dec. in di
cto conſilio 36. & Purpurat. dicto cōſilio
402.num.77.qui etiam hoc modo intel-
ligendus eſt in conſilio 284.numero 2.li-
bro 1.ne ſit ſibi contrarius.Quamuis etiā
in hoc contra Deci.teneat.Hieronym.Ga
briel. dicto conſilio 39. num. 10. & ſeq.
ubi requirit,quod ſimus in tempore. cen-
tum annorum ad ſolennitatem inducen-
dam . Ideo ad euadendam hanc difficul-
tatem caute Notarij apponunt clauſulā ,
& quemlibet eorum de eodem inſtru-
mento fuiſſe rogatum, quod ſi duo Nota
rij rogentur, quia una pars dubitet de al-
tera,& de eiuſdem Notarij fide, ſolet dici
expreſsè,quod tale inſtrumentum debeat
per ambos ſubſcribi,ſed plerunque rogan
tur duo Notarij , non quod de alterius fi-
de dubitetur,ſed quia quælibet pars vtili-
tati conſulens cum ſuo Notario conueuit
de præmio inſtrumenti , & ſæpe gratis a
ſuo Notario quilibet conſequitur inſtru-
mentum, quo caſu inſolidum quilibet vi-
detur rogatus .

## Feudum emptum à fœmina liberis carēte,& ſexagenaria, quæ fuit inueſtita pro ſe , & hæredibus capacibus, an eius qualitatis eſſe poſſit vt ad hæredes inueſtitæ tranſeat , an vero illa mortua ad Dominum deuoluatur , & illi a periatur .

### DECISIO CXLVI.

1 *Feudum conceſſum fæminæ intelligitur datum etiam pro ſuis hæredibus maſculis tantum,& num.12. & 14.*

2 *Feudum ſicut non poteſt habere fæmina , ita nec ab ea deſcendentes .*

3 *Feudum emptum in perſona emptoris dicitur nouum. & nu.13.*

4 *Clauſula iure antiqui operatur inter deſcendentes,non inter tranſuerſales , & numero 15.*

5 *Feudum conceßum alicui pro ſe , & hæredibus , qui filios habere non poteſt , intelligitur de hæredibus extraneis conceſſum .*

6 Glauſula ad habendum ,tenendum &c. *facit feudum alienabile.*

7 *In feudo fæmineo ſuccedit fæmina ſicut maſculus.*

8 *In feudo improprio , dicto hæredum extraneus complectitur,& numero 10.*

9 *Feudum emptum reputatur inſtar allodij .*

11 *Dominus tenetur feudum ad ſe deuolutum hæredibus vltimi inueſtiti concedere .*

MVLIER Nobilis ſexagena-
ria, & carens liberis emit
pro ſe , & ſuis hæredibus
maſſaritium feudale a Do.
D. fratribus de Gouono ſi-
tum ſuper finib. Leualdiſij ad habendum
tenendum , & faciendum quicquid ſibi
ſuiſque hæredibus placuerit , ſaluo bene-
placito Principes poſtea ſoluto laudemio
obtinuit inueſtituram pro ſe,& ſuis hære
dibus,& prout eius authores inueſtiti fue
rant & præſupponitur hoc feudum fuiſſe
alias recognitum in feudum gentile anti-
quum,auitum , & paternum pro ſe ſuiſq;
hæredibus , & ſucceſſoribus de morte ta-
men patriæ capacibus.

Deceſſit emptrix ſine liberis inſtituto
hærede Illuſt. D. Comite Sinfredi eius ne
pote ex ſorore.Vnde diſceptatur num ſi-
bi vel Principi ſpectet huiuſmodi feu-
dum , ita ut teſtamentum ſuſtineri poſſit
uel non.

Et prima fronte uideretur dicendum
pertinere Principi, & utile dominum eſ-
ſe conſolidatum cum directo, quia feu-
dum pro ſe , & hæredibus prout antiqui-
tus erat conceſſum , intelligetur datum
pro hæredibus maſculis deſcendentibus,
capitulo primo , §. etſi clientulus . & ibi
Baldus de alienatio. feud. & in leg. final.
C.de ſuis,& legit. Decius conſilio 185.&
208. Decius Pedemontanus 161. nume-
ro 15.Iul.Clar.in §.feudum. queſtio. 83.
1 colum.fina.quæ concluſio † procedit ſi-
ue feudum ſit receptum per fœminam ,
ſiue per maſculum, niſi aliter expreſſum
ſit.capitulo primo , de feud. fœmini. vbi





Afflict. teſtatur de communi. ubicunque
2 autem† nō admittuntur fæminæ, nec etiā
maſculi ex ipſis deſcēdentes,c.1.§.hoc au
tē.ubi Doct.qui feu.dare poſ. Maſuer. ad
Papi.in for.li.quo.ag.ad reuocat. feu.in §.
nec ſuperſtitibus in glo. ſuper uerb.fæmi-
neum.Beci.conſi.101.nu.34. & ſeq. Affl.
cap.1.§.& quia num. 22.qui feu.da. poſſ.
& num. 36.& §.fina nu.9.Melch. Palaez.
in tracta.maioratu.parte.2.q.6.nu.52.Gal
lic.inter conſi.feud.uarior.conſ.2.nu. 41.
Vnde cum D.Sinfredi deſcendat ex fęmi
na ſorore,quæ nō ſucceſſiſſet,ita nec ipſe
nepos ex ſorore.Caſ.in l.maritus C.de ꝓ
cu.Iaſ.in l.Gallus.§.nunc de lege.de.liber.
& poſth.Non enim melioris eſt conditio-
nis,nepos quàm ſit eius mater. l.1. C. de
bonis maternis.

3 Secundò feudum † emptum ab alio ua
ſallo perſona emptoris dicitur nouum
per mutationem nouæ perſonæ,l.fi.C.de
nouat.Alex.conſil. 28. uolum.5. uerſicu.
& ſic firma manet.in feudo autem nono
tranſuerſales nō ſuccedunt,c.1.§.ſin autē.
ꝗd feud.dare poſſ.c.ſi de ſucceſſ.feu imò
nec frater fratri,c.1.de duob.frat.a Capi.in
ueſti.Iaſ.in uſib.feud. colu.27.uerſicu.no-
uum autem.Clar.§.feudum , qō 79. colu.
2.uerſ.ſed quęro ubi communem dicit,&
ſi dicantur hoc feudum cōceſſum fuiſſe in
antiquū attēta relatione ad antiquas inue
ſtituras cùm relatum ſit in referente cum
omnibus ſuis qualitatibus.Barto.in l.1.D.
de recept.arbi.Bal.d.conſil.212.uolu.5.&
in feudo antiquo tūc agnatum, aut alium,
qui fictione iuris , poteſt dici cōprehēſus
in inueſtitura ſuccedere. Curt.Sen.conſil.
49.Nat.conſilio 467.& 468.Reſpondetur
4 ea uerba intelligi † reſpectu deſcenden-
tium,& non tranſuerſalium.Alexan.conſi
lio 10.uol.3.Socy.inter conſi.Bru. conſi.
10.num.16.Cur.iun.conſi.1.nu.13.

Ex aduerſo autē dicitur,quod emptrix
tēpore acquiſitionis carebat prole, & ſpe
prolis cū eſſet ſexagenaria , unde cum ac-
quiſiuerit pro ſe,& hæredibus nō uidetur
intellexiſſe de ſuis deſcendētibus,ueluti ſi
Princeps concedat feudum ſacerdoti ꝓ ſe
5 † & hæredibus,tunc appellatione hæredū
nō uidetur ſenſiſſe Princeps de deſcēden
tibus quos habere nequit.Bal.in §. natura
les ſi de feudo defunct.num.8.Socy. Iun.
conſi.188.nu.7.uol.2.prout etiam non in
telligitur magis de maſculis,quam de fę-
minis,ſi feudum eſſet fœmininū. Clar. in
§.feudum.q.73.facit tex.li.2.feu.ti.18.de
duob.fratrib.a capita.inueſtit.Fulg.conſi.
229.Iacob.in uerbo,& fęminis. num. 15.
Alex.conſil.119.lib.5.conſi.9.nume.3.li.
1.Ozaſc.deciſ.23.num.30.cum itaq; non
cogitauerit emptrix de deſcendentibus di
ctio hæredibus retinebit ſuam propriam
naturam.Et comprehendet etiam extra-
neos,li.in annalibus.C.de lega.

Secundo facit.quia Princeps prius con
firmauerat contractum in omnibus eius
partibus & ſic clauſulam illam: *Adhaben*
6 *dum*,† &c.per quam cenſetur data facul-
tas inueſtito libere diſponēdi de fęudo.So
cy.Sen.conſi.252.quæſt.2.lib. 2.Crau.cō-
ſi.256.col.3.Gramm.deciſio.103.numero
129.capit.1.de feud.nō hab.propr.natur.
feud.Ozaſ.deciſio.164.Brun.conſilio 36.
& conſilio 121.colu.6.uerſi.ſeptimo.con
tra.Nat.conſilio.644.num. 5.libro 4.Frā.
Beci. conſil.88.num.23.39.& 49.ubi ple-
ne,& ſi dicatur uerba iſta non eſſe in inue
ſtitura,reſpondetur ſatis contineri in inue
ſtitura poſtquam in illa expreſsè cōfirma
tur cōtractus in omnibus ſuis partibus, &
actus confirmatus cenſeatur eſſe in confir
mante cum omnibus ſuis qualitatibus.

Tertiò cùm iſtud feudum ſit emptum
7 per fæminā,effectum eſſe fęmininū , † ita
ut fęmina ſuccedat ſicut maſculus. Deci.
conſilio 390.num.7.Roland. conſilio 48.
Clar.de feud.quæſt.73.uolum.quarto.ubi
ſub numero 35.dicit hanc eſſe magis com
munem , & tale feudum ſapere naturam
allodialium.Burſa.conſilio 4.numero 16.
quicquid dixerint.Andre. de Iſern. Mart.
Laudē.Præpoſi.& Afflic in capitu.primo
§.hoc autem notandum, & §.& quia.qui
feud.dare poſſ.Iacob.à Sancto Georg. in
uerbo,& fœminis.uerſicu.ſexto fallit Za-
zi.in titu.de feud.degen.num.21.Socyn.
conſilio 19.libro primo.Brun.conſilio 18.
& 108.colu.7.Et ſi diceretur id intelligen
dum de fœminis deſcēdentibus.Reſpon-
detur,quod cùm habent naturam allodia
lium indifferente comprehēdere omnes
cùm etiam in legitima , & Trebellianicā
imputetur.Burſ.d.conſi.quarto. & aliena
bile ſit in quoſcunque.Celſ. Vgon.cōſilio
26.Burſat.dicto conſilio quarto , & in eo
non uendicat ſibi locum decretum,quod

loquitur de feudo. Alciat. conſilio 160. &
hoc feudum dicitur improprium, Crauet.
8 conſil. 6. n. 109. Et † in feudo improprio
dictio hæredum ſtat propriè, & includit
omnes etiam fęminas. Socin. conſil. 257. li
bro 2. Corneus conſi. 16. num. 11. uol. 1.
Deci. dicto conſi. 390. nu. 7. Pariſ. conſ. 12.
num. 2. & conſ. 23. libro 1. Burſat. dict. cõ
ſilio 4. & conſil. 22. num 6. & in feudo em
pto ſcribit Natta conſil. 216. num. 3. ex eo
9 etenim ſolo, q̄ emptum eſt † impropriũ
efficitur, & reputat̃ inſtar allodij, & regu
latur vt cęteri cõtractus. Brun. conſ. 137.
uerſiculo quinto moueor. lib. 2. idẽ Nat.
conſi. 159. nu. 16. ubi dicit ſtultum eſſe in
iſto feudo attendere regulas feudales, &
conſilio 246. nu. 4. & dicto conſilio 216.
num. 2. Bal. conſil. 56. lib. 3.

Nec obſtat ſi dicatur illud procedere ſi
à Domino, & non ab alio uaſallo emptũ
ſit feudum, ut ſentit Bru. dicto conſi. 108.
nume. 27. quia illum improbat Alcia. cõ
ſilio 166. nu. 3. Bal. in l. qui ſe patris. col. 7.
uerſic. & ſcias. C. unde liber. Cõfirmatur,
q̄a cum Principis authoritas acceſſerit cõ
tractui perinde eſt ac ſi contractus fuiſſet
ſecum celebratus cum omnia ſua faciat,
quibus ſuam authoritatem impartitur. l. 1.
§. uetera. C. de uer. iur. enucl. §. hæc igitur.
in Prohœ. Digeſto.

Quartò emptrix fuit inueſtita in feudũ
antiquũ nobile, &c. prout erãt authores
inueſtiti, quo caſu fingit̃ hoc feudũ fuiſſe
patris, & aui ipſius inueſtitæ, & ſic ſucceſ-
ſiſſet illi ſoror ſiue mater d. Domini Sin-
10 fredi, quę uenit † in feudo fęmineo appel-
latione hęredũ. Brun. conſi. 114. uol. 2.
Iaſ. conſil. 136. uolu. 4. & latiſſimè Tiraq.
de retract. §. 32. glo. 1. numero 31. uſq; ad
42. Rolan. in conſilio. 60. num. 17. uolu. 1.
Clar. in §. feudum quæſt. 8. col. 1. Gabriel.
in tract. commu. opi. titu. de feud. concl. 1.
Et ſicut admiſſa fuiſſet ſoror, ita eius filius.
Brun. conſ. 147. uol. 1.

Nec obſtat ſi dicatur, quod cum inueſti
tura ſe referat ad antiquas appellationes
hæredũ nõ uenire fęminas, ſed maſculos,
quia cum feudum ſit effectum fœmininũ
ut ſupra dictum eſt, cenſetur alterare an-
tiquæ inueſtituræ in hoc ut uocentur tam
fęminæ, quam maſculi, argum. l. oratio.
deſponſ. l. ad rem mobilem ff. de procur. po
ſtea quam emptrix illis non obſtantibus
effecta erat capax.

Vltimo in ſubſidium ſe ſe offert com-
munis illa concluſio doct. quod dominus
11 † directus tenetur feudum ad ſe deuolu-
tum, & apertum per extinctionem lineæ
ultimi inueſtiti hæredibus ipſius inueſtiti
renouare, & de nouo concedere non ob-
ſtante illorum opinione, qui reſtringunt
hoc non procedere, ſi uelit feudum pro ſe
retinere Berous cõſilio 98. uol. 1. Tiraqu.
in præfacio. de retract. num. 41.

Ad cõtraria uerò reſpondetur, quòd li
cèt dictio hæredum in feudis accipiatur
12 pro maſculis, nihilominus id non † proce
dit in feudo fœminino, & emptitio, ut ſu-
pra dictum eſt, & quando feudum fuit ac
ceptatum per maſculum, & non per fęmi
nam Zaſ. feud. parte octaua, numer. 38.
uerſi. ſupra dicta concluſio fallit ubi dicit
communem Curt. de feud. 3. par. uerſicu.
ſecũdo ſingulariter limit. Clar. §. feudum
quæſtio 73. Rola. conſilio 76. numero. 7.
lib. 3. facit quod ſcripſit Gozad. cõſi. 71.
dum inquit, quòd Princeps inueſtiẽdo fæ
minam nõ cenſetur reſpicere agnationẽ
ſed cognationem.

Ad ſecundum de feudo nouo dicit̃ non
13 eſſe uerum, † quando inueſtitura ſe retu-
lit ad antiquas, tunc enim aſſumpſit natu
ram feudi antiqui, & ꝓpterea in eo ſucce
dunt trãſuerſales, Curt. ſen. conſilio 49. co
lum. 19. uerſ. tertia autem ratio. Iaſ. cõſi
lio 1. uol. 3. Rol. conſil. 60. Bero. conſi. 97.
uol. 1.

Neque obſtat, quòd in inueſtitura non
fiat expreſſa mẽtio, quòd ipſa emptrix in
ueſtiatur iure feudi antiqui &c. q̄a nõ eſt
attendenda formalitas, & ſtructura uerbo
rum Dec. conſi. 53. Crauet. de antiqu. tem
por. par. 5. ſect. ultima. Clar. §. feudũ quę-
ſtio. 8. uerſiculo, & hoc, & cum conſtat de
relato ad quod refert ſe dictio illa *prout*,
illud cenſetur expreſſum, ita quod ſi illud
feudũ erat antiquum, ꝑ dictionem, *prout*
remaneat antiquũ ſicut antea, ut cõſuluit
Alexand. conſil. 29. uolum. 5. nu. 22. Bur-
ſat. conſil. 85. num. 8.

Neque obſtat conſilio Alexã. in contra
rium adductum uidelicet 10. uol. 5. quia
ibi illa uerba tanquam de feudo antiquo
nõ habebant relationem ad aliam ſcriptu
ram de qua cõſtaret ſicut in hoc caſu. Prę
terea Alexand. ibi nititur ſuſtinere illam
conclu-



concluſionẽ. quod illa uerba in antiquum
nõ reddat feudum nouum in antiquum,
quæ communiter eſt reprobata. vt per Ce
phalum conſilio. 173. uolumine ſecundo.
cui etiam reſpondet. Curtius. Sen. cõſ. 49.
colu. 4.

Nec etiã obſtat, quod hic concurrerẽt
duæ fictiones, nempe quod iſtud, feudum
effectum eſſet antiquum, & fœmininum.
Alexand. conſilio. 30. numer. 11. libro pri-
14 mo. nam quando fœmina † eſt inueſtita,
tunc feudum nõ dicitur ficte fœmininum
ſed propriè. capit. 1. de benefic. fœmin. ca
pitu. 1. de nat. ſucceſſ. feud. & ulterius plu
res fictiones poſſunt concurrere, quando
una uenit in conſequentiã alterius. Crot.
in repet. l. ſi quis pro emptore, uerſic. 3. ex
hac deffinitione, & in pręiudicium eius,
qui actum facit.

Neque obſtat, quod illa uerba. in anti
quum non operentur niſi fauore defendẽ
tium. Ruin. conſilio quinto volumine pri-
15 mo. quia † Ruin. mouetur ea ratione tan-
tummodo, quod inueſtitus non poſſit ſti
pulari pro agnatis, quæ ratio non militat
in feudis conceſſis per Principem, & per
alia adducta per Curtium ſenior. conſ. 49.
Iaſ. conſilio primo uolumine tertio Brun.
conſilio. 114. Natta. conſilio. 467. Roland.
conſil. 60. in fi. libro primo. Cephal. conſi
lio. 173. li. 2.

Nec etiã illud quod in inueſtituris. au-
thorum ad ſint illa uerba. *de morte tamen
patriæ capacibus*, quia ultra quod feudum
effectum eſt fœmininũ, hęc clauſula non
excludit fęminas a ſucceſſione feudali. Al
cia conſilio. 176. nume. 7. Ozaſ. dec. 26. n.
18.

Ex quibus omnibus re bene diſcuſſa,
& intellecta cum hæc quæſtio eſſet corã
Illuſt. Camera fuit concluſum frequentio
* ribus calculis non eſſe feudum deuolutũ
nec dominũ apertum, ſed ad hæredẽ inſti
tutum pertinere. 1578. Menſe Auguſti.
Quamuis multa doctiſſime (more ſuo) ad
legarentur per D. Senatorem Agariã, quæ
contrarium ſuadere uidebantur. De qua
ſentẽtia meminit. D. compater meus An-
ton. Sola, qui fuit illius cauſę patronus pro
D. Sinfredi in Decret. antiq. tit. de feud. ſu
per Decreto. Yolant. gloſſ. 4. numero. 16.
vbi uide.

Datione inſolutũ facta de cer
tis prędiis creditori, quatenus in
tra tale tempus debitor non ſol-
uat, an poſt temporis lapſum poſ
ſit creditor pecuniam petere, &
prædia reſpuere.

## *DECISIO CXLVII.*

1 *Datio inſolutum eſt inducta in fauorẽ cre-
ditoris.*
2 *Datione inſolutum facta creditori non po
teſt lapſo termino a pacto recedere, limi-
ta. n. 5.*
3 *Dec. in conſil. 12. reprobatur.*
4 *Per dationem inſolutum debitor ab obliga
tione liberatur.*

DATIO in ſolutũ facta de
certis ꝑdijs creditori qua-
tenus intra ſex mẽſes debi
tor non ſoluat, eſt inducta
1 † in fauorem creditoris cũ
illius cõſenſus requiratur. l. pretii. C. de re
ſcindẽ. uẽdit. Ideo poterit creditor lapſis
ſex menſibus petere pecuniã, & reſpuere
prædia in ſolutũ data, prout late cõſuluit.
Dec. conſil. 12. Curt. iun. conſi. 132. Goza
din. conſi. 42. num. 15. qui tamen loquitur,
in caſu, quando non eſt facta traditio, &
communem dicit Ripa. in l. quarta, §. ſi ex
conuentione, D. de re iudica. cuius ſenten
tiæ potiſſima ratio eſt, quia cum hoc pa-
ctum ſit in fauorem creditoris inductum,
nõ debet in illius odiũ retorqueri. l. quod
fauore. C. de legib.

Sed cõtrarium in eodem caſu Decij cõ
2 ſuluit † Socinus iunior præceptor meus cõ
ſilio. 41. libro tertio, & conſil. 62. numero
21. ubi dicit contra Decium iudicatum. Al
ciat. conſilio. 109 Pariſ. conſilio. 81. nume
10. 27. libro. 2. & video opinionem Decij
3 magis communiter † reprobari, & contra
ipſum ultra ſupra adductos conſuluerunt
in his terminis Syluanus conſilio 102. per
totum, Craueta. conſil. 477. numero ſex-
to, & ſequen. libro 3. ubi impugnat conſ.
Dec. citans ulterius pro hac parte Caſtrẽ.
& Afflict. in deci. 397. ubi uoluit in hoc ca
ſu electionem eſſe debitoris, & ita uidi cõ
ſultum per dominum Præſidem. Balbũ. in
ſuis cõſilijs non expreſſis, & per. D. Purpu-

ratum,ut in ſuis conſilijs conſilio.557.per
totũ & uidetur hæc opinio verior, vt per
Rubr.in conſilio.117.& illam in facti con
tingentia ſequutus fuit Senatus vti cõmu
* niorem,& veriorem 1561.in cauſa Domi
ni Furni.de publicijs ꝑ qua adduci poteſt
meo iudicio ſatis aperta ratio quia facta
4 datione in ſolutum† debitor liberatur ab
obligatione l.manifeſti.C.de ſol.eſt enim
illa ſolutio,dicta.l.pretii.C.de reſcinden.
uendit.Alberic.de ſtatut. queſtio. 88.nu-
mer.2.unde facta liberatione ceſſat obli-
gatio,& per cõſequẽs nulla cõpetit actio
creditori,poſtquam ſibi eſt ſatisfactum de
ipſius conſenſu,idque magis procedit ſe-
quuta traditione,quia tunc res non eſt am
plius integra,& facta inſpecta eſſe non poſ
ſunt,& pro hac etiam parte multa iura,&
rationes adfert Syluan.dicto conſilio.102.
quæ ſciẽs prætereo cum ibi uideri poſſint
ꝗbus vlterius add.poteſt,quod cũ utriuſq;
conſenſu datio in ſolutum facta fuerint,&
accepta non poteſt niſi utriuſque accedẽ
te diſſenſu diſſolui,facit etiam dictũ Bal,
in.l.ſucceſſores.C.de ſol.vbi uoluit, quod
dat o in ſolutum non reuocatur per peni
tentiam cum illa perfecta uẽditio dicatur
& ibi uidetur tex.ad hoc ſat is clarus,& in
l.fina.D.ex quibus cauſ.in poſſeſſio.eat.l.ſi
prędium.in fi.C.de euict.Natta.conſ.207.
num.3.lib.1.& ita teneas.

Limitatur tamen hęc opinio commu-
nis contra Decium quando in iſtrumen-
to ſeu actu dationis in ſolutum adeſſent
5 uerba,quæ hoc†remitterent in uoluntate
uel arbitrio creditoris,quia tũc poſſet cre
ditor iuxta facultatẽ ſibi in principio actu
conceſſam recedere,& pecuniã petere,&
* hoc caſu poſſet procedere opinio Dec. ita
cenſuit Senatus in cauſa Nuceti , & Solari
1574.

## Virginem non uir potentẽ ſtu-prans qua pœna puniendus ſit.

*DECISIO CXLVIII.*

1 *Stuprans non uiripotentem,ſeu immatu-
ram punitur pœna mortis,ſed contra,nu.
2.*

3 *Tex.in.§.ſinautem per uim inſtitut.de pu
bli.iudic.declaratur.*

4 *Iudex competens quis ſit in cauſa ſtupri.*

VIRGO non uiripotens , &
annorum. 11. quam & I.C.
immaturam dicunt.l.25.D.
de iniur.fuit vi ſtuprata . Iu-
dex Foſtani condemnauit,
reum pœna mortis,& amputationis capi
tis , appellauit reus ad Eccellentiſſimum
Senatum,diſputatum fuit,an bene uel ma
le per iudicem proceſſum fuiſſe ad hanc
condemnationem.dicebat fiſcus bene iu-
dicatum,quia ui non uiripotentem ſtupra
1 uerat,†quo caſu pœna mortis eſt infligen
da per tex.in §.ſinautem per vim.inſtitut.
de publ.iud.l.raptores,C.de epiſc.& cleri.
in verbo tutoribus.ubi Fulgoſ.nu 8. & in
terminis ita tenuit Bal.in dicta.l. raptores
& in l.ſi quis non dicam rapere.quem re-
fert,& ſequitur.Afflict.in conſtitut.regni,
lib.1.rub 9.de raptu.nume.16.apoſtil lat.
ad deci.Guid.Pap.555.& videtur etiam te
nere Iul.Clar.in caſu tamẽ , quod per talẽ
coitum fracta eſſent mulieri clauſtra.in.§.
ſtuprum uerſiculo fuit aliquam.in fi. li. 5.
pract.criminal.

Cõtra dicebatur ex parte rei pœna eſſe
2 mitigandam†per text.ad literam.in fi.l.ſi
quis aliquid la ſecunda.§.qui nondum.D.
de pœn.& quamuis ille tex.non loquatur
in violento ſt upratore,tamen generaliter
loquitur.& ad idem facit,quia cum puel-
la dicatur immatura,in ea nõ poteſt cade
re uerum ſtuprum,& ſic non eſt ueri ſtu-
pri pœna plectẽda,vltra quod etiã ipſius
ſtupri pœna ex generali obſeruãtia iurib.
etiam probata non eſt capitali.ut dixi ſu-
pra dec.3.in prima,& quinta concluſio-
ne,& hanc opinionem tenuit Guid. Papa
quæſt.555. & ante eum Gulielm.de. Cũ.
ut refert Afflict.in ſupra citato loco Signo
rol.conſil.209.alias.207.Grammatic.de-
ciſio.22.qui per tex.in dicto. §.qui nõdũ
dicit fuiſſe condemnatum talem ſtupra-
torem in pœnam deportationes ad trire-
mes per ſeptennium . Menoch.de arbitr.
iudic.libro.ſecundo.Centur.3.Caſt. 294.
numero.6.ubi ita practicatum teſtatur.
Bermod.Conuer.in tract.de pub.concubi
nar.titulo de ſtupro num.39.& 40.qui re
fert ĩ hac quæſtione tres opiniones & hãc
probat & facit opinio illorum,qui uolue-
runt illam iudicis arbitrio relinquere,
quos refert Menoch. & Clar. nam iudex
non debet ad mortem uſque ſuum arbi-
trium



trium extendere,& alias ſcripſi & hæc mi
hi equior,& humanior ſententia ſemper
uiſa eſt,ac legibus amica,ideo non erit ab
illa in practica ullo modo recedẽdum,iux
ta l.interpretatione,D.de pœn.& eſt ma-
gis cõmunis,& propterea mitius proce
dens & natus in caſu prędicto reparando
* ſententiam iudicis condemnauit reũ per-
ſonam uilem,qui etiam uilem uiolauerat
ad triremes per decennium , ſaluis iur.
pro intereſſe filię,ĩ bonis rei quatenus ex
tarent.

Ad res.pro parte fiſci allegatũ.in.§.fin.
3 autem,inſtit.de. public iudic.facilis † erat
reſpõſio, quod illa ꝓcedebat, & loqueba
tur in uiolento ſtupratore cum raptu, ſed
mitius punitur uiolentus ſtuprator , quã
raptor,qui domo patris,uel puellæ uirgi-
nẽ alibi abducit, & ui retinet, ut in termi
nis decidit Cuma.conſ.95.& uidi late ſcri
ptum per D.meũ Molignatum Eſpicopũ
Petræ Honori in ſuis deciſionibus manu
ſcriptis deciſ.220.& per Menoch.dicto ca
ſu.294.nume.3.& 6.qui ita dicit poſſe ſal
uari contrarium Bal. opinionem.Cæterũ
reperio & aliam pænam autiquitus fuiſſe
tali ſtupratori in dictam, nempe,ut illi na
res abſciderentur , & dimidiam ſuæ ſub
ſtantiæ partem puellæ traderet, ut habeẽ
libro baſilicorum.60.ca.75.cuius loci græ
cam lectionẽ ſic in latinum uertit doctus
interpres.*Qui uitiat puellam,ante puberta-
tem hoc eſt ante 13.annum,ei nares abſcin-
duntur , & ſubſtantia ſua dimidiam uiola
tæ puellæ præſtato.*Verum cum in corpore
iuris de hoc habeamus legem apertam
in dicto.§.qui nondum non erit ab illa re
cedendum

4 Quis uero erit iudex † competẽs in hac
cauſa ſtupri? & quamuis aliqui uoluerint
illã eſſe mixti fori, & poſſe a quocunque
cognoſci,ego tamen exiſtimo huius cauſę
ſolum laicum eſſe iudicem competentẽ,
& ad ipſam ſolum huius criminis congni-
tionem ſpectare, ſi illi adulterium non an
nexẽtur, quo caſu ſi præuenerit eccleſiaſti
cus ipſe poterit punire, & cognoſcere ra-
tione adulterij quãtũ ad pænã ſpiritualẽ
tantũ,& laicus iudex procedet ratione ſtu
pri,& intereſſe puellæ ꝓ dote,prout tenet
Couer.in dicto titulo de ſtupro in fi.alias
inquit uſurparetur cognitio iudicis ſecu-
laris, ꝙ non eſt permittendum. Franciſc.
Marc.q.2.par.1.num.3.& 4.& ita ſemper
* obſeruauit Senatus noſter , & uidi pluries
dicatũ , & ſi eccleſiaſticus uellet hoc caſu
cognitionem laico ſpectantem uſurpare
eſſet laico apertum remedium per uiam
querelæ , ſeu recurſus prout in patria no-
ſtra practicatur.Et hoc ſi de ſtupro inter
laicos tractaretur.

## Forenſes,qui bona in loco ubi non habitant poſſident,ad quę o-nera teneantur.

*DECISIO CXLIX.*

1 *Forenſis an teneatur ad onera mixta, quæ
perſonis pro rebus imponuntur.*

2 *Forenſes de generali conſuetudine tenẽtur
ad collectas,& collectari poſſunt,licet ſit
contra ius.*

3 *Conſuetudo eſt probanda,nec creditur aſſe
renti doctori.*

4 *Regiſtratio obligat ad ſolutionem onerum*

5 *Forenſis non tenetur ad collectas,quæ im-
ponuntur pro rebus quarum utilitate ip
ſe nõ fruitur . & plura referuntur exem
pla,nu.6.7.uſque in finem.*

FORENSIS poſſidens bo
na in ciuitate,in qua non ha-
bitat, compellabatur ad om-
nia onera indiſtincte, quę
imponuntur perſonis pro re
1 bus dubitatum fuit an id iure licere. Du-
bium faciebat , quia licet de iure cõmuni
forẽſes ad collectas,ſeu onera perſonalia,
uel mixta non teneãtur,l.reſcriptio,§.fin.
D.de munerib.& honorib.l. libertus,§. ſo
la,D.ad municip.l.cũ neque, C. de incol.
lib.10.l.1.C.de mulierib.& in quo loco.li
bro 10 . ꝓ quę iura ita tenuerunt Calder.
conſil.6.titulo de cenſib.Natt.conſi.157.
nu.3.& 160.n 6.Bar.in dicta l.1.col.4.C.
de mul.in quo lo.Alex.conſi. 101. col.3.
lib.3.Pariſ.conſi.25.col.8.lib.1.Port.lib.5.
commun.concluſ.concluſ.3.lim.3.tamen
limitatur hæc regula, ut nõ habeat locum
ſtante in contrarium conſuetudine,prout
2 per totam † Italiam hæc uiget, ut forẽſes
teneãtur ad collectas , ut teſtantur multi
Doctores,inter quos Rub.conſi.9.nu.10.
Gabriel.de iur.immunitat.concluſ. ſecun-
da.Crauet.conſi.851.num.14.lib.5.Natt.
conſil.

conſil.215.nume.2.in fine, dicens de hac
conſuetudine non eſſe dubitãdum & plu
res alii quos allegat. Burſat.cõſilio 16. nu
me.13.libro.1.licet idẽ Burſat.dicat hanc
3 conſuetudinem†eſſe probandam, & non
eſſe ſtandum dicto doctorũ ex magis cõ
muni,num 34.& 37.& idem uelit Natta,
conſi.160.nume. 14.Quam conſuetudinẽ
in his terminis obſeruandam dicit Andr.
Guil.Germanus practicar. obſeruat.lib.2.
obſeruat.52.num.17.quem omnino uide
pro clariori intelligẽtia huius materiæ, &
de conſuetudine Delphinatus, & Lugdu-
nen.teſtatur.Guido Papæ,quæſt.87. nu.6.
vbi vide bonam diſtinctionem in hac ma
teria.& de generali conſuetudine Galliæ.
Apoſtillator ad Alex.conſil. 101. libro 3.
& in patria noſtra Ciſmontana ita fuit ab
antiquo obſeruatum,& eſt de hoc vbique
apud nos notoria conſuetudo, unde ſtãte
hac limitatione,& cõſuetudine obſeruata
erat iuſta petitio ciuitatis cõtra forẽſem.
Contra quem vlterius dicebatur , ꝙ ipſe
emerat ab oppidanis,qui ad talia onera te
nebãtur,ex quo & ipſe teneri deberet, cũ
res tranſeat cum onere ſuo,itẽ quod regi
ſtrauerat , & promiſerat ſoluere oĩa one-
4 ra,per quam regiſtrationem,† & promiſ-
ſionem cenſetur cum ciuib.loci quaſi con
tractũ.vt ad onera teneantur,vt in his ter
minis arguit Rub.dicto conſilio 9.num.7.
& 10.& in ſpecie dicebatur talẽ forenſem
teneri ad onera,quæ reſpiciunt generalẽ
conſeruationem loci,& munus,ut in refe
ctione,& fortificatione villæ ſcribit Guid.
Papæ,quæſt.7.& in ſtipendijs medicorũ
chirurgi ludimagiſtri, & aliorum officia-
lium,ac militum.Natt.conſi.183.numero
primo,& denique ad omnia onera neceſ
ſaria, ut per eundem Natt. dicto conſilio
215.per totum.

Ex aduerſo dicebat forenſis ſe nõ tene
ri ad omnia onera indiſtincte,q̃a præſup-
poſita pro uera generali conſuetudine col
lectandi forenſes,illa non habebit locum
5 in collectis,quę imponuntur † pro rebus,
quarum cõmodo ipſi alibi habitantes non
fruebantur,per regu.l.ſecundum naturã,
D.de regulis iuris , & quia quando onera
ſunt mixta, quę imponũtur perſonis pro
rebus,in quibus quãtitas impoſitionis re-
ſpicit rem de directo,& illius æſtimatio-
nem.ſed obligatio, & uinculum ſoluendi
reſpicit perſonas,tunc talia onera nõ poſ
ſunt imponi nõ ſubditis,etiam pro bonis
ibidẽ poſitis,ut in propoſito ſcribit Natt.
conſilio 160.numero 6.& ſequẽ.& ꝓpte
rea in ſpecie dicebat forenſis eſſe reſtrin-
gendum onus collectarum,vt non proce
6 deret†quo ad ſalaria Syndicorum per ea
quæ ſcribit Guido Papæ,quæſt.65. cũ im
ponatur perſonis Barto.in l.1. C. de muſ.
7 & in quo lo.libro.10 .Nec†pro reparatio-
ne eccleſiæ,aut campanarum,ut per Bar.
conſilio 126.libro 1.Nat.dicto conſ.215.
8 numero 7.in fin.Nec pro†cuſtodibus cau
ſa peſtis,Caſtr.conſilio 317.libr.2. Natta,
9 conſilio 158.numero 11.nec†pro concio
natore,& medicis,vt per eundem.Nat.di
cto conſilio 258 & conſilio 157.num. 4.
Burſat.dicto conſilio 16.per totum,& nu
me.31.vbi hæc vult teneri pro cuſtodia in
10 ipſo loco fienda tẽpore belli. Item ne†te
neretur ad refectione multorum, ad quã
alii omnes etiam im munes ab aliis oneri-
bus,& habitantes nulla præſcriptione ob-
ſtante tenẽtur,ut per Ioan.Gall.quæſt.40.
ubi teſtatur ita per Parlamentum regium
iudicatum quamuis in hoc ultimo cõtra
dicat Guido Papæ, dicta quæſt.7.& Natt.
dicto conſilio 215.in principio.Ratio eſt,
quia illud indicitur pro ſecuritate ciuium
habitantium,unde cum forenſis non habi
11 tet,ipſe nõ debet teneri.Item†non tene-
ri dicebat ad refectionem Pontiũ, Viarũ,
& fluminum,vel ad cuſtodias caſtri. And.
Gaii.practicarum obſeruatio.libro 2.dicta
obſeruat.52.numero 15.Natt.conſi.157.
& 158.Nec obſtãt rationes illæ in fauorẽ
ciuitatis allegatæ,quod fuerant empta bo
na ab oppidanis,& quod illa fuerant regi
ſtrata,quia ad primum reſpõdetur, quod
nõ eſt abſonum quod res effecta vno one
re per tranſitum ad alias manus deſinat eſ
ſe affecta,ut in eccleſia acquirẽte bona lai
corum.Ad ſecundũ reſpondetur,quod in
promiſſione de ſoluendo ſubintelligitur
clauſula ad quæ onera de iure tenentur,
ideo teneri tantum debent ad onera,quę
vniformiter reſpiciunt tam vtilitatem fo
renſium,quam ciuium non aliter,ut con-
cludit Rub. d.conſi.9.num.12.

Senatus in hac quæſtione omnibus ma
ture diſcuſſis,& cõſideratis in cauſa parti
* cularium.Volueriæ,& Plozaſchi me refe
rente cenſuit eſſe obſeruandã generalem
conſue-



conſuetudinem,ut ad omnia onera foren
ſes tenerenẽ.& pro illis collectari poſſent
exceptis tamẽ ſalariis medici,chirurgi,lu-
dimagiſtri,Syndicorum , cuſtodum tẽpo-
re,peſtis,& impenſis horologii, campana
rum, refectionis eccleſiæ, lampadis,& im
penſis faciendis cauſa militiæ popularis,
ueſpilionis, & ſimilibus aliis, quæ ratione
perſonarum tantum imponuntur, & con-
cernẽtibus ſeruitium perſonale, & locale,
de quibus per Parpal.in l.placet, C.de ſa-
croſan.eccleſ. confirmando ſentẽtiam de
legatorum, qui declarauerãt ad talia forẽ
ſes , nõ teneri. Anno 1575.die 11.Februa-
rii,& iterum in alia communitatis Sancti
Albani 1587.An autem forenſes teneanẽ
pro liberationis ſolutione Principi facta
dicam infra ſuo loco.

Filiafamilias uidua non poſſit
teſtari de dote,ita ut teſtamentũ
ab ea factum patre uiuente uiri-
bus ſubſiſtat.

*DECISIO CL.*

1 *Filiaſamilias uidua poteſt teſtari,ſed con
tra nu. 5.*
2 *Filiaſamil.nupta uidetur emancipata, &
ſui iuris , & dotem iure proprio habere
dicitur.*
3 *Teſtamentum filij famil.ualet in rebus,in
quibus pater non habet uſum fructũ,ſed
contra nu.11.*
4 *Filiaſam. poteſt teſtari in fauorem patris,
& nu.8.ſed contra nu.9.*
6 *Filia uidua recindit in patris poteſtatem,
ideo Statutum diſponens, quod maritata
ſit ſui iuris hoc caſu non procederit.*
7 *Filiaſamil.maritatam non exit patris pote
ſtatem.*
10 *Filiaſam. non teſtatur etiam patre conſen-
tiente,& quæ ſit ratio.*
12 *Teſtamentum filij famil.non ſuſtinetur per
clauſulam codicillarem,nec etiam in uim
donationis cauſa mortis.*
13 *Teſtamentum filij non ualet etiam ad pias
cauſas.*
14 *Filius fam.an poſſit donare cauſa mortis,&
nu.15.& 16.*
17 *Filiaſamil.de dote inter uiuos diſponere po
terit ſine conſenſu patris.*

FILIASFAMILIAS uidua
teſtata eſt .Inſtituti in dote
ſua libros, & patri abſenti
uſumfructum reliquie Dice
batur ualere teſtamentũ per
1 multas rationes.†quas poſui cõſilio meo
7. ubi late examinaui. Itẽ quia licet id in
filiofamil.ſit expeditum. ut teſtari nõ poſ
ſit per iura uulgata, atque indubitati iuris
hoc eſſe dicant Imperatores Dioclet. &
Maxim.in l.ſenium, C. qui teſtam.facere
poſ.tamen.id uidet̃ ceſſare in muliere nu
2 pta,tum quia uidetur†emancipata cum è
manu patris in manum uiri conueniat, &
illius Imperio ſubiiciatur, ut Paulus Apo-
ſtolus ait,atque inde materfamilias effici
tur,ſicque ſicut lege 12. tabulariũ patrifa-
milias libera rerum ſuarum adminiſtratio
conceditur,eadem matrifam. conceſſa cẽ
ſetur,tum etiam , qui dotem filia a patre
iure proprio conſequitur, & propriũ filiæ
patrimoniũ appellatur.ideoque omnino
a patris ſubſtantia eſt ſeparata, ac ab illius
uſufructu pater priuatur , unde poteri te
ſtari non ſecus , q̃ ſi de illis bonis quibus
pater uſufructu priuatur teſtata eſſet, q̃a
3 illo caſu†ſecundũ aliquorum opinionem
ualet teſtamentum , per tex.in l ſi §.ipsũ
autem uerſi.filiis autem fami.C. de bonis
quæ liberis,& in auth. ut liceat matri, &
auiæ in principio & pro hac opinione ad
ducitur doctrina Barto. in auth. de hære.
ab inteſt.ubi idẽ indicat de dote,quod de
caſtr.peculio, & in ſpecie allegatur. Caſt.
in l.qui in poteſtate,de teſtamen. & in di-
cta l.ſenium,C.qui teſtamẽ. facere poſ.li-
cet re uera Caſt. uideat̃ utrobique magis
tranſire cum opinione Bal. qui contrariũ
tenuit,Goffred.in dicta l. qui in poteſtate
in fine,Soci.conſilio 110.col.2.Dec. in di
cta l.ſenium,num 13.Barbat. in rubri. de
teſtamen.ubi nu.24.25. & 26. examinat,
citat iura,& ratione,& ita dicit ſe bis con
ſuluiſſe , & in facti contingentia mecũ ita
cõſulebat Reue.D.Epiſcopus Petiæ Hõ-
nori Auguſtinus Molignatus. Quam ſen-
tentiam magis dicebam in caſu noſtro ue
ram eſſe,quia hęc filia quo ad uſumfructũ
4 †erat in fauorem patris teſtata, unde non
deberent in illius odiũ retorqueri , ut in ſi
mili dicit Pariſie. ad Dec.in conſi.245. &
Tiraquel.de legib.connubial.gl.8. nume
ro 126. & cum hac opinione in iſto caſu
tranſiuit

* tranſiuit Senatus me referente in cauſa
Sancti Martini, & Pagani 1575.
Verum petita reuiſione, & re multũ di
ſcuſſa in pleno Senatu, & diſputata inter
nos Senatores, fuit reuocata in dubiũ iſta
5 ſententia† ex eo, quod communis eſſet in
contrarium, quod ſcilicet filia teſtari non
poſſet, quam tenuerunt Bal. Salic. & Ang.
in dicta l. ſenium, Bartol. conſilio 130. nu
me. 2. uerſic. & per hoc ſi filia, lib. 1. Brun.
de ſtatu. exclud. fœm. articu. 11. quæſti. 8.
Alexand. conſilio 17. libro 2. Iaſ. in dicta l.
ſenium, & in l. poſt dotem, num. 9. ſoluto
matrimonio, Franciſ. in rubrica de teſta.
quæſt. 18. Clar. in §. teſtamentũ, q. 18. uer
ſiculo ſecundo adde, Bauer. inſti. de teſta.
§. 1. in principio. Mich. Graſſ. communiũ
opinionum, §. teſtamentum, quæſt. 23. nu
me. 3. dicens communem, Cæph. conſilio
256. num. 10. libro 2. Grammat. conſ. ciu.
87. numero 4. & ſeque. Franciſ. de eccleſ.
inter conſi. feud. uarior. conſi. 11. nume. 2.
& de communi teſtatur Ioan. Dilect. Du
rans de art. teſtan. tit. de teſtam. in 1. tit. in
principio, Rolan. conſilio 68. numero 3. li
bro 4. Franciſ. Bec. conſilio 76. nu. 1. & 2.
& præſertim hæc communis opinio debe
6 bat ꝓcedere in caſu noſtro ubi filia† erat
uidua, & ſic recinderat in patris poteſta-
tẽ, dato quod dici potuiſſet, illam per ma
trimonium eſſe liberatã, ut pulchre oſten
dit Grãmat. deciſio 54. unde non ualeret
ſtatutũ hoc caſu diſponẽs, quod filia poſt
quam eſt maritata ſit ſui iuris, & poſſit te
ſtari, quia illud procederet durante matri
monio, nam ſi efficeretur uidua eum rein
cidat in patris poteſtatem nõ poſſet teſta
ri, ut per Rola. in terminis, dicto conſ. 68.
nu. 12. & pro hac parte faciebat quia aut
hæc dos eſt peculium perfectitium, quod
magis uidetur per l. dos a patre, C. ſoluto
matrimonio ubi doct. aut eſt aduentitiũ,
& tale, quod illo pater uſufructu priuatur
ſed neutro caſu poteſt ſubſiſtere teſtamẽ
tum, nam de primo iura ſunt aperta de ſe
cundo licet Doctores ſint cõtrarij, tamen
magis cõmunis opinio eſt, ut nec eo caſu
filiusfamil. teſtari poſſit, ut dicam infra. Fa
ciunt, q̃ notat Vigul. in principio tituli in
ſtit. de teſtame. nume. 5. & nulla a iuris au
thoribus in prohibitione teſtamẽ. ĩ factio
nis habita ratio fuit, an filiafamil. eſſet nu
pta, uel nõ, dum utriuſque ſexus homines

prohibitionem hanc comprehẽdere dixẽ
runt, l. penultima, C. qui teſta. facere poſ.
7 Neque enim per †matrimoniũ filia pa-
tris poteſtatem egreditur, uel emancipata
dici poteſt, l. ſi. uxorem, C. de cond. inſert.
Purpur. conſilio 396. numero 24. libr. pri
mo, ꝙ & lex Iulia de adulteriis nobis in
dicat, quæ patri filiæ adulteræ coerctionẽ
permittit, quam uiro prohibet, id eo non
poterit teſtamentũ ualere quia factũ a fi
liofam. & quamuis ego ad iura, & authori
tates uno uerbo dicerem poſſe reſpõderi
quod non loquebantur in caſu noſtro, nẽ
8 pe quando† teſtatur in fauorẽ patris, quo
caſu uidetur ualere teſtamẽtum per tex.
meo iudicio clarum in l. fin. in principio,
D. ut legator. non. cau. Nihilominus ma
ior pars dominorũ dixit, hãc poſteriorem
ſentẽtiam eſſe ſequendã & reuocata prio
* ri ſentẽtiam fuit dictũ teſtamentum uti a
filiafam. factum non ſubſiſtere, anno 1576
Menſe Nouembris, & ulterius fuit condẽ
natus pater ad reſiduum dotis promiſſæ
quoniam extabant filij, ſequendo opinio
nem, & conſuetudinem Martini; quod ad
filios dos pertineret, de qua dicã infra de
ciſione 190. Et ad tex. in dicta. l. fi. reſpon
9 debatur † poſt Accurſ. ibi, (licet diuinati-
ue) quod illa mulier erat emancipata, vel
eramus in caſu quo teſtari poterat, alias
enim non potuiſſet teſtari, ut dicit Socin.
conſilio 9. columna 1. lib. primo; quod &
authoritate Ciceron. in Topic. defendi po
teſt, qui dixit mulierem nõ emancipatã;
ſeu capite non diminutam teſtamẽtum
facere non poſſe, quod & repetit idem Ci
cer. lib. 7. epiſt. famil. epiſt. 22.
Ampliatur primo hæc ſentẽntia, ut pro
10 cedat etiamſi teſtamenti tempore† pater
præſens fuiſſet, & cõſenſiſſet, per tex. in l.
6. & 16. D. de. teſtamẽ. & in l. penultima,
C. qui teſtamen. facere poſſ. & in filiafam.
hoc comuniter teneri refert, & ſequit
Rube. conſilio 93. numero 3. cuius ſic con
ſtituti iuris rationis multę tradũtur, nam
Vlpianus in ſuis inſtit. titulo de teſtamẽ.
illam reddit rationem, quia filius familias
nihil habeat ꝓprij d quo teſtari poſſit. Im
perator uero in l. fi. §. ipſum autem, C. de
bonis quæ liberis, aliam adfert rationem,
nempe, quia iuueniles calores ſunt cohi-
* bendi. Aliam communiter adferunt ratio
nem. doctor. ut per Iaſ. in dicta l. ſenium,
num. 9.



numero. 9. quia teſtamentum non debet
ex alieno arbitrio pendere, quæ tamen
licet probabiliter ſatis adinuentæ fuerint,
multas tamẽ patiuntur difficultates, quæ
ex ampliationibus ſubſequentibus colligi
poſſunt, & de quibus Doctores ſuis locis.
Ideo mihi videtur in hac ſubtili perquiſi-
tione Accur. in d. l. Senium, quem ibi pro-
bat Bart. & Azo. in ſumma tit. C. qui teſt.
fac. poſ. rem attigiſſe, dũ volunt hoc ideo
ſtatutum, quia teſtamentum iuris publici
eſt. & quæ iuris publici ſunt priuatorum
conſenſu ſubuerti non poſſunt l. iuriſgen-
tium. §. fi. & l. ius publicum. D. de pact.
quam ratione probat, & exornat Franci.
Duaren. ad titulum qui teſtam. face. poſ-
ſunt cap. ſecundo.
Ampliatur ſecundo vt procedat etiam
in aduentitijs, in quibus patri non quæri-
11 tur vſusfructus, nam quamuis† aliqui vo
luerint hoc caſu valere teſtamentũ, in cõ-
trariũ tñ eſt magis cõis opin. de qua poſt
multos teſtatur Clar. in dicto. §. teſtamen
tum quæſt. 18. Viu. commu. opi. lib. 1. in
verbo filiusfamilias num. 1. Mich. Graſ. in
dicta quæſt. 23. num. 2. Vurmſer practi-
car. obſeruat forenſ. lib. 1. tit. de teſtamen.
cap. 17. pro qua opinione eſt tex. ineuita-
bilia in dicta l penult. C. qui teſtamen. fa-
cere poſſ. & ad auth. vt liceat matri, & a-
uiæ quæ contrarium ſuadere poterat, re-
ſpondent ſubtiliter Duaren. & Vigi. in ſu
pra allegatis locis & plene de hoc per
Rub. conſ. 46. & cum hac communiter re
* cepta ampliatione tranſibat Senatus in
ſupradicta cauſa Pagani.
Ampliatur tertio vt nec etiã tale teſta
12 mentum valeat ex vi † clauſulæ codicil-
laris in teſtamento poſitæ, nec in uim do
nationis cauſa mortis ſi de illa in teſtamẽ
to mentio facta fuerit Spec. Ang. Soc. Di-
da. quos ſuis locis refert & ſequitur Graſſ.
in §. donatio. cauſa mortis. q. 3. num. 35.
& 5. Ioan Fab. in dicta. l. Senium. in fi. Ale
xãd. dicto conſilio. 17. Bec. dicto conſil.
76. & ita vidi teneri per antiquum Do-
ctorem Albertũ Galeotti in Margarita ſua
cap. 32. nu. 31. & ſeq. Quod intelligo niſi
in teſtamento dictum fuiſſet, quod uale-
ret in uim donationis cauſa mortis, & pa
ter fuerit præſens ac conſenſum præſtite-
rit, ut per Bec. & alios ĩn ſupra citatis lo-
cis. Rub. dicto conſi. 46. Roland conſi. 68.

num. 9. lib. 4. licet contradicat Galeo. in
loco ſupracitato Ratio huius ampliatio-
nis eſt, quia ſicut non poterat teſtari ita
non poterat codicillari ut tradunt omnes
Doct. in dicta l. Senium quãuis Clar. poſt
Socy. contradicat in §. donatio, quæſt. 6.
cuius opinionem æquiorem dicit Graſ. &
cum hac pariter ampliatione tranſibat
maior pars Dominorum.
Amplia quarto, vt nec etiam ualeat ad
13 pias cauſas tale † teſtamentum de bonis
etiam aduentitijs. glo. & Doctores. in di-
cta auth. ut hic matr & auiæ. in principio.
& in l. qui in poteſtate D. de teſtam. quã
opinionem Vurmſer. dicto libro primo.
obſer. tit. de teſtamen. capit. 17. commu-
nem dicit, & pro illa text. eſt expreſſus &
ad litteram in capit. licet. in fin. de ſepult.
libro ſexto. Decretale quem male pro cõ
traria aliqui allegant, & ex eo videmus er
raſſe Clar. in dicto. §. teſtamẽtum. quæſt.
quinta. verſic. ſed nunquid Bart. Soc. re-
gu. 196. in verbo. filiusfam. fallent. 1. (qui
tamen dicit utranque opinionem eſſe ſu-
ſtentabilem.) & alios per illos allegatos,
qui magis fauorem piæ cauſæ quam ip-
ſam rei veritatem, & iuris rationem con-
ſiderantes contrarium (& quidem magis
communiter) ſcripſerunt, & nouiſſime
Magdale. in tract. de nu. teſta. in teſtam.
requiſ. cap. 4. numero 51. par. ſecunda, ſed
credo illos non legiſſe uerba illius, c. licet.
quæ tam a veritate alienum intellectum
non patiuntur.
Amplia quinto extra teſtamentum, ꝙ
14 nec etiam donatio cauſa † mortis ſubſi-
ſtat nullo accedente patris conſenſu, quã-
uis in ſui fauorem illa facta fuerit, & qñ
tertius cui ſit eſt abſens, vt per Soc. conſi.
112. num. 5. lib. 1. & poſt eum Clar. in d.
§. donatio, quæſt. 6. verſic. ſed quæro, nec
pater poſſet in hoc authorari, vt dicit Fa-
ber, in dicta l. Senium. pulchre Gabriell.
conſilio 167. per totum. & hoc procedit
etiam in aduentitijs, in quibus patri non
quæritur vſusfructus, quia illorum ſine
conſenſu non ſubſiſteret donatio. vt per
Rub. conſilio 46. numero quinto uerſi-
15 culo ſtante ergo præmiſſa. de cuius † ta-
men dicto ego dubito, & vide commu-
nem eſſe contra eũ, pro qua ſtat. tex. in d.
auth. vt lic. matri. & aui. in princ. & in d. l.
penult. C. qui teſtam. face. poſſunt, vt per
Rom.

Rom.conſi.512.in i.q.& in materia donationis a filiofam.factæ vide pulchrum cõſilium Iacobi Philippi Mompelien. conſi. z per totum.

Hanc ampliationem limita propterea
16 vt non procedat † quo ad donationem in aduentijs in quibus patri non quæritur vſuſfructus per ſupradicta, quibus addo in terminis Crau.qui de filiafam. donante loquitur conſil. 543. lib. 3. per totum, vbi voluit quod ſi filiæ pro ſua legitima portione & pleno iure data eſſet a patre dos, ipſa de illa diſponere poſſit inter uiuos,uel cauſa mortis,quod & firmat conſil.555.libro 4,per totum.licet Purpurat. in conſil. 396. num.31.& ſequen. videatur tenere contrarium.

17 Limita† ſecundo in donatione inter uiuos, quia tunc filia donare poſſet ſi propria ſit dos, ut late per eundem Crauet. conſil. 92. ſicut filiusſam. de aduentitijs poſſet ſine difficultate diſponere, ſicuti etiam non obſtàn.dotis conſtitutione marito facta ſi ſui iuris eſt poteſt alijs inter viuos donare,reſeruato tamen vſufructu ne fiat in eo marito præiudicium, prout cenſuit Senat. in quadam Ripolen. 1560. & hoc præſertim ſi donatio eſſet facta pio loco, & pro anima & mulier liberos non haberet,& hæc omnia nota, quoniã pulchra ſunt & quotidiana;ideo menti tenenda.l.legaui.ff.de libera.lega.

## Authent.res quæ. C. communia de fideicommiſſ.an procedat quando mulier ſciebat eſſe fideicommiſſum.

### DECISIO CLI.

1 *Auth.res quæ.C.commu.de leg & fid.declaratur, ut procedat tantum in muliere ignorante fideicommiſſum.*

2 *In alienatione fideicommiſſi an vtriuſque ignorantia requiratur.*

3 *Dotis reſtitutio in fideicõmiſſis eſt ſine fraude facienda.*

4 *Authent.res quæ procedit etiamſi mulier ſciret fideicommiſſum tempore dotis datæ.*

5 *Tex.in auth.de reſtit.& ea qua par.in principio declaratur.*

AVTH. res quæ. C. cõmunia de leg. & fideicom. declaratur ſecũdum aliquos, vt procedat ſolum eo caſu quando
1 † mulier ignorabat fideicõmiſſum,ita vt ſi ſcientiam haberet fideicõmiſſi tẽpore quo matrimonium contrahit, uel dotẽ dat non poſsit poſtea petere dotem ſuper boni fideicõmiſſo ſubiectis.per tex.in auth.de reſt.& ea quæ parit.in princ. ibi.

### Per deceptionem, & ibi, ſe ignoranter reſtitutionem.

Iuncto. §.quamobrẽ ead. authẽ. & ita tenuit Crauet.2. reſpõ. pro genero a nu. 59. vſque ad 64. Menoch.de arbitra.iud. lib.2.c.182.num.70 Crot. in l.filiusſam. §.Diui de lega.1.nu.168.& 170. Cur.iun. in dicta auth.res quæ, nu.11. Socin.conſil.23.col.1.lib.3. Menoch. conſilio. 33. nu.28. Pro qua opinione quæ proculdubio communis eſt ego conſiderabã multa aduci poſſe. Et primo facere poterat id quod in terminis iſtius auth.dicit Cæpha.conſi.344.nu.20.lib.3. quod reſtitutio dotis ſine fraude facienda eſt,ſed quãta fraus hac reſtitutione inſpecta oriretur, & induceretur ad ſubuerſionẽ fideicommiſsi?Nam ſi bona hæc in illius fideicommiſſarij manus incidiſſent,qui poſteritati ſuæ parum cõſulendo, uel de uolũtate teſtatoris,qui illũ honorauit, parum aut nihil curando, dilapidare & alienare bona cupit. facillime hac licentia frætus bona dotem capere caperet, illamque ad debitum conſummaret,& quod per directũ fieri non poſſet per indirectum faceret, iuſque fideicommiſsi ſubuerteret, & eſſet hæc magna cautela ad ſubuertendũ prudentis teſtatoris iudicium,& totius fideicõmiſsi cõſtitutionẽ annulandã, quas circonuentiones Iuſtinianus ipſe in hac licentia cõcedẽda prohibuit in dicta auth. de reſtit. §. quamobrem in fi. & hoc admiſſo vltima defunctorum elogia ſuum finem non ſortirentur,& aliena ſpes falleretur contra quam eidem Iuſtiniano viſum fuerit in l.fi.in fi.C.commu.de leg.

Secundo dici poteſt nõ ab re cõſtituẽdam eſſe hanc differentiã inter ſcientem & ignorantẽ mulierem,& propterea optime ad hanc ignorantiam Iuſtinianum in dicta auth.de reſtitu.in principio rationẽ
2 habuiſſe, quia & in alienatione † quæ de fideicommiſſo fit eadem differentia habita fuit a iuris authoribus, dum eo ſolũ in caſu talem fideicommiſſariæ rei alienationem ſubſiſtere dixerunt, tex.eſt in l. fi.§.fin.D.de leg.2.ibid.

### Propter iuſtam ignorãtiam tã mulieris quam emptoris,&c.

Per quem text.omnia iura dicentia nõ poſſe alienari res ſubiectas fideicõmiſſo, & in materia alienationis prohibitæ loquentia declarantur, ut poſt Dyn. tradit Albe.in dicta auth.res quę.nu.1.Bal.in c. quoniam frequenter,§.in alijs nu.7.ut lite non conteſt.Iaſ.in dicta auth.res quæ. nu.2.Curt.nu.52.Bart.in 1.oppoſi.ibi.late Neuizan.conſi.32. nu.10. Nec obſtat ſi ad illum tex.diceretur, quod eſt intelligendus de ignorantia uel de ſcientia tantum alienantis. quia contrarius eſt uerius per verba tex.ibi, dum de alienante, & emente loquitur, & hanc eſſe ueram & communem ſententiam dicit poſt Alex. Claud.Iaſ.Corn. Opizo. Meneſius de Padilla Hiſpanus in repetit.d auth.res quæ. nu.6.quem ibidem uide nu. 118. circa finem.D.Ozaſc.plene deciſ. 73. dicens ita iudicatum, & ad hãc eandem ſcientiam, & ignorantiam idem Iuſtinianus reſpexit in dicta l.fin.in fine.poſt auth. res quæ.C. communia de legatis. quem text. & pro hanc parte ponderabis.

Nec contra ſuprapoſitas conſiderationes pugnabit fauor publicus dotis,aut cõceſſa et inter ſcientes ex antenuptialis donationis cauſa fideicõmiſſi obligatio. Nã quantum attinet ad fauorem dotis, illud poteſt habere locũ in muliere ignorante fideicõmiſſum, quæ bona fide nihil ulterius ex cogitãs, & quaſi decepta, ſe ſuaq; marito tradit,ſecus vero in ſciente, quæ ſibi prouidere potuit ante dotis traditionem ut illa uel penes idoneum mercatorem aut cãpſorũ reponeretur, qui de fructibus marito reſponderetur, uel prædia cõpararentur,ne in hãc diſputationem in omnem caſum reſtitutionis dotis incideret,& propterea ſcientibus,& in tota culpa, & quaſi in dolo cõſtitutis iura nõ ſubueniũt,l.auxilium,ff.de minori. Quo uero ad donationẽ propter nuptias, ſuper qua maximũ aliqui contrariũ tenentes fundamentũ conſtituunt, dici poteſt nõ eſſe bonã cõſequentiã, quæ inde fit, nec ualere hoc caſu argumentum a donatione antenuptiali ad dotẽ, licet alias æqualitas inter hæc ſtatuatur,toto tit.auth.de æqual. dot.& donat.propt.nupt.Ratio differẽtiæ in hoc caſu illa eſſe poteſt, quia donatio propt. nupt. de talibus bonis permittitur ad matrimoniũ facilitãdũ, quia forte ſine ipſa mulier non contraheret,quod in dote ceſſat,quæ cum nondũ ſit in mariti manu, poteſt in tuto collocari tanquam res omnino a fideicommiſſo ſeparata, & ad omnem reſtitutionis euentum conſeruari,& hæc ſunt quæ pro hac parte,& communi hac opinione facere videbantur.

Ab hac tamen cõmuni ſentẽtia uia doctiſſimus Didac.uariar. reſolut. lib.3 c.6. col.pen.ſub num.10. verſic. & quamuis. receſſit, qui & illius auth.diſpoſitionem, quam magis communiter noſtri, & ad dotis reſtitutionẽ extendunt, in illo caſu uoluit procedere, quando mulier ineſſe fideicommiſſum aperte ſciebat, ſequutus in hoc ſententiam Ripæ in l.filiusfamil.§. Diui.num.77.de leg.1. qui iura, & rationes ac authoritates adducit,quas non refero, quorum opinionem tanquã æquiorem ac publicum fauorem reſpicientem, & propterea in iudicando ueriorẽ ſequutus fuit Senatus in cauſa Do.Lucretiæ Titionæ contra Dominos Rotarios de Podiuarino 1579.15.Iulij,preſupponẽdo,ꝙ quamuis ſcire potuiſſet illa mulier bona eſſe fideicommiſſo ſubiecta,tamen nupſerat ſciens, quod ius ciuile tali mulieri pro dotibus ſuccurrebat ob bonum publicũ, quod priuatio unius familiæ præferri debet,vt dicit tex.in dicta auth.res,quæ. & in corpore unde ſumitur: nam alias uxorem ducere non potuiſſet.

Ad tex.in dicta auth.de reſtitu.in principio ubi de ignorantia mulieris Iuſtinianus rationẽ habet, reſpondebatur, quod ibi ita erat caſus. Et lex fuit generalis ſubſequuta fundata nõ in ignorantia,quę potuit eſſe una ex cauſis impulſiuis nõ finalis dictæ cõſtitutionis, ſed in fauore publico,& tãto magis iuit. Senatus in hanc ſentẽtiam, quia fideicõmiſsum illud de quo diſceptabatur nõ erat clarũ,ſed ualde ambiguum, ſed ſi clarũ fuiſſet fideicommiſſum

ſum,& omnibus notorium , & appareret
manifeſte uxorem de eo certam notitiā
habuiſſe , Senatus a communi opinione
non receſſiſſet.

## Prohibita extractione granorū ab aliquo loco,ut conſeruetur vbertas,an poſſint exteri extrahere fructus bonorū propriorū.

### *DECISIO CLII.*

1 *Edictum de non extrahendo granum extra patriam , an extendatur ab extero ibi bona poſſidentes.*

PROPHIBITA extractio-
ne granorum a præſenti
patria Pedemontana per
edictum Sereniſſimi Du
cis noſtri , vt conſeruetur
1 vbertas in ſuo ſtatu, an poſſint † exteri bo
na ibi poſsidentes non obſtante hac pro-
hibitione extrahere fructus bonorū pro-
priorum , qui fuerunt percepti in patria,
in qua facta fuerat inhibitio. Hāc quæſtio
nem tangit Cyn.in l.fi.in fi.C.quæ ſit lō-
ga conſuet.quam ſimpliciter infert Guid.
Papæ,q.373. & ibi apoſtillator, qui ſequi
videtur opinionem Cyni tenentis, quod
poſsint iſti forēſes extrahere , & ſecundū
hāc opinionem cenſuit Conſilium ſtatus
* Sereniſsimi Ducis noſtri in uoto ipſo Du
ci dato ſuper precibus quorūdā de prato
gelato,qui poſsidebāt bona in territorio
Ducis,die 27.Nouemb.1579.Ego tamen
eram in contraria ſententia ex eo , quia
hoc edictū factum fuerat propter magnā
penuriam,quæ erat in patria Pedemonta
na, ideo non erat auferendus panis filio-
rū, vt paſcerentur exteri. Inſpicitur enim
locus vbi ſunt victualia , & vbi orta ſunt,
non aūt quis ſit eorū dominus, & ideo tē
perandam eam opinionē Cyni exiſtima-
bam & ita conſulebā Principi, ut iſtis poſ
ſeſſorib. ad eorum domuum neceſsitatē
licentiam extrahendi grana concederet,
quod uero ſupra eorū vſum ſupererat id
ſubditis Sereniſſimi Dñi noſtri vendere
cogerentur iuxta illud Euangelicum , ꝙ
ſupereſt date eleemoſinam. Sed prior ſen
tentia æquior viſa fuit conſilia , vt omnia
iſtis forenſibus liberaliter cōcederentur.
Mediolani uero ubi eſt perpetua talis pro
hibitio contrarium diſponi uidetur, dum
conceditur licentia extrahendi ſolum do
minis de uno loco ad alium eiuſdem Do
minij,vt in libro 1.conſtitu. Mediol.ti.de
præfect.annon. §.liceat tamen cuicūque,
& §.liceat etiam in eo diſtrictu .

## Debitor pecuniæ an poſſit inuito creditore in alia re ſoluere, examinatur tex. in auth. hoc niſi debitor.C.de ſolut.

### *DECISIO CLIII.*

1 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.*
2 *Calicutanorum executio contra debitores.*
3 *Debitor de iure nouo Auth. offerendo bona liberatur ab obligatione, & non poteſt perſonaliter.*
4 *Auth. hoc niſi debitor non procedit ſtantib. decretis. & decretum Sabaud. ſub titulo.* Come ſi habbi 'da procedere all'eſſecutione,&c. *declaratur, & nu.6.7. & 8.*
5 *Frater an teneatur in plus quam facere poſſit.*
8 *Mulier pro ciuili debito non poteſt carcerari.*
9 *Auth.hoc niſi debitor, quādo habeat locum in debito eccleſiæ. & nu.10.*
11 *Auth.hoc niſi debitor. non procedit quando debitor poteſt in pecunia ſoluere.*
12 *Auth hoc niſi debitor , vt habeat locum requiruntur illa ſubſtantialia, de quibus per Rom. in conſi. 163.*
13 *Auth.hoc niſi debitor . An procedat ſtante renuntiatione.*
14 *Auth.hoc niſi debitor, non habet locū quando debitor promiſit ſoluere in pecunia cū iuramento .*

DEBITOR pecuniæ nō po-
teſt inuito creditore aliud,
quam pecuniam ſoluere.l.
eum a quo.C.de ſolu.neq;
1 enim † aliud ꝓ alio inuito
creditore ſolui poteſt ,vt ex tex.ad literā,
qui ad hoc cōtinue allegatur in l.2.§.mu
tui datio.vbi Iaſ.in primo notab.& Ripa,
ac alij.D.ſi cer.pet. & hoc quidem iure ue
teri



teri obſeruabaſ, cuius quidē ſi antiquiſſi-
mam obſeruantiam,& inſtitutum cōſide-
rabimus,reperiemus illud contra obæra-
tum debitorē acerbiſſimū fuiſſe , ut mul-
tis recenſet uir multæ lectionis,& maturæ
doctrinæ Couarru. uar. reſol.lib.2.cap. 1.
& Gaſpar.Beat.in ſuo elegāti tract.de ino-
pe deb.creditor.addicen.ca.1. Aſinius in
tracta.de execut.§.2.cap 2.& aliquot ſeq.
ubi inter cætera tractant de antiqua illa
conſuetudine ex l.12.tabularū petita, qua
debitores tradebanſ creditoribus dilaniā
di,de qua etiam poſt Gell. meminit Me-
noch.de arbitr.iud.lib.2.caſu.183.in prin.
à qua parū differt ea lex , quæ uiget apud
2 Calicutanos , † quæ eſt , ꝙ creditor facta
fide apud Principem ſacerdotum de ſuo
credito accipit ab eo frondem quandā ui
ridem , & ex uocato debitore circulum
facit ī terra,a quo circulo incluſus debitor
exire non audet, datur enim tunc ſtatim
dilaniandus non ſolū creditoribus , ſed &
aliis quibuſcunque tāquam republicæ ho
ſtis,ſed aut ſoluit aut illic famæ perit ab
oībus exoſus, ut refert Ludouicus Patri-
tius Romanus in itinerario rerū Indiæ. li
bro 1. cap.9. Hiſpani uero ex antiquis il-
lorum legibus id obſeruāt, & iudicio meo
ſatis cōuenienter , ut debitor inops detur
ad ſeruiendum creditori, cui operas præ-
ſtare tenetur,donec plene illi per taxatio
nē operarum ſatisfactum fuerit , ut teſta-
tur Didac.in dicto capitu.1.& Beat.in ſu
pracitato loco. Et eandem legem in Saxo
nia extare refert.Matth.Coler.in tract.de
proceſſib.executiu.part. 1. cap.3.nu.148.
quod & l.diuina per ſeptenium cautum
erat quam obſeruandum dicitur doctiſſi-
mus Bodin.libro 1.ſuæ Reipubl.cap.5.cir.
finem. & hæc quidam de iure antiquo,uel
de conſuetudine obſeruatur , Hodie uero
attento iure nouiſſimo authenticorum ꝑ
quod iuris ueteris acerbitatem delere uo-
3 luit Iuſtinianus, illud obſeruatur,† ut ſi pe
cuniam,aut aurum, uel argentum non ha-
beat creditor,uel pretioſa mobilia, offerē
do bona ſtabilia meliora ad electionem
creditoris a debito liberetur,auth.hoc niſi
debitor.C.de ſolut.§. quod autē. authen.
de fideiuſſ.& propterea hac oblatione fa
cta nō poterit creditor bona reſpuere , &
petere,ut debitor ꝓ debito detineatur, &
hanc generalem eſſe practicam , & obſer-
uantiā dicit Papien.in for.libe ll.reſponſ.
in act.hypotecar.§. exceptionem ſolutio
nis nume.3. in fi. & hoc iure nos utimur,
* & ita ſēper obſeruauit Senatus. Sic enim
& lex Cæſarea ſēper abhorruit , ut pro de
bito ciuili liber homo detineretur ad cor-
pus,ut refert Didac.dicto capitu. 1.col. 3.
quamuis cōtrarium dicat Cuch.in tracta.
demorator.præſcript.numer.20.per tex.
in l.fi.C.q bon.cedere poſſ. Menoch.dicto
caſu 183.numero 4.ubi late,& hoc magis
cōmuniter extenditur ut procedat etiāſi
promiſſa fuiſſet ſolutio in pecunia nume-
rata,& non aliter.
Hoc autem ius nouū recipit plures re-
ſtrictiones,& primo,ut non procedat † ex 4
forma decretorū huius patriæ,ex quo eſt
in electione creditoris, uel bona accipere
cum extimatione tertii minoris in fauo-
rem creditoris, ut in libro 3.nouorum de
cretorum ſub.Rub. *Come ſi habbia de proceder, &c.* uel ad perſonalem detentionem
debitoris deuenire , quinimo utranque ſi
mul executionem intentare poteſt, ut ibi
dicitur in uerſiculo , *& ſarà in facultà* , &
dicit Didac.dicto capit.1.hoc in Hiſpania
obſeruari, quando quis eſt debitor pecu-
niæ regiæ . Quod tamen decretum ſubli
mitatur in diuerſis caſibus. Primus eſt,
quando agitur aduerſus eum, qui non po
teſt conueniri niſi inquantum facere po-
teſt,ut in marito.§. itē ſi de dote inſt. de
act.l.maritum. D.de re iud.Beat. in dicto
tracta.de inop.debito.capit.3.per totum,
& ſimillibus.tunc enim nec requiritur ceſ
ſio bonorum,nec capitur perſona, nec de
trahitur tertia iuxta formam decreti.ſed
loco tertiæ fit lata quædam bonorū exti
matio,& capitur tantummodo ſexta loco
* tertiæ , & ita ſæpius iudicauit Senatus no-
ſter,quodam & in fratre locum habere de
5 beat † dubitari poſſet, cū ille cōueniatur
in plus quam facere poſſit , ut glo. in l.
uerum D.pro ſoc.& ibi Bart.& alii, & te
neat Beat.in dicta tracta.de inop. deb. ca
pitulo 17. numero 84. ubi uoluit etiam
ad inſtantiam fratris incarcerari poſſe.
Contrarium tamen uerius eſt per ea, quæ
dixi late ſupra deciſio.119. & ideo etiam
ille non obſtante diſpoſitione decreti po-
terit in bonis ſoluere facta æſtimatione
ad decimam,uel ſextam , ut ſupra in , aliis
dixi , & cum hac opinione in cauſa fra

rerum tranſiuit Senatus in quidam cauſa
* D.de Votignaſco, qa ſorore cōueniebatur ad ſolutionem dotis promiſſæ,& attē
ta oblatione bonorum per ipſum facta di-
ctum fuit debere ſororem accipere in ſolu
tum bona meliora ſtabilia ad ſuam electio
nem cum utilitate decimæ.1588.die.16.
Menſe Iulii,quæ ſententia fuit in reuiſione
cōfirmata.1589.26.Ianuarii.quamuis ego
dicerē in prædicta cauſa non eſſe facien-
dam æſtimationem cum utilitate decimę
ſed ſextæ per ea,quæ paulo infra dicam,
imo & tertię attendo,quod eramus in do
te,quæ utitur fauore publico quod priua-
to pręferri debet authe.res quę.in fi.C.cō
mun.de lega.quo in caſu nec etiam proce
dere auth.hoc niſi debitor.uoluit Cęphal.
conſilio 195.numer.1.libro 2.pro quo eſt
tex.in l.pe. D.de iur.dot.ſed forte Sena-
tus ibi ad ita ſtatuēdū motus fuit propter
* inopiam fratris debitoris,& idem cenſuit
Senatus in hærede cum beneficio inuēta-
rii,ſiue contentioſit cum alijs creditorib.
ſiue cum ipſo hærede.

Secundus eſt caſus, quando debitor eſt
6 perſona nobilis † uaſſallus Principis uel do
ctor,aut miles,tūc enim eodē modo non
proceditur cōtra pſonam, ut dicit Dida.
dicto libro ſecundo,cap.1.num.4.ſed con
tra bona,quæ capiuntur cum tertio plu-
ri ad formam decreti, & ita obſeruat Se-
natus per not.per Ab.& alios in c. Odoar
dus.de ſol.& in militibus, & uaſallis, qui
etiam militum priuilegiis gaudet,propter
leges militares a Sereniſſimo Ducibus no
ſtris ſuper hac re ſpecialiter conſtitutas.

Tertio caſus erit,quando debitor in nō
7 expectata † condemnatoria ſententia ſpō
te offert ſe ſolutum,& exhibet bona ſu-
per qbus fiat executio, & ſolutio.& tunc
enim fiet ſtricta extimatio, & dabitur ſex
ta, ut dicebam in caſu priuilegiatorum,
uel decima, ut in Eccleſia, & hanc opinio
nem tenebat Iacob.de Beluiſ.quem citat
Salyc.in authen.hoc niſi debitor. & hanc
etiā opinionē tenebat quo ad decimam.
tātum in quæſtione facti Dominus Com
pater meus Antonius Sola,& cū illa trāſi-
* bat Senatus in prædicta cauſa Votignaſci
ubi tamē quæſtio erat inter fratrem,& ſo
rorem.Ideo ego puto contrarium in aliis
quia ratio decreti hoc ſuadet, cum det il
lud tertium pro expenſis, quæ fiunt ī exe
cutione non autem in ſententia, cum ex-
penſæ ſententię,& ante ſententiam taxen
tur,& fiant tanquam debitum principale.
Itē moueor a ſpeciali,quia quod de deci-
ma dicitur habet locū in debito Eccleſiæ
ut infra dicam, ergo in debitis laicorū ali
quid plus creditoribus dari debet,& ita ui
deo ſemper obſeruatum in Senatu, ut nō
audiantur ſupplicantes offerente bona, &
petētes ſe nō moleſtari perſonaliter, quia
ſolet fieri ſuper præcibus hoc decretum.
*Supplicante ſoluente inhibetur omnis mole
ſtia.* Et uidi ſemper obſeruari in caſu talis
oblationis, ut darentur bona iuxta formā
decreti cum tertio pluri, quod facile ad
mittendum eſt,cum debitor habeat etiā
in hoc caſu fauore decreti ſex menſes. ad
redimēdum,ſatis eſt, quod creditor con-
tra ius aliud pro alio inuitus capere coga
tur cui ut plurimum neceſſe eſt lucrū ter-
tii pluris amittere, ut pecuniā qua opus
habet inueniat,& aliquando etiam diffici
le illi erit emptorem reperire,ideo erit ob
ſeruāda forma decreti,ne creditor cui om
nia iura fauent ſit in damno ſui beneficii.

Quartus caſus eſt ſi obſtet ratio publicæ
8 honeſtatis,ut in † muliere, quæ carcerari
non poteſt,ut dicit Didac.dicto capitu.1.
num.3.niſi renunciaſſet omni legum au-
xilio,ut ibi per Didac.qui tamen contra
riū tenet,& merito cum honeſtatis publi-
cæ renunciari non poſſit.

Cæterū animaduertēdū eſt hoc decre
tum forte habere locum tantum quando
proceditur in executionem ſententiæ nō
autem quādo ſumus in ſimplici debito &
debitor non eſt condēnatus quo caſu cre
do quod haberet locum iuris ciuilis diſpo
ſitio,& d.auth.hoc niſi debitor.

Limitatur ſecundo principaliter dicta
authen.& illius priuilegium in debito, Ec
9 cleſiæ, in quo illud ſpecialiter obſeruatur
†ut dentur bona in ſolutum creditori fa
cta ſtricta extimatione, & data decima
ultra legitimam æſtimationem §.ſi uerò
prædictum authen. de alienat. & empyt.
ſecundum unam opinionem glo.quæ eſt,
quod ſi res ualet.10.detur pro nouem &
quamuis glo.eam opinionem reiiciant,ta
men mihi magis placet ex ratione quam
ibi adfert.glo.ut debitor,qui in hoc graua
uit,ut rem pro pecunia capiat in alio rele
uetur,ut decimā partem lucretur,qui ſen
ſus



ſus magis congruit literæ, ſi adhæreamus
interpretationi doctiſſimi Haloandri, qui
illa uerba antiquæ,& vulgatæ interpreta-
tionis, ibi. *Addita in pretio decima parte
uniuerſa æſtimationis in ipſa quantitate,
&c.* aliter exponit uidelicet. *Addita item
pretio decima parte totius æſtimationis ad
eandem quantitatem.* Illa enim dictio *Itē*,vi
det addere,,put & illa verba . *Ad eandem
quantitatem.* Quę oīa innuunt illam deci-
mam adiici in fauorem creditoris,non au
tem debitoris,aliàs non eſſet addere, ſed
adimere,vt etiam voluit idem Iuſtinianus
in dicto.§.quod autem.Authen.de fideiuſ
ſor.Eſt & illud ſpeciale in debito Eccleſię,
10 quia non datur † ab ea inſolutum res me-
lior,ſed mediocris,vt dicit Salyc. in dicta
auth.hoc niſi debitor,poſt gl. quam dicit
communiter approbari,& tenet Ioan.Gu-
ter.in tracta.de contractib.iurat.capit.29.
numero 7.circa finem.Beat.dicto capi.1.
numer. 48.& quod dicitur in Eccleſia,for
tè idem dicendum in perſonis Eccleſiaſti
cis ex cap.Odoardus.de ſolut.de cuius ca.
materia uide plura per Guter.in dicto tra-
cta.capit.17.per totum.Neuizan.conſ.59.
quaſi per totum.

Limitatur tertiò diſpoſitio dictæ auth.
11 vt non procedat,quando † debitor poteſt
pecuniam ſoluere,& illam in arca habet,
ſed obſtinare, & contumaciter contendit
uelle ſoluere in bonis,tunc enim non au-
dietur per ea,quæ ponit.Iaſ.conſil.44. co
lumna fina.lib.1.poſt Roman.conſil.163.
in princip.quod in campore exemplificat
Ludouic.deciſ.Peruſ.64.circa finem, par-
te ſecunda.

Limita quartò,vt nō procedat illud ius
nouum,& ſuprascripti caſus, quibus licet
rem pro pecunia ſoluere niſi interuenien-
12 tibus † illis requiſitis, de quibus ipſa lex
loquitur,& refert Roma.conſil.163.nem
pe,quòd debitor probet ſe feciſſe exactā
diligentiam reperiēdi pecuniam,& quòd
non repererit,quòd offerat bona meliora
ad electionem creditoris,ꝙ caueat de eui
ctione,quòd transferat dominium, quòd
det inſtrumenta titulorum,cum cuius di-
cto tranſeunt communiter Doctores nul
lo contradicente,inter quos Iaſ.conſil. 9.
colum.6.libro 1.Ripa in l.2. §. mutui da-
tio.nume.25.Guter.dicto capit.29. nu. 2. *
Beat.dicto cap.1.nu.47. & hæc requiſita
adeo ſubſtantialia ſunt, ut non poſſit ali-
ter faciendo debitor vti beneficio illius au
then.vt per Ludouic.dicta deciſio.64. nu
mero 1.& non ſufficit illa interuenire poſt
oblationē,ſed omnia iſta in ipſo oblatio
nis actu præſtanda ſunt,vt pulchre in ter-
minis per Nat.conſ.344.per totum.lib.2.
Burſat.conſilio 9.num. 51.libro 1.Ceph.
dicto conſil.195.libro 2.numer.1.Pet.de
Benintēd.deciſio Bonon.28.& uidi tantū
per Reuerendum Dominum meum Mo
lignatum in ſuis quiſquil.c.436. His verò
addi vnum poteſt,& quidem ſubſtantiale
requiſitum,ſine quo nullius momenti eſt
oblatio,quæ uel in actis,uel extra acta ſit,
nempe quòd debitor probet ſe nō reperi
re emptorem bonorum ſuorum,quia nō
præſumitur contrarium, & hoc probatur
per tex.in dicta authen.hoc niſi.in fi. & in
corpore in §.quod autem,uerſi.ſed ſi nec
& uerſi.ſi enim.Beat.dicto capitul. 1. nu-
mero 46.Ludouic.Benintē.& alij ſupra ci
tati,& hoc idem voluit Papien.in dict.for
ma libel.reſpō.act.hypothechar.in dic.§.
exceptionem ſolutionis.in fi.dum dicit re
gulam iuris nouiſſimi intelligi ſi debitor
bona ſua ſubhaſtaſſet,& diligentiam fecif
ſet omnem,vt res venderetur.

Limitatur quintò beneficiū illius auth.
13 quando illius fauori debitor † renunciaſ-
ſet expreſsè prout quotidie fit,ut videtur
ſentire Alberic.& Bald.ibi,ac poſt eos.Sa
licet.& Fulgo,Dec.in dict.§.mutui datio.
numero 25.Guter.dicto cap.29. nume.4.
Beat.dicto cap.1.numero 46.Vincen. de
Franch.deciſio.81.per totam,dicens non
habere contradictionem ſtāte iuramento.
Minado.deciſio.2.colum.fina. verſic. ego
eram in opinione.licèt Cyn.in dicta auth.
hoc niſi teneat contrariū.Nec me mouet,
quòd renunciatio ceſſionis bonorum fieri
non poſſit,ut tenuit Senatus,& dixi ſupra
deciſio.36.quia in illa renunciatione quis
obligat.perſonam ad perpetuos carceres,
hic uerò licèt nō poſſit debitor dare bona
in ſolutum,iuxta formā dictæ authē. po-
teſt.tamē cedere bonis iuxta ius antiquū,
ut expreſsè declarat Imperator in dict.§.
quod autem,& ad hanc reſponſionem re
ſpexit Fulgoſ.in dicta l.eum à quo in fi.&
ſecundum hanc opinionem, quæ uidetur
communis,ſemper iudicauit Senatus.

Sextò limitabis illam authen.ut nō pro
cedat

ceſſat quando debitum eſt iuratũ, & quis
4 promiſiſſet†cum iuramẽto ſoluere in pecunia. Alexan.conſi.37.numero 27.lib.2. ubi hoc ampliat etiãſi ſtatutũ dicat poſſe ſolui in rebus. Ioan.Guter. dicto capi.29. numero quinto.vbi dicit hanc eſſe regularem limitationem ad dictam authen.poſt Rolan.à Valle,& alios quos allegat.Beat. dicto cap primo numero 50.Rolan.conſilio 31.in princip.libro 2.Benintend.dicta deciſi.28.Molignat.dicta quæſt.436. Pro qua opinione facit pulchrum dictum. Afflict.in deciſio.163.nu.2.Vbi inquit iuramentum eſſe impudendũ in forma ſpecifica.Quod tamen intelligerem procedere, qñ quis expreſſe iuraſſet ſoluere in pecunia non aliter, uerum ſi quis ſimpliciter ſe obligat ad centum,quæ cum iuramẽto ſoluere promittit,& nõ exprimat in pecunia,& non in aliare re,tunc quamuis huic obligationi addatur iuramentũ, non ideo tamen magis putarem teneri ad ſoluẽdũ pecuniã prȩcisè,quia illa promiſſio recipit interpretationem a iure cõmuni, & a dicta authen.& iuramentum regulabitur ſecundum naturam actus, vt fortius quidem liget,ſed non in plus per l.fina.C. de non nume.pecun. &ita eſt intelligendus. Ludouic.dicta deciſione Peruſ.64.nume. 10.& licet numero 17.idem velit etiamſi iuratũ eſſet de facienda ſolutione in pecunia & non in alia re,tamen requiri abſolutionem a iuramento,vt ibi late per eũ, & hãc limitationẽ cũ prȩdicta intelligentia ꝓbabat Senatus prædicta cã Votignaſchi.

## Cẽſus an emi poſſit,et de Bulla Martini V.circa hoc,et alia ad materiam.

### *DÆCISIO CLIIII.*

1 *Cenſus annuus licite emi poteſt ex cõmuni.*
2 *Martini conſtitutio,& Nicolaus de cenſibus ab aliquorum impugnatione defenditur.& nu.4.*
3 *Cenſus an ſuper certa re conſtitui debeat.*

1 CENSVS emi licite,poteſt,†dũmodo nõ excedat decẽ pro centenario,tunc.n. non dicitur uſura,ſed contractus a lege permiſſus, & ita tenuerunt antiqui Doctores in capitu.ciuitate de uſur.libro 6.Natta conſilio 341.nume.1.& hanc communem & veriorem hodie ſententiam eſſe dicit Andr.Gail pract.obſerua.libro 2.obſer.7.nume. 5. & late per Didac. uariarum reſolut.lib. 3. cap. 7. quamuis non ſine controuerſia poſita hæc quæſtio ſit, vt apud ſupraſcriptos Doct.videre licet, & penes Franc.Marc.q.21.par.2.Rota Genuen. decil.194.& 211.Et hæc controuerſia magis ſopita,& deciſa fuit per Martinum Pap. illius nominis.Quintum in extrauag. regimini.de empt.& uendit. & inde eandem conſtitutionẽ in regno.Neapolitano facit Nicolaus anno 1454. & Calixtus poſtea, qui dicto Nicolao ſucceſſit anno 1455.Et quamuis ad iſtas cõſtitutiones præſertim Martini,& Nicolai aliqui reſpondere voluerint,nempe quod non poſſunt allegari in iudiciis, cum ſint extra librum aliarum conſtitutionum,& decretaliũ, nec ſint ab aliquo digno autho.gloſſatæ,vt dicit Nat
2 ta conſilio 498.num.18.†Tamen reſpondetur,quod licet non ſint gloſſatȩ in libro extrauagantium,ſunt tamen gloſſatæ extra librum,& illas conſtitutiones citant,& gloſſant multi,quos refert Dida. dicto capitu.7.ſub.nume.2.uerſicul.ſexto poſt variam.Caſſan.in catalogo.gl.num. par.12. conſiderat.99.uerſicu.aduerte.colum.10. Alciat conſilio tertio.Bertrand.conſi.72. lib.2.& alij quos infra referam,& conſtitutionem Nicolai commentatus eſt latiſſimo commentario Fole.in ſuo tractatu.de cẽſibus per totum,& maior pars Theologorum hanc cenſus emptionem admittit ut videre eſt apud Didac.& Gail. in locis ſupra citatis,& Nauarr. in ſuo cõmentar. de uſuris.

Sex autẽ requiſita ad hoc vt procedat dicta Martiniana ponit frater Bartholomæus Caranza in ſua ſumma conſiliorũ poſt concilium Florentinum, ubi tractat de decretis Calixti, & Martini. Nempe, quod ſtatuatur ſuper re certa,ex qua cenſus percipiatur.Secundo, quod iuſto pretio,& integraliter numerato intercedẽte fiat.Tertio, quod interueniat pactum de retrouendẽdo quandocunque.Quarto,ꝙ uenditor non poſſit compelli ad redimendum. Quinto,quod ſi res pereat periculũ ſit emptoris.Sexto,quod obligetur res fructuoſa,de quo ultimo vide Didacũ in

dicto



3 dicto,cap.7.nu.5.&†quod requiratur ſuppoſitio certȩ rei,& nõ generalis obligatio eum hypotheca,tenet Caſſane.in ſupradicto loco.Foler.in d.trac.de cẽſib.licet cõtrarium teneat Didac.d.nu.5.uerſi. ego ſanè. cuius ſententia videtur ſatis ꝓbabilis, & illam generali conſuetudine firmari dicit And.Gail.dicta obſeruat.7.n.13.dicens Cameram Imperialem hãc opinionem ſequi.Aliqui vero putauerunt, quod dicta
4 Martiniana†ſit localis in regione, ubi ita prȩſcriptum erat per longam conſuetudinem,cùm Põtifices ſupra relati uideantur ſe referre ad illas prouincias tantum, quæ ibi nominantur,& ita ſentit Alcia. d.conſilio 3 n.3.Natt d.cõſi.498.Crat.conſi. 39. lib.2.Aret.conſil.30.& ita etiam poſſet intelligi alia conſtitutio Pauli III.ſuper eadem re,quæ eſt in Bullario inter illius conſtit.c.41 in qua confirmat conſtitutiones Martini & Calixti.Verùm ex illarum conſtitutionem lectione ſatis apertè colligĩ voluiſſe Pontifices indiſtinctè,& generaliter permittere talem cenſuum emptionẽ, uenditionem, ſtante præſertim communi opinione,de qua ſupra in prin. dixi, & ſecundum Martinianam ſæpius iudicauit
* Senatus, & nuperrime in cauſa Battiani Hyporedienſis,in qua prouincia iam multis annis viget hæc conſuetudo.

Cæterum iſtis cenſib.formulam denuo præſcripſit Pius V.inter ſuas conſtit.c.80. in ordine Bullari,quæ hodie erit in patria Pedemontana obſeruanda,ſed illa nõ fuit per Senatum in dicta cauſa Hyporedienſi obſeruata, quia in ea prouincia publicata non legebatur,cum debuiſſet ibi publicari iuxta formam datam ab Imperatore Iuſtiniano in ſuis auth. vt fac.no.cõſtit.& alibi ſȩpius,& per ea,quæ dicit Natt.in d.conſ. 498.n.20.& faciunt ea,quæ tradit Put.deciſ.1 lib.1.ubi loquitur ſtante etiam decreto irritãti,& ita ut ſupra dixi iudicauit. Senatus.Verũ,quia illa penſio ſoluebatur in grano,quod iam multis annis ſemper creuerat in pretio,ita quod excedebat 12. & ultra pro cẽtenario,ſtatuit ex æquitate,vt dictus cẽſus reduceretur & moderaretur ad octo ꝓ centenario 1580.1.Septembris, referẽte D.Surdo.Vide de hac re quȩ nouiſſimè ſcribit Doctus Nauar.in ſuo comment.de uſur.ad c.ſi fæneraueris. 14.q.3. nu.69.& plurib.ſequen.

## Inuẽtarii cõfectio,quæ ex parte abſentis fieri debet, an requirat ſpeciale mandatum.

### *DECISIO CLV.*

1 *Mandatum ſpeciale an requiratur in confectione inuentarij per hæredem.*
2 *Ad petendum fideicommiſſum ſpeciale mandatum requiritur.*

MANDATVM ſpeciale requiritur in multis caſibus, quorũ triginta octo habẽtur ex Fiã.in c.qui ad agẽdum.de procu.& decẽ ponit glo.in l.ſi quis mihi bona. §. ſed vtrũ. D.de acquirẽ.hære.Sed quærebatur in Senatu.quid iuris in confectione inuentarii,
1 quod per hȩredem ſit,†an in hoc requiratur ſpeciale mandatũ.Ego dixi, quod ſic, ea ratione,quod vbi agitur de magno prȩiudicio, tunc mandatum ſpeciale requiritur.l.qui ita.§.1.D.ad Treb.vbi Bar.& idẽ Bar.& Ioan.de Imol. in l.filiusfamilias.colum.fi.D.de donat.& idem Imo in l.Paulus ait.D.de acquiren.hæred.In inuẽtario uero agi de graui prȩiudicio,& facientis illi & creditorum hȩreditatis demonſtratur ex multis ſolẽnitatibus in eo ab Impe- 1
ratore requiſitis in l.fi.C.de iure deliberã.de quibus,& nos dicemus loco,ergo & ibi requiritur ſpeciale mandatum,qa ubi maius periculum ibi cautius eſt agendũ.

Secundo mouebar ex ratione clem.nõ poteſt.de procur. ubi mandato quantumuis generali,& cum clauſulis etiam, quod exigeretur ſpeciale mandatum,tamen nõ intelligitur de his, quæ ſunt grauiora expreſſis.

Tertio pro hac adducebatur tex.in l.fi. §.ſi autẽ a locis.in fi. C.de iure delib. ibi per ꝓcuratores inſtructos, dicitur autem, inſtructus procurator quando de ea re habet particularem & ſpecialem notitiam & ſubiicit ibi Iuſtinianus illa uerba.

## In loca ubi res poſita ſũt mittendos.

Vt ſpecialitatẽ huius negotii magis demonſtret,ſicut etiam paulo ante ſpeciale Notarium ad ſcribendum requirebat.

Quarto mouebat ſimili, quia ſicut in
2 commiſſo adeundo, † & petendo requiri
tur ſpeciale mandatum, dicta l. qui ita. §.
ad Trebell. ubi Bar. & Idem Bart. & Imo.
in d. l. filiusfam. col. fi. & in d. l. Paulus ait.
ff. de acqu. hære. Imo requiritur ſpecialiſſi
mum ad tale fideicommiſſum per d. l. qui
ita, & per l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. cũ
§. ſeq. D. de acqui. hære. ſic & in inuẽtario
dicendum erit, & faciendum mandatum
ſpecifice ad faciendum inuentarium talis
hæreditatis. Et pro hac opinione etiam al
legabatur. Iaſ. in d. l. fina. in princ. col. 10.
ſub n. 4. uerſic. ſexto requiritur, C. de iur.
delibe. & ſecundum hanc eandem opinio
* nem cenſuit Senatus in cauſa Rotarii, &
Bertoni 1580. 26. Nouemb.

Auus paternus qui una cũ auo
materno ſuccedit ad hæreditatẽ
nepotis pmortui, facta diſtinctio
ne bonorum paternorum, & ma-
ternorum, an totius hereditati ha
bere debeat uſumfructũ, ad ma
teriã auth. item hæreditas. C. de
bonis mater.

*DECISIO CLVI.*

1 *Auus paternus, uel pater an in aduentitÿs
maternis in quibus mater, uel auia ſuc
cedunt habeat uſumfructum, & numero
2. & 5.*
3 *Tex. in auth. item hæreditas. C. de bon. qua-
lib. declaratur.*
4 *Pater ſi unà cum filio ſuccedat, conſequitur
uſumfructum in illa hæreditate.*

AVTHEN. itẽ hæreditas.
C. de bon. quæ li. & §. ſi ve
ro auth. de hered. ab inte-
ſta, verſi. nullum uſum uo-
lũt quod pater nõ retinet
uſumfructum in bonis filii quando ſucce
dit pater cum alio filio in hæreditate filij.
1 Sed quęritur, † quid ſi moriente filio, uel
nepote ſucedat ipſi nepoti auus paternus
& maternus, uel pater, & mater an tũc in
bonis, quæ trãſeunt ad auum maternum,
uel ad matrẽ, auus paternus aut pater ha-
beat uſumfructum. Et uidetur, quod non
per iura ſupra allegata, ubi quando cõcur
rit pater, uel auus in ſucceſſione bonorũ
filii, uel nepotis cum alio filio nõ retinet
uſumfructum, quamuis illũ alias habuiſ-
ſet, & clarius uidetur hoc probari in dicto
§. ſi uero. ubi ponitur caſus, quando caren
tes ſimul ſuccedunt non extante alio filio
ubi ſi extet, & tamẽ ſequitur generalis re
gula, quod nullũ ex filiorum portione pa
ter habeat uſumfructum, cum uocetur pa
ter ad proprietatem.
2 In contrarium † uero adducebatur, qđ
cũ uiuente filio pater habeat uſumfructũ
non uidebatur rationabile, quod eo mor
tuo plus iuris deberet in bonis filii illius
hæres quam ipſemet filius, ex regula. Ne
mo plus iuris in alium trãsfert quam ipſe
habeat. Nec obſt. d. auth. itẽ hæreditas, &
d. §. ſi uero. q̃a loquuntur in diuerſo caſu,
5 † idest, quando filius concurrit cum patre
ad ſucceſſionem fratris ſui, quo caſu corri
gitur ius antiquum, deferẽs patri uſumfru
ctum: Igitur hæc lex correctoria nõ eſt ad
alios caſus trahenda, in quibus ſpecialiter
nõ corrigit. l. præcepimus §. fi. C. de appel.
ibi, *ſpecialiter, &c.* quam dictionem pon-
derat Signo. in conſi. 201. factum ſic ſe ha
bet. col. pen. etiã quod uigeret maior rõ.
ut per Fulg. in l. 3. C. de bon. mat. Vlterius
diuerſa eſt ratio in caſu illius authen. illic
non priuatur pater uſufructu, quia admit-
titur in parte proprietatis contra l. ſi. §. fi.
C. ad Tertul. unde cum in uno grauet fra-
ter amota parte pprietatis, merito in alio
releuatur, ut habeat partem uſusfructus,
quam rationẽ ponit tex. in corpore. Cy.
& alii in d. auth. Item hæreditas. inferẽtes
4 ex hoc, quod ſi ſuccedit pater † cum filio
uni extraneo, filius non conſequit̃ uſum
fructum, ſed nudam proprietatem, quod
etiam tenet Iacob. de Aret. Cuma. Corn.
Alber. Ange. Fulgoſ. Iacob. in d. auth. item
hæreditas. licet Irnerius ibi teneat contra
rium, quem ſequitur Caſt. Salic. & Odoſ.
ibi Bar. conſi. 118. Odncius. nu. 5. Accedat
ꝙ in legibus Iuſtiniani nõ eſt arguẽdum
ab illorũ ratione, quia multotiens carẽt
una ratione, ut inquit Corn. in d. l. fin. n.
12. C. ad Tertu. Et plerunq; fiebant pro ar
bitrio Triboniani, qui modo unum modo
aliud pro lege dictabat auaritiæ ſtudens
plus debito, ut ex Suida in uita Iuſtiniani
adnotauit Aegid. Perrinus, de quo Vergi
lii uerſus commode dici poteſt in libro
ſexto. Aneid.

Qui



*Qui leges pretio fixit, atque refixit.*
Qui modus loquẽdi figere leges, & refige
re quo modo accipiatur docte admodum
exponit Nicolaus Eritheus Iuriſcõſulti in
ſuo indice Virgiliano in uerbo refixit. Sed
ut ad rem noſtram redeamus pro hac opi
nione facit, ꝙ dicit Odofred. in d. l. fi. cir.
fi. quod in uſufructu bonorum filij non in
ſpicit̃ mors filii, ſed patris. l. 3. C. de uſufr.
& ideo Bar. ibi dicit, quod per mortẽ filij
pater non amittit uſufructum, ſed rema-
net incorruptus penes patrẽ, & in hac par
te illa l. fina. non corrigitur, ut ibidem per
Bald. in fi. Corne. nu. 4. & Fulg. quod etiã
uidetur de mente Caſtren. in authen. exci
pitur. C. de bon. quæ libe. uerſicu. itẽ in di
midia. qui uult, quod tantũ in eo caſu ex-
preſſo ſpecialiter amittat pater uſum fru-
ctum alias non, unde ſi illi de fundo ſucce
deret proprii filli, duraret patris uſus fru-
ctus. dicta l. 3. C. de uſufruc. ubi Cy. & alij,
& claris idẽ Barto. in authen. de hæredi.
ab. inteſta. in princ. uerſicu. no. tex. per no
ta. in dicta l. tertia. & in §. conſequens. in
eadem authent.
Sed clarius hanc opinionẽ contrariam
uidetur firmare Caſtr. in. auth. defunct. nu
mero 1. uerſicu. itẽ ſi filius. C. ad Tertull.
ubi expreſse dicit, quod ſi filius eſt in pote
ſtate patris, & pater habeat in eius bonis
uſumfructum, eo mortuo ſuccedit in illis
bonis aduentitiis pater, & mr̃ æqualiter,
uſusfructus uero remanet apud patrem,
quia morte filli non extinguitur, p tex. in
d. l. §. fi. ad Tertull.
Verum ſupradictis non obſtantibus ad
huc inſiſti, põt ſuper prima opinioue pon
derando melius tex. in d. §. ſi uero. ubi cũ
patre, & filiis mater admittitur, & tamen
pater quo ad matrem ſolã ſui uſusfructus
partem cum proprietate habet & ſupradi
cta poſſent habere locũ in aliis bonis, non
autem in bonis linea materna prouentis,
in quibus non haberet uſumfructum. Ne
que officit tex. in d. l. ſi. quẽ Caſt. allegat,
quia eſt correctus p hanc auth. & melius
allegaſſet text. ĩ d. l. 3. C. de uſufruct. & ibi
gloſſ. & Doctores faciunt, quę late ſcripſi
ſupra deciſione 17. numero tertio. Quid
dicemus?
Certe caſus iſte nõ eſt ſine difficultate,
cum legiſlatores nõ ſe clare explicent, &
doctores. etiã intricate loquantur, & ſibi
cõtradicant. Ideo cum quæſtio hac agita-
retur in Senatu anno. 1581. 2. Martii. cũ
deceſſiſſet nepos, q̃ habebat bona a patre
& a matre prouenientia, & alia quędam
ſua arte acquiſita ſuperſtite auo paterno,
& auo materno, dictũ fuit quo ad proprie
tã ipſos debere ſuccedere iuxta doctri.
Barto. de qua dixi ſupra dicta deciſio. 27.
5 Sed quod ad uſufructum † fuit p multos
dies diſputatum, & uariæ erant Senatorũ
opiniones. Aliqui enim uolebant auum
retinere uſumfructũ incorruptum exclu-
ſa ab eo quia per tex. in d. l. fi. §. fin. ad Ter
tul. cum opi. Bar. ibi, & aliorum, q̃ dicunt
illum text. incorrectum quo ad uſumfru-
ctũ, & iuxta doctr. Caſtr. in d. auth. defun
cto. Alii uolebant paternum auum ſucce
dere in pprietate, & uſufructu per ea tan
tum parte in qua ſuccedebat in proprieta
te, aliam uero acquiri auo materno etiam
cum uſufructu, quo priuabatur auus mor
te nepotis, cum in proprietate auus pater
nus, admitteret per tex. in d. §. cõſequẽs.
& d. aut. itẽ hæreditas. & d. auth. defun-
cto. quæ duæ auth. ſumuntur ex eodẽ fon
te, arguendo a rationẽ ſcripta, Alii uero ex
Dominis dicebat ſuccedere auum pater-
nũ in uſufructu bonorum maternorum,
quorũ cũ auus maternus haberet pprieta
tem præcipuam, merito reſeruandus erat
auo paterno uſusfructus per rationẽ dict.
§. conſequens. ſed hæc ratio non placebat
mihi, quia habet auus paternus loco bono
rum maternum alia bona a linea pater-
na deſcendẽtia ſibi præcipua. Alii erãt in
opinione, quod paternorũ, & aduentitio
rũ bonorum uſusfructus eſſet aui pater-
ni, maternorũ uero, et pprietates, et uſuſ-
fructus eſſet aui materni, ita ut per mediã
quodammodo uiam hæc difficultas ter-
minaretur, prout in ſimili diuidi debere
uſumfructum dicit Vaſqu. de ſucceſſ. pro-
greſſ. lib. 1. §. 1. num. 45. uerſ. 2. opin. & per
ea, quæ dixi ſupra in prin. deciſ. & cũ hac
ultima opinione uti æquiori tranſibat ma
* ior pars Dominorum & fuit iudicatum.
Nec abſurdum uidetur, quod diuerſo mo
do ſtatur in bonis maternis, & aliud in
aliis bonis aduentitiis, prout in ſimili di
uerſificatur in l. ſi uiua matre. C. de bonis
mater. ubi Io. Faber.
Cæterum hãc opinionem tunc demũ
intelligerem procedere quãdo pater in il

 lius

lius rebus a linea materna prouenietibus
non haberet vſumfructum, nam tunc ius
quęſitum non poſſet illi auferri, per text.
in l. prima. C. de bonis mater. & ita intel-
ligo dictū Caſtren. in dicta authen. d e fun-
cto. qui etiam loquitur in ſolis aduētitijs,
non in bonis a linea materna quęſitis, quo
caſu aliud eſt dicendum, quam diſtinctio-
nem aperte facit text. in dicta l. final. ad
Tertulian.

## Iuri offerendi, quod poſteriori creditori competit, quando ſit locus, & an præſcribatur.

### DECISIO CLVII.

1 *Ius offerendi competit ſecundo creditori aduerſus, primum, et anteriorē creditorem.*
2 *Datione in ſolutum facta a parte an competat ſecundi creditori ius offerendi.*
3 *Iuri offerendi præſcribitur per 30. annos, ſi alius creditor poſſideat.*
4 *Iuri offerendi præſcribitur per decem annos inter præſentes, ſi extraneus cum titulo, et bona fide poſſideat.*
5 *Ceſſante hypothecaria ceſſat ius offerendi.*
6 *Iuri offerendi præſcribitur per quadraginta quando debitor poſſidet, & quid ſi mixtim poſſideant. numero 7.*
8 *Ius offerendi ceſſat quando tertius poſſidet, qui titulum habet a creditore recte uendente. & uumero 9.*
10 *Ius offerendi perpetuatur, quando eſt ſequella exceptionis.*
11 *Ius offerendi non habet locum in poſteriore creditore, quando primis creditor habuit rem a iudice per deliberamentum præſēte ſecundo creditore.*

IVS offerendi competit ſe-
cundo creditori habet hy-
1 pothecam † aduerſus pri-
mum, & anteriorem credi-
torē l. prima. & l. prior. C.
qui potior. in pignor. habe. l. ſecūdus. C. de
pignorib. l. potior. § fin. D. qui potior. l. pri
ma. C. ſi antiqu. credito. pignor. uendid. In
quibus locis aduertēdum eſt, quod ius of-
ferendi ſemper illic datur contra anterio-
rem creditorem non autē contra tertiū,
Grauet. conſilio 298. Afflict. deci. 16. nu-
me. quarto. & ſequen. Neguſant. de pigno-
ribus. prima par. tertii mēbr. quintæ part.
principal. ubi late examinat hanc regu-
lam. Quæ procedit etiā ſi data ſit res in ſo
lutū a iudice primo creditori. Neguſant.
dicta par. 1. numero 17. Riminal. in conſi
lio 3. num. 9. 21. libro primo. Sed. ſi par-
2 te res fuerit † in ſolutum data, tunc ſi hy-
potheca ſecundi creditoris oriať poſt da-
tionem in ſolutum factam, non eſt locus
* iuri offerendi, ut innuit Clau. dicto conſi-
lio 298. nume. 4. & ita cenſuit Senatus in
* cauſa Boffardi, & Cotii Taurinen. 1588.
confirmando ſentētiam iudicis Taurinen
ſis latam. 9. Iunii eiuſdem anni, alias non
ceſſaret ius offerēdi p. d. l. 1. C ſi ant. cred.

Quærunt tamen Doctores ī hac mate
ria an pręſcribatur ullo tēpore huic iuri
offerendi quam quæſtionem late tractat
D. Franciſc. Balb. in ſuo tracta. præſcript.
part. 4. 5. part. principal. quæſt. 2. ſed quo-
niam materia frequens eſt in praxi, ego il
lam altius examinabo præſupponendo in
primis duplex eſſe hoc ius offerendi, put
dupliciter competit. Primo enim cōpetit
quoddam ius offerendi debitori ſuper pi-
gnore, & huic ex crebriori opinione nun
quam pręſcribitur, ut dicemus ſuo loco, &
de hac materia late diſſerit. Ozaſc. deciſi.
115. Andr. Gaill. pract. obſer. lib. 2. obſer.
18. & de hoc iure offerendi non intendo
nunc differeret. Secundū eſt ius offerendi,
quod competit ſecūdo ſeu poſteriori cre
ditori aduerſus anteriorē, de quo loquun
tur iura, & Doctores ſupra principio hu-
ius deciſionis allegati, & de hoc eſt preſēs
materia noſtra, & nō inutilis quæſtio, pro
cuius pleniori reſolutione diſtinguendi
ſunt aliquot caſus quibus diſcuſſis aperte
cognoſcetur, quando ius offerendi in hoc
ſecundo capite locū habeat, & quando ac
quanto tempore illi præſcribitur.

Primus caſus eſt, qñ alius creditor
3 poſſidet & tunc † præſcribitur poſt 30.
annos l. cū notiſſimi. C. de præſcript. 30.
uel 40. annorum. Balb. dicta quæſt. 2. Vin
cent. de Franch. deciſio. Neapol. 69. nume
ro 12. And. Gaill. dicto libro 2. obſer. 18.
num. 12. imo etiam hoc caſu uidentur ne
ceſſarii. 40. anni. per tex. in d. l. dum notiſſi
mi. §. eodem iure.

Secundus eſt caſus quando poſſidet ex
4 traneus cū titulo, † & bona fide, qui tamē
non habuit titulum a debitore, nam tunc
huic



huic remedio perſcribitur per decem an
nos inter præſētes. l. 1. & 2. C. ſi adue. cred.
præſcrib. opponat. & quamuis illa iura ab
aliquibus dicatur correcta per dicta l. cū
notiſſimi. quæ lex. eſt Iuſtiniani, qui fuit
multo tēpore poſt Gordianum, & Diocle
tianum, & ita etiā hodie non currere præ
ſcriptionem dicat Alexa. conſil. 58. nume
ro 9. lib. 5. tamen doctores communiter
tenet quod immo etiam hodie procedāt
illa iura in dicta l. 1. & 2. hoc modo decla
rando, & diſtinguendo iſtos duos primos
caſus, prout diſtinguit Abb. conſi. 14. uide
tur primo. colum. 1. uerſicul. hinc dixit no
tabiliter gl. lib. 1. Cagnol. in proœm. Di-
geſtor. nume 213. Fulgoſ. conſil. 127. co. 1.
& male Alex. conſuluiſſe dicit Cagnol. &
Moder. Pariſ. ibi litera C. & ratio huius
opinionis eſt, qa hoc caſu ceſſat hypothe
caria in ſecundo creditore, † qua ceſſante
5 ceſſat etiam ius offerēdi tanquam acceſſo
rium hypothecariæ, ut dicit. Bal. conſ. 50.
ſecūdus creditor, libro 1. & quamuis mul-
ta opponerentur in contrarium, tamen ſe
cundum hanc opinionem iudicauit Sena
tus 1581. 28. Maij in cauſa Marochini, &
* Cerreti faciūt etiam, quæ dicit Ioan. Crot.
in l. ſi is, qui pro emptore. num. 56. uerſic.
nam creditor. D. de uſucapio. ubi uoluit,
quod illa l. prima, & ſecunda. non ſint cor
rectę p authen. malæ fidei. C. de pręſcrip.
longo. temp.

Tertius eſt caſus, quādo poſſidet ipſe de
6 bitor, & tūc, † quia hypothecariæ nō præ
ſcribitur niſi per quadraginta annos, tāto
etiam tempore durabit ius offerēdi, dicta
l. cum notiſſimi. in princip. iuncto §. eodē
modo.

Quartus caſus eſt, quādo poſſedit debi
tor p aliquod tēpus, de inde poſſedit cre-
7 ditor, & tunc ſit mixta † conſideratio tem
poris, ut conſiderato debitore requirātur
40. anni, ſed cōſiderata creditoris poſſeſ-
ſione requirant 30. ut in d. §. eodē modo,
ubi eſt caſus ſingularis de hac re.

Quintus caſus eſſe poteſt, quādo poſſi
det tertius, qui titulum habet a creditore
uēdēte iure dominii recte, & ſeruatis ſer-
8 uandis, & † tūc ille tertius ſtatim eſt ſecu
rus. l. 1. C. ſi antiqu. cred. pign. uēd. in prin.
per quam l. ita conſuluit Fulgoſ. in dicto
conſili. 127. in ſua ſubſcriptione ad conſi
lium cuiuſdam innominati, & ita regulā
ſupra in principio poſitam in hoc caſu li
mitat Neguſan. dicta part. 1. 3. mēbro 5
par. princip. nume. 4. quem ſequitur in eo
dē caſu Vincent. de Franch. deciſio. 224.
per totam ubi dicit ita iudicatum, & Cæ-
phal. conſi. 397. nu. 37. lib. 3.

Quando autem dicatur recte uendere
creditor, ponit gloſſ. in l. obligata. C. ſi an
tiqu. cred.

Sextus caſus eſt, quādo tertius poſſidet
habens titulum a creditore nō recte uen
9 dente † tunc die, ut ſupra in ſecundo ca-
ſu, ut nō ſit iſte tertius bona fide emēs ſe-
curus niſi poſt decem annos, iuxta formā
dictæ l. 1 & 2. C. ſi aduerſ. credit. perſcrip.
oppon. quod intelligendū eſt ſi præſente
creditore emit, ſecus ſi ignorāte, quia tūc
requirūtur 30. anni, cū mala fides autho-
ris in hunc ſecundum tranſeat.

Septimus eſt caſus, quando ius offeren
10 di eſt † ſequella exceptionis, nam tunc il
lud perpetuatur, ut p Grauet. conſilio 71.
numero quarto, Bald. dicta parte quarta
quæſ. 2. circa finem, cum exceptiones per
petuæ ſint.

Octauus, & ultimus caſus eſt, quando
poſſidet quidem primus creditor, ſed nō
iure creditores, ſed iure dominii. quia ſer
uatis his de quibus in l. 1. C. de iur. dō. im
petr. res ſubhaſtata, fuit illi deliberata p̄-
11 ſente ſecundo creditore, & tūc ceſſat † ius
offerēdi, quia fuit ſecūdus creditor, in cul
pa; qui nō licitauit. l. ſi finita §. poſtquam.
D. de dā. infec. ratio eſt, ut ibi dicit Caſtr.
ne rerū dominata ſemper ſint in incerto
Bald. in l. f. C. de bon. auth. iud. poſſid. ita
in hoc caſu decidit Papō. in tit. de criees.
lib. 18. tit. 6. cap. 3. in fin. per tex. in l. obli
gata. C. ſi antiqu. Cred. faciunt dicta p Cę
phal. in terminis conſil. 298. nume. 8. li. 2.
& dicto conſil. 397. num. 45. & 46. lib. 3.
& latius conſil. 550. libro 4. per totum, Ti
raquel. de retract. municipa. §. octauo, gl.
7. num. duodecimo, Capic. deciſione 41.
nume. decimo, Decius conſilio 592. per
text. in l. ſi rem alienam, § final. D. de pi-
gnorat. actio. Sed in contrarium, quod im
mo poſſit in hoc caſu offerre ſecūdus pri
mo, & duret etiam hypothecaria, uidetur
tex. in l. prima, C. ſi antiqu. cred. in ſecūdo
reſpon. ubi ſi debitor, uēdit, uel in ſolutū
dat rem primo creditori, remanet tamen
ſecundo ius offerendi. Subhaſtatio au-
tem

tem,quæ fit a iudice, æquiparatur dationi
in ſolutum, quæ fit a debitore.l.ſi ob cau-
ſam.C.de euict. Nec videtur obſtare tex.
in dicta l.obligata. cum non faciat ad rem
quia illic loquitur de obligatione, quæ fit
a debitore emptori, uel creditori licitan-
1 ti,non autem de illo iure offerendi, quod
competit ſecũdo creditori contra primũ
creditorem, de quo loquuntur iura ſupra
citata in principio. Verum iſtis non ob-
ſtantibus contraria ſententia primo relata
eſt de iure uerior,& communis.Et ad leg.
1.reſpondet Cæphal dicto conſi.298. ſub
numero decimoſexto, ꝙ procedit quan-
do ſecundo creditori cõpetit hypotecha-
ria,ſecus ubi non competit per dationem
in ſolutum,& dicto conſilio 550.numero
uigeſimoſeptimo, & uigeſimooctauo. De
inde licet æquiparentur ſubhaſtatio,& da
to inſolutum, quæ a debitore fit, tamen
quando cum ſubhaſtatione interuenit de
liberatio præſente poſteriore creditore,
qui potuit licitare,& non licitauit, tunc a-
liud eſt dicendum, quia ſibi præiudicat,
quaſi conſentiendo,& cum hac opinione
* tandem poſt multas diſputationes tranſi-
uit Senatus. Reliqua ad materiam iuris of
ferendi vide per Neguſ. in materia huius
ultimi caſus Vincent.de Franch. in dicta
deciſio.69.per totam, & de iure offerendi
ſuper dote uide Ozaſc.deciſio 135.& no
uiſsime ad materiam præſentis deciſio-
nis Aſinium in tractatu de executione. §.
ſeptimo cap.115.per totum.

## Leuatio de gagio,quæ iuxta di ſpoſitionem nouiſſimorũ decretorum Sabaudiæ fit in odiũ creditoris cum tertio pluris, an procedat in odium tertij, & concurrentibus alijs creditoribus, & quid in vxore,& minore.

### *DECISIO CLVIII.*

1 *Leuatio de gagio, quæ fit cum tertio pluris, an procedat in odium tertij, uel alterius creditoris.*
2 *Decretum Sabaud.diſponens, quod deliberentur bona ſubhaſtata in odium debitoris cum tertio pluris,uel minoris reſpectiue eſt fauorabile.*

LEVATIO de gagio, quæ
fit a creditore ad formam
decreti Sabaud. ſub tit. *della
forma,& ord.che ſi ha da tene.
delle pignorat.in ran. & de li-
berat.de beni ſtabili.* cum tertio pluris, uel
1 minoris reſpectiue, † an procedat etiam
in odium tertij poſſeſſoris,uel alterius cre
ditoris,& ſic etiam in concurſu creditorũ.
Et videbatur,quod non. Primo, quia hoc
decretum videtur eſſe odium, tanquam
factum in odium debitoris, contra quem
fit executio, ideo ſtrictã habere debet in-
terpretationem. c.odia. de reg. iur. in 6.
Secundo, quia iſte creditor primus uide-
tur locupletari cum alterius iactura,ideſt
ſecundi creditoris,uel poſſeſſoris,quod le
ges non admittunt.
In contrarium tamen dicebatur, quod
hoc decretum eſt ualde generale, & non
diſtinguit,ergo nec nos diſtinguere debe-
mus. l.de pretio D. de publicia. Secundo
allegabatur pro primo creditore, in cuius
fauorẽ facta erat deliberatio, quod iſtud
2 decretum eſt fauorabile,† & nõ odioſum,
eſt enim repertum,ut conſuleretur credi-
torum incommodis,quæ reſultant ex cõ-
tumacia debitoris non ſoluentis, qui co-
guntur cum iactura temporis, & pericu-
lis perſonæ, & bonorum, executionem
hanc moliri, & concedere etiam tempus
ad luendum per ſex menſes,vnde cum ſit
fauorabile, ſequitur regula, quod fauores
ſunt ampliandi,&c.
Nec obſtant contraria, quia ad j.reſpõ
deẽ, ꝙ lex dr̃ fauorabilis, vel odioſa inſpe-
cta principali intẽtione legiſlatoris, unde
Macedon.dr̃ odioſum, & Velleia. fauora-
bile. Hic aũt principalis intẽtio eſt fauor
executionis,& publicus, & priuatus credi
toris. Ad ſecundũ reſpondetur, ꝙ hic nul-
lum eſt lucrum conſideratis creditoris in
cõmodis,& vlterius, ꝙ põt poſſeſſor, uel
ſecũdus creditor ſibi prouidere limitãdo,
vel plus offerẽdo, ꝙ ſi non facit damnum
ſentit ex ſua culpa, ut ſup.ẽt in ſimili dice-
bamus deciſ.157.in 8.caſu.& quamuis in
hac queſt. variẹ eſsẽt Senatorũ opiniones
quorũ aliqui volebãt, ꝙ ſaltem larga fie-
ret hoc caſu bonorum æſtimatio nẽpe ad
decimã, uel ſextã ꝑſertim in cõcurſu cre-
ditorũ,& qñ fit executio poſt taxã expẽſa
rũ,quo caſu ẹquior uidetur j.op. & ita di-
cerent



cerent fuiſſe alias per Senatum iudicatũ
ut dixi etiam ſup.deciſ.153.tamen maior
pars dominorum in hanc poſteriorem sẽ
* tentiã inclinauit, & ita iudicauit Senatus
in cauſa D.Borgarelli de Cheri. cõtra D.
Reuiliaſcum 1581.die 5.Iunii & iterũ in
cauſa Illuſtr.D.de Manta.& Leuini 1588.
12.Iulij Referẽte D.Ceru.& 1587.9.Mar
tij ut dicam infra dec.194.in vxore autẽ,
quæ ob uergentiã uiri ad inopiam dotes
in toto collocari petebat,cenſuit Senatus
ut ſi cõtra maritum ageret darẽtur bona
cum quarto pluris,& etiã plus ſi illa quar
ta non ſufficere ad onera matrimonii, ut
per Bar.in l.ſi conſtante num.102.D.ſol.
matr.ſed ſi in odiũ creditorum poſteriora
vltra verum valorem 1589.12. Maii.In
minore uero cum iterũ queſtio ſuper ma
* teria huius decreti verteretur fuit dictũ m
quod leuatio de gagio,quæ ſit contra mi
norem non fiat cum tertio pluris ad for-
mam decreti,ſed ad largã æſtimationem
ideſt ad decimã,modo tamen tutor, vel
minor ab initio litis fateatur debitum, &
offerat de bonis in ſolutum, ſecus ſi uero
ſi patiatur ſe condemnari 1589.9.Iulii.

## Filia excluſa per ſtatutum an faciat partẽ ĩ ſupputation.legitim.

### *DECISIO CLIX.*

1 *Filia excluſa an faciat partem in ſupputatione legitima,extantibus maſculis.*
2 *Filia excluſa per ſtatutum fauore maſculorum nulla debetur legitima.*
3 *Dos regulariter non ſuccedit loco legitimæ & eſt res a legitima ſeparata & num.4.*
4 *Filia non facit patrem,quando dos non ſuccedit loco legitimæ.*
8 *Filia an faciat partem multæ opiniones referuntur nu.7.8.9.11.12.13.& 14.*
8 *Filiæ faciunt partem filio habili in illius fauorem.*
9 *Dos quando filia non facit partem detrahitur,ut æs alienum.*
10 *Dos,quando detrahitur ut æs alienum, detrahenda eſt de toto corpore hæreditatis non autem de legitima maſculorum.*
11 *Statutum mandans filiam dotari uſque ad ad quantitatem legitimæ,facit filiam eſſe ſuam.*
12 *Filia,quæ uti habilis fuit habita inconſideratione per ſtatutum, facit partem cum maſculis.*
13 *Filiæ faciunt partem ad commodum maſculorum.*
15 *Filia,ſi aliquid in teſtamento relinquatur a patre iure inſtitutionis uel pro legitima tunc partem faciunt,ſed contra.num.17.*
16 *Pater ſi aliquid relinquat filiæ in teſtamento,illud imputari debet in legitimam.*
18 *Senatus ſententiæ in hac quæſtione, an filia excluſa faciat partem.*

FILIA excluſa per ſtatutum
†an faciat partem in ſuppu-
tationem legitimæ. Hæc quẹ
ſtio, vt exorditur Roma,in l.
1.nu.62.C.quam nõ peten.
par.eſt ardua,& ſubtilis,& vt dicit Brũ.in
tract. de ſtatu.excluden.fœm.part. 13.§.
tertio quæro.eſt pulchra,& difficilis,& ꝓ
pterea Ful.in auth.nouiſſima.C. de inoff.
teſta,dicit ſe neſcire quid cõſulere in hoc
caſu.multique e doctoribus tam antiqui,
q̃ recẽtiores,qui in hac queſtione interro
gari reſponderũt,uel irreſoluti trãſierunt
vel adeo ĩtricate loquuti ſunt, vt quaſi in
labyrinthum ingreſſi regreſſus viam repe
rire non potuerint,& rem uobis difficilio
rem reddiderunt,& cum a multis tractata
fuerit, multæ ob id opiniones circa illius
reſolutionem reperiuntur,qua pro clario
ri iſtius materiæ intelligẽtia referã, prout
Gabriel. & Graſſ.in locis infra citandis fe-
cerunt. Præmittẽdo in primis aliquot ſci-
tu neceſſaria,ex quorũ cognitione res cla-
rior,& aperitior fiet.
Primo, quod filiæ excluſæ per ſtatutũ
2 fauore maſculorum†nulla debetur legiti-
ma nec illius ſupplementum etiam defi-
cientibus maſculis,ita,ut ius illius cenſea-
tur extinctum,nec quo ad legitimam am
plius in conſideratione habeatur, qua de
re late per Bertaz.l.cõſ.ciui.109. libro 1.
contra quem licet conſuluerit Cæpha. in
conſ.404.libr.3.fuit tamen pro illius opi-
nione Ferrariæ iudicatũ & hoc intelligen
dum eſt ſtante tali ſtatuto excludente fœ
minas propter maſculos poſt dotationẽ.
Nam alias ſi ſtatutũ de legitima mentio-
nem nõ faciat multi tenuerũt,& quidem
magis communiter nõ cenſeri mulierem
etiam dotatam excluſam a legitima, vel
illius

illius ſupplemẽto, vt habeẽ per canoniſtis
in cap. Raynutius. de teſtament. Doctore
in auth. nouiſſima, & in l. quoniã in prio
ribus. C. de inofficio. teſtamen. Bar. Bal. &
alij cõmuniter. in l. Gallus. §. & quid ſi tan
tum D. de. liber. & poſthum. Brun. de ſtat.
artic. 9. colum. 4. Socin. conſi. 127. nume. 2.
uol. 4. Corn. conſi. 316. lib. 1. 107. & 150. li
bro 2. Dec. conſi. 16. num. 4. & conſi. 296.
Pariſ. conſ. 27. 28. & 54. li. 2. Crau. conſ. 11.
num. 13. & conſi. 236. num. 2. 3. & 14 late
Deciã. conſ. 6. nu. 13. vol. 1. de qua re dice
mus alibi late.

Secundo p̃mitto, quod dos licet ab ali
quibus ſub nomine legitimæ ſumatur ta
men de ſtricto iure tam communi, quam
3 ſtatuario, ſeu municipali, † dos non ſucce
dit loco legitimæ, quia eſt quid diuerſum
a legitima, & res omnino ſeperata, & vltra
rationẽ, quã pro hac opinione tradit Me
noch. de arbitr. iudic. libro 2. centu. 2. caſu
149. num. 10. probo ex eo, quia dos poteſt
eſſe ſine legitima, & legitima ſine dote er
go non eſt idem, quod dos quod & nomi
nis diuerſitas arguit l. ſi idem. C. de. iur. co
dicillor. poſito, quod ſuccedat in locum il
lius, ſiquidem poteſt filia remanere innu-
pta in domo, & hoc caſu non eſt, quo fiat
mẽtio de dote, quia dos nõ eſt ſine matri
monio, & tamen erit locus legitimæ ulte
rius, quod dos, & legitima ſint omnino di
uerſa, ut dicit Bart. in l. Titio cetũ. §. Ti
tio genero. D. de condit. & demonſt. Cor.
in conſ. 151. in fi. probatur primo, quia fra
ter dotat ſororẽ. l. tutor. § fi. D. de ad mi
niſtr. tutor. doctor. in l. 1. D. ſoluto matri.
non tamen tenetur dare legitimam, l. fra
tres. C. de. inofficio. teſtamen. item dos de
betur in uita legitima poſt mortẽ. Tertio
mater tenetur ad legitimam non tamẽ ad
dotem. l. mater. C. de. iure dotium, Cardi.
Albã. ad Bart. in d. l. Titio. §. Titio genero
& multa alia exempla adferi poſſent, ex
quibus demonſtratur dotẽ non eſſe idem
cum legitima.

Tertia hinc deſcendit cõcluſio neceſſa
ria in hoc articulo, quod non niſi ex teſta
4 toris, vel ſtatuti expreſſa diſpoſitione † dos
ſuccedit loco legitimæ, bene tamẽ uerum
eſt, quod dos computatur in legitimã, &
ſic in portionem iure hæreditario debitã
iuſta ratione, ſcilicet hæreditas plus iu
ſto in detrimentum maſculorum grauẽ
prout certe grauaretur, ſi dotem, & legiti
mam filiæ haberent.

Quarto præmitto, quod quotieſcũque
dos non ſuccedit loco legitimę, vt quia fi
lia nõ fuit per ſtatutum, uel patris diſpoſi
tionem (non extante ſtatuto) agnita uti
ſub, quod ultimum eſſe poteſt, quãdo pro
pter dotem excluditur a legitima, & illius
5 ſupplemento, tunc † non facit partem in
computatione legitimę filia, ſed habetur
pro extranea, ut per Caſtren. in l plane. §.
ſi duobus. nu. 8. D. de. leg. 1. Gabriel. conſi
lio 11. & 15. & omnes Doctores in locis in
fra citãdis id uno ore præſupponunt nec
repetitio hac in re aliquẽ contradicentẽ.

His ſic præmiſſis ad opiniones noſtrorũ
deuendẽdo. Prima opinio in propoſita
quæſtione eſt, quod filiæ augeãt numerũ
6 & numerẽtur cum maſculis, ita, vt faciãt
legitimam, † quæ alias erat triens, ut ſit
ſemis, ſi ſunt quatuor filię, & vnus maſcu
lus. ita tenent. Bal. Ang. Caſt. & Rom. rela
ti p̱ Brunum in loco ſupra citato, & latius
per Boſſ. in titulo de publicat. bonor. n. 2.
vbi dicit ita iudicatum, & hæc eſt illa opi
nio, quam magis communem dicit Iaſ. in
l. re coniuncti. num. 47. de leg. 3. ubi loqui
tur de iure accreſcendi. Guido Papæ, quæ
ſtio. 295. col. fin poſt Petr. Iacob. a quo ta
men ipſe deſcidit dicens ita bis iudicatũ,
& quæſt. 559. in principio. Pariſ. conſi. 53.
num. 76. libro 3. & plures allegat Decian.
conſilio 46. n. 30. libro. 3. quæ opinio pro
cedit præſuppoſito, quod dos ſuccedat lo
co legitimæ, ita ꝙ omnes concurrant pro
ſua legitima in hæreditate, ita enim præ
ſupponit Ang. in conſi. 300. punctus talis.
alias. 299 in principio. Sed hanc opinionẽ
dicit reprobatam Socin. iun. conſ. 25. n. 3.
li. 1. & poſt eum Hieron. Gabriel. conſi. 11.
num. 9.

7 Secũda opinio eſt huic omnino cõtra
ria, quod filię partem non faciant, † nec
augeãt numerum in computatione legiti
mæ. ita tenent Ang. Imo. Caſt. Aret. quos
citat Brun. dicto articu. 13. quæſt. 3 dicens
communem, & eam ipſe credit ueriorem
Ruin. 152. colum. 2. libro 5. & pro hac par
te multos refert illam ſequẽdo Cra. con-
ſil. 296. num. 8. libro 5. quibus addo Rolã.
conſi. 25. num. 7. libro 1. Claud. Chiſſet in
tracta. de portionib. ca. 7. in principio, ubi
adfert bonam diſtinctionem in hac quæ-
ſtitione,



ſtione, & hanc partem communem dicit
Gabriell. conſi. 15. numero. 20. addens de
trahi has dotes uti æs alienum iux. 4. opi-
nio. de qua infra dicam. quo poſito nõ du
bito uiſis omnibus ſcribentibus quin hæc
opinio ſit priori magis communis, quam
uis has cõtrarias opiniones ita dubias eſ-
ſe dicat Socin. & non ſit reprehẽdendus,
qui unam uel alteram ſequatur, propter
opinionem conflictus, & propterea iſtis
duabus opinionibus relatis irreſolutus in
hac quæſtione tranſit Dec. conſi. 607. nu-
me. 15. ſed iſtę duę opiniones cõtrarię ſic
conciliari poſſent, ut prima procedat, quã
do dos ſuccedit loco legitimæ, ut ibi dixi.
puta ſi iure inſtitutionis illa a patre relicta
fuerit, uel ex verbis ſtatuti colligatur, ꝙ
dos habeat ur p̱ portione legitima. Secũ
da uero habeat locum in contrario caſu,
quãdo dos nõ ſuccedit loco legitimæ, ſed
detrahitur uti ęs alienum, ut infra dicam.

Tertia eſt opinio, quod filię faciãt par-
8 tem † filio habili in illius fauorem, ita ut
quãdo ſunt 4. filiæ & unus maſculus legi
tima non ſit tertia neque ſemis ſed dimi
dium ſemiſſis, de qua per Roman. in dict.
l. 1. C. quam non petent. par. colu. antepe
nultim. uerſiculo in contrarium. & quod
filia excluſa faciat numerum in fauorem
maſculi, late Decian. dicto conſilio. 46. nu
mer. 31. & ſequen. dicẽs ita practicatum,
& communem dicit Alciat. conſi. 476. nu
me. 12. & dicam infra proxime, & in ſepti
ma opinione. Sed opinionem Romani in
pugnat omnibus contrarijs reſpondendo
Gabriell. d. conſi. 15. uerſi. ſupereſt, ut re-
ſpondeamus.

Quarta fuit opinio, ꝙ tali dos ſuccedat
9 loco legitimæ, † & tñ ante omnino detra
hatur. ut æs alienum, ut per Alexan. conſ.
36. nu 7. li. 7. quem ibi ſequitur Modern.
Pariſien. qui concludendo dicit, ꝙ talium
filiarum non habetur ratio ad minuendã
legitimã filij, ſed bene ad eam augẽdam,
ꝙ ẽt uoluerũt Alexãdr. & Pariſ. quos re-
fert Grabiell. in li. cõmu. concluſ. tit. de le-
git. con. l. 2. in quinta opinione Sed aduer
te, ꝙ hæc opinio Alexã. non põt procede
re quia p̃ſupponit, ꝙ hæc dos ſuccedat lo
co legitimæ quo caſu, ut ſupra dixi, uera
oĩum ſnĩa eſt ꝙ filia non facit partẽ, ideo
iux. id quod ſcribit Gabriel. conſi. 11. nu.
9. poſſumus illam dicere ueram, & rece-
ptam, quatenus vult filios. non numerar
qñ dos non eſt loco legitimæ, ſed falsã, &
reprobatam, quando vult dotes deduci ut
legata, ut dixi ẽt ſupra in ſecunda opinio
ne, & quod filiæ non faciant partẽ hoc ca
ſu tenuit idem Gabriell. dicto. conſ. 15. nu
me. 20. & poſito, quod dos uti æs alienũ
detrahitur, illa eſt detrahenda de integro
10 † corpore hæreditatis, & nõ de ſola legiti
ma fratrum, & ideo filius capiet de eo, qđ
ſupererit integram ſuam legitimam quæ
opinio eſt uera, & communis, ut dicit fir
mat, ut unum pro multis allegem. Deciã.
d. conſ. 46. num. 21. & 37. poſt plures ibi
citatos, quibus alios addere poſſumus cu
mulatos per A. Gabriell. d. conclu. 2. nu. 3.
& 4. & illis addo Capyc. deciſi. 558. num.
7. Burſ. con. 92. & num. 40. dicens in fi. cõ
ſilii ita iudicatum, & ſi addamus doctores
qui tenuerunt ſecundam opinione cum
quib. in hoc caſu tranſit Rub. conſ. 156. n.
6. & in fi. cõſi. non eſt. dubium. quin hæc
opinio ſit magis communis, & uera præ
ſupoſito ſemper caſu in quo dos, non ſuc
cedit loco legitimę, ita ut filię nullo mo
do partẽ faciant, & hanc opinionẽ commu
nem, & tenendam ad maius cõmodũ ma
ſculorum dicit Simon de Præt. de interp.
ult. uolu. li. 3. dubitat. 5. ſolut. 6. n. 5. ubi il
lam limitat. duob. mod. Gæp. lite cõſ. 245.
p̱ totum li. 2. & conſ. 322. nu. 4. Bero. conſ.
138. li. 2. Riminal. iun. conſ. 31. nu. 71. Ca-
gno. in l. Papinianus. §. quarta numero. 11.
uerſiculo. pariformiter. D. de. inoffic. teſta
ment. Cardinal. Alban. in d. l. Titio. §. Ti
tio genero. in addit. ibi ad Bart. D. de. con
dit. demonſtr. Corn. dicẽs uerã & cõem.
cõſ. 199. li. 3. qui tamẽ loquitur in caſu de
quo dicã infra in 7. opinione. Menoc. cõ
ſi. 71. n. 25. li. 1. Port. conſ. 13. n. 13. Ioſeph.
Ludou. deciſ. Peruſ. 21. 1. par. Crauet. cõſi.
lio 165. n. 4. & conſ. 189. nu. 12. Tob. Non.
conſi. 18. Gabriell. conſilio. 121. nume. 54.
& conſilio 101. nu. 10. & hanc opinionem
ego tenendam uti ueriorem, & magis cõ-
munem credo, nec ab illa in iudican-
do, & conſulendo recedere. præſuppoſito
ſemper, quod dos non ſuccedat loco legiti
mæ, & iuxta illam fuit obtentum, ut in
fra dicam.

Quinta fuit opinio, quod dos compute
tur in legitima, & filiæ faciant partem,
11 † quando ſtatutũ vult filias donari uſq; ad
quan-

quantitatē legitimæ, vt dicit addit. ad cō
ſil.Socin.poſt ſuas lecturas. poſt.Cor. con
ſilio 197.& 303.lib.1.& hæc opinio in ter
minis talis ſtatuti poteſt eſſe, vera, q̃a tūc
dos ſuccedit loco legitimę, & ſtatutū ex-
preſſe, vult dotē eſſe pro legitima, quo ca
ſu fiet detractio de triente maſculi, quaſi
quod filia habeat iura ſuitatis, & nō ſit ex
tranea, idque ſentit Ang.in l. Papinianus,
§.quoniam,nu.5.& §.unde ſi quis.num.2.
D.de.inoffi.teſtam.& conſi. 300. Caſt.in l.
huiuſmodi.§.ſi Titio. num.1.D.de.lega.1.
& conſi.51.uerſiculo breuiter colum.fin.
libro 1.& in hoc caſu, ut alias dicebā, non
uideo aliquem a Doctoribus tenentē con
trarium poſito quod dos ſuccedat loco le
gitimæ. & ita loquunť,& intelligendi ſunt
omnes Doctores,quos allegat Cra.in di-
cto conſil.966.ſi in fonte uideantur, & in
hic terminis hāc opinionē admittunt Cæ
phal.Pariſ.& Gabriel. Curt. in conſi. 268.
Bero.d.conſi.138.nu.14.lib.2.Grat.conſi.
160.poſt nu.28.Sed difficultas eſt non par
ua,an in ſpecie huiuſmodi ſtatuti dos ha-
beatur pro legitima.

Sexta eſt opinio in hoc articulo,quod ſi
12 ſtatutum excludit ſimpliciter filiam,† &
mandat dotari non faciat partem, ſed ha
beť pro extranea, ſi uero excludit ſolū do
tatas,uel habuit conſiderationem aliquo
modo ad legitimam, tunc filia tāquam in
cōſideratione habilis a ſtatuto, faciat par
tem,& dos computetur ꝓ legitima, vt re
fert Gabriel. dicta concluſ. ſecunda, uerſi.
quarta opin. poſt Socin.conſi.150.lib.pri
mo, ita uidetur diſtinguere Decian.dicto
conſ.46.Cæphal.dicto conſ.245.num.20.
pulchre. Michael graſſ.communium opi.
§.legitima quæſtio.7.num.4.uerſic. Quid
dicendum.Purpurat.conſ. 264.in fine, &
ſimilē diſtintionem uidetur feciſſe Caſt.
in dicta.l.Titio centū.§.Titio genero.poſt
num.8.uerſicu.ego pluries,& conſil.275.
dubio 2.libro.1.& conſi.468.quod eſt ulti
mum dub.3.lib.2.quem ſequitur Soc ſen.
conſi.75. num.8.uſque in fi.lib.3.Cuman.
conſi.35.colu.2.uerſiculo in contratium.
Corn.dicto conſilio 199.colum.2.libro.3.
Alexan.conſi.13.num.12.libro.3.179.nu
me.5.lib.5.Pariſ.conſi.25.nume.39.lib.2.
& dicto conſi.53.num.76.l b.103.Ruin.di
cto.conſi.152.poſt num.7.libro.2.& quo
ad primum caſum diſtinctionis ita intelli
gendi ſunt Doct.allegati per Riminal. di
cto conſ.31.num.74.libro. 1.Sed Brun.in
hoc articulo refert diuerſas opiniones Do
ctorum.num.23. & ſequen. & tandem re
ſidet cum opinione illorum, q̃ uoluerunt
quod fœminę nullatenus partem faciant
etiā ratione dotium,& quod legitima ſit
tertia pars vel ſemis totius hereditatis, de
ducto ęre alieno,& deductis dotib⁹ exclu
ſarum,ita quod ipſe dotes nec in patrimo
nio,nec in legitima quo ad calculandu m
ipſam legitimam computentur, dicēs hāc
opinionem ueriorem communem, & te-
nendam, & ſecundum illā fuiſſe iudicatū
in cauſa de Pelletis Aſten. & ſic loquiť in
terminis ſtatuti Aſten.in quo ſolum dota
tæ uel maritatæ excludūtur, ut per ipſius
ſtatuti uerba uidere licet, q̄ poſui alias ſu
pra deciſio.63.neque enim hoc caſu dos
poteſt ſuccedere loco legitimæ, ut filiæ fa
ciat partē,iuxta receptiorem opinionē,q̃
etiā magis communem dicit Purpur.con
ſilio 350.per totum.li.1. & conſi.546.nu
me.3.lib.2. Cephal.conſi.765.in fi.libr.5.
Bertazol,conſi.ciu.108.nu.7.ubi dicit ue-
ram,& communem.

Septima fuit opinio, ꝙ ſi ſtatutum ex
cludat filias fauore maſculorum, ut ſi ſta
13 tutum dicat ꝙ extantibus maſculis, uel
agnatis filię non ſuccedāt,†tunc filiæ fa-
ciant partem ad commodum maſculorū,
ut per Brun.dicta. quæſt.3.num.44.Dec.
dicto.conſi.46.nu.33.& ſequen. Sed hæc
opinio nō eſt ita ſimpliciter intelligenda,
ſed tunc demū quando dos ſuccepit locū
legitimæ,tunc enim licet ex ueriori, & cō
muniori filiæ faciant partē tanquam agni
tæ,tamen ſi habuerunt dotem attento,ꝙ
excluduntur a ſtatuto fauore maſculorū
illud,quod plus eſt ultra illarum dotē ad
uerā portionem legitimæ, cedit in fauo
rē maſculorum, & ita poteſt intelligi opi-
nio Alexan.& Moder.ac. Rubei, quā retu
limus ſupra in quarta,opinione,& mihi ui
deť in hoc caſu ueriſſima. hæc opinio,q̃a
cum ſtatutum filias ſeu fœminas excludat
fauore maſculorū ſeu agnationis omnia
ſunt acceſſoria ex hac excluſionē ꝓdeun
tia in illorum fauorem interpretāda inde
credo quod Brunus bene cōſuluerit,licet
hunc paſſum dixerit dubium Bal.& irreſo
lutum reliquerit in conſi.157.lib.5. & iſta
eſt vera opinio Caſtr.in dicta.l.plane.§.ſi
duobus.



duobus num.8.de lega.1. hoc modo Ga-
briel.etiam dicto conſil.11.num.17.dicit
impinguari partem maſculorum.& dicto
conſil.15.nume.21.& num. 29. uerſic.ex
his cōfido pro hac opinione induco opi-
nionem.Pet. Iacobi.in tit. de conditio.ex
l.omnimodo. nu. 7. uerſiculo ille ergo fi-
lius.ubi uoluit quod filius, uel filia per re-
nunciationem excluſi faciant partē in fa-
uorem uniuerſalis hæredis, & cōputētur.
in numero filiorum ad calculandum legiti
mam; & ſic cū hic ſimus in fauore maſcu-
lorum, illorum fauore hęc erit ad ſtatutū
facienda interpretatio,neque enim abſur
dum eſt,ut quis faciat partem,& ad illam
non admittatur l.huiuſmodi.§.ſi Titio.D.
de leg.1.& ita primam opinionem ſupra
latam ad hunc caſum trahit Pari.conſ.36.
num.29.lib.2.dicens tunc magis commu
nem,ut refert Gabriel dicta conclu.2. nu-
me.2.& in his terminis ad fauorē maſcu-
lis conſuluit Corn.dicto con.199.licet trā
ſeat cum illa opinione ad fauorem maſcu
li,ut dos detrahatur ut ex alienum ab uni
uerſa hæreditate,& maſculus habeat inte
gram legitimam, quam opinionem dicit
communem,& tenendam.& cum Pet. Ia
cobo,quod filiæ faciant partem in fauorē
uniuerſalis hæredis,tenuit Boer.deci.104.
num.10.& hoc caſu dici poteſt,quod filii
habent reſiduum iure accreſcēdi prout lo
quitur Iaſ.in dicta l. re coniuncti.nu. 247.
& tenuit Roman.& alii relati. per Gabri.
dicta concluſ.2.num.5.in tertia opinione
quibus addo Bello.conſ.83. num. 18. Ita
ut portio, quæ ſupereſt ultra legitimā &
dotem quę loco illius ſuccedit, accreſcat
maſculis, licet his contradicere uideatur
Caſtr.conſ.266.col.2.& 3.lib.1.Crauet.d.
conſi.966.nu.4.& ſeq.

Octaua eſt opinio mea,quod ſtatutum
dicat,quod filia a quo cūque dotata ſit ex
cludatur ab hereditate patri omnino,tūc
quia in totum tollitur legitima, dos qua
habet etiam in bonis patris fratre uel alio
14 non ſuccedat loco legitime,† & per con-
ſequens filia non faciat partē per ea,quæ
ſupra diximus,& q̃a perſona excluſa om-
nino a ſucceſſione etiā ab omni legitima
& ſupplemento non facit partem,neq; cō
numeratur,cū pro mortua habeatur,& il
lud quod illi debetur detrahitur ut ęs alie
num de tota hæreditate per condic.ex le
ge.Bar.in l.1.D.de cōndict.ex lege.& iſta
opinio eſt uera,& communis ſecundum
Corn.dicto conſ.199.Soc.conſ.150.153.
288.lib.2. & probaui late ſupra in ſecūda
& quarta opi.Si uero filiæ habuiſſent a pa
15 tre dotes† in teſtamento iure inſtitutio
ni uel legitimæ,tunc facerent partem, ut
in hoc caſu tenuit Gabriel.d.conſi.11. nu.
17.Ratio eſt,quia tunc dos in legitima cō
putatur, quo caſu non eſt dubium, quod
filia facit partem,& ſic erimus in terminis
primæ opinionis,cum filia non habeatur
pro mortua,uel pro extranea.Caſt. conſi
lio.52.ſuper primo puncto.nume.2.lib.1.
Alex.conſi.131.libr. 1. Ideo ſi pater relin
16 quat aliquid filiæ† in teſtamēto id impu
tari debet in legitimam citra omnem du
bitationem,ut cenſuerunt Bal.Caſtren. &
Com.quos hoc caſu ſequitur Brun. dicto
art.13.quęſt.3.col.4.& 5.uer. ſed pro con
cordia.Soci.ſen.conſ.76.libr.3. Pariſ. con
ſilio.36.num. 29. & conſilio 54. num.19.
uolum.2.Deciā.dicto conſi.46.nu.26. in
fin.& dicit communem Bellon.conſ. 83.
num.15.poſt Bal.Ang.Socin.Caſt. Com.
Aret.Curt.iun.Curt.ſen.Caſſan.Fabia de
Ciochis,quos allegat Rui.conſ.40.nume-
ro 11.uolum.3.

Verū in hoc ultimo, quod filia inſtitu
ta parte ſtante tali ſtatuto faciant partem
17 contrarium† tenuit.Barto.conſi.8. in fin.
Borgnin in tract.de uſufru.mul.relic.nu.
me.59.Tiraquel.del primogen.quęſt.56.
& quod communis concluſio quæ habet
quod filię non faciant partem, procedat,
etiam quod pater teſtamentū fecerit, te
nuit Rui.conſi.52.num 9.lib.2. Brun.ar-
tic.11.quæ.2.num.5.circa finem, Pari. di
cto.conſ.54.num.4.libro.2. Burſat. dicto
con.92.in fi.Bero.dicto conſi.138.nu.13.
& 18.dicens hanc concluſionē eſſe de mē
te omnium,& pro illa plures allegat illā
ſequendo Crauet. dicto conſi.966.nu.9.
Rub.conſi.156.num.8.circa fin.Port.con
ſilio 13.num.13.& 14.Gabriel.in dicto cō
ſilio.11.num.7.Rimina.iun.dicto conſ.31.
num.74.& 75.Fabian.in dicta authen.no
uiſſima.nu.211.& 215.C.de inofficio.te-
ſtamen.& pręſuppoſito tali ſtatuto,uideo
non obſtāte tali inſtitutione hanc eſſe ma
gis receptam opinionem.Vnde nō refert
ſit dos relicta nec ne titulo inſtitutionis,
quinimo ubi pater expreſſe illam reliquiſ
ſet

ſet pro legitima,non potuiſſet in hoc præ
iudicare filios ad minuendam illius legiti
mam a ſtatuto auctam.Calder.in conſilio
32.titu.de teſtamen.

Ex iſtis omnibus ſupra relatis opinioni
bus uidere licet quam anceps, & difficilis
ſit huius queſtionis reſolutio,& ideo cum
ſimilis quæſtio diſcutienda coram Senatu
occurriſſet in cauſa Beccarię ſuper ſtatuto
Montisregalis excludente fęminas fuit di
38 uerſimode determinata, † & fuerunt late
tres ſententiæ.Primo.n.cum cauſa non eſ
ſet plene diſcuſſa attento cōcordia aduo
catorum,inclinauit Senatus in illam opi-
nionem,ꝙ filiæ facerēt partē, & duos ſuc
cederet loco legitimæ referente.D.Cerua
1581.20.Iunii Verū petita reuiſione fuit
reuocata iſta ſentētia , & dictum quod at
tentis uerbis ſtatuti Montisregalis, ubi ui-
debat omnino excluſa filia , data illi dote
congruenti , ( quamuis aliqui ex dominis
dubitarent) talis dos non computaretur ī
legitima,& filiæ non facerent partem prę
ſertim quia illud ſtatutum non curabat a
quo dotata eſſet,& hoc nō obſtāte, quod
pater dotaſſet filias in teſtamento in dimi
dium florenū iure inſtitutionis quo caſu
ego tenebam cōtrarium. Imo cum agere
tur contra fideicommiſſarium dicebā ſal
ua meliori deliberatione,ꝙ legitima inſpi
citur tempore mortis patris, unde tunc fi
liæ tres una cum filio trientem capiunt.in
quo triente dotes perſoluntur , quæ ſi ad
plus aſcendunt quam ſit filiarū legitima
id ſuper reliqua hæreditate percipitur, ne
filii legitima minuatur, ſin uero ad minus
tunc ꝙ ſupereſt lucro cedit filio maſculo,
reliquum detracta Trebellianica cedit fi
deicommiſſario,Et cum partes uiderent
duas ſententias contrarias,uoluerunt reui
ſionem,& tandem Senatus totus cōgrega
tis claſſibus & re per aliquot dies multū
diſputata,ac uiſis allegationibus pręſtan-
tiſſimum.I.C.DD.Ludouici Morotii, M.
Goueani nūc Senatorius meritiſſimi , &
Franc.Oddeti,qui pro fideicomiſſario cō
ſuluerāt & DD.cōſtantii Filippi Io. Vau
di,& Aſcanii Bentii qui pro ſororibus de
Becariis ſcripſerant,& reuolutis libris pro
utraque parte facientibus cōfirmauit hāc
ſecundam ſententiā,diſcrepantibus tamē
uotis,& cenſuit in terminis prædicti ſtatu
ti eſſe ſequendam ſecundam opinionē ex
eo quod per illius uerba ellici nō poterat
quod dos ſuccederet loco legitimæ,Anno
1583.ſecunda Iunii,& dictum in poſterū
non fore ſuper hac quęſtione ulterius du
bitādum, ſed illam deciſionem perpetuo
obſeruādam,ut auferatur diſputationibus
multiplicibus occaſio.

## Mobiliū appellatione an ueniāt pecunię,ita ut in legato mobiliū generaliter facto cōprehēdātur.

### *DECISIO CLX.*

1 *Pecunia eſt res mobilis.*
2 *Mobilibus legatis an ueniat pecunia reperta in cauſa teſtatoris & n.4. & quid ſi ſit dictio uniuerſalis.nu.5.*
3 *In legatis a proprietate uerborum non receditur.*
6 *Pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata an legato mobilium comprehendatur.*
7 *Mobilium appellatione non uenit pecunia in legatis attento communi uſu loquendi & num.12.*
8 *Deci.in conſi.472.examinatur.*
9 *Pecunia ad negotiationem deſtinata cenſetur res immobilis & idem ſi fœnori ſit deſtinata.num.10.*
11 *Mobilium in relicto non uenit pecunia , ſi locus ubi mobilia repoſita, ſunt deſignet.*
13 *Fructus hæreditatis an in legato mobilium ueniant , & quid de nominibus debitorū remiſsiue.*

1 PECVNIAM rem † mobi
lē eſſe nemo eſt qui neſciat
ideo mobilium,ſeu mouen
tium appellatione illā con
tineri omnes ſcripſerunt,in
l.mouentium.93.D. uerbo ſign. ubi pre-
cæteris Brecheus, & Fornerius ex recētio
ribus.neq; enim negari poteſt quin pecu
nia ſimpliciter , & propriæ ſit res mobilis
ut dicit Tiraquel. de retract.§ 1.glo.7.nu
me.102.poſt.Cyn.Bal.& Albe.in l. ea de
mun. C.de collat.Ange.in §.& quia parū
authen.de nupt.per illum tex.Hinc dubi-
2 tatū fuit apud Doctores,an ī legato † mo
bilium,pecuniæ,quæ in domo,& capſa te
ſtatoris repertę fuerunt,cōtineantur,& le
gatario cedant.Nam quod ille ueniāt , &
qđ legato mobilium cedant tenuit Dec.
conſi.



cōſi.381.n.4.& conſil.472.col.1. et poſt
eum Tiraqu. de retract.d.glo.7. nu.102.
Pariſ.conſilio 67.nume.11 lib.2. Mantica
de coniectū.ultimar.uolu lib.9.titu.3. nu
me.1.Natt.conſ.117.num. 5.Stracca in
tract.de mercat.parte j.nu.76.Io.Gall. de
ciſ.ſeu q.1.Pinel.in l. 1.2 par.nu.44.C.de
bon.mater.moti per tex.in l.ſic horus.79.
§.1.D.de.leg.5.& ꝑ multas rationes quas
allegat Deci.in d.conſil.472.& præcipuè,
quia præſuppoſito pro uero,quod ex pro
prietate uocabuli pecunia ſit res mobilis,
3 non erit † in legatis ab hac uerborum pro
prietate recedēdum l.non aliter.de leg.3.
Sed quod imo pecunia in legato mobi
4 lium non † comprehendatur,tenuit Iaſ.in
l.ſingularia.n.28.Corn.cōſi.49.lib.3. Alc.
in l.mouentiū.in fi.D.de uerb ſign. & in
d.l.ſingularia.Gabriell.conſilio.98.nu.20.
& ſeq.qui mouētur ex tex.in l.quęſitum.
78.§.1.& in l.ſi mihi Meuia.91.in fi.de le
gat.3.Quorum opinio ſi bene conſideran
tur iura,& rationes ꝓ utraque parte alle-
gat , probabilior certe uidebitur, attenta
præſertim regula illa, quem Paul li.3.ſen
tentiar.tit.de uſufr.cap. de mobilis. legat.
& poſt eum Harmenopolus Grecus inter
pres lib.5.tit.10.circa fi.tit.1.proponunt,
ꝙ mobilibus legatis aurum , uel argentū
non continetur, ſed illorum ſpecialis mē-
tio fieri debet,licet ,aurum uel argentū a
pecunia differāt.locum aurum,in prin.D.
de auro & arg.leg.

Sed pro concordia ego cogitabā diſtin
ctionem,ꝙ aut pecunia eſt in magna quā
titate puta ultra centum aureos in nobili,
50.in mediocris fortunæ,& 25.in ruſtico,
& tunc in legato mobilium nō ueniat, per
d.l.quæſitū, & l.ſi mihi Męuia. Aut extat
in minori ſumma , ut ſupra reſpectiue,&
tunc ueniat illa pecunia in tali legato, d.l.
ſi chorus.§.j.Moueor qa I.C.in d.l.ſi cho
rus.facit indiſtinctionem an pecunia eſſet
fænebris ideo repoſita,ut mutuo daretur,
uel eſſet in peculio,dū de peculio dixit in
telligit de modica ſumma, quia peculium
dr̄ puſilla pecunia,ſeu patrimoniū puſillū.
l.depoſiti.§.peculiū.D.de.pecul.& in ter-
minis illius tex.ſentit.Cotra in ſuis memo
ralib.in uerbo peculiū,& arridet huic opi-
nioni interpretatio Iacobi Reuar.ad illum
tex.li.5.uarior.c.17.& Coraſ.lib. 1.Miſce.
c.13.& cum hac opinione uidi poſtea tran
ſire Gabriel.d.coſi.68.num.35.& hoc eſt,
quod uoluit Gomez.in §.item ſeruiana.
n.21.inſtitut.de act.dum diſtinguit inter
pecuniam,quæ expedibilis eſt , uel ꝓ the
ſauro habetur,licet illius diſtinctio nō cō
ueniat literæ illius tex.quæ non intelligit
ſub nomine peculij theſaurum, ꝙ ſibi pa-
terfamilias theſaurizans conſeruat , cum
non intelligatur teſtator,nec præſumatur
alteri relinquere quam hæredi, quē ma-
gis diligit quam legatarium.

Verum retinere ſi uelis indiſtincte pri-
mam opinionem, que ſine dubio eſt ma-
gis communis,præſertim ſi addamus opi
nionē illorū,qui uoluerunt,ꝙ etiam pecu
nia ad emptionē prædiorum deſtinata ſit
res mobilis,de qua infra dicam , Amplia,
5 ut multo magis illa procedat, quādo † cū
dictione mobilium teſtator addit dictio-
nē uniuerſalem,quæcunque,uel omnium
& quacunq; vt per Cur . Iun.conſ.183.nū.
4.Alex.conſi. 118.nu.5.li.5.& in hac ſpe-
cie uidet̄ reſtringere Deci.d.conſ.472.Ti-
raq.de.retra.d.gl.7.n.20.licet contrarium
tenuerit Cor.d.cōſ.49.col.fi uer.circa pe-
cuniam,& ſit tex.in d.l. ſi mihi Mæuia.§.
fin.ubi ſunt uerba generalia geminata , &
firmet Tiraq.d.gl.7.nu.26.

6 Amplia ſecūdò,ut procedat communis
opinio etiamſi talis pecunia † fuiſſet ad em
ptionem prædiorum deſtinata: nam tunc
deſinit eſſe res mobilis & inter immobilia
connumerabitur in hoc legato,ut per do-
ctores in l.cætera.§.fi de leg.1.& latius ꝑ
Boe.deciſ.209.ubi enumerat 25.doctores
pro hac parte,& quatuordecim pro alia.&
hāc opinionem tenuit Rolan, de lucro do
ta.q.91.nu.12 ubi dicit in fi.quæſtionis,ꝙ
iudex aliter iudicādo faceret litem ſuam,
& illam cōem:& ueriorem dicit And.Ga-
ill practic.obſer.li.2.obſer.11.ubi per to
tam pulchre de hac re diſſerit. Mich.Graſ.
commun.opin.§.legatum. qō 19. nū.8.
Mantica d. titu.3.num 2.in fi.& titu.2.n.
2.eo.lib.Pinell.in d.l.1.2.par.nu.44.C. de
bon.matern. Sed licet hęc opinio cōmu
nis ſit,altera tamē uerior ſemper uiſa fuit,
quam præ cęteris latiſſime defendit.Tira
quel.in d.gloſſ.7.num 105 poſt Cuma.ui
rum ſubtiliſſime in d.l.cætera.§. ſed ſi ſe
parauit.de leg.1. pro qua allegantur.l.3.
§.6.de contratabu.iudi.tute.l.22.D.de ad
mi.tu.ſequi.ut Gomez.in dicto.§.itē ſer-

uiana. numer. 21.& facit opinio eiuſdem
Cuman. Alexan, & Areti.ĩ l.ea demũ. C.
de collat.quos refert, & ſequit̃ Tiraquel.
in d.glo.7.n.111.qui uoluerũt, quod pe-
cunia ex re immobili redempta in legato
nõ ueniat,& de illa iudicetur,ut de re im
* mobili,& cũ hac poſteriori opinione ſtan
te magna quantitate pecuniæ tranſiuit in
facti contingentia Senatus.

Fallit nunc,& declaratur prædicta com
7 munis opinio,ut non habeat locum,quãn
do † eſſemus in patria, in qua communis
uſus præſertim idiotarũ eſſet, ut appella-
tione mobiliũ intelligeretur de utenſili-
bus,& ſuppellectilibus domus, & non de
pecunia,ut uidet̃ eſſe in tota Italia, prout
in hoc caſu teſtat̃ Ioan. Andr.in addit.ad
Specul.in titulo de fruct. inter.§. 1.uerſi
culo,ſed quid ſi debeo.dices uſum,& for-
mam loquẽdi attendendos eſſe,ut ſecun-
dum uſum accipiantur uerba,ceſſat enim
ambiguitas illius uerbi,*mobilium*,propter
uſum loquendi,q̃ eſt ut de ſuppellectili,
& ſimilibus intelligatur.l.1.2.& 3.l.ſup-
pellectile.de ſuppelle.legat. referẽ enim
uerbum,*mobilium*,non ad legum,uel legi
ſtatũ ambiguitatem, & ſubtilitatem, ſed
ad factum,& ipſum communem uſum lo
quendi.argumento.l.quibus diebus §.do
minus.de cõditio.& demonſtrat.& hanc
opinionem Ioan.Andr.refert Natta dicto
conſilio 117.nu.5.& fuerunt illius uerba
originalia Oldrad.in conſilio 219.factum
tale eſt circa fin.& ita tenet Corn.cõſ.49.
nu.3.Pot.in l.ſi quando. nu. 15. C. de in
lit.iuran.Pinell.in dicta l.1.2. par. nu. 50.
dicens,quod ita uſus obſeruat.& ſecundũ
hanc opinionem,quod legatis mobilibus
nõ ueniant pecuniæ,etiam, quod eſſet di
ctio uniuerſalis,omnia,uel quęcunque at
tento cõmuni uſu loquendi in patria etiã
iſta communiter obſeruato, indicauit Se-
* natus in cauſa Taurinen.referente Illuſtr.
D.Senatore Scalengiarũ,nũc Legato pro
Sereniſſi.Duce Sabaudiæ apud Venetos.

Nec obſtabit huic opinioni tex.in dicta
l.non aliter.de legat.3.quia fallit quando
cõmunis uſus loquendi differt a proprie-
tate uerborum,tũc enim magis attẽditur
communis uſus,quam uerborum propie
tas.l.Labeo. D.de ſuppellect.l.liberorum.
§. quod tamen caſſius.D.de leg.3.

Minus obſtat doctrina Decii cõntrariũ
8 tenentis in dicto conſilio 472.† quia lo-
quitur in ciuitate Lucana,ĩ qua pręſuppo
nit non conſtare de tali communi uſu lo-
quendi,ſed in caſu noſtro notorium eſt
hanc eſſe cõſuetudinẽ huius patriæ, quæ
ita ſe habet,ut eſt ea de qua loquit̃ Oldr.
& Ioan.Andr. in locis ſupra allegatis, &
quam in Gallia admittit procedere idem
Dec.Nam apud nos appellatione mobi-
lium,iuxta communem uſum patrumfa-
milias idiotarum,nõ intelligimus ſimpli-
citer de rebus mobilibus omnibus,ſed de
ſuppellectili, quę enumeratur ĩ l.3. D. de
ſuppellect.legat.et iſte error uerborum fa
cilius dicit I.C. in dicta l.3. in fin.in præ
ſertim.in modo loquendi, & uſu penes
quem totum arbitriũ eſt,iuxta.illud Ho-
rat.citati a glo.in l.Labeo.§ nec mirum.
dicto titulo de ſuppellect.legat.ubi I.C.
inquit nõ eſſe mirum uſu longo,& mori
bus ciuitatis rerum appellationẽ mutari,
unde nunc aliud eſt dicere lego mobilia
mea,aliud omnes res mobiles, nã illa di-
ctio mobilia,uidetur eam ſpecialem apud
uulgum ſignificationem habere, ut tan-
tũ ſuppellectionem inteligat, non autem
omnes res mobiles q̃ moueri de loco ad
locum poſſunt,quod etiam animaduertit
Pinell.in dicta l.prima,nume.45. & licet
ſcribat Mantica in dicto titulo.3,num. 8.
quod talis loquendi uſus eſt probandus,ta
men talis probatio non erit in patria no-
ſtra neceſſaria,quia eſt notarius apud om
nes talis loquendi uſus.

Fallit ſecundo dicta communis opinio
ſi talis pecuniam fuiſſet ad aliquẽ † nego
9 tiationem deſtinata, pone enim, quod te-
ſtator eſſet numularius, uel mercator, &
legaret uxori mobilia,certe eſſet abſurdũ
dicere quod uxori uoluiſſet legare pecu-
niam,unde redditus ſuos percipit, & pro
hoc eſt text.in dicta l.ſi chorus.§.primo,
de legat.3.& l.ſi fundus,& l.ſi domus.§.
primo.& l.ſi ita legatũ.86.eod.titu. Man
tica dicto titu.3.num.3.& hoc procedit ſi
pecunia ſit in magna quãtitate,ut ſupra di
cebam, & cenſui Senatus in quadã Tau-
rinen.ideo ſi pecunia ſit apud argentarius
* ſeu ut uulgo dicitur in banchis, † uel fœ-
10 nori deſtinata, aut in aliquo mõte nõ ue
niet in tali legato. dicta l. ſi chorus.§. 1.
Tiraquell.dicta glo.7.num. 112.qnamuis
contrarium( & male) ſenſerit. Mãtica di
cto



cto titulo.3.nu.2.poſt Pinell.in l.1.2.par.
nu.44.C.de bon.matern.& in dubio num
mi cenſetur ad negotiationem deſtinati.
ut per Gabriel.dicto conſilio.98.num.27.
nam nõ præſumuntur eius generis homi
nes tenere pecuniã otioſam,& id ſatis re
rum magiſtra experientia nos docet.

Tertio limitatur,ut non procedat,ſi te
11 ſtator legaſſet omnia mobilia† quæ ſunt
in tali domo nullo omnino excepto, neq;
enim tunc ueniet pecunia,niſi de illa quo
que teſtatorẽ ſenſiſſe oſtẽdatur. dicta l.ſi
mihi Mæuia.§.fi.& d.l.quæſitũ & hoc eſt
quod uoluit Iaſo.in dicta l.ſingularia. nu
mero.28.quem cum Alciat.Corn. & Go-
mez.ita in iſtis terminis intelligit. Pinell.
in dicta l.prima num 46.uerſiculo melius
igitur,& numer.47.dicens hoc caſu male
fuiſſe reprehenſum.Corn.a Dec. in dicto
conſili.472.illa ratione,qui relatio ad lo
cũ in hoc relicto habita eſt,& in hac ſpe-
cie uideo loquutos fuiſſe.I.C.in dictis iuri
bus ſupra allegatis,& in dicta l.ſi ita lega-
tum.86.Gabriel.conſilio.98.numero.28.
Plot.in dicta l.ſi quando §.primo. nu.15.
Mantica dicto.titu.3.num. 3.qui hoc caſu
uult,quod illa pecunia cenſeatur ad nego
tiationem deſtinata·Verum animaduertẽ
dum eſt circa iura allegata pro hac limita
tione,quod ibi.I.C.ponũt caſum in loco
exemplificatiuè non reſtrictiuè.ideo non
uideo rationem ſpecialitatis de uno caſu
ad alium.

Quarto,& ultimo declaratur dicta cõ-
12 munis opinio,ut non procedat† ſi poſt le-
gatum mobiliũ teſtator illis uteretur uer
bis in inſtitutione,*in alijs uero bonis mobi-
libus,& immobilibus inſtituit,&c.*quia ex
illa dictione,*mobilibus*,ultra communem
uſum loquẽdi declaratur mens teſtatoris
ut noluerit in legato intelligere de pecu-
nia.Ita Plot.in d.l.ſi quãdo.§.primo.Dec.
conſilio.665.colum.2.

Quid uero dicendũ ſit in fructibus, an
13 illi in mobilium † legato ueniant,& uide
Mantic.dicto titu.3.num.6.Gabriel.dicto
conſilio.98.& nouiſſime Rota Auinionẽ.
dec.14.per totam.& deci.16.Item an ue-
niant nomina debitorũ, dic quod nõ D.
Sula in commentar.ad decreta tit. de iur.
emph gl.72.parte.numer.31. ſunt enim
tertia ſpecies bonorum,ut ſuo loco dice-
mus, & tradit And.Gail. dicta obſerua. 11.
numero.9.& de hoc eſt tex. in d.l.ſi mihi
Mæuia.92.in principio.D.de leg.3. Man-
tica de coniectur.ultimar.uolunta.libr.9.
titu.3.nu.9.apud quem multa uidere po-
teris ad materiam,quæ nã ſub legato mo
bilium comprehendantur, quæ fruſtra eſ
ſet hic repetere.

## Minor ĩ delictis an mitius ſit pu niẽdus. Et iudex teneatur de neceſſitate pœnam minuere.

### DECISIO CLXI.

1 *Minor in delictis mitius punitur,& quid in
pubere,& doli capace.n. 2.& 4.& quid
atrocioribus delictis.nu.5.*
3 *Minori in delictis non ſubuenitur,& quali
ter id procedat.nu.7.*
6 *Iudex tenetur de neceſſitate minorare pænã
attenta minori ætate.*
8 *Minori, qui deliquit ſtante ſtatuto pænam
mortis inferente, non debet ad mortem
damnari.*

MINOREM in delictis mi-
tius puniendum eſſe, & pœ-
na extraordinaria, Doctores
1 † noſtri & quidẽ magis com
muniter ſcripſerũt, per tex.in l.auxilium.
§.in delictis.D.de minoribus, quod qui-
dem in impubere uidetur expeditum
per ea, quæ tradit.Menoch. in tracta.de
arbitrar.libro.2.cent.4.caſu. 329.ratio eſt
quia talis ætas excuſationem meretur.l.1.
de re.iur.& ætatis rationẽ habẽdam eſſe
§.impuberi.D.ad S.C.Syll.l.fert.108.D.
I.C.ſcribit in l.aut facta.§.perſona. D. de
pæn.Gãdin.in tracta.malef.rubr.de pæn.
uer.cum aliquis.Sed an id locum habeat
in pubere doli capere dubitatum fuit, &
cum ſuper hac quæſtione† diſputatũ fuiſ-
2 ſet in Senatu ĩ perſona cuiuſdã de Virilis
ętatis annorum.24.qui alium alabarda tra
ctare,& animo deliberato occiderat refe-
rẽte Domino Arcatore fuit dictum mino
rem.25. annis ratione ætatis nõ eſſe a pę
na ordinaria.l.Corn.liberandum, & ideo
fuit non obſtante minori ætate ad mor-
tem me tamen reclamante,& ſuadẽte,ut
ad perpetuas triremes relegaretur, condẽ
natus,decapitatus.Pro qua opinione fa-
Z 2 cit

ſcit, ratio, quia minor ex omni delicto te-
netur, ſicut eſt capax mali. l. pupillũ. D. de
regu. iur. §. in ſumma. inſt. de oblig. ex de-
lict. unde regula iuris in hoc caſu aperta
1 eſſe uidetur. §. quod minori in delictis nõ
ſubueniatur l. ſi ex cauſa. 9. §. nunc uiden
dum. D. de minorib. l. ſi minor. 36. D. ad l.
Iul. de adult. l. excipiuntur. in fi. D. ad S. C.
Syllan. quãdo enim extra pubertatẽ egreſ
ſus, quis eſt, & doli capax effectus, excuſa
tionem nullam meretur, & dolus eſt in cõ
ſideratione, ut dicit Barto. in dicta l. ſi ex
cauſa. §. nunc uidendum. in fin. text. eſt in
l. ſeptima. C. de pẹn. ideo ĩ publicis, & cri-
minalibus iudicijs ætatis ſuffragio mino +
res non iuuari ſcribit P. Faber in dicta l. fe
re. de regul. iur. pro qua opinione eſt glo.
magna in l. ſi quis in tantam. in principio.
C. de unde ui. & in dicta l. fere. ubi Acurſ.
diſtinguit inter atrox, & atrociſſimũ deli-
ctum, ut primo caſu mitius puniatur, ſecũ
do pœna ordinaria teneatur, quãdo delin
quit in faciendo non in omittendo, ut per
Socinum ſen. in cap. 1. nu. 15. & 16 de de-
lict. pueror. & illam gl. refert, & reaſſumit
illam ſequendo Henr. Boic. in dicto. c. 1.
de delict. pueror. & hæc fuit Greci inter-
prẹtis. Harmenopoli clara ſentẽtia in ꝓm
putar. iur. ciu. lib. 6. titulo. 6. ubi duobus in
locis ſic ſcribit. *Qui cædem meditato, & con
ſulto facit cuiuſcunque tandem, ſit ætatis
gladio plectitor.* Item alibi; *Et minor etiam
25. annis ſi cædẽ fecerit pæna tenetur legis
Cornelia*, & uidetur tex. ad literam in l. ſi
quis te. C. ad l. Corne. de Sicar. & quamuis
aliqui faterentur id iudicis arbitrio relictũ
eſſe, dicto. §. in delictis ibi.

Niſi quatenus interdũ miſera-
tio ad mediocrẽ pænam iudicẽ
perduxerit.

Vt etiã tenuit in impubere Menoch.
dicto caſu. 329. tamen arbitrium huiuſmo
di ita interpretabãtur, ut poſſet iudex etiã
ad mortem iuxta caſuum diuerſitatem ar
bitrari, ita ut de neceſſitate minime pẹnã
minuere teneatur ut per Vincen. de Frãc.
deciſ. 230. par. 2. & hanc opinionem mul
to magis in caſibus atrocioribus ꝓcedere
Senatus uolebat, ut in aſſaſſinagio. Vnde
cum fuiſſent ꝑteritis diebus inquiſiti duo
iuuenes, unus illorum annorũ. 19. aut. 20
exiſtens, fuerũt ex illius uoto nulla mino
ris ætatis ratione habita furca ſuſpenſi ex
eo, quod in uia publica quendã pro pecu
niis ſubripiẽdis occidiſſent. 1589. die 4. Fe-
bruarii, & ita uidi ſæpius obſeruatum, ut
minor. 25. poſt pubertatem eadem pẹna
qua maior afficeretur in grauioribus deli
ctis: imo etiam in ſimplici furto ſæpius
reiteratio 1589. 22. men. Martii. in quodã
minore di Beuilaquis Taurinen. ætat. ann.
21. qui fuit condemnatus tanquam famo
ſus latro ex eo, quod plura furta commiſ
ſiſſet ad pœnam perpetuarum triremiũ.

Mihi tamen ſemper diſplicuit hæc ob-
ſeruantia Senatus, nec illam unquam quo
tieſcunque caſus cõtingit † probare potui
tanquam nimis rigoroſam, & humano iu
dice indignam, per text. in dicto. §. in deli
ctis, & ſtante pro hac parte magis commu
ni doctorũ opinione, de qua teſtatur Go-
mez. li. 3. uar reſolu. cap. 1. n. 62. & quam
tenuerunt Gãdi. Are. & alii. quos refert, &
ſequitur pulchre cõſulendo Io. Bapt. Cac-
cialup. inter conſ. criminal Zilet. conſ. 92.
lib. 1. ubi reprehendit iudices contrarium
tenentes, dicens ita uidiſſe pluries cõſultũ
per celeberrimos doctores, & obtentum,
& quod iſta nõ eſt miſeratio ceruelina, &
reprehenſibilis, ſed legalis, & laudabilis
apud ſublimes iuriſtas, & uiros magnani-
mos. Marſi. conſi. 24. nu. 38. & 30. nu. 20.
Galeat. Maluat. inter ead. conſi criminal.
conſ. 111. nu. 25. eod. lib. 1. Menoch. poſt
Zuccar. de arbitr. dicto caſu. 329. n. 19. &
hanc opinionẽ eſſe penes omnes receptã
nec aliquẽ contrariari, ſed potius conue-
niret etiã in caſu adulti dicit. Hyppol. Ri-
minal. inter eadem conſilia conſi. 135. ubi
numeros refert illam tenentes, & reſpon-
det ad iura, quæ contrarium ſuadere poſ
ſunt. Burſat. conſil. 77. nu. 19. lib. 1. & pro
hac parte multas rationes non quidẽ con
temnẽdas, & omnino uidẽdas refert, mul
tus ẽt allegãdo more ſuo uiro multiſcius
Tiraquel. in tract. de pẹn. tẽperan. cau. 77.
per totam, & hanc ſententiam in iudiciis
obſeruatam teſtatur. Grammat. dec. 23. &
not. 14. num. 1. & 2. ubi licet dicat in caſu
ſuo fuiſſe reum ad mortem damnatũ, ta
men illud factum fuit, quia fuit per teſtes
cõtrarios maior ætas ꝓbata. Idem voluit
Vueſembech. in ſumma tit. D. ad l. Corn.
de Sicar. n. 76. illa ratione, quia quoties in
delicto eſt minor dolus toties pẹna quoq;
minor



minor eſſe debet. Sed minore eſt minor
dolus, ergo minori pœna plectendus erit,
& ita dicit per Imperii ordinationes cautũ
eſſe, & ſequitur Mandoſ. in ſuo tracta. de
æta. minori. cap. 4 num. 30. qui dicit hanc
eſſe filoſoficam conſiderationem. Boſſ. in
tit. de confeſſ num. 69. in fi. Ludouic. a Pe-
guera Hiſpan. deciſ. crimin cap. 24. n. 21. 7
uerſi. 14. conſideranda eſt dicens ita fuiſſe
iudicatum & de magis communi teſtatur.
Sfort. Odd. de reſtitut. par. 2. quæſtio. 97.
articu. 9.

Hanc opinionem adeo ueram quidam
ſunt arbitrari, ut illam etiam in atrociori-
5 bus delictis procedere † uoluerint, ut in ſa-
crilegio. Bertachin. quem refert Cla. in. §.
ſacrilegium. uerſic. ſed quæro Peguera. di
cto loco. In famoſo latrone, Caccialup. di-
cto conſi. 92. In homicidio. Riminal. dicto
conſilio 135. Grammat. dicta deciſ. 23. In
Abortu. Dec. conſil. 535. circa finẽ. Ozaſc.
deciſ. 60. num. 8. dicens ibi propter mino-
rem mulieris ẹtatem Senatum motũ ad
pœnam minuẽdam, de quo nos diximus
ſupra deciſ. 12. & 13. In ſtupro uiolento.
Cuman. conſi. 95. In furto, ultra Caccialu-
pum Fulgoſ. conſi. 157. Rolan. conſi. 51 nu
mero 40 libro. 1. Sed quicquid in aliis ſit,
in crimine læſæ maieſtati hæc non proce
det opinio, ut per Henri. Boic. in dicto ca
pitu. 1. delict. pueror. illo etenim caſu
maioris perſonam minor repræſentat, &
ideo maioris pẹna pariter affici debet Cæ
phal. conſi. 304. numero. 197. libro 3. Ideo
I. C. ad hũc caſum ſuſpiciens utitur dictio
ne interdum, in dicto. §. in delictis. Item
nõ habebit locum in paricidio, ut late per
Francum dicta deciſ. 230. ubi tamẽ multa
concurrebant, quæ delictum etiam in mi
nori ætate commiſſum agrauabãt. & ibi
inclinare uidetur in ſentẽtiam quod regu
lariter minoretur pœna.

Quibus ſic ſtantibus non eſt quod iudi
cis arbitrium extẽdant aliqui poſſit iux-
ta caſuum diuerſitatem abſque ad mortẽ
arbitrari, quia ultra, quod hac opinio non
eſt uera ſimpliciter, ut dixi ſupra deci. 12.
nu. 9. in iſtis etiam terminis improbatur
per Gomez. Caccialup. & Vueſembech in
locis ſupracitatis. Imo qđ de neceſſitate
6 † iudex teneatur minorare pœnam ſcribit
Foler. in pract. crim. par. 4. n. 27. poſt Saly.
Bal. Caſtr. & Alexa. in l. etſi ſeuerior. C. ex
quib. cau. infam. irrog. & communẽ dicit
Gramma. dicta deciſ. 23. nu. 11. & duob.
ſequen. Burſat. dicto conſ. 77. nu. 16. lib. 1.

Nec obſtat generalis illa regula, quod
ætati nõ ſubueniatur in delictis, per iura
ſuperius adducta, quia vltro reſponſionẽ
traditam à Riminaldo dicto conſ. 135. re
ſpondere etiam poſſumus, quòd illa † ſit
vera in quantum minor. 25. nõ remaneat
ex ſuo delicto impunitus, ſed tamẽ non
negant, quin extra ordinem tunc ratione
ætatis puniatur, & mitius aliquo modo
quã puniretur maior, ita ut iudex magis
miſerationem, & clementiam quã iuris
rigorem ſequãtur, & eodem modo reſpõ
deri poteſt ad l. ſi quis te. C. ad l. Cor. de
Sicar. & ad Fabr. & omnes illos qui volue
runt, quod in delictis ætati non ſubuenia
tur. Sic enim videmus, ꝙ licet iuris au-
thores adulteriũ (quod nõ niſi in pube
re contingit) impunitũ in minore eſſe nol
lint. l. ſi. minor 36. D. ad l. Iul. de adul. fuit
tamẽ ætatis ratio habita quo ad minorã-
dam pẹnã in tali delicto. l. ſi. adulteriũ cũ
inceſt. §. fratres. D. ad l. Iul. de adul. ubi ꝓ

Claudiæ, Claudio.

Legendũ eſſe Cuiac. ſcribit in dicto. §.
in delictis. ſuꝑ verbo. vtiq; atrocioribus,
in fi. licet. n. rigor iuris ad delicta terren-
da aliquid ſeuerius induxerit, iudicis tñ
officium eſt pænas eiuſmodi circa perſo-
narum ſexus, & loci qualitatẽ infligere,
& alias circunſtantias conſiderare, de qui
bus. l. C. ĩ. l. Aut facta. §. 1. D. de pœ. vnde
Marcianus in l. perſpiciẽndũ. d. tit. de pen.

Plane (inquit) in leuioribus cau
ſis proniores ad lenitatẽ iudices
eſſe debent, in grauioribus penis
ſeueritatem legum cũ aliquo tẽ-
peramentũ benignitatis ſubſeq.

Cuius verba ſeueros illos, & nimiæ iu
ſtitiæ iudices, vt nominat Bal. Boſſa. rela
tus in tit. de alim. præſtã. uxo. nu. 8. in cor
de ſemꝑ ſcripta habere sũmopere cupe-
rẽ, quos cõſiderare moneo hominẽ crea-
turã Dei eſſe, maximo cũ miſterio creari
creatũ educari & cõſeruari non ſine ma
ximo parentum ſudore & uigiliis. unde
non debet tam nobilis factura, & animæ
corporiſq; cõiunctio ita facile diſſolui
annihilari. Itẽ aĩaduertere debẽt ſe u

iſti iudices miſericordiã in diuinis ſcripturis ſemper cũ ueritate iunctã fuiſſe, unde canit propheta. *Miſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, Iuſtitia & pax oſculata ſunt,* & dicit Iac. in epiſ. ſua. ca. 2. quod ſuperexaltat miſericordia iudicium, & multa ſimilia doctè adfert rigoroſum iudicẽ inſtruendo Iacob. Simancha. Catolicar. inſtitu. titu. 47. nume 79. & 80. Aureos illos uerſus Claudiani referendo.

*Sis pius in primis; nam cum uincamur in omni.*

*Manere, ſola Deos æquat clemẽtia nobis.*

Ideo licet ſacroſanctæ lege optime male factores puniendus nulla harũ rerũ conſideratione habita uoluerint, eſt talis aſperitas ſaltẽ in minori ętate leniẽda, & hic miſericordia exercenda. Vnde illud more omnium, *Aetate excuſanda:* & Plato li. 13. de ſcientia. *Reſpondeat autem iunior)* inquit) *nam ſi labatur minus peccabit, mitius igitur punietur,* cuius uerba etiam refert Mandoſ. in loco ſupra citato, idque magis procedere debet ſtante communi opinio. de qua ſupra dixi, nam ſi iudex in ciuilibus commimem opinionem ſequi debet, exclamentque vbicunque Doctores, iudicem contra communem iudicantẽ litem ſuam facere, quomodo in criminalibus, & ubi de uita hominis agitur, poterit à recepta magis opinione recedere? Caueãt igitur Domini iudicãtes ne ita aſperi ſint, ne aliquando ſummum ius, & ſeueritatem, quam in homines ſine conſideratione exercẽt, illi poſt mortem iudicio Dei in ſe ipſos experiãtur. ut dicit Diuus Iac. d. c. 2.

Neque obſtabit, in patria noſtra tex. decreti noui Sabaudię inter criminalia. libr. quarto. titulo *del reo* in fine, quia illud intelligi debet quo ad ſolennia, prout loquitur dum de nullitate proceſſuum tractat non autem quo ad pęnam ex delicto infligendam, quia tunc iuris diſpoſitio eſt ſeruanda, cum ſimus in odioſis in quibus ſtricta fieri debet interpretatio, & ita in terminis ſtatuti dic. Boſſ. dicto titulo de confeſſ. num. *69.* in fine. ſic enim & tale decretum, uel ſtatutum non excludit minorem beneficio reſtitutionis in integrum, vt ex communi conſuluit Roman. conſilio 90. numero 2. & 3. Dec. conſil. 39. numero 3. in fin Sfort. Oddo de reſtitu. in integr. qõ. 16. arti. 9 par. 1.

Ex hac uero magis communi opinione inferunt Doctores unam notabilem declarationem, ſiue ampliationem, quod ſi ſta- 8
tuto caueat, † ut quilibet homicidia capite puniatur, minor tali pœna non puniatur, ſed mitius plectatur, quã opinionem communẽ eſſe multis Doctorum authoritatibus oſtendit Hypolit. Bonacoſ. communem opin. criminal. lib. litera M. in uerbo minor non debet. ad quem ne longior ſim lectorem beneuolum remitto. Illud pterea adnotare liber, quod ſi uellemus tenere opinionem illam gloſſ. quod ętati non ſubueniatur, illa habebit tantum locum in delictis atrocioribus nõ in atroce, uel leuiori, ita diſtinguit ipſa glo. in dicta l. fere. Et quando delictum dicatur atrox, uel atrocius pulchre examinat, Cla. in practi. crimi. § 1. numero 9. Ex quo inferebã in facti contingentia male fuiſſe condemnatum illum minorem ætatis anno 21. ad pęnam triremium perpetuarum ex eo, q: faſſus fuiſſet ſe plura furta commiſiſſe, & tot, quod de numero non recordabatur, tum reſpectu minoris ętatis, tum etiam, quia illa cõfeſſio erat facta in tortura nullis præcedẽtibus legitimis iudiciis, & ideo nulla erat, ut per Maſcar. concluſi. 354. in uerbo cõfeſſio. Imo ab ipſo minore reuocari poterat, & aduerſus illã reſtitutio. in integrum erat cõcedenda, ut ſingulariter determinat. Angel. in l. certum. §. in pupillo. D. de confeſſ. Rolan. conſilio 51. numero 38. & eſt pulchra addit. ad Matheſil. notabit. 58. nume. 5. quicquid dicat Sarmin. Selectar. lib. 2. c. 13. ideo cum illius ſententiæ petita fuiſſet reuiſio, fuit frequẽtati exiſtẽte Senatu reparata, & mutata pœna attenta minori ętate ad pœnam fuſtigationis, & banni per quinquenium 1589. die 11. Iuni. Referẽte D. Senatore Eumolio.

## Filii duorũ fratrũ an ſuccedãt patruo in ſtirpes, vel in capita.

### DECISIO CLXII.

1 *Filij fratrum ad ſucceſſionem patrui uenitẽtes qualiter diuidere hareditatẽ debeant duæ inuicẽ pugnantes ſententiæ referũtur nu. 2. & 3.*

4 *Lex antiqua ſemper in pari gradu trãſuerſalium hæreditatem diuiſit in capita.*

5 *Repræſentatio non eſt neceſſaria inter tranſuerſales in pari gradu ſuccedentes.*

6 *Tex. in auth. de hæred. ab inteſta. uen. capit. 3. late examinatur.*

7 *Azo opinio, quod filij fratrum in capita ſuccedãt, eſt in indiciis recepta & nunc in patria iſta noua conſtitutione terminata.*

1 FILII duorum fratrum ſimul patruo mortuo ſuccedentes, an † ſuccedat in ſtirpes, vel in capita, antiqua, anceps, & ſubtilis eſt quæſtio, & de illa eſt magnum certamẽ inter Doctores ut ait Tiraq. in loco infra citando In cuius tractatione tam late diſputationis cãpũ ingreſſi ſunt noſtri, ut res ſatis per ſe iã aperta, & clara cimeriis tenebris obſcurior effecta fuerit, & quoniam pro una, & altera ſententia ſtant multi Doctores, inter quos, recentiores aliqui illam ſẽtentiam, quam ſequi voluerunt communem, & recepta dixerunt, in eaque tempora incidimus, quibus magis Doctorum numerum quam rei veritate multi conſiderant, uolui hic, ut iſtis cõmunis opinionis perquiſitoribus ſatisfacerem, enumerare vtriuſque partis defenſores, & cũ apud ipſos res ad nauſam ſit diſcuſſa, diutius non inſiſtam in proponendis argumẽtis, & reſponſionibus ab aliis iam tactis, ſed breuibus quid ſentiam dicã, inde quid in facti cõtingentia Senatui uiſum fuerit aperiam. Prima igitur opinio eſt, quæ anteſignanum habet Azo. virum grauiſſimum, & iuriſprudentiæ noſtrę maximum decus
2 † qui voluit, quod hoc caſu patrui hęreditas per capita diuidatur, ita quot ſunt filii. tot ſint portiones, idque ſcripſit in ſumma. C. de legit. hæredi. §. item iure nouiſſimo. uerſiculo illud dubitaui, & in authen. ceſſante. C. eod. nouiſſime edita cũ illius gl. ad leges Codicis opera. A. Contii. Hũc ſequuti ſunt ĩfraſcripti magnę authoritatis Doctores.

Accurſ. ad. §. hoc etiam addendum in uerbo ſuperſtites. inſtit. de legit. agna ſucceſ.
Roffred. in tit. de pon. poſſ. unde cogn. §. ultimo quęritur.
Hoſtien. in ſumma. tit. de ſucceſ. ab inteſta §. uiſo igitur. col. ulti.
Vbert. de Bob. in d. auth. ceſſante, & ibi.
Iacobus Butrig.
Cyn.
Odoffred.
Alberic.
Caſtren. nu. 3.
Bal. in l. 1. §. ulti. D. ſi pars hęred. peta. qui licet alias contrarium conſuluiſſet, dicit tamen hanc opinionem eſſe magis cõſonã literę, & naturæ, & in d. auth. ceſſante.
Salyc. in dicta auth. ceſſante, & in auth. poſt fratres & in leg. 12. tabular. C. de leg. hær.
Ioan. a Monte in d. auth. poſt fratres.
Iacob. de Beluiſ. in capitu. 1. in fi. de natu. ſucceſſ. feu.
Iacob. de Ardizone in ſumma feudo. titu. de ſucceſſ. feud.
Mart. Lauden. in d. 1. col. fi.
Aret. in. §. cum filiusfa. in fine. inſtitu. de hæred. quę ab interſt. defer. ubi hanc dicit ueriorem de iure. quamuis ſi caſus accederet uereretur diſcedere ab opinione. gl. Bart. & Bal.
Fortun. Garz. in repetit. l. Gallus. §. idem credendum. col. im. 19. uerſiculo ex ſuperioribus, D. de lib. & poſthu.
Bulgarus &
Raynerius de Forliuio, quos citat Ba. in c. 1. in prin. de ſucceſſ. feu.
Io. Ferrar. ad ti. inſti. de hære. ab inteſt. in uerbo, non in capita, ſed in ſtirpes. in fi.
Eguin. Baro. in d. § hoc etiam.
Syluester Aldobrand. in addit. ad glo. in d. §. hoc etiam citans ad hoc.
Præpo. Senen. in ſeptimo caſu. q. 6. per totũ
Zaſ. in ſingular. intellect. cap. 7. & conſilio 4. in princip. libro. 1. & in tracta. feud. par. 8. concluſione. 6.
Forron. ad conſuet. Burdegal. §. 6. co. 3.
Didac. in epito. de ſucc. ab inteſt. nu. 8.
Rebuff. in prœm. conſtitut. reg. gloſſ. 5. num. 81.
Franciſc Hotom. illuſtr. quæſti. li. quæſt. 14. ubi late, & docte examinat.
Iacob. Spiegell. in lexico. iur. ciu. in uerbo in capita ſuccedere.
Alber. Papien. quem citat Tiraq. in gl. 12. n. 411 li. 1. de retrac.
Vaſq. de ſucceſ. §. 13 nu. 13. li. 2.
Cuiac. li. 2. de feu. ti. 12.
Duaren. in conſuetu. feudo. c. 8. nu. 10. & ca. 11. nu. 14.
Hanneton. li. 2. iur. feu. c. 6.
Mynſiger, ſingu. obſer. centu. 3. obſ. 95.

Ioan.Imbertus Rupellanus in Enchirido iuris Galliæ litera S.
Ioan.Vaud.ex noſtris.uar.q.li.1.q.24.
Maturi.Montan.in trac.de hæred.ab inteſta. uenien.regu.29.
Michael.Graff commun.opin.§.ſucceſſio ab inteſt.q.30.n.4. vbi dicit hanc tenendam ſed alteram ex ęquitate ſuſtineri poſſe.
Io.Scherideuuin.in trac.ſeu.par.6.tit.de ſuc. Collateral.nu.11.
Franciſcus Balduinus in auth.de hære.ab inteſta.in uerſi.poſt liberos.
VVeembech.in ſumm.ti.de grad.& affin.D. numero.16.
Benedict.Capra,conſilio.21.uolu.ult. & conſilio.104
Cæphal.conſi.431.li.3.
Hancque communem dicunt Vaſqu. & Capram in locis ſupra citatis.
Alteram opinionem,quod in ſtirpes ſucceda
3 tur,& ita diuidatur †hæreditas,tenuit Ac. ſibi in hoc contrarius d.auth. ceſſante in gl.ſuper uerbo in ſtirpes,C.de legi hær.& in §.reliquum.in uerb.fratres.in uerbo parētum.auth.de hæred.ab inteſta.quem in hac parte anteſignanum ſequuti ſunt.
Ioan.And.ad Secu. de ſucceſ.ab inteſta.§.1. uerſi.ſed an filii.
Bar.in l.2.§.hæreditas.uerſi.ego uero,D. de ſuis.& legit.hæred.& in l.1.§ fi. D.ſi pars hæred.pet.idem conſi.173.uerſi.ego autē Bald ſibi contrarius cōſ.66.li.1.293.347. 2.dub.li.2.
Dyn.
Angel.
Corn.
Iacob.de Arena.in auth.ceſſante.
Ioan.Faber.in §.cæterum.nu.4.Inſtitu.de le. agnator.ſucceſſ.
Iacob de Belui.in §.ſi uero neq; fratres & in §.reliquum.in fi.auth.de hæred ab inteſt. dicens,quod hoc eſt ipſa ueritas.
Matheſila.in trac.de ſucceſſ.art.3. uerſi.2.
And.Barb.ab aliis citatus.
Port.in d.§.ceterum.
Dec.in l.3.C.unde lepi.ubi dicit communē, ſed ipſe non reſoluit.
Guido Pap.dec.134.
Nicol.de Vbal.in tract.de ſucceſſ.ab inteſta. parte.3 col.1.
Iſern.c.1.de grad.ſucced.in feud.
Imol.ad clemen.plures.colu.ulti.de iure patrona.& ibi.
Ioan.de Ligna &
Cardin.Zabarell.
Aluar.c.1.de ſuce.feu.& ibi.
Martin.Lauden.ſibi contrarius.
Petr.Ferrar.in forma libell.ab inteſ.in uerbo nulliſque ſuperſtitibus.col.14.uerſic.vlterius quæritur.
Gulielm.Benedic.in cap.Raynut.in uerbo.& uxorem.n.631.
Jacobin.de S.Georg.in tract.feu.in uerb.præſentes.col.3.uerſi.ſed ulterius.
Curt.Iun.de feu.uerſi.quarto.cir.iſtam.
Roch de Curte de iure parto.q.2.
Thom.Dipolu.in addit.ad Bar.d.conſi.173.
Papon. Areſt.11.lib.21.tit.1.
Fabian.de Gioch.in auth.nouiſſima.q.5.
Ioan.Oldēdorp in epito.ſucceſſio.ab inteſt. numero.20.
Claud Catiuncula.in d.§. cum filius inſtitu. de hæred.ab inteſta.
Benedict.de Plumbino ab alijs relatus.
Io.Lup.in repet,c.per ueſtras.
Sonsbech.in trac.feu.par.9.conclu.6.nume. 100.& ſeq.ubi late diſputat reſpondendo omnibus Zaſiis fundamentis.
Viu.lib.2.commu opi.n.25.
Alexan.conſil.29.colum.1.libro.5.55 num. 4.lib.4.
Iaſo.conſilio.173.numero.2.uerſic.ſed præmiſſis.li.4.
Bertrand.conſ.2.li.2.
Ruin.conſi.8.in fi li.1.
Pariſ.conſi.25.nu.9.li.2.
Boer conſi.2.ubi late.
Socy.iun.conſilio.74.numero.7.& 104.nu. 29.li.1.
Fulgo.conſi.12.col.ulti.
Aret.conſ.164.col.1.
Caſſan.con.47.colu.7.uer. ſed quicquid ſit.
Franc.Bec.conſ.16.li.1.ubi latiſſime.
Alben.conſi.29.
Craue.conſi.966.li.5.
Simon de Præt.conſ.37.nu.14.
Ant.Cont.qui latiſſime diſputat in fi.ſui libelli de hære.ab inteſt.
Burſat.conſ.67.
Hypoli.Rimi.conſ.31.nu.47.li.1.
Feder Scot.conſ.18.lib.2.cir.fin.

Hanc opinionem communem teſtātur in locis ſupra citatis Corne.Fulgoſ.Boer. Clar.de feu.queſt.75.Pancirol. addit.ad Bartol.in dicta.l.2 §.hæreditas,D. de ſuis & legit.illamque æquiorem dicit Valēti,

Forſter,



Forſter.in tractatu de ſucceſſ.ab inteſt.li. 3.de ſucceſſio collateral.pag.mihi 333.& 335.Et ſi Doctorū authoritates dinumerentur,non eſt dubium,quod hæc eſt magis communis, nam pro prima Azo.ſunt Doctores nume.43.& pro altera Accurſ. ſtant.53.& ſic pręponderat numero,licet Accur.Bal Lauden.& alii uariauerint, ſed Baldo magis credēdum erit in poſteriori opinione quam tenuit legendo nempe ꝙ in capita ſuccedebant,quā alia quam conſulendo, ut amico, & pecuniis inſeruiret fuit ſequutus Sed poſito,quod hęc ſit magis communis, an ex eo,& uerior dicēda erit,& in iudicijs locum obtinebit?

Mihi certe (ut ingenuè fatear) nunquā placuit iſta communis opinio,licet aliquibus propter glo.& aliorum magnorū uirorum authoritatē temerarium fuerit uiſum ab illa recedere,imo hinc aliqui quæſtionem iudicis arbitrio decidendam reliquerint,ut Io.de Plat.in dicto §.hoc etiā. uerſi.tene quamuis.Corne.in dicta auth. ceſſante.colum.fin.uerſic.ſed licet hæc teneri.Alij dubietate iuris attēta uoluerint hoc caſu hæreditatem per mediū diuidi præuia trāſactione,ut Cyn.in dicta auth. ceſſante,& concordandā dicat Cæphal.dicto conſilio 431.in fine.ꝑ quibus facit, id ꝙ ſcripſi ſupra deciſ.89. Imo miror quomodo Docto.ſola authoritate gl.uariabilis moti in tam clara, & bene ꝑ leges veteres,& nouas reſoluta quæſtione, quaſi nodum in ſcripto quærētes perplexi fuerint,& ipſam rei ueritatem non cognouerint, quod quam uerum ſit nunc aperte demonſtro.Præſuppoſito pro uero,& indubitabili,quod repręsētatio antiquitus non niſi inter deſcendentes quando aſcēdētibus ſuccedebant, locum ſibi uindicabat, idque iure merito tum ex eo, quod nepotibus magis debeatur hæreditas aui in cuius poteſtate cū filiis ęqualiter ſūt cōſtituti,& quos uel nominatim exhæredare, uel inſtituire debet, l.ſecunda. C. de poſthu.hæred.inſtitu. ut dicunt Cæphal. Zaſ. & Fortu.in locis ſupra citatis, tum etiam,quia filii filiorū in ſucceſſione aui nullum gaudium conſtituunt, ſed parentum ſuorum gradus conſideratur, ut uoluit expreſſe Iuſtinianus in §.ſi quis igitur. uerſic.ſic tamen.ibi,

In hoc enim ordine gradū quęri nolumus,

Ideo cum nō proprio iure,ſed repreſentatiue ſuccedant in ſtirpes hęreditas diuidetur illorum prima origine,& ſtirpe tantū conſiderata,quæ omnia ceſſant in trāſuerſalibus,qui iure proprio non repreſentatiue ad hæreditatem ueniunt.

Hoc igitur præmiſſo ſciendū eſt, quod
4 in pari gradu colateralium† ſuccedit in capita,& nō in ſtirpes,ita quod ſi duo ſint fratres,quorum unus habeat filium, alter duos.ſi ſuccedant iſti filij ad hęreditatem patrui moriētis,tres erūt hæreditatis partes,idque iure ueteri primo cautū fuit, & lege antiqua introductum, l.poſt conſanguineos.§.hęc hęreditas,D.de ſuis,& legiti.l.1.§.fi.D.ſi pars hæred.pet.Hinc Vlpianus in corpore ſuorum fragmentorum.titu.26.§. 4.

Agnatorum(inquit)Hæreditates diuidūtur ī capita,ueluti ſi ſit fratris filius, & alterius fratris duo pluresve liberi,quotquot ſūt ab vtraque parte pſonæ,tot fiunt portiones,ut ſinguli ſingulas capiant,

Quod & Caius.l.1.inſtit.ti.8.circa fi.apertius ſcripſit. Vnde hoc iure veteri erat expeditū ut fratrū filij ſine patruo in capita ſuccederēt.Hoc ius antiquū fuit a Iuſtiniano cōfirmatum in l.pen.§.fi in fi.C.de legit.hære.Quæ lex eſt una ex nouiſſimis 50.conſtitut.cum ſit data poſt cōſulatum Lampadii,& Oreſtis,quæ ab eodem Iuſtiniano confirmatur in §.hoc etiam addendum,in fi.inſti.de legit.agna.ſucc.ubi etiā Theophil.Græcus interpres id aperte ſenſit.Ex hoc iure nihil fuit ꝑ ius nouiſſimū authēticorum immutatum, & in auth.de hæred.quę ab inteſtato ca.3.ubi de trāſuerſalium ſucceſſione poſtea Iuſtinianus ipſe tractauit.ſed illud dūtaxat fuit de nouo correctum, & inductum, quia cum iure ueteri in hac ſucceſſionis materia lege 12.tabular.cautum eſſet,ut agnatus proximus familiā haberet,ex quo illud ſequeretur,ut ſi ad hrditatē mortui cōcurriſſent frater ipſius defūcti,& alteriꝰ fratris filij, fratris filij uti remotiores a frē,& patruo

reſpe-

reſpectiue excluderentur,tanquam in gradu proximiori cōſtituto,l.3.C.de legi.hæred.§.ſi plures.inſt.de legit.agnato.ſucceſ. iuris ueteris in hac parte rigorem præſentiens Iuſtinianus illud emendare uoluit, & ſtatuit, ut in hoc caſu filij fratrum ad hæreditatem patrui una cum patruo admitterentur,& ne obſtaret iſtis filijs aduerſitas graduum ius repræſentationis induxit,ut per fictionem illi mortui patris perſonam repræſentantes,ab ulteriori in proximiorē conſtituerentur gradum,& repræſentādo nihil ultra de hæreditate caperent quā illorum pater ſi uiueret accepturus fuiſset, & ſic nō in capita,ſed in ſtirpes diuideretē hæreditas,ſicut eodē modo cum illorum patre diuiſa fuiſset.Hoc igitur ſucceſſionis caſu ceſsante ſicut ceſsat repræſentationis
5 cauſa,& ita illius repræſentationis † effectus ceſsare debet,& ad ius antiquum redeundo in capita eſt, non ſtirpes hęreditas diuidēda,& hoc totum eſt,quod Iuſtinianus in dicta authen. ſanxit.quæ eſt Nouel.conſtit.118.quod ut clarus cognoſcatur examinemus totū id,quod de hac ſucceſsione diſpoſuit ibi Iuſtinianus, & repe-
6 tio † triplicem ordinem ſucceſsionis fuiſſe ab illo cōſideratum.Primus fratrum, & ſororum utrinque coniunctorum,nulla habita ſexus differentia.Secundus eſt ordo fratrum,& ſororum,qui ex uno tantum parēte,ſiue patre ſiue matre iūcti ſunt. In tertio ordine omnes deinceps a latere uenientes fuerunt comprehenſi.In primo igitur gradu uocantur utrinque cōiuncti fratres æqualiter.ut in dicto capit. 3.in principio iſtis non exiſtentibus,ſecundum ordinem uocat,& ſic illos fratres,qui ex uno tantū latere fratri defuncto iungebantur.d. capitu.3.§.his autem.In utroque ſucceſsionis ordine nulla erat dubitatio,quin in ſtirpes ſucederetur, cum unuſquiſque per ſe ſtirpem faceret,& filios excluderēt proprios qui ſunt patruo,de cuius ſucceſſione agitur nepotes. Sed ille caſus fuit apud Iuſtinianum dubius in iſtis ordinibus quando defunctus eſset unus ex iſtis patruis relictis filiis & mortuus eſſet alius patruus ſuperſtite fratre,& iſtis nepotibus ex fratre præmortuo,uidebat enim iuris antiqui diſpoſitionem illis obſtare cum iſti nepotes eſſent in ulteriori gradu inſpecta perſona patrui,ita ut neceſſaria erāt per patruum ſuperſtitem proximiorē excludēdi ut ſupra dicebam,ſed huic iuri æquitas quædā & pietas obſtabat,quæ permittere non uidebatur,ut iſti filii, quorum pater uiuens ad hæreditatē admiſſus fuiſſet, hęreditate patrui priuarētur,immo ſicut ad hæreditatem aui nepotes cū patruo admittebātur ita,& huic idem ſtatuendū eſſet, ideo re bene diſcuſſa, æquitate magis,quam iuris ſcripſi diſpoſitione motus.Pius Iuſtinianus ius antiquum in hac parte emendādo ſanxit,ut filij admitterentur ad hæreditatem cum patruo,& ſuccederent illi nō iure proprio,ſed repreſētatiuo,patris perſonam repræſentando,ut non in capita ſi ꝓprio iure,ſed in ſtirpes repræſentatiue ſuccederēt, & hoc ne ex hac ſucceſsione maius incommodum patruus,(qui antea ſolus admittebatur)ſentiret,ſi tantum ſinguli nepotes de hæreditate portionem ſuſcepiſſent,quotipſe perſonę erant.dicto c.3. uerſiculo ſi autem defuncto,& cum repreſentationem,hoc facerēt caſu uoluit etiā Imperator ut omnibus priuilegijs ꝑſonæ repræſentatæ fruerentur, iuxta naturā ſubrogatorum.Vnde ſicut præmortuus pater utrinque coniunctus ex uno latere tantū coniūctos fratres excluſiſſet, & uice uerſa idem & filijs ipſius ſuccedentibus erit obſeruandum,dicto ca.3.§ unde conſequēs eſt,uſque ad uerſiculum huiuſmodi. Non igit̄ negamus nos,nec negare potuit Zaſ. (ſi ita intelligendus eſt quemadmodum illum Sonſbech.repræhendendo intellexit) quin hoc caſu filijs fratris perſonā ſui patris præſentēt, & quia hoc loco ius repræſentationis Iuſtinianus ad ſimilitudinem deſcendentium induxerit,cum id clare ex uerbis ipſius.text.colligatur, imo & idem aperte ſenſerit alibi in Nouel.127.ut fratr. filiis princip.idque fruſtra conatur mihi oſtendere Sonſbehc.in loco ſupra citato. Sed quod hoc ius reꝑſentationis ꝑpetuo duret ita,ut extra caſum nouiter Iuſtiniano propoſitum extēdatur ad ultimam ſucceſſionis ordinem,quādo ſcilicet fratrum filij inuicem iure proprio ſuccedunt, hoc omnino negamus,ſicut & ipſe Iuſtinianus aperte negauit illis uerbis.

Huiuſmodi uero priuilegium in hoc ordine cognationis ſolis ꝑbemus fratrū maſculorū , & fęminarum



rum filiis aut filiabus, ut in ſuorū parentum iura ſuccedant,&c.

Hac ſola ꝑpoſitione facile quis decipi potuiſſet,exiſtimando id etiam locum habere,quando filij iſti ſine patruo ſuccederēt ideo,ut hāc dubitationem remoueret Iuſtinianus.ſubiicit.

Sed,& ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium cōferimus, quando cum propris iudicantur thiis (hoc eſt patruis) ſiue paterni ſiue materni ſint.

Quaſi dicat.Iuſtinianus , non ſemper uolo cōcedere hoc repræſentationis priuilegiū iſtis fratrum filius,ſed ſolum , quādo cum patruis ſuccedunt,& ſic hæc tēporis taxatiua omnem dubitationem excludit. Huius ſic conſtituti iuris rationem unam uoluit hic adſert ipſe Iuſtinianus , in uerſ. illud palam eſt , quæ quidem meo iudicio obſcura eſt , niſi de patuis magnis intelligatur. unde dedit cauſam ſuā obſcuritate ut aliqui inde arguere uoluerint,ꝙ in omnibus caſibus filii fratrum iure repræſentationis admittantur , ſed non eſt bonū hoc argumentum , ſi conſiderabimus aliam rationem , nēpe hoc ideo inductum in hoc caſu,& alio illius uerſiculi,quia ſi non eſſet repræſentatio , filii fratrum excluderētur, neceſſaria igit̄ eſt repræſentatio, ut admittantur,ſed in noſtro caſu non eſt neceſſaria repræſentatio,quia filii nō exiſtente in medio patruo ueniunt tāquā in patri gradu ad hæreditatem iure proprio,& cū nō ſit repreſentatio neceſſaria , ceſſabit effectus illius,ut ſupra dixi , & ſi iure proprio ſuccedunt,ergo in capita,iuxta leges ueteres iuxta noua ipſius Iuſtiniani conſtitutiones,quas illum correxiſſe præſumēdū non eſt,quia ſemper Iuſtinianus ſuas conſtitutiones corrigere uolens id expreſſit, & legū correctio eſt euitanda,imo, quod ius antiquum in hoc caſu uoluerit firmū manere legiſlator, indicāt finalia uerba illius c.3.in quibus tertiū ordinem ad ſucceſſionem uocat,ibi,ſi uero neque fratres &c. ubi expreſſe uoluit , ꝙ in pari gradu ſecundum ꝑſonarum numerum , & in capita diuidatur hæreditas.Radice igitur,& fundamētum caret illa communis opinio quæ uti ipſis legum diſpoſitionibus repugnans nullo modo recipiendo erit,maleq; illos reprehenſos cognoſcimus , qui Azoniſ ſententiam imo ipſius Iuſtiniani fuerunt ſequuti , & hanc fuiſſe mentē ipſam Imperatoris Græci interpretatis Harmenopoli ſcripta indicāt.li. 5. ſui Promptuarii titu.8.& ibi Io. Mercer. hanc ſententiā ſequitur,& illā VViſigotorum ſex ſequuta eſt,ut legitur li 4.illarum legum titu. 2.l. 8.illis uerbis. *Qui moritur,ſi fratres aut ſorores non reliquerit,& filios fratrum,& ſororum reliquerit,ſi ex uno fratre ſit unus filius.& ex alio fratre uel ſorore,forſitan plures omnem hæreditatem defuncti capiāt, & æqualiter per capita diuidant portiones.* Iu-
7 re igitur merito Azonis† opinio frequentius fuit in contradictorio iudicio obſeruata & uti uerior recepta, ſic enim pro illa ter fuit Pariſiis iudicatum,ut dicit Papon. lib.21.tit.1.Areſt.12.& alias etiam pro ea dē opinione iudicauit Centumuiralis curia Pariſien.reuocato contrario Areſto,ꝙ iam octo annis elapſis latum fuerat, ut dicit Maturin.Montan.d.reg. 29. Rupellan. in d.Enchrid.litera S.Moder. Pariſ.ad conſ.Alex.55. nume.4. & ſic etiam multorū locorū conſuetudine fuit acceptata, ut teſtatur Benedict.in d.uerbo, & uxorē. nume.663.uerſi.Tamen in aliquibus,& iure Saxonum obſeruatam dicit VVeſembec. & in Germania fuit ꝑ immortalis memorię Caroli V.cōſtitutionem. terminatā ꝑ Azone,ut tandem controuerſia hæc ceſſaret, cuius conſtitutionis meminerūt Zaſi. Duarē. Hanneton. Myſinger. & alii ſupra citati,& illam retulit. Germanico Idiomate conſcriptam Valen.Forſter. in d.tract. de ſucc.ab inteſ.pag.mihi 334. & ſtātibus tot legibus, & authoritatibus fruſtra æquitatis cuiuſdam imaginariæ colore ab illa noſtrorum multi receſſerunt , nam æquitas eſt in contrarium, ut aliqui ſapientiſſime adnotarunt , ideo cum hęc q̄ſtio fuiſſet in ſenatu diſcuſſa ſedēte Principe nūc regnante Sereniſſimo Carolo Emanuele & multū diſputata per peritiſſimū Iuriſc. Ludouicum Morotium nunc unū ex Sacri Palatii meritiſſimis. Referendariis , & Clemētem Viualdum in hac Tauri Academia Matutinū primæ Cathedræ ordinarium in publicis audiētiis die 8. Martii
* 1582.fuit iudicatum pro Azonis ſentētia & uoluit Princeps, ut ad perpetuā memoriam,

tiam,& pro ſedandis litibus, noua de hac re fieret conſtitutio ſiue perpetuum edictum, quod impreſſum, & publicatū fuit 8. Iunii eiuſdē anni. cuius uerba erant hic repoſiturus, niſi me Dom. Cōpater meus Antonius Sola præueniſſet, q illā poſuit poſt commētaria ad nouas cōſtitutiones nouiſſime edita, quam etiam ſuis glo. illuſtrauit, & cum hac opinione pariter trāſit ut late per eum in glo. 1. num. 3. ubi & an in feudis locū habeat uidere poteris. Non erit igitur in hac patria ſuper hoc ulterius dubitandum,

Ampliatur iſta opinio, quod in capita diuidatſ hæreditas ut procedat etiam in teſtamentaria diſpoſitione quando ex teſtamento ad hæreditatem plures cōcurrunt ut in hac facti ſpecie. Quidem condidit teſtamētum, in quo hæredes inſtituit filios maſculos ex filiabus ſuis naſcituros, teſtatori ſunt tres filiæ, quarum duæ unicū habuerunt maſculum, alia tres, quæſitum fuit, an hæreditas teſtatoris ſit in ſtirpes an in capita diuidēda. Et ex his quæ diximus ſupra omiſſa quadā æquitatis ratione, quæ contrariū ſuadere poterat, cenſuit
* Senatus teſtatoris hęreditatē eſſe in capita diuidenda, ita ut hęreditatis tot ſint portiones, quot ſunt filii 1587. 2. Iulii Referente Dom. Senatore Cerua.

## Subſtitutione facta filiis in eū caſū, ſi deceſſerint ſine liberis, an hæc ſubſtitu. ſacerdotis, ſeu monaci pſonā cōprehendere poſſit.

### DECISIO CLXIII.

1 *Monachus grauatus non cenſetur, cui facta cum aliorum fratrum perſona ſubſtitutio fuit, ſi ſine liberis decederet.*
2 *Conditio ſi ſine liberis, quo ad laicos inducit puram ſubſtitutionem.*
3 *Caſtr. doctr. in l. 1. §. lex Falc. D. ad l. Falc. refellitur, & declaratur.*

SACERDOS ſeu monachus fuit una cū tribus ſuis fratribus teſtatoris filiis laicis inſtitutus, hac conditione ſui ſtitutioni in teſtamento factæ adiecta, *ſi quis eorum ſine filiis maſculis decederet*, quæſitum eſt de ualiditate iſtius ſubſtitutionis quo ad portionem illius, qui erat in ſacris cōſtitutus cum in illius perſonam uerificari, & parificari iſta conditio non poſſet. Et quidam
1 ex dominis dicebant illum non fuiſſe† grauatum, quia cum ei non competerent cōditionis uerba, ergo nec diſpoſitio, per doctri. Caſtren. ita in terminis tenētis in l. j. §. lex, Falci. per illum tex. D. ad leg. Falc. quem ſequitur ibi Alexan. in lectura. & in addit. ad Barto. Roman. conſi. 438. colum. ſecunda num. 8. uerſicu. ſecundo principaliter. Paris. conſil. 109 libro 3. & in cap. in preſentia num. 47. de prob. ubi dici communem. Ego dicebam contrarium eſſe uerius, quia uidetſ fuiſſe de mente teſtatori pariformiter ſubſtituere omnibus, & illis dictio *ſine liberis* operatur quod ad laicos
2 ſed quo ad† ſacerdotem uidetur pura ſubſtitutio, ut per Dec. conſ. 299. ubi uult, q relatio conditionis non ſit quando actus redderetſ nullus. Secūdo facit, quia in hac ſubſtitutione ſi premoritur unus ex laici ſine filiis, frater ſacerdos ſuccederet, ut dicit Deci dicto conſilio 299. numero 9. ergo rationabile etiā eſt ut laici fratres illis ſuccedāt, ut æqualitas ſeruetur, & reciproca cum ſit fideicommiſſum. Accedit ultimo quod ſumus in caſu ubi ſubſtitutus erat
3 ex deſcēdentib. teſtatoris, quo caſu† ceſſat doctrina Pauli de Caſtro ut dicit Boe. q̄ſtio 354. num. 7. poſt Bal. Alexan. Iaſ. Ferran. & alios ibi relatos, imo monaſterium hoc caſu excluderetur ex cōmuni de qua per Boer. & Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. §. 20. num. 41. lib. 3. & nouiſſime per Alexand. Trentacinq. in tracta. ſubſtit. par. 1. capit. 7. num. 18. in fine. latiſſime. Io. Gutierez. Hiſpan. Canonicar. queſt. capit. 32. per totum. ubi plene ſimili ſubſtitutionis caſu examinat. Et ad illam doct. Caſtrē. poteſt dici illam non eſſe ueram, quia ut dicit ibi Alex. idem Caſt. aliter dixit in lect. Bononien. Item poſſet militare quādo unico filio ſacerdoti illa conditio appoſita fuiſſet iuxta diſtinctionem Bar. in l. hæredibus. § Titius, D. ad Treb. Boer. d. deci. 354. num. 13. Nec mirum eſt, quod una res diuerſo iure cenſeatur, quādo diuerſa eſt ſubiectorum ratio, & qualitas, ut dicit Iaſ. in l. iam hoc iure D. de uulga & pupilla. Alexā. in l. Gallus, §. quidam recte, columna 2. & 3. D. de

D. de



D. de liber. & poſthum. tunc enim una determinatio determinat prout cuique competit. Iaſ. in l. contra maiores. col. 2. D. de inoffic. teſtam. & iſtis attentis meam opinionem multi probarunt, & ita fuit iudica
* tum per Senatum in quadam Nicen. Referente illuſtr. Compatre meo Do. Senatore Balbo. 1582. 25. Auguſti.

## Exactor talearum an teneatſ exigere ab eo, qui eſt in quinterneto, an uero poſſit a poſſeſſore ipſarū talearum ſolutionē petere.

### DECISIO CLXIIII.

1 *Talearum exactio qualiter in Pedemontana patria committatur.*
2 *Collectæ exactio fit ſummariæ, & habet paratam executionem.*
3 *Talea ſeu collecta an a prædii poſſeſſore, an uero ab eo, qui deſcriptus eſt in quinterneto, exigatur, & nu. 5.*
4 *Collecta ſolui debet per poſſeſſorem.*

IN patria iſta Pedemōtana circa talearum, & collecta-
1 rum exactionē† uetus eſt obſeruātia, ut p ſindicos, & adminiſtratores cōmunitatis fiat paruum uolumē, quod quinternetum appellāt, in quo deſcribuntur omnes illi, qui debent ſoluere taleas, & collectas, inde talis quinternetus exactori remittitur in publica & authētica forma. iuxta l. excellētia. C. de erogat. militar. annon. & exactor ab illis in illo quinterneto deſcriptis exigit iuxta formam præſcriptā, quā præterire nullo pacto poteſt, de quo etiā ſtilo meminit. Aegid. de Tom. de collect. circa fi. §. Retēta proxima diſcuſſione. numero 25. & poſtquā talis exactio alicui eſt
2 commiſſa† poſt impoſitionem, debet ſtatim ſine exceptione ſolui, cū talis, impoſitio habeatur pro ſententia. Alber. in rub. de muner. & in ea cauſa procedit ſummariæ. Bal. conſ. 434. libro. 3. & debet procedi ad executionem ſaltē media cautione quibuſcunque oppoſitionibus non obſtantibus, ut per Tomat. in dicto. §. retēta numero 35. in fine. Euenit nunc, q unus ex iſtis exactorib. ſic deputatis petiit ſolutionem collectarum ab Antonio poſſeſſore prædii. oppoſuit ſe Antonius dicens ſe quidem poſſidere, ſed nomē ſuum non eſſe in quinterneto deſcriptum, ſed nomen uenditoris, uel alterius antiqui poſſeſſoris unde non poſſe ipſum moleſtari. Oppoſitione hac non obſtāte ad executionē proceſſit exactor, pro exactore propoſita per poſſeſſorem querela pronunciauit iudex, cōdemnatus Senatum appellauit dubitatum fuit an bene fuiſſet per iudicem iu
3 dicatū Et† pro exactore dicebatur, quod poterat eligere, & conuenire poſſeſſorem & ipſo non ſoluēte ad executionem uſq; pcedere, p tex. in l. 1. Imperator D. de publica. & in l. cum poſſeſſor. D. de cenſ. prout late tenuit Boſſ. in tracta. de Principe, nume. 97. & pluribus ſequen. Natt. conſilio 611. per totum. lib. 3. Regula enim eſt quod collectę ſolui debent per poſſeſſorē l. 2. C. de annon. lib. 10. §. coges. in fin. authen. de mādat. Princi. & poteſt poſſeſſor compelli etiā pro preteritis, tēpore quo ipſe non poſſidebat. iuxta gl. in dicta. l. 1. Aretin. conſilio 105. Affict. deciſi. 95. illa etenim bona cenſentſ tacite hypotheca pro collectis, præſertim ſi ſint poſita ī ęſtimo. Moder. Pariſ. in conſuetud. Pariſien. §. 52 glo 2 numero 19. licet Iaſ. in §. fuerat nume. 71. & 72. inſtit. de actio teneat contrarium, ad quod uide Crauet. conſil. 872. libro 5.

In contrariū, quod non poſſet exactor a poſſeſſore exigere, ſed ab eo, qui eſt in quinterneto deſcriptus, facit, qa quinter-
5 netus, † & regiſtrum dant formam, & normam exactioni collectarum, iuxta quam procedere debet exactor Angel. in l. una. C. ſine cenſ. uel reliqu. per illum textum quod dictum Ange. communiter ſequuntur Doctores, ut dicit Rolā. conſilio. 32. libro 1. qui hanc tenuit opinionem, & late Nicol. Feſtas de æſtimo, & collect. parte a ca. 4. numero 15. & 21. Dec. conſilio 285. Item, quia exactor uidetur habere mādatum limitatū, ut exigat, iuxta formam datam in quinterneto, nec habet ipſe cognitionem, aut electione ſed meram executionem, & hoc etiā uidetur inauere communis ſtilus huius patriæ Pedemontanę ut ſemper concedātur literę pro exactione talearum, conſtito quod ſit deſcriptus in quinterneto, & ideo in cauſa Vigon

cenſuit

censuit Senatus male iudicatum declarã
* do contra poſſeſſorem in quinterneto nõ
deſcriptum actionem non compe:ere an
no 1582.25 Ianuarij,& ad cõtraria reſpon
debatur,quod uerũ quidem eſt,quod con
munitas agere poteſt, & habet electionẽ
contra bonorum poſſeſſorem ſi vellit,ſed
exactor nõ poterit recedere a cataſtro,&
quinterneto ſibi ad exigẽ.dato, niſi aliter
iudicarent uerba deliberamenti,& ita lo-
quitur Natt.in dicto cõſ.611.vbi in fi. ma
gis uidetur inclinare in hãc ſententiã, &
declarat Feſtas.d.num.21.& 22.facta au-
tẽ excuſſione cõtra deſcriptum nulli du-
biũ,quod poterit exactor agere aduerſus
poſſeſſionem hypothecaria pro taleis prę
teritis,eo ſcilicet tempore impoſitis, quo
nondum ipſe poſſidebat,& perſonali pro
eis,quæ impoſitæ ſunt tẽpore ſuæ poſſeſ-
ſionis,& ita obſeruatur.

## Remediũ l.2.C.de reſci. uẽd. an habeat locũ,quando venditor promiſit cum iuramento non cõ trauenire uenditioni.

### DECISIO CLXV.

1 *Venditor læſus ultra dimidiã, qui iurauit nõ uti beneficio.l.2 C.de reſciend. uẽdit, non poterit illud remedium intentare cõtra nu.2.& nu.5.*

3 *Venditor,qui cum iuramẽto renunciauit remedio.l.2.non poteſt petere ſupplemen tum pretÿ.*

4 *Minor iurãs an reſtituatur ad remedium. l.2.C.de reſcin uend.*

6 *Remedium.l.2.C.de reſcien.uend.habet locum in enormiſſima læſione non obſtante iuramento.*

7 *Contractus doloſus ipſo iure annullatur.*

8 *Donatione facta in uenditione de eo, quod plus eſt ſtante enormiſſima læſione non ſuſtinetur,nec abſolutio eſt neceſſaria.*

9 *Abſolutio a iuramento an impetrata ualeat ad implorandam remedium l.2.C.de reſcien.uend.*

VENDITOR læſus vltra di
midiam iuſti prætii an poſſit
tẽtare remedium.l.2.C.de re
ſcind.vend.quãdo iurauit nõ
contrauenire uenditioni,dubia & contro
uerſa eſt quæſtio.Nam quod† non poſſit,
1 de glo,magiſtralis quam ſequuntur.Odo
fred.Bal.Salic. & alii cõmuniter in dicta
l.2.quam opinionem cõmunem dicunt
Cagnol. in dicta.l.2.nu.91. & in l. ſi quis
maior.num.32.C.de tranſact. Crau.con-
ſil.114.num.9.uol.1.Alex.conſi.133.nu.
11 lib.5.Rolan.conſi.13.num.24 & ſequ.
& conſ.59.num.18.libro.1.Gabriel.titulo
de empt.& uend conluſ.1.nume.78. &
ſequen.D.Ozaſc.deciſ.41.nu.8.Pinell.in
dicta l.2.3.par.cap.1.nu.1.& ſeq.Meneſ.
de Padilla.ad d.l.2.nu.32.qui concluſio-
nem hanc uerissimam dicit,Corn.cõſ.72.
col.3.lib.3.Pantal.de Crema in dicta l.2.
Neuizan.conſ.22.num.11.Fabian.de Mon
te in tractatu.de emp. & uend.8 quæſti.
princip.nu.15.qui tamen obſcure loqui-
tur.Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.97.par.2.
num.2.poſt Cephal & Burſat.per eum ci
tatos.Ioan.Guter.de contract.iurat.c.26.
num.4.late Didac.lib.2.uariar.reſor.c.4.
& in cap.quamuis.3.par.§.4.de pact.Lu-
doui.Molina.in tractatu.de Hiſpã. primo
gen.lib.2.cap.3.nu.18.Per.Racha in cer.
diaolog.rerum ciuil.c.19.num.4.& hanc
opinionẽ uideri cõmuniorem dicit Natt.
conſi.10.num.3.uol.1.& nouiſſime hanc
partem multis allegatis ſequitur Io.Bapt.
Aſin.in tract.de execut.§.8.ca.128.Ratio
meo iudicio ultra Doctores eſt.quia prę-
põ ierat animæ periculũ, quod euenit ex
piurio,quod ſequitur ex petita reſciſſio-
ne,periculo facultatem ex illius obſeruã-
tia contingenti,licet hodie hominum pra
uitas ad eum uſque finem Satanæ perſua
ſione peruenerit,ut facultates ipſas nõ ſo
lum proprio honori,& uitæ mortalis peri
culo,ſed etiam(proh dolor) immortalis
animæ perditioni anteponant.

Contrariam partem,quod imo non ob
2 ſtante iuramento poſſit uenditor†uti re-
medio dic. l.2.tenuerunt.Guliel. de Cun.
quem refert Alberic.in dicta l.2.nume.9.
Placent.cuius meminit Odofredus ibidẽ.
Imol in capit.penul.num.22.de empt. &
vendit.& ibi Anto.de Burgos.nu.35. qui
leui quidem argumẽto cõmunem impu-
gnare cõator.Caſſiodor.dec.1. de empt.
& uendit. Crauet.conſi.192.nu.8.in fine.
Moder.Pariſ.in addit.ad Alex.conſil.133.
nu.11.lib.5.dicentes hanc opinionem ſer-
uari in practica, qui omnes Doctores ſe
fundant in fin. C.de non nu.pecun. Cui
difficile eſt reſpõdere,nec Imola,ut refert
Ozaſc.aliter reſpondere potuit quam cõ
trariã ſententiam cõmunionem eſſe.Sed
ego dupliciter reſpondeo. Primo, ꝙ illa
procedit in cõtractibus fœneratitiis,odio
fœnoris,& in alius contractibus enormiſſi
mam lęſionem,& dolum re ipſa cõtinen
tibus,ut dicam infra in ſecunda limitatio
ne,alias enim iuramentum contractũ ẽt
de iure ciuili confirmat.ĩ l.1.C. ſi aduerſ.
uendit.Secundo dici poteſt.l.illam proce
dere de iure ciuili,ſecus de iure canonico
capitu.quamuis.cum ſimilibus ſed prima
uerior eſt.

Certe negari nõ poteſt quin paſſus ſit
dubius,ut dicit Imol. dicto numero 22.&
Ozaſc.dicta deciſ.41.nume.10.& tam an
tiqui quam moderni, q̃ tenent cõtra con
munẽ, mouentur coloratis rationibus,ut
ait Pinell.in dicta l.2.Nihilominus a con
muni non eſt recedendum, cum qua ſem
* per ubi caſus contigit tranſiuit.Senatus no
ſter,ut apud Dom.Ozaſc.& iterũ in cau-
ſa Taurine.1582. referente Do.Arcatore
quodam Collega noſtro.

Retenta igitur communi opinione pro
3 uera.Amplia ut non poſſit† uenditor etiã
agere ad ſuplementum pretii, ita tenent
communiter Doctores allegati per Atriũ
Pinell.dicta tertia par.num.5.& Ozaſc.di
cta deciſio.41.reprobat opinione Bald.&
aliorum, qui contrarium tenuerunt: nam
hoc modo eſſet per indirectũ concedere
quod de directo prohibetur, & hanc am
plationem cõprobat Guter. dicto ca. 26.
nu.5.& 6.dicens ita tenendum, & quod
pro hac parte iudicaret & conſulere Sup
pletio etenim iuſti pretii de pari ꝓcedit
cũ ipſa contractus reſciſſione, ut in dicta
* l. ſecunda, ita cenſuit Senatus in quadam
Taurinenſi,referente Do.Senatore Enuia
rum.1583.

4 Amplia ſecundo, ut idem † ſit in mino-
re iurante ꝑ tex uulga. in authenti. ſacra-
menta puberũ.C.ſi.aduerſ. uendit.Sed in
hoc capite eſt diſtingẽdum, quod aut ſim
pliciter iuramento cõtractũ firmauit mi-
nor,aut uero in eodem contractu huic re
medio expreſſe cũ iuramento renuncia-
uit,nam primo caſu poterit petere reſciſ-
ſionẽ ſecũdo non. Ita pulchre diſtinguit
Molina. dicto cap.3.num 21.poſt glo Bar.
Bal.Salyc.Alber.Fulgoſ. Cagnol. Couarr.
Pinell.& alios per eũ citatos. Ex quibus
conſtat hanc eſſe magis communem opi
nionem,& hanc diſtinctionẽ uideo eſſe
originalem Odofred.in dicta l.2.nume.3
uerſicu.e contra tamen. & iuramentũ plu
res defectus nõ ſupplere tenuit poſt Dec.
Cæphal.conſi.409. num.46.libro 3. & no
uiſſime hanc magis communem oſtendit
Ioan.Bapt.Aſin.in tract.de executio.§.8.
ca.375.Seraphi.de priuileg.iuram.priuil.
83.nu.53.& aliquot.ſeq.

Declara nunc, & limita ſupra poſitam
communem opinionem.Primo,ut proce
5 dat†tantum,quando dictum eſſet nullo
modo cõtrauenire,ſecus ſi iuretur ſimpli
citer de non contraueniendo,& ita intelli
gi debet gl.in d.l.2.ſecundũ Pinel.d.loco
ex doctr.Bartol.l.generalis.§.uxori D.de
uſufru.leg.& uidet̃ de mente Alber. poſt
Gul.de.Cun.in d.l.2.nu.9.

Secundo limita nõ procedere, quando
6 læſio eſſet multo plus†quam dimidia iu-
ſti pretii,hoc eſt,ut noſtri dicunt enormiſ
ſima.Cagnol.in dicta l.2.nu. 100. & in d.
l.ſi quis maior.nu.6.Capit. Caſſiodor. Di
dac.& alii relati per Pinell.d. par 3.nu.7.
licet ipſe Pinel. cõtrarium tenet nulla ha
bita ratione an ſit enormis, uel enormiſſi
ma læſio per rationes ab eo allegata. Ve
rum enim eſt,quod enormiſſimæ læſioni
iuramentũ non adſtipulatur, ut ex magis
communi tradit Ozaſc.dicta deciſ.41.nu
me.1.& 2. & de hac læſione intelligi poſ-
ſunt Caſſiodor.& alii ſupra pro contraria
principali opinione relati, ꝓut illos bene
in hac parte ſequitur,& intelligit Molina.
d.cap.3.nu.18. ubi uoluit hoc procedere
etiam iu geminata renunciatione,& dato
quod non competeret remediũ huius le-
gis,competit remedium l.ſi quis cum ali
ter.36.D.de uerborũ obligation.Videtur
enim in ea accedere dolus re ipſa,q̃ æqui
paratur dolo expropoſito,ut ꝑ Doctores
in dicta l.ſi quis cũ aliter. Dec. conſi.180.
nume.7.dicens communem, licet ibidem.
num.3.multos alleget, qui contrarium te
nuerunt,de quod uide Cagnol.in dicta l.2.
num.79.Curt.iun. conſi.53.& conſil.141.
immo tũc contractus erit nullus ipſo iure
7 ſicut i doloſus† ipſo iure contractus reſcin
dit l.ſi dolo.ubi Odoffred. C.de reſcindẽ.
uendit.

uēdit.nihil enim magis obſtat bonæ fidei
quæ in iſtis cōtractibus interuenire debet
quam dolus,ideo cum iuramentū adijcia
tur in cōtractu iam nullo per ſe illud nul
las uires habebit, quando tunc uere cōtra
bonos mores præſtitum dicetur,quo caſu
non eſt obligatorium.ca.nō eſt obligato
rium.de reg.iur.lib.6. & dixi late ſupra de
ciſio.32.& ita tenui Cagn.in dict.l.l.2.nu
me.81,facit l.omnes.§.Lucius D.de hijs,
quæ in fraud.creditor Curt.ſen.conſi.65.
nu.24.Roman.conſi.54.colum.2. & 90.
colum.fi.Bartol.in l.fin.circa finem.D.de
pretor.ſtipulat.Bald.in §.itē ſacramenta,
num.8 de pace iuramen.firman.& in l.3.
col.2.C.de dot.promiſſ.Butr.in ca.finem
litibus.colum.fin.de dolo,& contumac.&
in ca.Quintauallis.vbi Doctores.de arbi.
Roman.& Imol.in l.qui ſuperſtitis. D.de
acquiren.hæred.Socin.coſi.263. col.2.in
fine.Caſt.conſil.174.lib.1.& cum hac opi
nione tranſit Guter.dicto cap. 26.num.7.
Pet.Gregor.Tholoſ.lib.25.Syntagma.iur.
ca.24.nume.16.Marc.Solon de pace con
ſil.28.num.11.& ſeq.Aſin.in tract.de exe
cut.§.8.cap.138.faciunt, quæ late ad ma
teriam.capit quamuis in ſimilib.renuncia
tionis terminis nouiſſime ſcribit Do.Sena
tor Sola in gl.ad nouas conſtit. Sabaud. ti
tu.de alienat.bonorum mulier.glo. num.
4.5.& 6.Quod adeo uerum eſt, ut ſi quan
do uendita fuit res ualens 100.pro 25.uē
8 dens renunciādo addidiſſet,† quod dona
bat illud,quod plus erat in ualore, nihilo-
minus poſſet ad reſciſſionē agere uidetur
enim caſu hoc uenditorem uoluiſſe dona
re,ſed uendere,ſed captatū ab emptore il
las clauſulas addidiſſe, captatoriē autē do
nationes rate non habentur.l.cū Aquilia-
na.de trāſactio.& clauſula illa,ultra quod
de notariorum imperitorum ſtilo apponi
ſolet,intelligitur in modico ualore.l.hæc
adiectio.D.de uerborum ſignificat. atque
ita contra Alciat.tenuit Ioan.Guter.in au
then.ſacramenta puberum.nu. 101.C.ſi
aduerſ.vendit.Sermiet.ſelectar.interpret.
libro 1.cap.11.num.4.ubi omnio uide.&
* cum hac opinione tranſiuit Senatus,& cen
ſuit in cauſa Nicien. referente Dom.Se-
natore Ozaſc.1589.22.Ianuarij.Amplian
do,ut hoc caſu nō requiratur abſolutio a
iuramento,ut per Ozaſc.deciſ.41.nu.2.&
deciſ.46.de quo dicam alibi.Item fuit di-
ctū, quod deberet reſtitui res cum fructi
bus iux Cagnol in dicta l 2.num.81.habi-
ta tamē ratione interuſurij pecuniæ ſolu-
tæ,ut per eunde Cagnol.num.123.& ſe
quen.licet contra hanc opinionem ſtāte
donatione pluris ualoris teneat Odoffie.
in dicta l.2.nu.4.cum regula ſit,ut quod
plus eſt in ualore vltra pecuniam ,quæ ab
emptore traditur,id cenſeatur donatū. l.
ſi donationis.D de contrahen.emp.Natt.
conſi.316.n.4.& quod in enormiſſima le
ſione ſit neceſſaria abſolutio a iuramēto,
tenuit Molina d.c.3.nu.25.de quo tamē
nos ſuo loco dicemus.

Tertio limita.ut nō procedat commu
9 nis opinio quādo † obtēta fuiſſet abſolu
tio a iuramento , quæ limitatio eſt multū
ſuſtentabilis,& æqua, ut dicit Alexan. in
l.ſtipulatio hoc modo.num.10.D.de uer
borū obligatio Caſſiodor.dicta deciſione
prima,nume.4.Natt.dicto cōſilio 10.&
conſilio 207.in principio Verū hæc limi
tatio uidetur dubia per ea, quæ dicit idē
Alexan.in dicta l.ſtipulatio.& maxime il-
lo attēto,quod abſolutio iſta nō ſeruit ni-
ſi quo ad effectū agendi,& excipiendi, &
hæc eſt communis formula,iam enim ex
hoc iuramento ius tertio acquiſitum eſt,
quod ſine illius uoluntate auferri non po
teſt,alias ſequetur , quod omnes contra-
ctus iurari ſola iuramenti abſolutione im
petrata(quæ facile etiam parte non citata
cōceditur)diſſolui poſsēt,ideo magis erit
tuta hęc limitatio in enormiſſima lęſione,
licet tūc nō neceſſaria,ut ſupra dicebam,
ſed qui uult ſe iuuare tali abſolutione ne
ceſſe eſt, quod obtineat illā antequā agat
alias eſſet periurus,& illi nō prodeſſet. Fe
der.de Sen.conſi.301.in fi.Menoch.conſi
lio 24.nume.17.lib.1.de quo late Aſin.
in dicto §.8.cap.165.co.51.uerſicu.Quo
niam de abſolutione.Si plura uelis ad ma
teriam huius renūciationis uide Guter.di
cto cap.26.& qualiter iuſtum pretium de
ducatur hac materia , uide Aluar. Valaſ.
Luſitan.conſultat.43.

Limitatur denique,ut nō procedat cō
munis opinio in iuramento ruſtici,& mu
lieris , quia præſumuntur iſti circunuēti,
de qua limitatione uide Aſin.in d.trac.de
execut.§.cap.129.

Fide-



## Fideiuſsor,qui ſe principaliter, & inſolidum obligauit cum iuramento,an poſſit uti beneficio excuſsionis.

### DECISIO CLXVI.

1 *Fideiuſſor qui ſe principalem conſtituit,an habeat beneficium excuſſionis & nu. 2.*
3 *Fideiuſſores plures inſolidū obligati habēt beneficium diuiſionis.*
4 *Iuramentum in fideiuſſione præſtitum cū generalibus renuntiationibus nō tollit beneficium authen.præſēte.C.de fideiuſſoribus.*
5 *Fideiubens pater pro filio poteſt principaliter conueniri.*
6 *Fideiuſſor fideiubēs poſt cōtractum animo nouandi non habet beneficiū exceſſionis.*
7 *Auth.præſente C.de fideiuſſorib.non habet locum inter mercatores.*
8 *Statutum Taurini quo cauetur ut ciuis nō fideiubent pro forenſe, non eſt ſeruandū.*

FIDEIVSSOR habet regula-
riter excuſſionis beneficiū ita
ut nō prius conueniatur,quā
ſi excuſſione principalis debi
toris facta ſoluēdo repertus il
le debitor nō ſit, & hoc fideiuſſorib.bene
ficium contra iuris ueteris diſpoſitionem
introduxit Iuſtinianus. authen. pſente.C.
de fideiuſſorib.& in auth.de fideiuſſor. p
tot. Dubitari tamen conſueuit,quid eo ca
ſu dicendum ſit quādo fideiuſſor non ſim
2 pliciter in caſū † non ſolutionis debitoris
ſed principaliter inſolidum faciendo ca-
ſum, & debitum propriū ſe obligauit. nā
quod hoc caſu non priuetur fideiuſſor eo
dem excuſſionis beneficio,non ſecus ac ſi
ſimpliciter,& ſine clauſula inſolidum fide
iuſſiſſet, ſuadet æquitasquæ pati non ui-
detur,ut is qui pecuniam non accepit,ſed
gratioſe.pro alio fideiuſſit, ex ſuo officio
damnū patiatur,pro qua opinione ſtat.gl.
ad hoc communiter allegata in §. primo.
authentic.de fideiuſſor.in uerbo fideiuſſo
rem. uerſiculo item quid ſi principali-
ter quæ tamen diſtinguit,ut infra dicam,
cum qua tranſit Speculatus, in titulo de
renuntiat. & concluſio. numer.18.Iacob.
de de Beluiſ.in dicta auth.papien. in for.
libel.contra plur.reos.deben.in uerbo Be
neficio nouarum.nume.3.dicens commu
nem.Aret.in conſil. 32.Ioan.Guter de cō
tractib.iurat.cap.23.num.8.Vaſq. Illuſtr.
controuerſ.cap.33.nume.9.Curt.Burgen
ſis.li.1.ειηαςωρ,ad collegam capitul.13.
ubi ſubtiliter diſſerit.Federic.Schench in
uiridario concluſionum iuridicarum. con
cluſ.90.Iaffred.Bal.deciſ.83.centur.1.

Sed ꝙ immo hoc caſu ceſſet excuſſio
2 nis beneficiū,& poſſit quandocunque † fi
deiuſſor cōueniri, late deſcēdit Hyppolit.
de Marſil.in rubrica de fideiuſſor.nu. 62.
Ancharan.libro.1.quæſtion.familiar.quæ
ſtio.32.num.9.Rota Genuen.deciſ.78.nu
me.2.Matth.Coler.in tracta.de proceſſib.
executiu.li.1.cap.10. num.255.256.258.
& 260. ubi hāc communem dicit. Durā.
de arte teſta.titu.6.de legat.caut.30.n. 2.
And.Gail.practicar.obſeruat.libr.2.obſer.
28.nume.2.& 6.ubi dicit hanc opinionē
communiter in foro ſeruari. Nat.conſilio
345.n.3.ubi diſtinguit.Pro qua opinione
facit ſtilus patriæ,ex quo procedit ſola fa
cti ueritate inſpecta ac de bono & ęquo.
quo caſu ſecundum aliquos non requiritē
excuſſio,ut dixi ſupra deci.52.Item hæc
opinio magis ſuadetur,cū reducat nos ad
iuris ueteris obſeruantiā,quod per auth.
non uidetur in hac parte correctum,ut in
l.iure noſtro.C.de fideiuſſor.ubi & aduer
tendum eſt contrahentiū pacto poſſe ab
illo iure recedi,unde cum principalem ſe
fideiuſſor conſtituerit, uidetur per pactū
a beneficio receſſiſſe cū contrarium dice-
re in cōtractu potuiſſet.l.ſi alienum.C.eo
dem titulo.

Verum ſingulis mature diſcuſſis, & cō
ſideratis rationibus,quas doctores ſuis lo
cis tradūt,cū hęc quæſtio coronam Sena
tu agitaretē, ſuis hæc poſterior opinio uti
durior damnata,& prior Accurſij recepta
uti æquior,& magis communis,& ita cen
ſuit non ceſſare ſtante hac clauſula benefi
cium excuſſionis in cauſa Truſarelli.1582.
20.Nouembris referente Dom. Senatore
Crauetta.Nec officit ratio illa , quod quā
do agitur ſola facti ueritate inſpecta,& de
bono,& æquo tunc non ſit neceſſaria ex
cuſſio,ut ſupra dicebam quia ultra, quod
dici poteſt,ꝙ ſi agitur ex bono , & æquo

ſequẽdum eſt, quod æquitas ſuadet, & ſic ut prius conueniatur fideiuſſor, reſpondetur, quod ab iſto ſtilo per ius decretorum 7 inducto fuit quo ad fideiuſſores, & tertios poſſeſſores receſſum, ut dixi dicta dec. 52.

Retenta igitur opinione gloſſ. pro uera
3 amplia, ut illa procedat † etiam in plurib. fideiuſſoribus, quia ipſi inter ſe nõ obſtante ila clauſula habebunt beneficium diuiſionis Aret. in §. ſi plures. inſtit. de fideiuſſorib. Schench. dicta concluſ. 90.

Amplia ſecundo, ut procedat etiã non obſtante iuramento in cõtractu appoſito
4 † cum generalibus renuntiationibus, quia iuramentum non impedit excuſſionẽ, ut per Gramma. conſi. 170. nume. 4. inter cõſil. ciuil. & requitur ſpecialis renunciatio nouarum cõſtitutionum, licet quis ſe prin 8 cipaliter obligauerit tollendam hanc fideiuſſoris exceptionem Iacobin. in l. pſonam, qui pecuniam. nu. 5. D. de pact. Crauet. conſi. 263. nu. 6. Papien. in dicta for. libell. contr. plur. reos. deben. ſuper uerbo. Alijs que omnibus legibus in principio. Faciunt, quæ ſcribit. Barbat. conſ. 43. colu. 6. num. 5. uerſiculo capio modo. lib. 2. & cũ hac ampliatione trãſibat Senatus in ſupra
* dicta cauſa Truſarelli. Quamuis contrariũ tenuerit Natt. conſi. 426. num. 22. Rolan. conſi. 6. nu. 45. lib. 1. Guter. dicto cap. 23. nume. 27. 28. And. Gail. dicto lib. 2. obſeruat. 27. nu. 21. & ſequen. Coler. dicto ca. 10. num. 347. quos tamen intelligo, ut loquantur in renunciatione iurata, quę huic beneficio fit, cũ iuri pro ſe introducto quilibet renuntiare poſſit, ut dicit Odoffred. in dicta auth. præſente. n. 2. Guter. d. c. 23. nu. 9. & 21. ſecus non ſit facta renuntiatio niſi generalis.

Limitatur uero prędicta opinio, ut nõ
5 procedat, quando † eſſet fideiuſſor pater pro filio Boer. late deci. 221. per plures columnas, & præſertim ſub nu. 12. Gail. d. obſeruat. 27. nu. 33.

Fallit ſecundo quando fideiuſſor fieret
6 poſt cõtractum debiti principalis † eo animo ut nouaretur contractus, & principalis remaneret obſolutus Ita tenet gloſſ. diſtinguẽdo in dicto. §. 1. auth. de fideiuſſor. Guter. in dicto. cap. 23. nu. 8. Boer. dicta deci. 221. num 13. uerſiculo tum primo, & præcipue Gabriel de fideiuſor. concluſ. 1. limitatio. 14 poſt. B ar. Bal. Ang. & Iaco. in l. in perſonam. §. qui pecuniã. D. de pact. Dec. conſi. 7. co. 2.

Fallit tertio ut non procedat inter mercatores per ea quæ refert Gabriel. dicta cõcluſio. 1. limitat. 17. Emanuel Soarez receptatum ſententiar. uerbo fideiuſſor Benedict. in capit Raynutius, in uerbo ſi abſque liberis. 2. numero 51. Ludouic. deciſio. Peruſ. 45. num. 12. Gail. dicta obſeruatio. 27. numer. 27. Coler. dicto capito. 10. n. 346.
* & cum iſta fallentia tranſiuit Senatus, referente. Do. Crau. 2582. menſe Decembris. Alias plures fallentias ponunt Gabriel. Guter. & alli in locis ſupra citatis, ad quos ne longior ſim me remitto.

Cæterum notãdum eſt, quod in hac ciuitate Taurini extat ſtatutum, quo cauet
8 ne quis fideiubeat † pro foreſe, & fideiuſſio pręſtita non tenet, ideo caueãt notarii qui fideiuſſionem ſtipulantur, ut renuntiare faciant expreſſe huic ſtatuto, & ſimile ſtatutum ex Cunei, ſed hoc ſtatutum non ſeruatur uti prohibitiuum cõmertiorum, pręſertim ſi ſit promiſſio iurata, ut dicit Natt. conſilio. 52. libro primo, & contra illud uidi iudicare tam per iudices huius ciuitatis, quam per Senatum præſertim in cauſa Taurinẽſ. Bonadæ, & Panzoiæ, & in alia Dom. Rubei, & Nellicerii me referente. 1570.

## Feudũ propter homicidiũ confiſcatum an ad dominũ an uero ad agnatos pertineat, & qui d uita delinquentis durante.

### DECISIO CLXVII.

1 *Feudum ex pacto & prouidentia nõ uenit in confiſcatione bonorum.*
2 *Feudum ſiue fructus feudi durãte uita naturalli uaſali ad fiſcum non pertinent bonis confiſcatis.*

CONEFISCATIS bonis uaſalli propter homicidiũ fiſcus petebat feudum, oppoſitum fuit per agnatos. quod ipſi ei ãt uocati ex pacto prouidentia pręedeceſſorum, dubitatum fuit an iuſta eſſet oppoſitio, & fuit concluſum in fauorem agnatorum, & dictum,



1 † quod tale feudum ad illos, uel filios ſpectat, quin in hac confiſcatione non ueniunt hæc feuda. Alexa. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. numero vigeſimoſexto, & ſequẽt. D. de damno infecto. Clarus. in §. feudum quæſtione ſexageſimaquarta, & ſexageſimaſexta. Zaſ. parte 10. nume. 99. de Germaniæ conſuetudine circa hoc atteſtans & eſt tex. libro tertio, feudo. tit. q̃ fuit prima cau. benefi. ammitten. §. deniq; vbi doctores, & titul. 15. alias 37. An ille q interfe. fratr. domi. ſui. & in capitulis extraordinariis libro quarto, titulo 98. iuxta Cuiatij editionem, & videtur etiã tes tu, cum gl. libro ſecundo, tit. 31. ſi vaſal. feud. prin.

Sed maius erat dubium, an ſaltem uita
2 naturali † vaſalli delinquentis durante fructus feudi domino ſpectarent, & dicebat ad fiſcum pertinere, ne delicta remanerẽt impunita, & per text. in l. ſtatius §. Cornelio. D. de iure fiſci. In contrarium dicebatur, quod immo ad agnatos cum proprietate perueniũt per ea. quæ dicit Clarus. in §. final. practic. crimin. quæſtione. 78. numero decimoquinto. Caſtre. conſilio 46. libro ſecundo, in fine, Boſſ. in titulo de publicatione bonorum. nume. 53. Nec obſtabit dicta l. ſtatius. §. Cornelio quia procedit in allodio non in feudo, in quo magna eſt diuurſitas, vt per Roland. conſilio 97. numero trigeſimo lib. primo. nam feudum alienatum poteſt reuocari a filio viuente patre. §. Titius. ſi de feu. defunc. Iacobin in §. & cum pacto. in fine. Secus autem in allodiali fideicommiſſo. l. peto. §. pdium. de legatis ſecundo. Item facit pro hac patre quod publicatis bonis filii pater non priuatur uſufructu bonorum aduentitiorum, vt per Domin. Ozaſc. deciſio. 64. Idem igitur dicendum eſſe in feudo ex pa
* cto & prouidentia, & ſecundum hanc poſteriorem opinionem cenſebat Senatus in quadam cauſa feudi Caburreti ſedente Sereniſſimo tunc regnante. Emanueli Philiberto in publicis audientis, licet poſtea ſententia bonis reſpectibus nõ fuerit tũc publicata. Vide Pet. Ioan. Ancharan. quæſtion. famil. li. 2. quæſt. 5. Socin. iun. conſil. 49. n. 1. li. 3. citans in terminis. Cæpol. cõſi. ciuil. 58.

## Vſufructu bonorum legato, an ueniant bona poſt teſtamẽtũ acquiſita, & quid ſi relicta fuerint omnia bona tam mobilia, quam immobilia.

### DECISIO CLXVIII.

1 *Vſufructu omnium bonorũ legato ueniat futura, & poſt teſtamentum acquiſita.*
2 *Legatum mobilium ad præſentia reſtringitur.*
3 *Vſufructu legato uxori omnium bonorum tam mobilium, quam immobilium, an ueniant futura. & n. 4.*
5 *Text. in l. ſi ita, D. de aureo, & argen. l. declaratur.*
6 *Teſtamentum a die mortis teſtatoris uires capit.*
7 *Legatum quando ſit dilectæ perſonæ habet latam interpretationem ad & futura, & poſt teſtamentum acquiſita bona extenditur*
8 *Donatione omnium bonorum facta, quare non ueniant poſt factam donationem acquiſita.*

VSVFRVCTVM bonorũ omniũ legato uenire ẽt
1 bona † poſt teſtamentũ acquiſita Barto. ſcripſit in l. ſi ita. col. 2. n. 4. uerſiculo aut in teſtamento. D. de auro & argẽ. leg. per l. quoties. D. de uſufr. melior. tex. in l. vxori meæ 37. D. de vſu. & vſufr. leg. quã ſententiam late defendit Bero. cõſilio. 44. nume. 20. li. 2. & quæſt. 30. nu. 5. & ſequen. Imol. in l. fi. §. qui in diuiſam. D. de leg. 2. quia hic ſunt uerba generalia diſpoſitiua quæ ad futura extẽduntur. Cephal. filius late inter conſi. Cephal. conſi. 773. per totum. li. 5. licet re uera. hæc Bart. opinio ſit dubitabilibus, & diſputabilis, vt dic. Caualcan. in tract. de uſufru. mul. relic. num. 85. & contra Bart. teneat Crau. in rubrica de legatis primo, nnmero. 92. Socin. iun. conſilio 99. per totum, qui multos allegat. libro tertio, Socin. in l. prima, in principio. D. de lega. 1. pro quibus videtur tex. apertus in l. ſi ita. D. de auro. & argẽ. lega. Ideo regulam in contrarium ponit Ludoui. de ciſ. Peruſ. 61. nume. 37. in fine. par. 2. Sed

reiecta opinione Barto.quæ videtur magis
* communis,& cum qua ſolet tranſire Sena
2 tus fallit ſi mobilium tantum bonorũ† relictis fuerit uſusfructus, quia tunc reſtingitur legatum ad particularitatem,quo caſu bona futura,& poſt factum teſtamẽtũ acquiſita nõ veniunt,vt idem Bar. docuit in d.l.ſi ita.& conſuluit Fulgoſ.conſi.100. colum.2.

Quæri tamen ſolet,quid ſi teſtator reliquerit uxori vſumfructum omnium bonorum tam mobilium,quàm immobilium,
3 †an tunc bonorum poſt teſtamentum acquiſiturum relictus cẽſeatur vſusfructus? cum hæc queſtio pẽderet in Senatu in cauſa Muræ,& Bauzani valde torquebat nos. Nam videbatur iſta mulier attenta doctr. Bartol.in caſu mobilium excluſa a poſtea acquiſitis,prout in terminis tenuit. Crau. in dicta rubr.de legat.num.95.poſt Crot. ibi.ſequitur Cagnol.in l.fin.num.229. C. de pact.facit illorum opinio,qui voluerũt donationem hoc modo factam futura nõ comprehẽdere,vt per Doctor.in l.ſtipulatio hoc modo.D.de verbo.obliga.& in dicta l.fi.C.de pact. quam opinionem in facti contingentia ſequutus fuit.Senatus vt dicam infra deciſ.199.donatio omniũ bonorum,& per tex.in d.l.ſi ita.vbi præſens ſemper tempus capitur.

In contrarium tamẽ dicebatur pro vxore,quod iſta Bart.concluſio limitatur,niſi
4 de contraria coniectura†teſtatoris mente appareret.ut per Bero.conſi.44.n.22. lib.2.ut quia dixit. *lego uſufructũ omniũ, & quorũcunque bonorum,&c.*ut in terminis conſuluit.Neuiz.conſi.71.& ibi.D.Scarauellus.per tex.in d.l.ſi ita.Soc.iun.conſil.98.li.1.Dec.cõſi.69.col.1.& 2.Ludou. di.deciſ.61.num.38.hoc etenim caſu vt dicit.Ber. d.quæſt.30.utitur teſtator generali diſpoſitiua ſiue(vt alij volũt) vniuerſali *omnia*,quæ excludit particularem diſpoſitionem.Nam ultra quod per ſe ſatis videtur ſufficiens cõiectura voluntatis teſtatoris,legatum comprehendens tam mobilia quam immobilia, illud tamen ampliatur addita generali comprehenſione,*omnium* ex qua magis voluntatem ſuam declarari videtur,nec obſtabit tex.in dicta l.ſi ita minuſq; ex illius regula ſi teſtator adiecerit
6 pronomen meũ,† quia illa non procedit in legato vniuerſali,ſed in particulari, vt elicitur ex ipſius.l.ſpecie:neque enim ib ex ſolo pronomine,*meum*,reſtringitur legatum ad præſentia,& ea bona,quæ ſunt tempore facti teſtamẽti,ſed ratione legati particularis,vt tradũt Modern. Pariſ.in conſuetud.Pariſ.§.1.gl.5.num.19.Didac. pract.quæſtion.c.2.nu.2.& 5.ideo cum ſimus in legato uniuerſali omniũ bonorũ tã mobilium,quam immobilium venient futura,vt dicit Cæphal.conſi.599.nu. 12. li.4.per tex.in l.fi.§.qui indiuiſam. D. de lega.2.Quamuis etiam legato vniuerſali contrarium tenuerit Socin.d.conſi.99.nume.5.lib.3.vbi dicit,quod hæc opinio nõ uniuerſitas ad tempus teſtamẽti reſtringitur dicens vlterius,quod hæc opinio non habet contradicẽtem,quod an verum ſit, patet ex ſupra ſcriptis,ſed aduerte, quod in caſu Soc.aderant verba,*ſpectantibus*, & *pertinentibus*,quæ præſens tempus demõſtrant.& iſtæ coniecturę voluntatis teſtatoris magis coadiuãtur,præſuppoſita pro uera illa regula quæ in teſtamentorũ tra
7 ctatu frequens eſt,†quod teſtamẽtũ non niſi a die mortis teſtatoris uires capit; vt i iſtis terminis arguit.Cęphal.d.conſi. 773. num.12.

Accedit in fauorẽ uxoris alia limitatio, quæ tradi ſolet illi doct. Bar.nẽpe,vt non
7 procedat,quãdo†legatum ſit perſonę valde dilectæ,& inſtituit perſona non ita dilecta,ut erat in caſu noſtro ꝑ ea,quæ dicit Neu.d.cõſ.71.Bar.in l.ſi cognatis.de reb. dub Ludo.d.deciſ.61.nu.39.dicens cõmunem contra Cagnol & Roman.nã,vt dicit Cæphal.conſ.14.n.21.& 22.li.1.hoc caſu legatum latam habet interpretationem.

Nec obſtat doct.Bar.quãdo dicitur *mobilium*,quia vt ſupra dixi plus eſt dicere, tã mobilium,quam immobiliũ,quã dicere mobilium ſimpliciter.nam primo caſu in ſolo legato mobiliũ certum eſt legatũ eſſe particulare.Secundo vero caſu uidet ex communi uſu loquendi fuiſſe mentem teſtatoris,& notarii omnia bona comprehendere.cũ idiotę neſciant illam ſubtilitatem de incorporalibus,& iuribus.

Manus officit,quòd de donatione omnium bonorum facta dicebatur,quod illa non comprehendat futura,quia reſponde
8 tur aliquid iuris eſſe† i legatis aliud ꝓcedat tractibus, licet de uno ad aliud procedat argumentatio. Rationes tres diuerſitatis adfert



adfert Crau.in d rub.de lega.nu.96.& 97. quibus addo aliã,quod in donatione,quę generaliter fit,quis nõ cogitare præſumitur,niſi de præſentibus.cũ futura non ſint in eſſe,& ea donari minime poſſint vti ꝓſentia,cum de futuris contingenti.nil certi determinari poſſit,ſed in teſtamẽto qs magis cogitat de morte,& ſic de ſtatu tẽpore mortis ex ſtẽte,vnde non debet eſſe mirum ſi de futuris etiam bonis diſpoſitũ intelligatur,cum tẽpus futurum neceſſario conſideretur ideſt mortis.

Viſum fuit Senatui re bene diſcuſſa, & intellecta,& ſæpe perſuaſis partib. ad concordiam ob rei ambiguitatẽ multis tamẽ reclamantibus,quod hoc caſu nõ veniret uſusfructus bonorum futurorum poſt teſtamentum a teſtatore acquiſitorũ, & ita iudicatum fuit me Præſide,& confirmata
* prima eiuſdẽ Senatus ſentẽtia 1583.16. Septembris.

## Emphyteota vẽdens rem emphyteoticam non reſeruato, nec obtento aſſenſu Domini, an perdat emphyteuſim.

DECISIO CLXIX.

1 *Emphyteota alienans non reſeruato bene placito domini cadit in commiſſum.*

2 *Emphyteota non cadit à iure ſuo, ſi ſtante conſuetudine,quæ uiget in hac patria nõ impetrauit licentia alienandi.*

EMPHYTEOTA vendidit rem emphyteoticam ſine domini licentia,& ſine clauſula, *ſaluo beneplacito, &c.* Quæſi-
1 tum fuit an cadat in commiſſum,† & de iure communi certum eſt illum cadere, quia ſpernit dignitatem directi domini.l. fi. vbi Iaſon.nume.10. C. de iure emphy. Clar.in §.emphiteuſis. quæſt. 13. Sed de
2 cõſuetudine patriæ Ducalis† Sabaudiæ aliter obſeruari dicit Purpu.in addit.ad Iaſo. in d.l.fi.n.10.dicens hanc conſuetudinem fundari in doct. Bart.in l.Murileguli. C.de murilegul.& quamuis,Bar.ibi parũ faciat ad hanc rẽ nihilominus poſtquã. D. Purpur.qui fuit præſes digniſſimus,& integerrimus ꝑ multos annos ĩ hac patria.Subalpina ita atteſtatur,dicebam ſuæ atteſtationi ſtandum eſſe,præſertim ad euadẽdum pœnã,quia cum tantus vir ita teneat,certe non videtur in dolo,aut culpa,qui tam grauis authoritatis viro credidit, & tanto magis cum de hac conſuetudine teſtetur etiam doctiſſimus,& ſummæ integritatis ac magne experiẽtiæ vir.D.Senator Sola in ſuis commen.ad Decre.antiq. Sabaud. tit.de iur. emphy.c. rẽpublicã.gl.2.1.par. nu.10.vbi dicit talem eſſe etiam cõſuetudinẽ in Gallia,& valere, poſt Bal.& alios ibi relatos & ſolet ſemper limitari ĩ generalis regula.d.l.fi.niſi de conſuetudine aliter obſeruetur,vt poſt Curt.limitat.Mari. Prec.in tra de author.& poteſta.Baron.§. plurib.autem modis.nu.79.lim.27.Et certe ſi quæramus de veritate iſtius cõſuetudinis,in patria Canapitri ita obſeruari clariſſimum eſt, & ego in illis partibus ſemper audiui verum in patria Pedemõtana non ita paſſim obſeruatur,tamen cum iſti Doctores in hac patria indiſtincte admittant talem conſuetudinem,& ſimus in pæ
* nalibus,fuit pro excuſatione emphyteotæ pronunciatũ,hoc tamẽ additio,ꝙ licet excuſetur a pæna,poſſit tamen directus dñs offerre pretium,& rem emphiteoticam ſibi habere,cum de iure communi ipſe dominus in re emphyteotica ſit emptiori cuicunq; præferendus,& ita iudicatũ fuit per Senatũ referente Do.Senatore Surdo anno 1584.die 5.Martii in cauſa Dominorum Genoliæ,& tãto magis quia in eo caſu res non probabatur emphyteotica, niſi ex conſuetudine ipſius emphyteotæ,quo caſu videt excuſandus etiam circumſcripta noſtra conſuetudine per ea,quæ dicit Boign.Caualca.in trac.de vſufr.mul. reli. nu.237.per totum,poſt Grat.conſ.54 li.1. & Iul.Cla.in §.emphyteoſis.q.28.ver.vnũ tamen ſcias. Eandem vero conſuetudinẽ alienãdi in feudis eſſe ſcribit Rayn.in ſuo cõprehenſor.feudo.§.habito igitur.n 39. dicens ſufficere quod infra annũ vaſallus ſe dño repræſentet.quę tñ cõſuetudo non eſt in patria noſtra tam attẽtio iura cõmuni quã Decretorum forma.Sed quæro an ſit allegãda iſta conſuetudo, & uidetur, quod ſic,qñ eſt facti. In contrarium quia generalis,& ius facit.l.de quib.de legib.& generalis cõſuetudo non eſt ꝓbãda Dec. conſ.402.& 655.Marc.Solona.Pace conſ. 48.nu.3.ſed de hoc alibi dicemus.

## Mater quę tranſiuit ad ſecũda uota an poſſit in teſtamento plus relinquere filii ſecundi matrimonii quam primi late diſcutitur,& declaratur.

### DECISIO CLXX.

1 *Mater an poſſit teſtando plus relinquere filÿs ſecundi matrimonii, quam primi, & numero 2.& 3.& quod non poſſit, numero 4.& 7.*

5 *Mulier donãdo coniũctæ perſonæ ſui uiri, uidetur in fraudem legis facere.*

6 *Filio relictum uidetur factum patris contemplationem.*

8 *Mater male facit, quæ nõ ſeruat æqualitatem inter filios.*

9 *Tex.in §.fin.auth.de nupt.qnaliter procedat.& nume.12.*

10 *Pater an poſſit plus relinquere filiis ſecundi matrimonii, quam primi & nu.13.*

11 *Opinio, quod mater ſeruet æqualitatem inter filios ex diuerſo matrimonio eſt equior & humanior.*

14 *Bal.opinio,& aliorum doctorum qui tenuerunt matrẽ poſſe plus relinquere filÿs ſecũdi matrimonii, quam primi, late diſcutitur ponderatur,& nu. 15.16.17.19. 20.21.22.23.& 24.*

18 *Doctores qui contra.l.hac edictali.cautelas requirunt, male faciunt.*

25 *Mater non poteſt plus relinquere filiis ſecũdi matrimonÿ etiam mortuo ſecũdo uiro. Sed contra nu.26.& 29.*

27 *In dubio fraus præſumitur, ſi mater filÿs ſecundi matrimonÿ relinquat plus quam primis.*

28 *Coniecturis fraus præſumitur in relicto a matre ſecundis filÿs facto.*

30 *Filius feſtiuus & gratus, uel grauioribus ſtudiis deditus poteſt in plus inſtitui.*

31 *Opinio, quod mater non poſſit inæqualiter filios primi, & ſecundi matrimonii inſtituere non procedit de neceſſitate.*

32 *Mater poteſt plus relinquere filiis ſecundi matrimunÿ, quanto non facit in fraudem.*

33 *Mater poteſt filio ſecundi uiri plus relinquere, quando maritus ex tali relicto nihil conſequitur, & priuatur uſufructu.*

MATER, quæ tranſiuit ad
ſecũda uota, & hẽt filios
ex primo,& ſecũdo matri
monio, an poſſit plures re
1 linquere in ſuo † teſtamẽ
to vni ex liberis ſecundi matrimonii, quã
alii primi, dubia eſt & ardua, licet tria, &
quotidiana quæſtio, q̃ tractaẽ in materia.
l.hac edictali.C.de ſecund.nupt.& multa
pro utraq; opinione adduci fundamenta
poſſunt,& primo pro illa opinione,quod
poſſit mater plus filiis ſecũdi matrimonii
quam aliis reliquere facit, quia talis pro
hibito,quæ dependat d.l. hac edictili. ui-
detur odioſa, cum auferat matri liberã te
ſtãdi facultatem,ideo ſtricte erit interpre
tanda ca.odia.de regul.iur.lib.6. quam ra
tionem ponderat latius Bertran.in dict.l.
hac edictali.nu.19.Bened.Capr.conſ.81.
num.3.
2 Secundo uidetur † pro hac parte tex.in
§.fi.aut de nupt.quem tex.ita ibi ſummat
Barto.& clarior tex.in l.cum aliis.C.de ſe
cun.nup.iuncta gl.in uerbo,ut matre.
3 Tertio hanc † primam partẽ tenuerunt
multi graues Doctores,& primo Bal. qui
eam examinat in l.1.q.2.de inoffic.dotib.
dicens ſe ita conſuluiſſe, & tenere, quam
uis totus mundus, & natura teneãt cõtra
rium.idem tenet conſi.264.ego Bal.inter
conſ.Caſt.lib.1.& conſi.22.Quædam Do.
Nicolina. li.4.& Bal. ſequitur Caſtren. in
auth.unde, & ſi parens.nu.2.C.de inoffic.
teſtam.citans pro hac opinione.Odof.ibi
& tex in d.§.fi.auth.de nupt.Dec.cõſilio
146.nu.3.& in aut.præterea. C. unde vir
& uxor.& cõſ.557.Boer.deciſ.200.co.3.
uerſi.ergo tamẽ Bertran.conſ.112.uiſo te
mate. li.1.par.2. Durans de arte teſtan.ti
tu.de lega.cau.65.nu.2.Marc.q.27.lib.2.
Ang.285.col.1.Bened.Capr.de conſ.81.
Vaſq.in d.authe.unde ſi parens.n.13.Cra
uet.d.conſi.40. & 193.nu.11.Borgin.de
uſufruct. mul. relict.numero 85. Decian.
conſilio 35.numero vigeſimoquarto,lib.
primo, Guliel. Onciacus Sabaudien.quę
ſtio.Academicar.li.2.q.69.Ruin.conſ.56
num.9.lib.3.
Contrarium ꝙ non poſſet mater inæ-
4 qualiter filios † inſtituere,ſuadẽt infraſcri-
ptæ rationes,& authoritates. Primo tex.
in dicta l. hac edictali. uerſiculo ſin uero
plus.ibi,

Omni



Omni circũſcriptione per inter
poſitam perſonam,vel alio quo-
cunque modo ceſſante.

Nulla autẽ eſt perſona patris magis cõ
7 iũcta,& cũ qua poſſit induci ſuſpicio frau
dis,quam in filio pręſertim cum pater ſit
vſufructuarius bonorum aduẽtitiorum fi-
lii,& ad hoc propoſitũ ita hunc tex.indu-
cit Florian.in ſua diſputatione relata per
Bertran.in dicta l.hac edictali.num.14.&
dicit Caſtren.in conſi.149.ſiue diſputatio
ne quod per illum textu. ſolet vulgo tra-
di doctrina,quod nõ poteſt mater etiam
mortuo ſecũdo viro plus relinquere filiis
ſecundi matrimonii,quam filiis prioris re
liquerit.
Secũdo videtur pro hac parte poſſe re
torqueri tex.in dict.§.fi.auth.de nup.vbi
prudentiſſime Iuſtinianus diſcrimen. ſeu
vt dicitur vulgo partialitas parentũ in fi-
lios odio habẽs ſuadet matri æqualitatẽ.
& ideo omnes qui hac opinionem ſunt ſe
quuti,maximum fundamẽtum ſuper iſto
tex.conſtituunt.
Tertio facit, quod dicit Bal.in d.l hac
edictali.in lectura antiqua,quẽ refert Ber-
5 tran.ibi.nume.26.quod † mulier donando
fratri,uel amico uiri videẽ facere in frau-
dem legis, ergo tanto magis ſi filio relin-
quat,qui de una & eadem perſona cũ pa
tre.& ſequitur ibi Iacob.
Quarta facit præſumptio illa,quę cau-
ſam dedit.l.hac edict. l.quod videat,vxor
amore nouelli cõiugis hoc feciſſe,propter
quem etiam proprios filios illam excoria
turam pręſumitur.l.lex.quæ tutores.C.de
adminiſtrat.tutor.Angel. conſ.144.col.fi.
& daret mulier non ſolũ bona,ſed perſo-
nam ad ſecũdi uiri perſuaſionem,quæ vt
plurimum inter illos captatorios ample-
xus perfici ſolet,vt per Caſtren.conſ.150.
li.2.in fine.
Quinto inducit pro hac parte Florian.
tex.in l.qui tutelã:D.de teſtament.tutel.
6 vbi relictum † filio videtur factum patris
cõtẽplatione,& perinde eſt ac ſi patri re-
lictum fuiſſet, vnde ſi tã anxie legiſlato-
res perſuaſiones uiri timentes remedium
prioris matrimonii filiis perquiſierũt,pro-
hibẽdo,ne illi pluſquam uni ex liberis pri-
mi matrimonii relinquatur,qui fieri poteſt
vt in fraudẽ huius prohibitionis filiis ab
illo ſecundo viro habitis,mater priuarum
nuptiarum immemor plus relinquat, &
per indirectũ obtineat uir, quod directo
prohibetur?
Denique non eſt hęc opinio doctorũ
7 authoritate diſtituta,nã † illam tenuerunt
grauis authoritatis,& profundæ doctrinæ
viri,vt Odoffred.in d.l.hac edictali.uol.1.
verſiculo itẽ nõ poſſit, & quamuis Caſt.
in authe.vnde ſi parens alleget illum pro
contraria parte,tamen non reperio;quod
ibi Odoffred.hoc dicat.idẽ tenet Florian.
de S.Petro antiquus, & bonus doctor in
ſua diſputatione, q̃ incipit mulier primo
uiduata.in 3.dubio.quã ad verbum refert
Bertran.in d.l.hac edictali.n.14.& eſt hæc
diſputatio,quam in fonte vidi inter illius
diſputationes prima ĩ ordine vbi hãc par
tem firmare videtur.num.18.& aliquot ſe
quen. Sed ne decipiaris aduerte, ꝙ Flor.
ibi loquitur,quãdo relictum fuit ipſi viro,
itẽ quãdo filio proprio ipſius viri ex alio
matrimonio nato fuit relictũ legatũ, vlte
rius nihil firmat, ſed magis reſidet cũ illa
opinione,quod ſi clare appetere poſſit ꝙ
ſine patris cõtemplatione legatum factũ
fuerit filio nunc ſuſtineatur, vt ibi per eũ,
licet in fi.dicat,quod hæc pars ualidiora
habet argumẽta citat etiam Bertrand.pro
hac opinione Caſt.in d.authe.vnde ſi pa-
rẽs, dui tñ vt ſupra dixi tenet contrariũ,
hãc partem tenuit.Bal.ſibi contrarius con
ſi.161.li.1.vbi dicit,ita tenuiſſe.Franc. de
Albergotis inter conſil Caſt.261.lib.1.&
ibi.Io.de Ligna.cõſ.263. & poſt eum Ri-
card.de Salycet.264.in pede illius conſilii
inter d.conſ.Caſt.poſt d.conſi.261.& ſub
dit.Bal.quod ita fuit iudicatũ, & obſerua-
tum,licet ipſe conaretur defendere cõtra
rium.Alex.in addit.ad Bart.in d.l.hac edi
ctali.Gabriel.in tit.de ſecun.nup.concl.4.
nu 44.Crau.cõſ.40. in fi.Bertrand.in d.l.
hac edictali.num 14.& ſeq. & clarius fir-
mat.Caſtre. conſil.149.vbi dicit hanc eſſe
vulgarem doctrinam, quę colligitur ex l.
hac edictali,& conſil.150.viſo caſu. lib.2.
vbi acerbe inuehiẽ cõtra iſtas impias ma-
8 tres,quæ ſpreto † Iuſtiniani conſilio in.§.
fi.auth.de nup.non ſeruãt inter filios pri-
mi,& ſecũdi matrimonij æqualitatem,&
reſpondet adirationes.Bal.& ad d.§.fi. vt
infra dicã.Idẽ tenet Ruin.conſi.112.li.1.
vbi.n.7.in fi.dicit,quod opin.quam tenet

 Bal.

Bal.in l.1.C.de inoffi.dot.eſt cōiter reprobata Iaſ.in d.auth.vnde ſi parens.nu.4.dicens hanc opinionem veriorem,& ita tenere.Sal.in d.l.hac edictali.q.8.qui tamē nihil cōcludit,licet arguat ad partes. Cor. conſ.82.lib.3.nu.3.Hypol.Rimi.cōſ.141. nu.38.vbi late examinat,& 243.nu.26.& 428.dicens cōem.Pariſi.ad Deci.d. conſi. 246.D.Io.Vand.ſubtiliſſimus doctor Taurin.lib.1.var.quæſt.q.27.& ſecundū hanc opinionē iudicauit curia,vt Refert.Boer. deciſ.201.col.5.uer.& ſecūdum,& quamuis aliqui ex ſupranominatis doctoribus loquantur non de filiis eiuſdem vxoris ex primo matrimonio,ſed de filiis mariti ex alia vxore,vt Flor.Bertr.& Gabriel. tamē rōnes quas allegant faciūt etiam pro iſtis. ex quibus patet hāc ſententiam videri magis communem.Quid dicemus?

Certe negari nō pōt, quin quæſtio iſta ſit dubia.in quā doctores inuicē pugnant, & duo claſſicis.Bal.& Caſt.modo vnā mō alterā opinionē ſequuti ſūt, & cum caſus contigiſſet,Clariſ.I.C.D.Frāciſcus. Odettus,& inter primarios aduocatos huius ſacri Senatus ex ſup.traditis , & multis alijs rōnibus tuebatur opinionem Bald.contra filios primi matrimonij,dicens videri ſibi
9 cōem & pro ea dicebat primo eſſe† text. ineuitabilē ī d.§ illud ſiue ſi.auth.de nup. nam quamuis ille tex.in prin.videatur facere pro matris diſpoſitionę ęquali,tamē illud non eſt diſpoſitiue,ſed hortatiue, & ideo in fi.dicit contrarium Imperator, videlicet ſufficere,quod relinquatur legitima & ita illum.§.pōderare.Bal.conſ. 164. in prin.lib.1 inter conſilia Caſt.Bertr.conſi.189.nu.2.lib.3.& alios doctores tenentes hanc opinionem.

Secundo mouebatur,quod aliter dicendo ſequeretur abſurdum,quod filii ſecundi matrimonii eſſent deterioris conditionis.quam quilibet extraneus , cui excepta legitima poteſt omnia relinquere Craue. 241.num.1.Rol.conſi.62.nume.25.lib. & idem inter filios ſecundi matrimonii.Alexan.conſ.227.n.1.lib.6.

10 Tertio adducebat,quod ſit† patri permiſſum eſt plus relinquere ſecundis quā primis,vt videtur probare tex.in d.l.hac edictali.ubi Cyn.Iac.But.Bal.nu.6.7.&12. & conſi.328.nu.3.li.3.Bertrā.d.conſil. 186. Rolan.d.conſilio 62.numero 29.Non eſt negandum matri , ex regula correlatiuorum.&c.

Verum ego licet diu in dubio pōderet animus,tamen inclinabam potius in opinione quæ pro æqualitate filiorum facit
11 †vti humaniori,& æquiori,& per ea quæ dicit Caſt.d.conſil.colum.1.lib.1.& latius Rimin.Iun.in dictis tribus conſiliis . Nec obſtant contraria allegato & primo tex.
12 in d.§ illud.nam†vltra quod illi reſpōdet Caſtre.in d.conſ.150.col.3.verſi.breuiter quem ſequitur Ruin.dicto conſi.112.li.1. nu.7.quod loquitur quādo ceſſat cauſa ſuſpitionis.quia mortuus erat uir ſecundus quod veriſimile eſt cum de ipſo viro nullam mentionem faciat ibi.Iuſtinianus,ſed viro viuēte militabit ratio.d.l.hac edictali.& eodem modo reſpōdere poſſit ad d. l.cum aliis.C.de ſecun.nup.Reſpōderi vlterius pōt,quod ille tex qui eſt in ſui forma ſingulariſſimus,cū conſtituat legē exhortatiuā & non præceptiuam contra formam aliarum legum,quæ ſancire debent, & præcipere cap.lex.1.diſtin.& glo.in ca. lex.1.diſt quamuis videatur ſolum hortari,tamen in ſuis rationibus,& proæmio apponit cauſas,quare mater ſeruare debeat inter filios æqualitatem,ita vt non ſtet in mæris terminis cōſilij.vnde male faciet illa mater,quæ cum conſil.Imperatoris nō diſponit,& equalitate nō ſeruat inter liberos.vt pulchre dicit Caſtr. d.conſil. 150. colu.1.Imo talis adhortatiua lex ſubſiſtit, vt dicit Bal.in quodā ſuo conſ. quod legit ſub.rubr.tit.C.ſi quis aliqu.teſta.prohibu. col.2.ver.ſuper quo etiam prout in ſimili dicitur in teſtamento per hoc verbum *rogo* induci neceſſarium fideicommiſſum.

Ad ſecundum de abſurdo reſpondebā hoc fuiſſe inductum optima ratione,ideſt ne mater blanditiis ſecundi viri,quem lex oderat induceretur ad relinquendum ſecundis & excludendum primos quam rationem conſiderauit ſancta illa. l. hac edictali,quæ alias eadem ratione eſſet abſurdiſſima , excoriarent enim mulieres proprios filios primi matrimonii, ut ſecundo viro complacerent . Nam vt inquit Iuuena.Saty.ſexta. *Ferrum eſt quod amant. & uiuorum amplexus non defunctorum umbras.*

Ad tertiū dupliciter rñderi pōt. Primo ꝙ lex hac edictali.loquit᷑ nam de nouerca quam



quā de uitrico,& remouet omnem colorem fraudis in utroque , & opinio Doctorum aliter tenentium non eſt uera,& contra eam tenet alii Doctores infra allegandi. Secundo reſpōdetur , ꝙ diuerſa eſt ra-
13 tio in patre† quam in matre, nam cōtra patrē non reperitur ſcriptum, ꝙ excoriaret primi matrimonii liberos , ut dicitur ī matre,d.l.lex quæ tutores.Itē nō eadem eſt authoritas uxoris in maritum , quę eſt mariti in uxorē , ut late oſtendit Tiraqu. in trac.de legib.conub.in princ.unde non cadit illa ſubornationis ſuſpitio.

Ad authoritates uero Doctorū,qui tenueruut opinionē contrariam , reſponde
14 ri etiā ſingulis poteſt. † Et primo Bal eſt ſibi contrarius,& dicit quod totus mūdus, & ipſa natura eſt contra illius opinionem. ideo ipſe eam mutauit in melius , & teſtatur quod ſecundum ſuam contrariam opinionem fuit iudicatū per uolentes Doctores,unde magis ſtabitur illius rectratationi,ut dicitur de S. Auguſti. qui fecit librū retractationum ſuarum opinionum.

15 Paul.de†Caſtro firmat ſe in opi. Odof. qui dicit contrariū,& ideo cōſuluēdo aliter cenſuit tam in dicto conſ.149 quā in conſ.150.ſi bene conſideretur,dum reſpōdet ad §.illud quoque.

16 Iaſ.uero†expreſſe ī auth.unde ſi parēs. relatis opinionibus hinc inde tādē tenet opinionem pro filiis primi matrimonii,dicens ꝙ ita tenet Saly.& forte melius.

17 Ad Deci.conſi.†246.nu.3.& in authe. præterea.C.und.uir.& ux.dicitur,qđ ille hoc non firmat, imo conſultus de modo euadendi eam ſanctam conſtitutionem,l. hac edictali.dicit difficile eſſe hoc inuenire,cū lex illa excluſerit omnes cautelas, & fraudes,tamen ponit aliquas, ſed hanc non ponit,quia non ſubſiſteret,& dato ꝙ eam poneret male faceret, cōſulendo aliter,quam conſuluerit Imperator in d.§.illud quoque.a cuius conſilio boni Doctores nō deberet recedere , & ille cautelæ per Deci.adinuentæ reprobatur, ut notat ibi Pariſ.ī ſuis addi. Potuiſſet Deci.& alii, qui nolunt euadere ſuis cautelis illam ſanctam conſtitutionem,nnam addere, illud Virgilii ſcilicet ut *Miſceant primis aconita nouercæ*,& ideo peſſime faciūt Docto-
18 res† qui cōtra eā legem has cautelas inueniunt,ut fraudē legi faciant, & tot bonorum Imperatorū labores ſuis tecnis cludant,ut multi mali Doctores faciunt,burſę magis quam animæ conſulentes, & faciunt illi,quod in prouerbio habetur *fatta la legge trouato l'ingāno*. Quod cōſiderans prudens illæ Imperator.ī d.l.hac edictali.prohibuit omnes cautelas,& mulier quæ illas ſequitur peccat mortaliter.ut di
19 cit Crau.conſ.193.num.11.Bertrand.†in d.conſi.112.alias 212.lib.1.par.2.dicit cōtra rationes quas ipſe ponit in d.l.hac edictali.n.14.& ſeq.præterea loquit᷑ ibi Bertran.quando diſponit uxor mortuo marito,alias diceret contra caſum d.l.hac edictali.in fi.principii.ibi.

Per interpoſitam perſonam.

Tertio reſpondet , ꝙ ſi ita intelligeret male cōſuluiſſet,& cōtra cōem, & ęquiorem ſnīam extra libros forte equeſter, & nō bene conſideratis cōſiderandis , prout ex lectura cōſilii apparet,quæ demōſtrat illum nō uiſis libris,& eorum parum memorē in eo ſuo caſu conſuluiſſet , ſiquidē dicit ſe non bene recordari eorum quę diſponūtur ī d §.illud quoq; & allegat Bal. & communem opinionē cōtra id,ꝙ uere tenuit Bal.& communiter,& ſic illud conſilium nō meretur allegari pro hac parte.

20 Ad conſ.Craue.40.†n.11.dicitur,ꝙ ibi non loquitur deciſiue,quinimo aſſerit maximum eſſe dubium,& allegat pro & contra,& nihil reſoluit,quia non erat illius caſus de quo tunc agebatur , & idē Crau.in cōſ.133.n.11 nō uiſis libris cōſuluit,& nimis breuiter reſpōdet,ut ipſe ibi dicit , & Iaſ.ab eo allegat⁹ dicit cōtrariū,ut.ſup.di.

21 Deci.in allegato conſ.55.†n.7. de hoc non loquit᷑,ſed tantū dicit ꝙ pater poteſt liber de bonis ſuis diſponere,& illa etiam in mari proiicere, quia hoc eſt uerum in odium ipſorum filiorum non autem in fauorem nouercæ.d.l. hac edictali.

22 Durās de†arte teſta.tit.de leg.cau.95. nu.2.male uidit alios doctor.tenentes cōtrariū pręſertim Bal.quē ipſe allegat,& iō dubitans de hac cautella ſubiungit,ꝙ cautius erit ſi mater adiiciat cautelā , & cōditionē,ꝙ patri nō quæratur uſusfructus ꝗ cautela eſt uerbalis ſiquidē ueriſimile eſt, ꝙ filius etiā ſi poſſet patrē uſufructu non priuabit & illi,ut boni filii regulariter ſolent,& debēt,patri cōplacebit,& ita fraus legi

legi fiet,cōtra Iuſtiniani mentem in l.hac
edictali.
23 ad Ruin.†conſ.56.num.9.lib.3.reſpon
detur quod loquiť in dotis conſtitutione
à patre facta,in qua ſecundum qualitatē
meritorum poteſt diligens,& prudēs pa
terfamil.dotē minuere,uel augere, & idē
Ruin.in caſu noſtro conſ.112.lib.1.nu. 8.
expreſse cōſuluit in fauorē filiorū primi
matrimonii,reſpōdēdo ad §.illud quoq;.
24 Decian.articulum † hunc non exami
nat,ſed ſimpliciter tranſit, unde illius au
thoritas nō eſt attēdenda,ſed potius Bal.
Caſtr.Rimin. & aliorū ſupra citatorum,
qui illam examinãt.Præterea poteſt inte
ligi,quando ceſſat ratio fraudis.l.hac edi
ctali.& ſic ſecundo uiro iā mortuo,prout
eodē modo poteſt reſponderi. ad deciſ.
Marci.27.lib.2.Caualcan.de uſufru.mul.
relic.num.39.Gabriel.d.conclu.5.nu. 57.
& alios ſupracitatos.
Itaque patet opinionē prędictam con
tra matrē pro filiis primi matrimonii eſſe
communem,ueriorē,& æquiorem, nihi-
lominus in caſu propoſito,cum non eſſet
hæc quęſtio ſine difficultate,& agereť res
* inter fratres uterinos,quatuor doctiſ.Iure
cōſult.arbitri ad hoc electi cenſuerūt cau-
ſam eſſe concordãdam prout factum fuit
aliquid plus ſua portione dãdo filiis ſecun
di matrimonii a matre in uita ſecūdi uiri
inſtitutis.Nunquam tamen audiui caſum
hunc diſputari in Eccelētiſſimo Senatu,
forte,quia prudentes litigatores uidentes
dubium articulum cauſas ipſa concorda
runt.Ego tamen ſemper iudicarem pro
æqualitate fauore filiorum,& ita crederē
Senatum fore iudicatū, cum ſoleat æqui
tatem amplecti,& hæc pars ſit proculdu-
bio æquior,& humanior.
Retenta igitur illa opinione,quod non
poſſit plus relinqui filiis ſecundi quam fi-
liis primi matrimonii, amplia primo, ut
procedat etiam ſi maritus,ſecundus eſſet
25 † mortuus tempore teſtamēti .Hanc am
pliationem tenuit Caſtr.dicto cōſil. 149.
lib.2.dicens uulgo ita teneri p d l.hac edi
ctali,quæ ampliatio uř fundata illa rōne,
quia l.hac edictali.cenſetur facta,ut dicit
ibi Bertrā.col.2.nō ſolum odio mariti ſe
cūdi,& matris cōuolãtis ad ſecūda uota,
ſed in fauorem filiorū quibus uoluit lex
ſuccurrere aduerſus iniuriā illis a matre
factam,a qua ſine cauſa derelicti fuerunt,
& ob id licet in extraneos,aut inter filios
eiusdem matrimonii poſſet pro arbitrio
diſponere,tamen ſecus eſt in fauorē uiri
ſecundi,aut eius filiorum ex ſecundo ma
trimonio.
26 Sed cōtra hanc † ampliationem tenet
Bertran.in dicta l.hac edictali nu. 19. ubi
facit tres caſus,& quando maritos ſecun-
dus mortuus erat,uidetur non poſſe conſi
derari rationē fraudis,& ideo ualet diſpo
ſitio inęqualis, quæ cum uitrico non ua-
luiſſet,& quamuis ibi Bertran.nullam au-
thoritatē alleget, tamen ante eum ita te-
nuit Caſtr.in dicto conſil.150.libro 2.ubi
etiam cōſiderat tres caſus, & licet poſſet
replicari,quod etiā mortuo marito durat
odium ipſius,cum iſti filii prodeant ex ra
dice infecta,& legibus odioſa,tamen ego
dubitarem de iſta ampliat.propter autho
ritatem Bertrand,& Caſtren.cum quibus
in dubio concurrerem.
Amplia ſecūdo, ut ꝓcedat hęc opinio
27 quando eſſemus in † dubio,& ignoratur
cuius cōtemplatione reliquerit mater bo
na filiis ſecundi matrimonii, nam præſu
mitur,ꝙ fraudulēter hoc fecerit, q̄ frau-
dis præſumptio a lege inducitur ex tranſi
tu ad ſecunda uota relictis filiis primi ma
trimonii. dicta.l.lex quæ tutores.Ita ex-
preſſe tenet Bertran.ī dicta l.hac edictali.
num.19.& ſeq.& ſequitur Hyppol.Rimi.
conſ.241.num.44.reprobans opinionem
Caſtr.dicto conſ.150.col.fi.qui diſtinguit
ꝙ aut filii nondum erant nati,& nō ualet
relictum illius factum, quia cenſetur fa-
ctum cōtemplatione patris,aut erat nati
ita ꝙ potuit ad illos habere affectionem,
et tūc ualeat,et ceſſet fraudis ſuſpicio,quā
diſtinctionem uidetur ſequi Pariſien. ad
Dec.dicto conſ.246.& hanc etiā fraudis
ſuſpicionem firmet Corn.conſi.82.col.2.
lib.3.
Ampliať tertio,ut tanto magis,& indu
28 bitate procedat,quando † ultra præſum
ptionē,quæ eſt contra binubos,accederet
etiā alia fraudis ſuſpicio,ut puta ſi mater
inſtituiſſe expreſſe filios ſecundi matri-
monii in proprietate, maritū uero in uſu
fructu,ut exemplificat Riminal.in d.coſi
lio 241.nu.48.& Caſtr.dicto conſil. 150.
col fi.uel ſi apparet, quod mulier illa erat
alias infenſa filio primi matrimonii, ut in
caſu



caſu quodam mihi commiſſo, ubi mulier
habeat ex primo uiro duos filios, mori-
tur unus relicto infante,qui ſuccedit in lo
cum primi, deinde ſecundus moribūdus
teſtatur præterita matre propter iniuriā
illi ex ſecundis nuptijs illatam inſtituto fi
lio ex fratre, ideo mater irata teſtando illi
infanti hæredi alterius parum quid reli
quit, & filios ex ſecundo matrimonio in
tuit uidetur enim id feciſſe in fraudem l.
hac edictali. & ad uindictam ſuæ pręteri-
tionis, ideoq; dicebam non ualere talem
matris præteritionem in odium nepotis
fantis nihil demerentis factum.Vel ſi uxor
primo legato,marito & addit hanc condi
tionem,quod ſi maritus capere nō poſſet
relinquit filijs ſecundi matrimonii, tunc
uidetur manifeſta fraus, & uocati filii con
templatione patris,ut per Alexan.ad Bar.
in dicta l.hac edictali.poſt Bald.ibi allega
tum & iſtis duobus caſibus, iudicaui con-
* tra teſtamentum matris.
Amplia quarto, quod etiā mortuo ma
29 rito uxore uiuente† non conualeſcat teſta
mentum Caſtre.conſilio.213.lib.1.per l.
fin.D.communia præd. facit regu.l.quod
ab initio.de reg.iur.& eſt hoc de men.Ri-
minal.iun.conſi.248.
Amplia quinto etiamſi primus maritus
conſenſiſſet in ſuo teſtamento, uel aliter,
ut ipſa mulier nuberet,nam nec hoc caſu
poſſet plus relinquere uitrico quam filiis
primi matrimonii,quia l.hac edictali. licet
uulgo limitetur quando filij conſenſerūt
matrimonio,tamen cum ſit introducta in
fauorem filiorum,non operabitur contra
* eos patris, & mariti reſpectiue conſenſus.
ita cenſuit Senatu, in cauſa Cuſani, & Ga-
leæ.1589.22.Decembris.Quinimo ſubti
liter admodum ſenſit Sarmiēt.Selecta.in
terpretat libr.1.cap.4.nec etiam filiorum
cōſenſum matri ſecundo nubenti prodeſ
ſe cuius opinio licet ſubtilis,ſi tamen non
erit in praxi ſeruanda.
Denique amplia,ut hoc caſu totum de
uoluať ad filios patri matrimonii.§. opti-
me.ubi Bart. auth de nupt.Ange.cō.285.
colu.2.per l. cum alijs. C. de ſecun. nupt.
Cor.conſi.82.lib.3.ſed contrarium tenuit
Flor.& poſt eum Bertran.in locis ſupraci
tatis Riminal.dicto conſi.241.in fi.
Limita nūc ſupra retētam opinionem
ut non procedat,quando filius ſecūdi ma-
30 trimonii, cui plus reliquitur,eſt†adeo fe
ſtiuus, & gratus, ut aliquid plus mere tur
quam alius ex primo, uel ut melius inter-
prætatur Haloander, eſt ita ſeriis, graui-
buſque ſtudijs debitus, ut maior gratia di
gnus ſit.Si uero omnes pariter feſtiui ſint
& grauioribus ſtudiis dediti, vt nulla hone
ſta ratio ſit inæqualitas inducendæ certe
ſeruanda erit ęqualitas, & iſte uidetur ſen
ſus illius tex. in dicto §. fin.ut poſſit ma-
ter plus relinquere,ſed iuſta ſubſit ratio.
Quid enim ſi unus ex filiis ſtudijs uacare
uelit? poterit mater aliquid plus illi largi
ri,uel etiam quando eſſet bene merita in
filio ſecundi matrimonij, ita ut omnino
ceſſare fraus,ut dicit Pariſien.ad Decium
dicto conſil.246.Bertr.conſ.73.lib.2.
Declara ſecundo prædictam opinionē,
ut procedat de honeſtate, quæ uult æqua
31 litatem ſeruari ſed non de † neceſſitate
ſecundum opinionem quam non probo.
Franc.Marc. dicta quæſt.27. per §.fin. de
nupt.authen.Et ex hoc inferebam in caſu
propoſito,quod cum ea mater, quæ plus
reliquerat filijs ſecundi matrimonii uiuen
te marito,& deinde mortuo marito, ſuo
confeſſori duxerat,quod uolebat ſuum te
ſtamentum ualere,ſi tamen cum bona cō
ſcientia poterat plus uni quā alij ſine cau
ſa relinquere, quod uidebatur recedere a
teſtamento,in quo filijs ſecundis plus reli
querat,quia id de honeſtate facere nō po
terat per ea quæ dicit Caſtren dicto cōſi
lio 150.lib.2.quinimo etiam in filijs ex
eodem matrimonio honeſtū eſt, ut ęqua
liter inſtituatur, aliasquis incidet in peri
culum.Oldrad.conſil.127.in fi.ſi enim nō
eſt hoc honeſtū,non eſt utile.iux.dictum
Cicero.lib.3.offic. eſt etiam contra fidem
datam primo, uiro unde quicquid nō eſt
ex fide,peccatum eſt, & ſic cōtra conſciē
tiam,& mulier hoc faciens in fraudem, ut
in effectu maritus haberet, peccaret mor
taliter,ut per Crauet.dicto conſil.193.nu
mer.11.Nec obſtat,quod dicit Fran.in c.
ſi pater.colum.fi. de teſtam.libro 6.quod
non ſit cōtra conſcientiam id, quod ſit le
ge permittente ciuili,& Canonica quia re
ſpōdetur, quod in hoc caſu lex Canonica
nihil diſponit,ſed tantum lex ciuilis in di
cto §.ſi ſecundum intellectum Bart. Bal.
unde adhuc uidetur eſſe contra legis cōſi
lium,& honeſtatem, & ſic contra coſcien
tiam

ſtam per ea, quæ dicit Franc. in dicto col.
fina. uerſic. ſed contra prædicta, & hæc tã
to magis procedunt, quãdo mater in arti
culo mortis dicit cõfeſſori ſe ita uelle ſi
id poteſt cũ bona conſcientia alias nõ, ut
per Decium conſilio. 63. nu. 7.

Tertio limita ut dicta regula non pro
cedat quãdo manifeſte conſtat illud plus
relictum ſecundis liberis nõ fuiſſe factũ
23 contemplatione uitrici, & non† in fraudẽ
uel ad cautelã. de qua in l. hac edictali. §.
ſin uero. ſed bono zelo, & intuitu filiatio
nis tãtummodo, ceſſat enim tũc ratio di
cti. §. ſi. uero. & hãc opinionem expreſſe
tenet. Caſtren. dicto conſilio. 150. li. 1. &
Bertrand. in dicta. l. hac edictali. num. 19.
Marc. dicta queſt. 27. Pariſien. ad Decium
dicto conſil. 246. & ex hoc uidetur ſubuer
ti ampliatio prima ſupra poſita, nã ſi pa
ter erat mortuus certũ eſt, quod nihil uti
litatis, & emolumẽti ad eum pertinebat
& ſic ceſſat ratio dictę. l. hac dictali, & pro
hoc uidetur tex. in §. nec illud. dicta auth.
de nupt. in fi. ubi mortuo ſecũdo marito
ſi uxor non tranſeat ad tertia uota, poteſt
de bonis ut uult diſponere & faciunt alle
gata per Burſat. conſil. 164. nu. 27. & 28. li
bro. 2. ubi uult, quod ſtatutum Mutinæ di
ſponẽs, quod mater non poſſit plus relin
quere filii ſecundi uiri quam primi, non
habet locum mortuo ſecundo uiro. Niſi
reſpondeatur, ut ſupra dicebam, quod di
cta l. fuit facta non ſolum odio mariti, ſed
etiã fauorem filiorum primi matrimonii,
ac etiam in odium mulieris, quæ per trãſi
tum ad ſecunda uota intulit iniuriam pri
mo uiro, ac etiam ipſis liberis. §. proſpexi
mus. auth. de non eligen. ſecundo nuben.
& in odium intemperantiæ & inhoneſta-
tis ipſius matris, ut ait Imperato. in dicta
l. lex, quę tutores §. lex enim. C. de admi.
tutor. ibi.

Sed etiã quod ꝑ fœminas in
moderatas, atque intẽperatas ꝓ
ſpexit minoribus, quæ plerũque
nouis maritis non ſolum res filio
rum, ſed etiam uitam addicunt.

In quo tex. ponderandum eſt uerbum
plerunque. inducit enim præſumptionem
iuris de mala mẽte matris. in primos libe
ros ex eo. quod plerũque ideſt magis fre
quenter fit per quem tex. dicunt doctor.
paſſim, quod mater zelo ſecũdi uiri excõ
riaret. ꝓprios filios a primo uiro habitos
ideo eſt legibus ualde ſuſpecta, ut per Af-
flict. decil. 357. n. 2.

Fallit denique ſupradicta opinio, ut nõ
33 procedat, quotieſcunque pater† filiorum
ex tali plus relicto nihil penitus conſequi
tur, ut ſi filius ſecundus ſit emãcipatus, ut
dicit Vaud. dicta queſt. 17 (niſi eſſet facta
emancipatio in fraudem,) ideo cautelam
aliqui hic tradunt, ut patri uiuenti omni
no prohibeatur uſufructus. Durãs dicta
cautel. 65. tũc enim ceſſat omnes prę ſum
ptiones contra matrem, quæ ſi poteſt ex
traneo. quod a legitima ſuper eſt relinque
re multo magis proprijs filijs dare poterit
ſed ut ſupra dicebam hæc cautela uidetur
uerbalis. & fraudulenta ideo non obſeruã
da. & hæc nota quia ſingularia ſunt, & ali
bi forte ita congeſta non reperies.

## Gabellarius, qui libros ſuarũ rationum lacerauit, & cõbuſſit, an incidat in crimen falſi, & an pœna falſi ordinaria erit puniendus.

*DECISIO CLXXI.*

1 *Gabellarius libros in quibus notauit res gabellæ lacerans, & comburẽs an falſum comittat.*
2 *Falſitas in priuata ſcriptura cõmiſſa, quæ nomini nocet, non punitur.*
3 *Falſum committit, qui priuatam ſcripturã malo animo ut alteri noceat, uitiat.*
4 *Scripturam priuatam cum alterius damno lacerans, uel comburens, non dicitur uere falſum committere.*
5 *In ſcriptura publica qualiter falſum committatur.*
6 *Libri gabellæ an dicantur publici, uel priuati.*
7 *In dubio malus animus non præſumitur.*

GABELLARIVS a tertio
cõuẽtius ſuper negotio ga
bellę fuit requiſitus, ut li-
bros ſuos exhiberet, ille
multos exhibuit prędcepto
illi facto ut ederet, quod iuris eſt ſaltem
conſuetudinarii in datiaris, ut dicit Ant.
Scapp.



Scapp. in tract. iur. non ſcripti lib. 3. c. 77.
num. 3. poſt Iaſ. in l. ipſe diſpice. num. 12.
C. de eden. & videtur text. in l. vbi exigi-
tur, D. de eden. in prin. & in l. argentarius.
§. 1. D. eodem, quẽ tex. extendit ibi Bart.
ad oẽs publicum officium gerentes. Sed 3
cũ tertius videret aliquos deficere, obtu-
lit iuramentũ conuento, vt ſe purgaret il-
lo, quod non habebat alios libros, tandẽ
iurauit gabellarius ſe duos quidẽ alios li-
bros habuiſſe, ſed quoniã in illis erãt de-
ſcripta aliqua erronea, illos laceraſſe, &
cremaſſe. Dubitatũ fuit in Senatu quærẽ-
te Sereniſſ. Duce noſtro Carolo Emã. an
iſte gabellarius hac de cauſa falſum com-
2 miſiſſet, & an pena† falſi plectendus uide-
retur. Ego ſaluo ſaniori iudico hãc quæ-
ſtionẽ ſic reſoluebã omiſſa diſtinctio. Bal.
in conſi. 21. lib. 4. quod aut tales libri di-
cuntur ſcripturæ priuatæ, aut publicæ, ſi
ſunt priuatæ ſcripturæ, ideſt, ꝙ pertineãt
ad ſolum ſcribẽtis cõmodum, & ſine qui
bus ſtare ipſe poſſit, & officiũ ſuum exer
cere, tunc non eſſe dubium, quod non po
teſt dici commiſſa falſitas, nec res illicita
aut dolus, tum quia de re propria actum
eſt, in qua quilibet eſt moderator, & arbi
ter. l. in re mandata. C. mãdat. etiã in abu-
tendo. Alberic. in l. cum in fundo. num. 2.
de iure dot. Rip. in l. ſerui electione. §. 1.
nu. 11. de lega. 1. tũ etiam, quia iſta lace-
ratio tanquam nulli nocibilis nõ punitur,
2 ſicuti nõ puniretur falſitas† in tali priuata
ſcriptura cõmiſſa per gloſ. quam omnes
ad hoc allegant, & ſequuntur in l. damus,
in verbo priuatas. C. ad l. Corn. de fal. vbi
Azo ita tenuit, & ita cõſuluit Caſtr. cõſil.
130. Videtur dicendum. col. 1. libro pri
mo, ubi uoluit, ꝙ poſſit talis liber priua-
tus comburi impune, & in hac parte, quã-
do nulli damnum infertur, illũ ſequitur
Soc. Sen. conſ. 103. per totũ, & conſ. 104.
colum. 2. uerſ. 4. & vlti. caſus. lib. 1. & Sal.
in l. 1. nu. 8. C. de ſepult. viol. & in d. l. da-
mus in fi. Bart. in l. ſi quis legatũ. D. ad l.
Corn. de falſ. ubi uidetur tex. ad hoc. &
cõem dicit Clar. in §. falſum. nu. 35. uerſi.
item excuſatur li. 5. licet ipſe uelit tũc pu
niri talem pœna extraordinaria ſtellliona
tus, quod non credo uerũ, & late de libris
mercatorũ loquendo ſcribit Marc. Solon
de pace Hiſp. conſ. 13. nu. 4. & 5.

Aut uero eſt talis priuata ſcriptura, ex
qua tertius ius poteſt cõſequi, & propter
illius lacerationem damnum, & intereſſe
conſequitur, & tunc credo ſub diſtinguẽ-
dum, quod aut eſt commiſſa falſitas in ip
ſa ſcriptura, puta ꝙ in libro rationũ quis
poſuit† res falſas eo animo ut alteri noce
ret, & hoc caſu putarem eſſe falſitatẽ cõ-
miſsã, & incidiſſe hoc committentem in
crimen falſi per text. in dicta l. damus in
uerſi. necnõ & rationes priuatas, uel pu-
blicas, nã hoc caſu nullã cõſtituit differen
tiã ibi Imperator an ſcriptura ſit priuata,
uel publica, animus attẽditur, atq; in hoc
caſu intelligendus eſt. Soc. Sen. in cõſ. 62.
ne uideatur cõtrarius Caſtr. & ſibimet in
ſupra allegatis cõſilijs, & idẽ uoluit Salyc.
in dicta l. 1. uerſi. ego his nõ obſtan. poſt
Dyn. in c. non eſt ſine culpa. de reg. iur.
lib. 6. ubi tamen Dyn. nihil dicit ad rẽ, &
Clarius idẽ Saly. ibi in uerſi. 2. caſu, quan-
do uitiũ. Quamuis ipſe nõ uideatur pro-
bare hanc diſtinctionẽ qualitatis præiu-
dicij prouenientis, nam Salyc. intelligen-
dus eſt, quando nullitas fuit facta ad effe-
ctum malum, licet enim tunc ſit nullus
actus per ſe committitur tamẽ falſitas in
effectu, crederem tamen, quod pęna non
eſſet ita grauis ſicuti ſi cõmiſſa eſſet falſi-
tas in libro publico, uel in ſcriptura publi
ca, ut in inſtrumento ſeu teſtamento ma
nu notarij, uel ipſius teſtatoris ſcripto le-
gitime formato & ſubſcripto.

Aut uero eſt cõmiſſa falſitas nõ in ip-
ſa ſcriptura, ſed in rei ſubtractione, uel la-
ceratione, aut combuſtione, ut in caſu no
4 ſtro, & tunc† licet uideretur prima fronte
dicendum eſſe cõmiſſam falſitatem per
l. eum, qui. C. ad l. Cor. de falſ. & per l. 1. §.
qui in rationibus. ubi gl. in uerbo amoue-
rit & l. inſtrumentorum. alias Paulus. §. 1.
D. eo. tit. tamen ego ſalua meliori delibe
ratione dico quod non incidit in pęnam
falſi tale commitens aliquid, quia nõ po-
teſt dici commiſſa falſitas, nam uera falſi-
tas eſt quando ponit in ſcriptura pro id,
quod eſt falſum, utpote talem eſſe debi-
torem qui non eſt, uel tantum debere cũ
minorem, ſummam debeat, bene tamen
tenebitur ad intereſſe erga partem hoc
prętendentem, actione in factum, ſi dolus
acceſſerit, quod intereſſe per iuramentũ
in litem terminabitur, idque totam pru-
dentis iudicis arbitrio relinquetur.

Nec

Nec obſtat diſpoſitio dictæ.l. eum,qui. quia ibi poteſt dici commiſſa falſitas,cum res publica,& quæ publicam reſpicit vtilitatem,vt eſt teſtamẽtum amouetur,& occultatur,& ſic falſitas ex apparẽti mendacio,& occultata veritate deſcendit, quòd non poteſt dici in priuato libro,qui laceretur,vel cõburitur,ſic etiam non obſtabit text.in dicto.§.qui in rationibus. & gloſſ. ibi,quia ille text.procedit, & intelligi debet,quando occultatur liber rationũ, qui eſt publicus quo ad intereſſe publicum,licèt priuatus,quòd à priuato teneatur dici ſoleat,& quando malo animo rei veritas, quæ ſcitu neceſſaria eſt,abſconditur. vt dicit dicta gl.ibi.& etiam loquitur tex.in dicta.l.Paulus.

Aut verò ſequendo principalem diſtin
5 ctionem ſumus in ſcriptura†publica, puta in libris publicum negotium tangentibus,& tũc vel falſitas eſt commiſſa in ſcriptura,vt ſupra dicebam,& nulli dubium, quòd eſt commiſſa falſitas: uel fuerunt libri lacerati,vt combuſti,& tunc ſi malo animo,& dolo id factum fuerit,nõ erit falſitas commiſſa neque ob id pœna ordinaria falſi punietur reus, ſed extraordinaria, & ea pecuniaria,& vlterius ad intereſſe ciuile erga partem,ſeu vniuerſitatem,vt in terminis dicit Boſſ.in tit.de falſ.nu. 81.& ſequen.

Pũctus eſt igitur,vt videamus an iſti li
6 bri gabellæ.dicantur†publici, vel priuati. Et quòd publici dicantur facit,quia illis ſicut publicis ſcripturi,fides adhibetur. doctor.in authen.ad hoc.C.de fid.inſtrumẽ. & in l.quidã.§.nummularios.D.de eden. vbi Bald.Maſcard.de probat.lib.2.concl. 836.littera G.Verùm cùm iuſti libri concernant priuatum fauorem,& commodũ gabellarii circa ea,quæ ad illius ſpectãt officium,vt tradunt Doctores.in dicto.§.nũmularios,& poſt eos Socin. ſen. conſilio 208.colu.2.verſiculo tertio ex libris.part. 2.Maſcar.de probat.dicto lib. 2.littera L. concluſ.976.nume.41. magis eſt, ut priuati dicantur,& tales,ut ex ipſorum laceratione non poſſit dici commiſſa falſitas, vt de mercatorum libris dicit Marc. Solõ. dicto conſilio 13.numero 6.nam cùm teneātur à gabellario ſolùm pro ſuo intereſſe,& eius generis illi ſint,vt ſi ipſe gabellarius ſi nollet poſſet ipſos non conficere cũ pro illius memoriali fiant,(vt credo) nõ uideo unde hoc poſito falſitas oriri poſſit: cui enim dubium,quòd ſi fauor,& priuilegium aliquod datum eſt libris gabellarii, quin ipſe poſſit tali fauori,& priuilegio renunciare,libros lacerando,vel comburendo?Non nego tamẽ,quòd ſi hæc laceratio priuatum aliquod reſpiciat damnũ, priuato ad intereſſe teneatur lacerans,vt ſupra dicebam,quòd ſi publicũ vniuerſitatis,uel Principis damnum oriatur,tũc ſtante dolo,arbitrio iudicis extraordinarie vltra intereſſe puniatur pecuniaria pœna,non autẽ de falſo per ea,quæ de laceratione ſcribit idem Maſcard.de prob concluſ. 962.
7 libro 2.In dubio† verò malus animus non præſumitur,quando ſumus in homine bonę famæ,& nobili,& quãdo ex tali laceratione,vel cõbuſtione tale,quid faciẽs nullũ lucrum aut cõmodum ſentiret, vt per Maſcard.dicta concluſ.962.nume. 8.&9. quo fit,vt in caſu propoſito nõ videretur locus eſſe inquiſitioni ſuꝑ falſitate,& ideo Senatus notauit ex tali laceratione,& cõ-
* buſtione non inciſiſſe gabellarium in pœnam falſi,nec eſſe locum inquiſitioni ann. 1589.vltima Februarii,ſed quoniã apparebat, quòd talis gabellarius non fecerat poſt præceptum magiſtratus illi factũ de præſentando tales libros, dictum fuit illa pæna pecuniaria ob ſpretam iudicis authoritatem eſſe plectendum:poteſt enim imò debet magiſtratus pænis,& mulctis cõtumaces,& inobedientes ſuis mãdatis coercere.l.1.ff.ſi quis iuſdicen.non obtemper. & l.ex quacunque.§.1.ſi quis in ius voca. non ierit cum ibi notatis.& pro hac ſentẽtia uidetur tex.ſi bene ponderetur in dicta l.ubi exigitur.D.de eden.

## Legitima matris mortuo filio cũ fratribus,q̃bus aliquid relictũ eſt,extraneo vniuerſali hærede ĩſtituto quãta eſſe debeat.Butrigarii,& Bart. inuicem pugnantium ſententiæ examinantur.

### DECISIO CLXXII.

1 *Legitima matris an ſit tertia tertiæ uel tertia totius petendo ſupplementum,& nu. 2.4.*

3 *Legitima*



3 *Legitĩa parẽtum aucta eſt ſicut legitima filiorum.*

5 *Legitima eſt tertia pars eius ,quod quiſq; eſt ab inteſtato habiturus.*

6 *Legitima matri quanta eſſe debeat uariis articulis propoſitis,& excuſſi reſoluitur & declaratur.*

1 LEGITIMA matri debita eo caſu cum decedit filia nupta relicta matre †, & tribus fratribus, quibus ſinguli ſquinquaginta reliquit marito uniuerſali hærede inſtitutio, quãta ſi q̃ri ſolet, an, ſcilicet,ſit tertia pars totius hæreditatis, an uero tertia tertiæ. Difficilis quidẽ quæſtio eſt,& dubia.Nã Iacobus Butrigar. inter quæſtiones ſuas hac de re differens cenſuit legitimam hoc caſu eſſe tertiam totius hæreditatis. Bartol.uero in l.pater filium.2.lecta.numero.14.D.de.inoff.teſtam.tenuit contrarium,ſcilicet legitimã eſſe tertiam portionis , ſeu tertiam tertię.

2 Primam opinionẽ Butrigarij,vt morte ſuo contradiceret † Bartolo ſequutus eſt Bald.in authen.nouiſſima.C.de inoff. teſtam.& ut quidam referunt in repet.dictę l.pater filium.& in l.unica.C.de cadu. tollen. Caſtren. in l.plane. alias l.ſi pluribus. §.ſi duobus num. 10.D.de.leg.1.ubi in facti.contingentia dicit ſe ita conſuluiſſe,& hoc cõſilium eſt apud me inter ipſius cõſilia 286.libro 1.qui tamen uere in huius queſtion. deciſione titubare mihi videt dum a Bar.ſententia non audet recedere dicens non eſſe ſine dubitatione, & forte ſe curiore ſibi uideri , & ab ea nõ receſſit in dict.l.pater filium num. 15. licet aliam Butrigarii ſequatur conſulendo , eo ꝙ receptior eſſet . Hanc etiam opinionem ſequtur,& magis communem dicit Alexan.in dicta.l.ſi pluribus.§.ſi duobus numero.9. Rube.qui plura adducit in repetit. dict. l. pater filium.numer.112.& plurib. ſequẽ. dicens communem , & in puncto iuris ueriorem per tex.in dicta.l.pater filium,ubi probatur idem eſſe non extare,vel extare & non apparere, & ſic nõ ſuccedere. Salycet.in dict.auth.nouiſſima.quæſtio .9.Roma in.l.1.C.quando non peten.par.Fabi. de Gioch.in dicta authen.nouiſſima.quæſti 9.4.numer.41. Cuman.in l. re coniuncti.& ibi Crot. numero.329.Rolandin. in tractatu ultimar.uolunt.Rub.20.& ibi additio nu.ſexto, & ſequitur cõſulentes ſententiam Butrigarii ſequitur Oldra. qui plures rationes adducit conſ. 123. Caſtren. dicto conſilio.286.Gabriell. conſil. 94.libro.1. qui dicit magis comunem, & ueriorem per tex.in.§.1.auth.de.trien.& ſemiſ.poſt.Fulgo Alber.Zabarel.Ale.Brun. Craue Ferron.Beitand. Hartman.per eũ. citatos,quibus adõ Pancir.conſ.143.Iob. Non.conſ.20.nu.14.Socin.conſ.75.nu. 7.uolum.3.Ozaſ.conſ.56.num.1.&.2.& in fin. & multa quidem pro hac ſententia traduntur a Doctoribus ſupra citatis,quę prudens prætereo,ne ut eſt in prouerbio.

*Occidat miſeros crambe repetita magiſtros,*

Sed præcipuũ fundamentum eſt in dicto.§.1.authe.de.triẽ.& ſemiſſ.ubi quod de legitima filiorum ſtatutũ a Iuſtiniano fuerat in princip.ut integram tertiam totius ſubſtantiæ partem haberent,Idem in
3 fin. ſubiicit Iuſtinianus ſeruandum † eſſe in omnibus illis perſonis quibus inofficioſi querela antiquitus cõpetebat.Atqui antiquitus aſcendentibus querela competebat.l.1.& l.nã & fi. de inofficio,teſtam. Accurſ.in dicto uerſicu.hoc obſeruando, Cuiac.lib.8,obſeruat,cap.23.& facit tex. in.§.iuſtum autem. authe. ut cum de appellat.cognoſ.§.de nepotibus, authe.quibus modis natur.effi.ſui.ergo illis ſicuti filiis tertia pars integra relinqui debet & ſi non relinquatur,per iudicem adiudicãda erit,& teſtamẽtum quo ad illam partem nullum erit.ut dicit Ang.de Gambel. qui hanc ſententiam ſequitur in tract.de teſt. gloſ.92.in fi.Io.Roias,in tracta.ſucceſſ.c, 29.nu.3.

Opinionẽ uero Bartol.pręcipue in ca
4 ſu noſtro.quando † cum matre, fratribus uel ſororibus aliquid relictum eſt ſequit Gabriell.dicto conſilio 94. numer.20.dicens hoc caſu opinionem Bart. ueram & communẽ ſine nulla dubitatione,& ita mdeo maiorem partem illorum Doctorum qui pro cõtraria allegatur,caſum ponere in fratribus præteritis, & matre inſtituta, quem ſequitur Burſat.conſilio.115.num. 6.&.7.Atque hoc quidẽ mihi abſque ſfundamento eſſe non uidetur,quia alian-nimium

mium præiudiciũ inferretur marito hære
di inſtitutio, & fratres legatam haberet
& mater integram portionem obtineret,
ominoque uoluntas teſtatricis inanis, &
fruſtratoria reddetur. contra quam Iuſti
niano, & legumlatoribus uiſum fuerit at
que in iiſdem terminis huius limitationis
reſtringitur. Pancirol. in dicto conſi. 143.
& Bal. in dicta auth. nouiſſima. in fin. Sed
hoc caſu pręermiſſo hãc opinionem Bar
to. indiſtincte ſequuãtur. Iaſ. conſ. 61. uol.
3. Alex. 14. uolu. 1. Bal. 250. uolu. 4. Fulgo.
conſ. 55. Corn. 15. uolu. 1. Iacobin. in d. l.
pater filium num. 40. ubi eleganter reſpõ
det ad rationes Buttigarii. Burſat. cõſ. 114
nu. 1. lib. 1. & d. conſil. 119. Berengar. Fer
nand. in repet. l. in quartam. nu. 156. D. ad
l. Falcid. Aret. qui dicit communem, & ue
riorem in d. §. ſi duobus. & Ang. ibi Caſtr.
in d. l. pater filium. Hippolit. Riminal. con
ſi. 405. n. 9. & ſeq. uol. 4. ubi late firmat ra
tiones Barto. contra Buttig. dicẽs commu
nem. M. Ant. Cuch. in tract. de legit. ad. au
th. nouiſſima in uerſic. quęrunt pręterea.
pag. mihi. 14. Mich. Graſſ. in li. ſenten. §. le
gitima quæſt. 8. ubi dicit opinionem. Bar.
ueriorem, licet alteram communiorem fa
teatur, & nouiſſimi iuxta illam iudicatũ
teſtatur Vincet. de Frãc. deciſio Neapol.
63. & in addit. eiuſdem in par. 2. ſuarũ de 6
ciſ. ubi multoties ita iudicatũ refert, & cũ
hac opinione ego tranſibam in Senatu, ꝙ
ut alias etiam iuxta Barto. ſententiam fue
rat iudicatum in eodem Senatu de qua ſẽ
tentia mentionem facit D. meus Præſes a
Ponte in ſuis reportatis. *

Pro qua opinione illud maxime uidetũ
urgere, ꝙ regula generalis eſt legitimam
5 †proprie eſſe tertiam illius portionis par
tem quã quis ab inteſtato ſuſcepturus eſt,
uel quartam, ut uoluit Iuſtinianus in §. ſi
quis autem. authen. de hæred. & Falcid. l.
Papinianus. §. quoniam autẽ. D. de. inoff.
teſt. Grabiell. dicto conſilio. 94. numer. 2.
& nume. 5. in fin. Bolognet. in repet. l. in
quartam numero. 267. D. ad Falc. At ma
ter, quæ inſtituta querela inoffi vult. rum
pere teſtamentum petendo legitima, uel
iuplemenẽtũ legitimę. in. l. aliud petere ui
detur quam quod de iure illi ꝙ legitima
conceditur, ſcilicet, tertiam partẽ portio
nis ſibi ab inteſtato debitæ. Tãta igitẽ erit
illius legitima nõ plus. nam alias abſurdũ
ſequeretur, ut dicit Gabriell. num. 6. plus
conſequi aliquem ex teſtamẽto cõtra uo
luntatem defuncti teſtatoris, quam fuiſſẽ
conſequuntus pręter uolũtatem, uel ab in
teſtato, quod fũdamentum dicit ſolidiſſi-
mum. Riminal. dicto conſilio 405. nume.
ro. 9. lib. 4. atque hæc opinio multo magis
procedere deberet, quãdo fratres ſunt in
aliquo inſtituti, & cum matre patrem ca
piunt, nam tunc & receptiſſima eſt Bar.
opinio ſupra tradidimus ex Gabriell. &
abſque ulla difficultate procedit. Nã ſi, ut
dicit Bald. in dicto auth. nouiſſima quan-
do mater ab inteſtato ſuccedit ſimul cum
fratribus defuncti legitima matris eſt ter
tia tertię, idẽ erit & hic, ubi fratres una cũ
matre, & in eadem portione uocati ſũt a
teſtatrice cuius uoluntas maxime ĩſpiciẽ-
da eſt, ne ſequatur illud abſurdum matri
plus deferri ex teſtamento filię contra uo
tum ſuum quam per legem illi deferetur
& ſi mater uellet reducere rem ad causã
inteſtati fratres, uel ſorores ſuccederent ĩ
uirili una cum illa, ut clare diſponit text. ĩ
§. cum igitur. authen. de non eligen. ſecun
do nuben. & ſic neceſſario illius portio di
minueretur.

Verũ cum hæc quæſtio diſputaretur in
pleno Senatu congregatis claſſibus ob dif
ficultatem † quæſtionis, in cauſa Nicien.
Martelli. contra Fabros Referẽte Acutiſſi
mo Dom. Senatore Cerua, re per multos
dies diſcuſſa, & auditis partium aduocatis
& uiſis ſuper quæſt. hac multis allegatio
nibus, dictam fuit eſſe diſtinguendos in
hoc tractatu plures caſus.

Primus eſt, quando frater, aut ſoror le
gat fratribus aliquid puta quinquaginta,
& in alijs quinquaginta matrẽ inſtituit,
tũc cenſuit legitimã matris eſſe nõ tertiã
portionis, quã fuiſſet habitura ab inteſta
to. ſed tertiã totius hæreditatis, ſic tamẽ,
ut legata fratribus relicta minuerẽt hæ
reditatẽ, & detraherentur ante legitimã.

Secundus caſus eſt, quando fratres om
nino ſunt præteriti, & tunc multo magis
Senatus uiſum fuit cum cõmuni opinio-
ne contra Bartol. legitimam matris eſſe
tertiam totius.

Tertius caſus eſt, quãdo omnes fratres
eſſent hæredes inſtituti, uel ſingulis tãtũ
aut plus legatum quam accepturi fuiſsẽt
ab inteſtato, & tunc ſtatuit ſequendo opi
nionem Bartoli legitimam matris eſſe ter
tiam illius portionis, quam ab inteſtato
habuiſſet.

Quartus caſus ſi alijs fratribus præteri-
tis unum hęredem ſcripſiſſet, & tunc dubi
tatum fuit, an legitima matris eſſet tertia
totius, uel tertia ſemiſſis dico ſemiſſis, q̃a
fratres præteriti habẽtur pro nullis, & pro
pterea unus tãtum ſuperſit, qui ab inteſta
to uideatur concurrere cum matre,) & in
hoc articulo uariatum fuit, & nihil deci-
ſum, & uere cũ hic frater fuerit agnitus a
teſtatore, & ſcriptus hæc uniuerſalis, & in
ſucceſſione inteſtati ſi ſolus fuiſſet partem
feciſſet matri, uideretur legitimam matris
eſſe tertiam ſemiſſis, in contrarium uide-
retur eſſe tertiam totius per tex. in dicto
§. 1. in illis uerbis. *Sed tertiam propria ſub
ſtantiæ partem*. Iuncto uerſiculo hoc obſer
uando authen. de trien. & ſemiſſ. & in hac
opinione inclinabat maior pars domino-
rum Et hæc omnia reſoluta fuerũt in præ
dicta Nicien. 1585. 19. Februarij.

## Sangnis profluens e vulneribus occiſi aſtante inquiſito an faciat inditium ad torturam, & unde hoc prodeat.

### DECISIO CLXXIII.

1 *Sanguis profluens ex cicatricib. occiſi an ſit ſufficiens indicium ad torturam, & nu. 2.*

3 *Sanguis profluens ex narib. aut ore mortui ante præſentationẽ inquiſiti facit indicium.*

4 *Præſentatio inquiſiti ante corpus occiſi poſt duos, uel plures dies poteſt.*

5 *Præſentatio inquiſiti ante corpus occiſi fieri poteſt etiam, quando agitur contra mandantem.*

6 *Indicium, quod oritur ex ſanguinis fluxu e cicatricibus, occiſi qualiter iure probetur.*

7 *Indicium oriens ex præſentatione inquiſiti ante corpus occiſi eſt periculoſum, & vbi nulla alia concurrunt indicia, non eſt ſernandum.*

SANGVIS profluens ex ci-
catricibus occiſi præſentato
inquiſito ſuper quo ſuſpicio
de delicto habetur, an faciat
1 † indicium ad torturam, di-
ſputant doctores. Et quod faciat quidem
indicium ad procedendum, nõ autem ad
grauiorem quæſtionem, ſę torturam ali-
qui dixerunt, quia non ſit perfectum indi
cium cũ oriatur ex cauſa intrinſeca & oc-
culta, de qua ſolum iudicat Deus nõ autẽ
iudex, qui debet iudicare ad acta, & ſecun
dum leges, quæ nullibi de hoc miraculoſo
indicio loquuntur, & ita tenet Franciſ. Ca
ſon. in tracta. de malefic. præmedita. cap.
3. in rubrica de ſangu. profluente. citãs ad
hoc Hippol. in ſua practica. § diligẽter. nu
mero. 181. ubi de hoc latiſſime diſſerit, &
dicit his ſupranaturalibus probationibus
ut etiam incantationibus non eſſe dandã
fidem, ita ut indicium nõ faciant ad tortu
ram, ſed ſolum ad inquirendũ licet enim
hæc in natura certa ſint, occulta tamẽ ſũt
propter inſcientiam noſtram & ideo non
ſunt a iudice intuenda. l. ſed & ſi reſtitua-
tur. D. de iudic. hanc etiam opinionem te
nuit Ant. Gomez. uar. reſolut. lib 3. ca. 13.
nume. 15. in fin.

Sed contrarium quod imo hoc miracu
loſum indicium, & naturæ prodigium fa-
2 ciat locum non ſolum † ad procedendum
ſed etiã ad torturam, tenuerunt alii, & quĩ
dem vt videre potui magis communiter.
Ita Paris de Pu. in tracta. de ſindica in uer-
bo tortura. in §. mandauit tex. nume. 29.
dicens ab hac experientia non eſſe recedẽ
dum, & quod iſtud eſt magnum indicium
& eſſe opus Diuinum ad vindictam ociſo
rũ, quorum ſanguis de terra ad Deum cla
mat, ut dicitur Geneſ. capit. 4 & Marſi. cõ-
ſilio 24. nume. 2. & cum hac opinione Pu
tei, & Ange. ab eo citati trãſit Afflict. in ti-
tu. de pac iuramẽ. firman. § iniuria. in quar
to notab. nu. 62. dicens hoc eſſe magnum
indicium & ab experientia receptũ, a qua
nõ licet recedere. ibique multa ſimilia mi
racula allegat, citatque ad hoc Gandin, &
Angel. qui tamẽ in meo libro de hoc non
loquuntur. Hanc etiam opinionem ſequu
ti ſunt. Boer. deciſ. 166. indicium. num. 1.
Neuizan. in ſilu. nupt. verſicul. ſicut cada-
uer. Mar. Blanc. de indici. & tortu. nu. 408.
Menoch. de arbitrar. iud. caſu. 270. nu. 16.
& nouiſſime li. 1. p̃ſump. q. 89. n. 128. Boſſ.
in tit. de iudi. nu. 73. ubi dicit iſtud indiciũ
eſſe mirãdũ, & latius in ti. de homicid. nu.
105. & 109. vbi teſtatur de hac experiẽtia
dicens idẽ euenire in infantibus a nutrici

bus ſuffocatis. Et attento hoc iudicio ita
fuiſſe Salmanticæ practicatum dicit Go-
mez.in dicto cap. 13. numero 15.& hoc
pro Diuino, & miraculoſo indicio notat
Onciac. Sabaud.in ſuo libro quæſtionum
iuris Philoſophicar.cap.36.numero.2.ci-
tans illud Dauid. 87. Pſal. *Et innoteſcat in* *
*nationibus corã oculis noſtris ultio ſangui-
nis ſeruorum tuorũ, qui effuſus eſt.* De hoc
etiam mirando, & ſtupendo naturæ effe-
ctu, ut ipſe uocat latiſſime tractans Leui-
nius; Lemn. Medicus Xiriceus quiſquis ille
ſit author nõ ſpernẽdus in libello ſuo de
occull. natur. miracul. libro. 2. cap. 7. dicit
hac experiẽtia, & indicio uti paſſim magi
ſtratus Picardię, conaturque reddere cau
ſas huius rei, ſed iudicio meo parum con-
cludentes quoniam ad tam occultas natu
ræ, ſiue magis diuinas operationes huma
num, & imbecille non poſſit penetrare iu
dicium.

Mihi certe ſemper uti incerta, & occul-
ta, ita etiam periculoſa uiſa fuit iſta expe-
rientia, & ideo non attendenda, pręſertim
cum de illo nullibi leges noſtræ meminc
rint. imo audiui ſepiſſime ab iſtis magiſtra
tibus, qui cauſas criminales agũt, eueniſſe
in hac patria, ut hęc exporientia fallax re
perta fuerit, & nõ exiuiſſe ſanguinem præ
ſentato occiſore. qui tamẽ poſtea reper-
tus fuit uere homicidij reus, unde ſcio in
multis locis ab hac experientia receſſum,
ut etiam infra dicam. Verum apud Sena-
tum noſtrum uidi multoties fuiſſe obſer-
uatum propter authoritatem illorum Do
ctorum, qui hanc partẽ tenuerunt, ut iſtud
iudicium ſufficeret ſaltem ad primum gra
dum torturæ, nullis alijs indicij aut admi-
niculis concurrentibus, quod ſi alia con-
currant indicia coadiuuari hoc, ut etiã ad
ulteriores torture gradus deueniri poſſit,
& ita uidetur ſentire Iacob. Nouell. in
pract. crimina. in princi. num. 94. & Carer.
ibidem folio. 34. nu. 141.

Ampliatur hæc experientia, ut non ſo-
lum procedat, quando ex vulnere exit ſan
3 guis,† ſed etiamſi ex naribus, aut ex ore.
ita exemplificat Boſſ. in dicto titu. de ho-
micid. num. 105. quod euenire poteſt in
his, qui non fuerunt vulnerati, ſed ſuffoca-
ti, quod exẽplũ habuimus nos annis ſupe
riorib. in quodã monaca Hyporediæ ſtrã
gulata, & in alio caſu de quo infra dicam.

Ampliarur ſecũdo, vt nõ ſolum poſſit
fieri, quando quis de recenti eſt mortuus,
ideſt intra ſex, vel ſeptem horas, ut exem
plificat Franciſ. Caſon. d. cap. 3. poſt Fici-
4 num per eum relatum, ſed etiam† poſt u-
num, vel plures dies, ita cẽſuit Senatus in
caſus contingẽtia, quæ euenit anno 1585.
in loco Soſpitelli; ubi iam biduo ſepultũ
erat cadauer, & tamẽ cum fuiſſe extractũ
a ſepultura, & accerſitus, in quẽ erat ſuſpi-
cio homicidij, ſtatim ex narib. & ore exie
rũt aliquod guttæ ſanguinis, quare ordina
tum fuit eũ eſſe torquẽdum in ſecũdo ge
nere, quia aliquot alia cõcurrebãt indicia.
& cũ hac ampliat tenet Papo. ti. de q̃ſt. Ar
reſt. 5. ubi exẽplificat in quodã q ſteterat
ſepultus p octo dies, & fuerat a matre ſuf
focatus, & de alio, qui ſteterat ſepultus p
duos menſes, de quo etiã meminit Boer.
d. deciſ. 166. ponẽs rationes huius miran-
di indicij ex Petri de Appo. in cõmẽtarijs
ad pble. 6. ſeptimę. par. col. 2. ver. deinde.

Ampliatur tertio hoc dictum, ut proce
dat non ſolũ quãdo inquiritur contra oc-
cidentẽ, qui re ipſa vulnus, vel mortẽ alio
5 modo intulit, ſed etiam cõtras complices
& contra mandantẽ occidi, uel contra eo
qui cauſam morti præſtiterunt, & hãc am
pliationẽ expreſſe ponit Leuin. Lemn. d,
cap. 7. & ob id iucundiſſimus Compater
meus, & Senator doctiſſimus Iuuenalis
pellis roſſane dicere. ſolet, Medicos ad fu
nera mortuorum non accedere, quod du
bitent ſi forte morti cauſam præſtitiſſent
id detegi poſſe ex cadaueris ſanguinoſo
aliquo defluxu. Et quãuis non reperiã Do
ctores noſtros de hac ampliatione loqui,
& forte hæc adeo ſupra naturalia indicia
nõ ſint trahenda ad conſequentiã. l. nã ad
ea. D. de legib. præſertim in odioſis, nihilo
minus ratio quã ibi allegat. Lemn. & Mar
ſil. Ficin. in conuito. Plaut. orat. 7. c. 5. ſub
rub. quã facile amore irretiamur. hoc ui-
detur innuere, cum illorũ ratio etiam hoc
in caſu procedat.

Huius autem ſupranaturalis indicii cau
6 ſas, & rationes† perquirere ſolent Philoſo
phi, quas ſingulas nouiſſime illorum loca
enumerando refert Hieronim Mag. libro
3. Miſcellan. cap. 5. qui tandem mihi vide
tur reſpõdiſſe id, quod pro rei veritate eſt
nempe hoc non niſi ex miraculoſo Dei iu
dicio pcedere, & nihil aliud dici poſſe, niſi
quod



quod miraculũ eſt, quo ſit ut mirum non
ſit ſi ſapientes iſti nullam ueram rationẽ
reperire potuerũt, & diuerſimode loquuti
ſunt, cum nihil certi ſtatui poſſit. Abſcon-
dit etenim Deus hæc ſapientib. & paruu-
lis reuelat, quãdo illi placitũ eſt, ſed ſi ali-
qua Philoſophorũ rõ credibilis eſſe põt,
nõ eſt aſpernẽda ea, quã facimus adducit,
ſed aduerte, q̃d illius ratio procederet tã
tum in recedente mortuo ideſt per ſeptẽ
horas ad plus, intra quod tẽpus reſtant in
cauere nuper extincto hominis quidam
leuiores ſpiritus cuidam rationis adhuc ca
paces, ex quibus mouetur bilis, & ſanguis
exemplũ ligni accenſi, a quo ſi flamma ex
tinguatur remanent tantum quædã calo-
ris reliquiæ, ſi quidem, ut inquit Virgil.

*Igneus eſt ollis vigor, & cæleſtis origo.*
*Seminibus*

Vnde fit ut eueniat illa ſanguinis eiectio
iuxta uerſus Lucret. rerum natural. lib. 4.

*& illam*
*Emitat in partẽ ſanguis, unde icimur ictu,*
*Et ſi cõinus eſt, os tũ ruber occupat humor.*

Et ad hanc rem, ut ẽt poſt aliquot dies
inſit quidã uitalis ſpiritus in homine mor
tuo, alludit antiquorum opinio gentiliũ,
qui exiſtimabãt animas a corporib. exeũ
tes in tenues auras reſolui & corpori circũ
ſtare, ut apud Virg. in fi. lib. 4. Aeneid,

*Vtq; inuentos uita receſſit.*

Et in quarto Georgicor.

*Quemq; ſibi tenues naſcenti arceſcere uitã.*

Immo & ſepultorum cadauera cuſtodi
ri a illorum animis indicat idem Virg. li-
bro 6. Aeneid. illis uerſibus.

*Hæc oĩs quã cernit inops inhumataq; turba.*
*Nec ripas datur horrẽdas nec rauca fluenta*
*Tranſportare prius, quã ſedib. oſſa quieſcãt.*

Quod præcipue in illis continget, qui
nõ naturali habitu, ſed uiolẽta morte perẽ
pti e uiuis recedunt, tunc enim exiſtima-
bãt ueteres remanere quaſdã animę reli-
quias in moribundũ donec Proſerpina cri
men, euellerer. unde idem Virgil. lib. 4.

*Nã quia nec facto merita nec morte pibat,*
*Sed miſera ante diẽ, ſubitoq; accẽſa furore,*
*Nondũ illi flauũ Proſerpina uertice crimẽ*
*Abſtulerat.*

Sed & Diuus Auguſtinus in Enchirid.
quod a Gratiano refertur in c. tempus 13.
quæſt. 3. dixit animas illorum, qui neque
ualde mali, neq; ualde boni ſunt cum mo-
riuntur, donec veniat reſurrectio uniuer-
ſalis in abditis locis morari, & ſic poterit
morari iuxta cadauer per aliquot horas,
vel dies, quod etiam ſenſit Guliel. Onciac.
d. q. 36. nu. 2. citans illud Ouid.

*Terra tegit carnem tumulum. circunuolat*
*umbra.*

Sed ut dixi iſtis rationibus omiſſis quo
niam hęc è ſolo Dei prodeunt iudicio un
de uera ratio elici nõ poteſt, cũ Dei iudi-
cia ſint imperſcrutabilia, & abiſſus multa,
dicente Propheta. *Quã mirabilia ſunt iu-
dicia tua Deus, &c.* Monitos velim iudices
& illos magiſtratus, quibus hoc indicium
præ manibus contingit, ut non ita paſſim
7 illi fidem præſtent,† cum ſit fallax, pericu
loſum, & incertum, & audiui ob id Romę
hanc experientiam uti fallacem non pra-
cticari, niſi alia concurrant indicia. Quid
enim ſi nõ Diuino, ſed Diabolico aliquo
ſpiritu caduer illud inducatur ad ſangui-
nis profluuium, ut quãdoq; innocenti no
ceat? Ideo forte cautius ageretur, ſi in re
hac quando caſus contingit non iuriſtas,
ſed doctores Theologos cõſuleremus, cũ
de hoc indicio (ut dixi) iura non loquan-
tur, & ad Dei auxilium, & conſilium recur
rendum erit. Et animaduertendum eſt. ſi
quando hæc per iudices in praxim dedu-
centur, vt ualde cauti in hoc ſenſit, & priuſ
quam adhibeatur ſuſpectus ad corpus oc
ciſi remanet cadauer per aliquod ſpaciũ
temporis immotum, & tunc fiat aſſiſten-
tia ſeu præſentatio ſuſpecti, & ſi ſuperue-
niendo exit ſanguis tunc poterit iudicare
de hoc iudicio, & ita intelligit Afflict. in di
cto titulo de pace iuramen. firman. nu. 62.
& Lemn. dicto cap. 7. nam ſi fieret aliquis
motus in cadauere, de facili poſſet per re

 rum

rum naturam excurrere ſãguis, aut alius
humor, ut euenire ſolet non ſolum in re-
center mortuus, ſed etiã in iam putreſcen
tibus cadaueribus, & hoc iudiciũ grauius
orietur. & ſtupẽdum magis fiet, etiam ad
acriorem torturam, ſi ceſſato ſanguine ex
receſſu ſuſpecti, rurſus eo adhibito ſupue
niret ſanguis, illa enim geminatio ut in cę
teris ualde notãda eſſet. Et hæc nota quia
pulchra ſunt, & uolui latius quam conue-
niat tractare, quoniã caſus eſt obſcurus, &
ſæpius euenire ſolet apud criminaliſtas.

## Augmentũ monetæ, cuius ſolutio fieri debet inſpecto tẽpore obligationis non aũt ſolutionis, an procedat in debito uſurario, & pro quo creditor ſoluit intereſſe.

*DECISIO CLXXIIII.*

1 *Pecunia credita reſtitui debet iuxta ualorem currentem tempore obligationis non autem ſolutionis.*

2 *Augmentũ moneta an debeatur in credito uſurario, & pro quo ſoluit intereſſe & n. 5.*

3 *Ex pacto retrouendendi debetur augmentum monete, & quare.*

4 *Moroſus debitor tenetur ad augmentum monetam etiamſi ſoluat intereſſe.*

6 *Augmentum monetæ an debeatur, ſi aureo ſit præfixa æſtimatio.*

PECVNIA credita reſti-
tuenda eſt per creditorem
1 debitori † iuxta valorem
currẽtem tempore obliga
tionis, non autem ſolutio
nis, & hoc ꝓcedit regulariter iuxta l. Pau
lus. D. de ſolutio. & in l. cum quid. D. ſi cer
tũ petat. & utrobique Doctor. ut proinde
augmentum ſuperueniens tempore inter
medio cedat lucro creditoris, & hoc iure
uti ſolet Senatus noſter, & ita ſępiſſime
uidi obſeruat abſq; aliqua difficultate, &
* hoc etiã frequẽtius in antiqua Doctorum
diſputatione obtinuiſſe dicit Myſinge. ſin-
gular, obſeruat. centur. 4. obſeruat. 1. ubi
omnino uide, & late Gabriel. de ſol. con
clu. 1. Curt. Burgen. ſ ηαςον. libro. 2. Grat.
conſilio 12. & 13. lib. 1. & per Afflict. in ti
tu. quæ ſint regal. §. monetæ. num. 25. in
fin. Didac. de numiſma. capitul. 7. §. ſuper
eſt modo ubi pulchre, & more ſuo elegã
ter differit, ſemper enim inſpicitur tẽpus,
quo actus fit non poſtea in hac materia,
Natt. conſi. 156. in ultimo dubio, & conſi.
454. lib. 2. per totum vbi videas.

Hæc tamen regula reſtringitur, & limi
tur, vt non procedat in credito vſurario,
2 aut pro quo ſoluitur † intereſſe, quia tunc
debitor non debet duplici onere grauari.
Iſta fuit originalis cõſideratio antiqui Do
ctor. Pilei inter quæſt. ſuas q. 35. incip. quî
dam creditor. in fi. ubi dicit ita fuiſſe deci
ſum per papam, qui inter debitum vſura
rium, & gratuitum diſtinxit cuius opinio
nẽ poſtea ſequuti ſunt Io. And. in addi. ad
Spe. de oblig. & ſol. §. nunc aliqua. in ulti
ma addit. ſubtilis Claud. de Seyſſel. in l. ſi
ex legati. D. de verb. obliga. & in l. ſi paſcẽ
da. C de pact. Purpur. in l. cum quid. num.
168. D. ſi cer. peta. & ibi Parpal. col. fi. ver.
quarto concluſio. Afflict. in d. titu. §. mone
tæ nu. 15. uerſ. fallit niſi creditor. referens
Io. And. ſupra citatum & hãc opi. inter cõ
munes ponit, & ſequitur A. Gabriell. com
mu. opi. lib. 3. titu. de ſolu. concluſ. 1. n. 33.
qui etiam ad hoc allegat. Brun. in tractatu
de augmen. mon. in 5. limita. Ita quod nõ
uidetur dubitandum. quin iſta ſit commu
nis, & receptiſſima concluſio, & hanc opi
nio eſſe æquam dicit Io. And. & eam mul
tis rationibus cõprobat Caballin. in tract.
de vſur. q. 90. nu. 686. & 587. poſt Seyſſe.
& Purpur. ab eo citatos, dicens ita ſæpiſſi-
mè iudicatum per parlamentum Pariſien.
reuocata ſententia prioris iudicis, q aliter
dixerat, & condemnato creditore in expẽ
ſis, & ſe in facti contingentia ita conſuluiſ
ſe, & ſecũdum hanc opinionem vidi ſæpiſ
ſimè iudicaſſe Senatũ præſertim ſuperio-
* ribus annis in quadam cauſa Taurinen. re-
ferente Do. Senatore Ozaſco. 1585. & in
alia cauſa Hippotegien. 1589. 3. Nouemb.
Referente eodem Do. Ozaſco.

Nec obſtat opinio aliquorum contra-
rium tenentium, uidelicet Cagnol. in l. 2.
q. 73. num. 210. C. de pact. inter emptor.
Neuiza. conſilio 88. num. 16. & Illuſtr. D.
Compatris mei Antonij Solæ in ſuis do-
ctis commentat. ad decre antiqu. Sabaud.
tit. de pact. inter emptor. numer. 69. quia
prædicti loquuntur in venditione cum

termino



3 termino luendi, † q caſu eſt ualde diuer
ſus a caſu propoſito, concurrunt enim di
uerſæ rationes, ſiquidẽ contractus iſte tã
ex iure quam ex conſuetudine licitus eſt,
uſurarius uero cõtractus, de quo agimus,
omni iure reprobatur, præterea in retro
uenditione ille, q redimit, uoluntarie re
dimit rem quam nõ cogitur redimere, de
bitor uero ſoluit coacte pecuniam, ad cu
ius ſolutionem cum uſuris compelli pote
rat. Item, quia poſſidens prædiũ percipit
fructus ex re ſua multis periculis, & oneri
bus ſuppoſita, unde magis illi fauẽdũ eſt,
ꝙ creditori, qui percipit fructus ex re alie
na cũ pecunia nõ ſit mutuatis, ſed debi-
toris cui mutuata eſt. l. 2. §. appellata. ubi
Doctores D. ſi cert. pet. Item, quia magis
naturale eſt, ut prædia fructus pariãt, quã
ipſa pecunia. l. 2. §. 1. D. de. uſuf. earũ rer. q̃
uſu cõſum. & paſſim dicũt docto. quo fit
ut magis ſit priuilegiata hæc cã, quã alia.

Secundo reſpõdetur, ꝙ etiã in caſu re-
trouẽditionis multi Doctores tenuerunt
oppoſitum, & ita in his terminis dicit ſe
pro debitore conſuluiſſe Caballin. d. nu.
686. 688. queſt. 90 & licet hęc quæſtio ſit
argumentoſiſſima, tamẽ pro ſua opi. fun
data firmis rationibus legalis æquitatis ſę
pius iudicaſſe Senatũ Pariſi. ex rationib.
ab eo citatis refert.

Sublimitatem tamẽ prædictam cõclu
ſionẽ, ut procedat opinio Pilei, & cõmu
nis quãdo debitor non eſt condemnatus
aut ſaltem interpellatus, nec in aliqua mo
ra, ut ſi creditor mutuat ad tẽpus, & inte
rim ſoluitur intereſſe, & uolontarie differ
tur ſolutio in beneficiũ creditoris, q inter
eſſe ſuę pecunię a debitore quotãnis reci
pit, & tempore ſolutionis dictæ dicto ad
ueniente debitor offert pecuniam debitã,
4 Secus uero ſi eſſet ĩ mora tũc enim † a die
moræ uideretur condemnandus nõ ſolũ
in intereſſe uſurarum, ſed etiam ad aliud
intereſſe augmenti monetæ, cum non cõ
ueniat. ut ex ſua mora, & culpa dãnũ pa
tiatur creditor. Gabrie d. conclu. j. de ſolu.
n. 6. poſt. Cy. Albe. Anch. & alios inibi rela
tos. faciunt, quę dicit Abb. in c. quãto, col.
6. de iureiu. Atq; hinc fit ꝙ ſi medio tem
pore poſt morã d̃bitoris pecunia antiqua
mutetur in nouã ex decreto uel conſtitu
tione principis, & antiqua reprobet. tene
tur debitor propter morã ſuã ſoluere ad
rationẽ antiquæ, ne creditor ex debitoris
mora, & culpa indebite damnũ patiatur.
ita notanter, & ſingulariter tradit. Mich.
Graſſ. comm. opin. lib. 2. quæſt. 12. cap. 1. in
uerbo mora. & pulchre Alci. in l. cũ quid.
n. 43. & ſequen. ff. ſi cert. pet. quod ſecus
eſt, quando debitor non eſt in mora ut in
hoc caſu ex cõmuni poſt ĩnumeros quos
allegat docet Viu. inter cõm. opin. Tom.
2. litera M. in uerbo Moneta. licet hęc ul-
tima opinio male fuerit obſeruata a no
ſtris magiſtratibus monetarũ, qui etiã in
debito cõdenato & interpellato ac om
nino moroſo uoluerunt edictũ Principis
ſuper re ꝓbatione antiquæ monetę factũ
obſeruari, ſed (pace dixerim) neſcio vbi fũ
detur hęc opinio ex qua volunt debitorẽ
ex mora ſua lucrari contra ęquitatem ip
ſam, & omnia iura, & cõtra tex. expreſũ.
& aureũ in l. creditor. D. de ſalu. Imo mo
rã nõ eſſe in fauorẽ creditoris (qui aliud
pro alio inuitus non cogit ſuſcipere) con-
ſiderandam nouiſſime ſcribit ĩ hac mate-
ria Aſinius in trac. de exec. §. 7. c. 128. col.
2. quando autẽ dicatur cõtrahi mora, ul
tra Docto. maxime Iaſ. & Purpu. uide ele
gãter ſcripta per Cabal. in tit. de uſur. nu.
32. uerſi. declaro quinto, Cui addo ꝙ in
hoc caſu in mora quadam irregulari etiã
is eſt, qui ad principem confugiens indu
tiarum literas impetrauit, nam licet ex
principis indulgentia de qua alibi latius
dicam nõ poſſit ad ſolutionẽ durantibus
induciis compeli, tamen quia pecuniã cõ
tra creditoris uoluntatẽ retinet, non ſolũ
legitimas uſuras ſoluet ſed etiã monetæ
augmentũ & ita cenſuit Senatus referẽte
* D. Cerua. 1589. Deceb. In cauſa Ripolẽſi.

Sublimitatem ulterius, ut opinio Pilei
procederet, quando † ſimpliciter quis mu
5 tuo dedit ſcutos cẽtũ auri in auro, uel in
tot pecuniis argenteis, puta libris ducalib.
ita ut in eadẽ forma reſtituerentur, tunc
enim ſeruanda ſunt pacta. Pacta enim ſer
uabo ait prætor. l. 1. D. de. pact. & contra
ctus ex conuentione legem accipiunt. l. 1.
§. ſi cõueniat D. depo. Iuxta illud Euãgeli
cũ, *Amice non facio tibi iniuriã, nonne ex denario cõuenisti me ũ;* Et prędicta opinio
Pilei iudicio meo indubitãter procederet
qñ mutuati ſunt aurei cẽtũ, & eidẽ aureo
6 † præfixa eſt ęſtimatio puta ad flore. 9. ꝓ
ſigulo aureo tũc enim ſi decreſceret au

reus ſoluēda nihilominus eſſent flor.pro
ſingulo aureo ita e conuerſo ſi augeatur
aureus non debebuntur niſi floreni nouē
per reg.l.ſecūdum naturam.ff. de reg.iu.
& ita ſoluit Grammat.in conſi.12 num.
44.& 49.lib.1.qui dicit communē, & pu
to hoc caſu cū uerum dicere,& ita etiam
tenet Tiraquel.de retract.lignag. §.1.gl.
18.nu.26.& 28.Crauet.conſi.887. num.
2.poſt Bartol. Bal. Aret. Soc. & alios ibi
relatos. ff.ſola in loco ſupracitato. num.
75.& num.78. & ita ſepiſſime cenſuit Se
* natus præſertim in quadam Taurinen.ci
uitatis contra fratres de Ruſchis de qua
deceſſione idem ff. Sola meminit. Secus
uero ſi dictum fuerit auri in auro, nā tūc
licet aureo præfixa fuerit æſtimatio iux.
valorem currentem tempore obligatio-
nis,uel contractus, tamē ſi valor aurei au
geatur debebitur augmentū; Ratio eſt,
quia nunquā ius admittet, vt damnū ſen
tiat creditor, qui utique damnū ineuitabi
le ſentit ex beneficio etiam ſuo, ſi cogere
tur aureū capere iux. ualorē currentē tē-
pore contractus cum poſtea ob deterio-
rationem monetæ valor fuerit mutatus,
Sed aduerte (redeūdo ad rem) quòd de-
bebitur eo caſu augmētum monetæ iux
ta ualorem florenorum tempore cōtra-
ctus vt per D.Solam.nu.77.& ob id dicit
Grat.ibi ſpectādum eſſe tēpus ſolutionis.

Limitatur præterea d.opi. Pilei & cō-
munis, vt procedat quando mutuati ſunt
mille aurei ad rationem.8.per quolibet.
ſcuto, quos quis promiſit reſtituere, nec
dictum fuit in tot mille ſcut. boni aurei,
& iuſti ponderis, nam ſi ita dictum eſſet
deberentur mille aurei in auro iuſti pon
deris nec liberaretur debitor offerēs flor.
8.pro ſingulo aureo in moneta. ita con-
ſuluit D.Cephal.conſilio 31.agentes.nu,
5.& bene. Quid autem in cenſibus,& em
phyteoticis obligationibus dicendū ſit,
uide Cephal.conſil.31.& quid in penſio-
ne, Aſin.dicto §.7.c.161.& quid ſi mone
ta, quæ tempore contractus ſoluta fuit,
non extet. Myſinger. dicta obſeruat.44.
Cæterum ego declaro opinionem. Pilei
ut uera ſit niſi maius damnum ſentiat
creditor ex augmento amiſſo quam ex
intereſſe recepto, nam tunc crederē eſſe
in electione creditoris, uel augmentum
capere, uel intereſſe.

## Saluianum interdictū in quo ſit pinguis hypothecaria, & an illo intentato remedio ſit neceſſaria excuſſio.

### *DECISIO CLXXV.*

1 *Saluianum remedium eſt pinguius, & uti-
lius hypothecaria.*
2 *Saluianum remediū intētans ſufficit quod
probet poſſeſſionem debitoris.*
3 *An ſententia lata ſuper ſaluiano interdi-
cto non appellatur.*
4 *Excuſſio non requiritur, quando intētatur
remedium ex ſaluiano interdict. ſed con-
tra.num.5.*
6 *Excuſſio in ſaluiano remedio non requiri-
tur, quando agatur contra debitorem.*

SALVIANVM Remedium
1 optimū eſt,& pinguis,† ac
utilius, hypothecaria, &
ideo cauti aduocati potius
intētant Saluianum quam
hypothecariam,ut dicit Aretin.in §.item
ſeruiana.nu.9.inſtit. de act. & ibi Iaſ.nu.
102.Gomeſ.nu.36 Quod uero utilius ſit
ex ſequen.demonſtratur. Primo quia in
hypothecaria probari debet dominium
rei hypothecatę fuiſſe debitoris, ſed in
2 Saluiano † ſufficit probare poſſeſſionem
debitoris glo.in dicto §.item ſeruiana, in
uerbo quaſi ſeruiana.de cuius gl.ueritate
late de cæteris diſputat ibi Iaſ.num.85.
dicens, quod quo ad Saluianum omnes
doctores tranſeunt cum opin.glo.& ibi-
dem Iaſ.nu.91. diſtinguendo tamen, an
agatur directo interdicto Saluiano cōtra
debitorem, an uero utili contra tertium
detentorem,ut etiā diſtinguit. Vueſem-
bech.in titulo de Saluia. interdic. & cum
hac opinione tranſit Rota apud Verali,
par,3.deciſ.141.litera.S.

Sed contra hanc opinionem, quod et
in Saluiano requiratur, quod probetur
dominiū coloni debitoris,uidetur tex.in
l.1.in fi. ff.de Salu, interdic,nec ducatur,
quod ibi agebatur contra tertium, nō cō
tra debitorem,quia ille text. non recipit
hūc intellectum, cum ex præcedentibus
uerbis appareat, ꝙ loquitur in Saluiano
directo non autē utili.Verum opinio pri
ma eſt communis, & in practica ab ea

non



non, eſſet recedendum,& iuxta illam cen
ſuit Senatus etiamſi agatur cōtra tertium.
* Secundo etiam utilius dicitur eſſe hoc
3 remedium,quia a ſententia† lata ſuper eo
non appellatur tanquam fuerit lata ſuper
momentaneo poſseſſorio,ut per Iaſ.in di
cto.§.item. ſeruiana.nu.95. poſt. Bart.in
l.1.D.de ſalu.interdic.& ſequitur Gomeſ.
in dicto §.nu.36.poſt.Corneum. ibi rela
tum dicēs communem Verall.dict.deciſ.
141.principio,quod ſecus eſt in actione,
quæ hypothecaria.dicitur.

Tertiū ſpeciale adferunt aliquo ex do
ctorib.hac in re,q̃a in hypothecaria, qua
agitur aduerſus tertium poſſeſſoren.req
ritur excuſſio.auth.hoc ſi debitor.C.de fi
4 deiuſſor.tamen ſi† intentatur remediū ex
Saluiano interdicto,non requiritur excluſ
ſio. Hoc fuit originarium dictum Socin.ſe
nio.in cōſi.80.incip.in queſtione quę uer
titur.column.2.uerſiculo,uel etiam & ter
tio.lib.3.quem ſequitur Craue.conſi.201.
num.44.Rol.conſi.9.nume.39.&cōſi.14.
num.14.li.1.Menoch.in re med.adipſcē.
poſſeſ.remed.3.num.180.Burſat.cōſ.32.
num 45.lib.2.Ludouic.dec.Peruſ.45. nu.
13. Gabriel. In titulo de fideiſſor. cōcluſ.
1.limitat.39.num.208.P.Surd.conſilio 4
num.36.& 51.num.3.ubi hanc dicit com
munē in quibus locis prædicti Doctores
rationis huius differentiæ allegant.quibus
addo,quod cū in interdicto Saluiano aga
tur đ mometaneo poſſeſſorio,ut ſupra di
xi,& ſic de læui præiudicio, cum reſeruet
ius reale ratione p̄lationis ut dicit Cyn.in
l.certi iuris.colum.fi.queſtio.9. C.loca in
l.fi. de Saluia.ideo ceſſabit excuſſio argu-
mento.c.ubi periculū.de electio.in 6.l.1.
§.ſed & ſiquis.de Carbō. edict.& in his fe
re terminis,quādo agitur poſſeſſorio, ꝙ
non ſit neceſſaria excuſſio, conſuluit Ale-
xan.conſi.73.num.121.lib.5.per l.fin. C.
de acquirend.poſſe.Iaffred.Balb.dec.84.
Centur.1.

5 Hæc tamē concluſio, licet communis
uideatur,ualde dubia† eſt ex multis ratio
nibus,quas allegat copioſiſſime Nat. con
ſi.521.lib.3.ubi per multas columnas re-
præhendit illam opi. Socin. tenendo con
trarium,prout etiam tenuit Bertiā. conſ.
113.n.7.uol.3.quem ſequitur Bello.cōſ.
34.num.8.& 9. Calcan.conſi.29.n.5.& la
tiſſime.Bec.conſili.89.nu.16. quæ opinio
meo iudicio uidetur æq̃or. Nec obſtāt au
thoritates in contrarium allegatæ præſer
tim Soci. qui nihil allegat, ſed tantum ſe
fundat in ea ratione, quod ĩ Saluiano ſuffi
cit probare poſſeſſionē referēdo ſe ad di
cta pro Doct.in l.ſi rem alienam D.de ac
quirend.poſſeſ.Nec obſtat,quod dicit Ale
xan. in dicto conſi.73. quia loquitur quā-
do agitur ex poſſeſſorio retinēdæ uirtute
conſtituti ex remedio.l.fina. C. de acqui.
poſſ.& ſic cū actor poſſideat ex poſſeſſio
ne debitoris per cōſtitutum in eum trāſla
ta, nō requiritur excuſſio. ut aliàs dixi hic
autē ſumus in poſſeſſorio adipiſcēdæ ex
§.ſequens.in fi.inſtitu.de interdict. Præte
rea ex dicta.l.final. auocatur poſſeſſio ip
ſius actoris,inutili,autem Saluiano poſſeſ
ſio,quæ penes aliū eſt, & ita etiam loqui
tur Bal. & certe ſi eſſet uera hæc opin.So
ci.ſubuerteretur in totum diſpoſitio. aut.
hoc ſi debitor,ut dicit Nat.dicto cōſi.521.
& ius cōſiſteret non in re ipſa, ſed in uer-
bis, & ſubtilitatem aduocatorū, qui in li
bellis inſcribunt ſe intētare magis Saluia
nū quam hypothecariam,& hanc opinio
nem contra Soci.ſolebat ſequi Reuerēdiſ
ſi.D.meus Auguſtinus Molignatus Eſpico
pus Petræ Honorii.& cū iſte caſus cōtigiſ
ſet corā Eccellētiſſimo Senatu ĩ quadā cā
Illuſtr.D.Iſabellæ Comitiſſę Plozaſchi cō
tra Bertoliū, maior pars Duorū tranſiuit
cū opinione Nat. cōtra Soc. & pro illa cē
ſuit Senatus, & fuit dictū & reſolutū ita
ſēper in futurū forte obſeruandū toto ſe
dēte.Senatu.1585 8.Iunii.referētib.DD.
Agatia & Cerua ſenatorib. integerrimis.
Limitatur tamen hæc opinio Natt. cōtra
6 Soc.ut nō p̄cedat, quādo ageret cōtra ip
ſum cōductorē,† quod probat aperte ex
l.1.in princ.D.de ſalu.interdic.& l.1.C.đ
precar.& ſalu.interdic.§.ſequēs diuiſio.in
fi.inſt.de interdic.ubi ſunt tex.clari.& hoc
caſu quādo directo Saluiano q̃s agit, ſine
dubio.So.bene loquit ꝙ nō ſit neceſſaria
excuſſio,cū nō agatur aduerſus tertiū,ſed
aduerſus ipſum debitorē, qui poſſidet no
mine locatoris,ut uoluit Alb.poſt.Azo.&
Cyn.in l.certi iuris.C.loca.uel melius qua
ſi poſſidet,nā ſi uere poſideret,nō diceret
interdictum adipiſcendæ, ſed ſi ageretur
uerſus tertiū poſſeſſorē non ex Saluiano ĩ
terdicto,ſed ex Seruiano iudicio agendū
eſſet.ut dicit tex in l.fi D.de ſalu.interdic.

uel ex ſeruiana actione.§.itẽ ſeruiana. In ſtitu.de act.& tunc omnino eſt neceſſaria excuſſio.dict.auth.hoc ſi debitor.quæ nõ diſtinguit qua actione agatur.

Limita ſecundo nõ procedere,quando agitur ſaluiano pro rebus illatis in fundo ruſtico uel urbano, tunc etiam nõ requiritur excuſſio propter uim legalis hypothecæ & ita cenſuit Senatus,licet ego contrarium dicerem.

## Saluianum remediũ an cõpetat cuilibet creditori agẽti cõtra tertios poſſeſſores,ex alia cã quã locationis,& de plurib.remediis ad pignoris ſeu hypothecæ cõſecutiones ſpectantibus.

### DECISIO CLXXVI.

1 *Saluianum interdictum cui detur & quãdo competat.*

2 *Saluianum remedium directum datur cõtra quemcunque poſſeſſorem pro rebus cõductoris,& coloni.*

3 *Saluianum remedium an procedat in locatione prædiorum urbanorum.*

4 *Saluianum directum competit,quando bona inuecta, & illata ſunt expreſſe hypothecata.*

5 *Saluianum remedium utile quando competat,& contra quem detur.*

6 *Seruiana actio contra quem competat, & quando illi locus ſit.*

7 *Actio quaſi ſeruiana quando competat.*

8 *Saluianum interdictum an competat contra quemlibet poſſeſſorem ex alia cauſa locationis,uaria ſententiæ pro ponũtur nu.9.& 10.*

INTERDICTVM Saluianum an detur contra tertium poſſeſſorem creditori ex alia cauſa quam locationis? Quæſtio eſt difficilis, & obſcura,ut dicit Menoch.de adipiſce poſſeſſ.remed.3.queſt.3.numero.17.& quæ fuit diu diſputata ĩ Senatu, in cauſa Plozaſchi,de qua dixi ſupra ĩ proxima quæſtione,& quia magnę eſt utilitatis.ideo decreui illam diligentius examinare, & ne erremus in ęquiuocis illud in primis ſciendũ eſt,plura a iuris authoribus inducta fuiſſe remedia ad pignoris,ſeu hypothecæ pſecutionẽ,alia poſſeſſoria, & alia petitoria.

Primum remediũ eſt ſaluianum interdictum,quod non a Saluio Iuliano (ut putãt Aeguinar.Baro. Menoc. Vueſembec. Cuiac.ac alii communiter quem maximũ uirum, & diſertiſſimum iuriſperitum uocat Imperator Leo in l.nõ ſine.C.de bõ.quæ libe.& de quo meminit Spartianus in Seuero,& Lamprid.in Alexandro in hæc uerba, *Saluii Iuli anni decreta iuſſit abderi quod non obſtinuit*) introductum fuit, ſed magis exiſtimo multo ante Iulianum fuiſſe propoſitum ſaluianum interdictum, ſi quidem idem iulianus illud edictum cõmentatus eſt, ut legitur in dicta l.1. & fi.D.de ſalu.interdic.nam alii fuerunt Saluii præter Iulianum.ut idẽ Iulianus teſtis eſt in l.Saluius.Ariſto.D.de leg.preſtã. cuius etiam ſententiæ fuit Ferdinand.Mendoz. diſputat.iur.ciuil lib.2.capit.4.nume.27.

1 Hoc igitur remediũ proculdubio† datur Domino fundi in rebus coloni, quas ille ꝓ mercedibus fundi pignori futuras pepegiſſet,ut eſt tex.ſatis clarus in inſtitu.titu.de interdict.§.ſequens.in fi.

Ampliatur hoc remedium, ut cõpetat non ſolum contra ipſorum conductorem
2 †ſed etiam contra quemuis alium extraneum res coloni poſſidẽtem.ita expreſſa loquitur Theophilus in ſuis inſtitu. de interdict.§. altera.in fin. & ipſius Theophili deciſione ſtaremus,res eſſet ſine dubio, prout ego exiſtimo ſtandum eſſe in caſu iſto,ubi non de principali diſpoſitione legis agit,ſed potius de interpretatione d.§. ſequens.cum uideamus integrum illum libellum Theophili optime cõferre ad declarationem inſtitutionem a Iuſtiniano promulgatarum, & huic interpretationi non repugnat tex.in dicto.§.ſequens.Sed quod magis eſt,auget authoritatẽ Theophili.tex.in l.1.§.ſi colonus.C.de Salu.interdic.ibi.

Singuli aduerſus extraneos Saluiano ĩterdicto recte experientẽ.

Nec obſtat interpretatio gl. quæ dicit uerbum illud extraneos,intelligi de cõductoribus, quia uideť deſtruere proprietatem illius dictionis bis repetitæ, dicitur enim extraneos, in plurali, & caſus ĩ l.C propoſitus erat de colono conducente,in ſingulari,prę terea repugnat principium illius legis,ubi proponitur caſus, ꝙ ancilla pignorata fuerat uẽdita,& in extraneũ, ideſt tertium poſſeſſorem trãſlata, unde ſubſequens.§.uidetur retinere eandẽ theſim,& caſum, propoſitum, ut ſemper loquatur Iulianus de pignore in alium trãſlato,cuius poſſeſſionem adipiſci ex Saluia- 3
no locator intendit,nec etiam admittere aliam reſpõſionem glo. vt intelligatur de vtili ſaluiano,quia illud utile Saluianum, de quo in princip.tex. non datur ea ratione,ꝙ res pignorata uendita,& tradita extraneo fuerit,ſed quia agebatur de partu ancillæ pignoratæ,qui partus cum in obligatione pignoris non ueniat. l.Paulus.§.1. D.de pignorib.& ancilla tantum expreſſe fuiſſet obligata nõ autem etiam, quod ex ea naſceretur,ideo neceſſarium fuit ex ratione legis cõcedere domino fundi Saluianum utile,& prout in principio illius legis.I.C. expreſſe utili interdicto utendum dicit,& non directo, ita etiam in ſecundo caſu de utili loquutus fuiſſet, non ſimpliciter de Saluiano,& hanc opinionẽ ſequutus eſt,licet non ita clare Vueſembech.in titu.de Salu.interd.

Sed huic ampliationi ualde repugnat tex.in l.1.C.de precar.& Salu.interdic.ibi.

Integrũ tibi ius eſt, ea perſequi non interdicto Saluiano(id enim tãtummodo aduerſus creditorẽ debitoremuè competit) ſed ſeruiana actione,&c.

Niſi dicamus illam parentheſim totã abundare,& fuiſſe interlinearem additionem ab aliquo factam & denegari illic creditori Saluianum,non quia res ad emptorẽ deuenerit,ſed quia ille debitor erat ut alia cauſa,quam ex conducto,nec temerarium dicetur dicere delendam eſſe totam illam parentheſim,tum quod etiam alibi ſimiles interlineares additiones perperã in legibus adhibitæ fuerint, tum etiam, quod ad ita dicendum neceſſario cogant 5
ſuprafcripti text.contrarii Iuliani & Theophili. Verum cum glo doctores communi calculo in hoc conueniant,ut detur utile interdictum Saluianum, & nõ directũ, & ante gl.ita teneat Azo. in ſumma.C.de precar.num.14.& eadem glo.in dicta l.1. C.eod.Specul.in titulo de loca.§.poſthu.



num.30.& 31.Mandoſ.de commiſſ. commiſſ.18.in gl.ſuper uerbo ꝓ utile Saluiani num.& Cuiac.uariar.obſeruat.lib.5.c.14. putarem ab hac cõmuni interpretatione non eſſe recedendum & ita etiam cenſuit Senatus in hac diſputatione.

Declara nũc,ut dictum remedium procedat tantũmodo in locatione† prædiorum ruſticorũ, ſecus autem in urbanis ut dicit Cyn.in l.certi iuris C.loca.colum.2. uerſiculo ad iura in contrarium.ubi ponit pulchram rationem,quam accepit ex. gl. in dicto §.item ſeruiana.in uerbo.Colon. & ideo uidemus,quod omnes leges quæ de hoc Saluiano iterdict.loquunť ſiue utili ſiue direct.ſemper tractãt de fundis ruſticis non autem dominus urbanis, & ita etiam loquuntur doctores antiqui pręſertim Roffred.in ſuo libello de Saluiano in terdicto, quãuis aliquẽ doctoribus decipiantur, ut dicit Cyn. tenentes etiã competere Saluianũ pro prædiis urbanis, pro ut decipitur P.de Ferrar.ĩ libell.act.hypothecar.nu.8.& 15.qui ſummarium fecit ad libellũ Roffredi in illo tit.de Saluia. & ita obſeruat communis practica, cũ qua ſolet tranſire Senatus noſter.

Declara ſecundo, ut cõpetat Saluian. tantummodo,quando expreſſe† bona in uecta,& illata pignorata ſunt, neq; enim ut cõpetat Saluianum ſufficit tacitum pignus,de quo in d.l.certi iuris.& l.itẽ quia D.de pact.& l.eo iure.D.in qb.cauſ. pig. quamuis enim ſciẽte domino inducta obligata ſint d.l.certi iuris.nõ tamẽ competit Saluia.ſed ſeruiana actione agendum erit,& ita colligitur,ex d.§.ſequẽs. in fin. & in §.itẽ ſeruiana.inſti. de act.& clarius hoc exprimit Theophil.ĩ d.§.altera. & tenet Vueſembec dict.titulo de Salu.n.1.Licet Accurſ.in dict.§.ſequens. exponet in uerbo *pepigiſſet*, ſcilicet tacite, & iudicio meo male.

Aliud remediũ poſſeſſoriũ eſt interdictũ pariter Saluianũ, ꝙ utile uocatur, ꝙ cõpetit† dño fundi ad cõſecutionem acceſſorii rei pignoratæ,ut eſt exẽplũ in partu ancillæ in l.1.de Salu.iterdic.& idẽ poſſet dici de aliis fructib & hoc utile Saluianũ,ꝙ ẽt quaſi Saluian. dici poſſet, exẽplo quaſi ſeruianæ, cõpetit contra conductorem prædii urbani,& quamuis de hoc iura non loquantur, quinimo Cyn. poſt P.de

Pet.de Bellapertica teneat cõtrariũ in d.
l.certis iuris col. fi. uerſi.ſed nunquid. cu-
ius opinionẽ in puncto iuris ego puto ue-
riorem tamen communiter magis Docto
res tranſeunt cum opinione gloſſarum in
hoc ut ꝑ Bar.in l.1. nu.2.de Saluia. Bal.in
d.l.certis iuris.n.12.Ripa.in rub.de pigno
rib.nu.9. Vueſẽbech.d.loco.uer. utilis au-
tem.& hoc iure nos utimur.

Tertium remedium eſt petitorium, &
uocatur ſeruianum iudicium.l.final.D.de
Solu.interdic.uel ſeruiana actio d.§.item
6 ſeruiana,& hoc remedium † intentãdum
eſt aut ab eo,qui ſuccubuit poſſeſſorio Sal
uian.d.l.fi.aut ab ipſo locatore, ſi uult re-
cta uia petitorio agere.l. ſi debitor. D.de
pignor.qui tex.uidetur idẽ cũ l.1.§.1.D.
de Sal.& d.§. itẽ ſeruiana. uerſi. ſeruiana
autem,& non competit,niſi agatur de re-
bus illatis in prædio ruſtico, d.§. ſeruiana.
autem in uerbo coloni, & uerbo fundi. &
expreſſius hoc demonſtrat ex declaratio-
ne ipſius Theophili,ubi etiam vult, quod
res expreſſe pignoratæ ſint, ꝓut in Saluia
no ſupra dicebamus,& hæc actio indubi-
tanter competit contra quemcunque poſ
ſeſſorem.d.l.D.de precar.Theophil.in §.
eſt & ſeruiana.inſti.de actionib.

Quartum,& ultimũ remediũ eſt actio
quaſi ſeruiana,quæ etiam petitoria eſt, &
7 generaliter cõpetit cuilibet † creditori ad
perſequendum pignus, & hypotecam.d.
§.itẽ ſeruiana.uerſi. quaſi ſeruiana. & hæc
actio generali vocabulo hypothecaria ap
pellatur,quæ etiam intẽtari poteſt pro re
bus inquilini in prędio vrbano inuectis,&
illatis,ut dicit Cyn.in d.l.certi iuris.col.fi.
uerſ.ſed nunquid.

His ſic præmiſſis redeũdo ad quæſtio-
8 nem propoſitam,an † Saluianum compe
tat cõtra quemcunque extra terminos lo
cationis.Bar.in d.l.1.C.de precar. ſimpli
citer tenet dari hoc interdictũ,& uidetur
intelligere de directo nõ de utili.per d.l.
1.cũ intelligat illam.l.quæ loquitur de di
recto Saluiano in q̃libet creditore ĩ illis
uerbis.*Creditorem debitoremue*, & cũ Bar
tol.tranſit Aretin. in d.§. itẽ ſeruiana.nu-
m.9.& ita paſſim uidẽtur præſupponere
doctores.dum dicunt malius eſſe , ut per
creditorẽ quemcunque agatur ex Salu
no.quã ex hypothecaria Alex.cõſi.115.
in princ.& 185.n.4.lib.6. ubi Moder.Pa-
riſ.in addit.& Bar.opinionẽ ſequitur Fer
ran.Gargiareus.patrocin.3.nu.12.

9 Alia fuit opinio† ut detur quidem hoc
interdictum Saluianum contra quemcun
que tertium poſſeſſorem,ſed competat il
lud,quod utile uocatur. & ita uidetur de
mẽte ipſius Bart.in d.l.1.D.de Salu.& cla
rius hoc dicit Rip.in d.rubr.de pignor. nu
m.19.Ioann.Criſp.in ſuo tract. terminor.
act.nume.84.qui tamen nihil allegat.Vue
ſembec.dicto titulo de Saluia. circa finẽ.
Mandoſ.expreſſe in dicta commiſſ. 18.in
glo.ſuper uerbo.ꝑ utile Saluianum. Et ſu
per uerbo etiam extraneum poſſeſſorem.
poſt Neguſan.de pignorib. 4. mẽb. 2. par.
nu.133.mouetur Ba. & ſequaces ex dicta
l.1.C.de precar.dicens ibi eſſe caſum de
hoc.& per tex.in l.1.D.de Salu.ibi.

## Vtilis actio aduerſus extraneos.

Cõtrarium quod non poſſit agi Saluia
10 no neque directo † neque utili,niſi ſit co
lonus aut inquilinus,tenet Acurſ.in d.l.1.
C. de preca. in uerbo debitor,ubi vult, ꝙ
non ſolum ſit debitor, ſed etiam quod ſit
conductor,& in uerbo Debitorẽ , ubi ex
ponit,ue,pro ſiue, ut non diuerſitatẽ , ſed
identitatem deſignet. & Accurſ. ſequitur
Bal.ibi.& Saly.in tertio oppoſito. & in ea
dẽ opinionem uidetur reſidere Doctores
antiqui,qui dum tractãt de Saluiano, exẽ
plificant ſolum in locatione prędii ruſtici
ut Roffred.in libell.d.tit. de Saluia. Spec.
de loca §.poſtquã. nu. 30.& 31 Papien.in
act.hypothecar.nu.8 Senõen.titulo de in
terdict.ſub rubrica de interdic.Salu.Io. Fa
ber.& Iaſ.in d.§.Item ſeruiana.& hanc eſ
ſe opinionem fere omnium Doctorum di
cit Sarmiẽt.in tract.de redditib.eccleſiaſt.
par.3.capit. 2.num.19.& 29.ubi latiſſime
hanc quæſtionẽ examinat per multas co
lumnas,& reſpõdet ad l. 1.a Bar. citatam,
& dicitur ueriorem,& cũ ea pariter tranſit
Menoch. dicto remed.3.quęſt.3.n.17.ubi
etiam late examinat. & in illã inclinauit
Senatus in cauſa de qua ſupra.

Sed dato,ꝙ prima opinio Bart. ſit ue-
* re,eam limitat Vueſembech.ut nõ opere
tur propriam naturam Saluiani,nam & ſi
in Saluiano ſufficiat probare poſſeſſionẽ
debitoris,tamen quando dat alii credito
ri,quã locatorio probandum eſt rem fuiſ
ſe in bonis debitoris,quod etiam ſequitur
Mandoſ.



Mandoſ.in d.gl.Per vtile Saluianum.poſt
Ang.in d.§.Item Seruiana.& ratio eſſe ui
detur,quia cum hoc caſu Saluianum exce
dat ſuos terminos,nõ mirum ſi exceditur
a non ſuis terminis,vt in ſimili dicit glo.
in dicta.l.Lucius.D.depoſiti.Quæ declara
tio ſi vera eſſet inutilem reddere cautelã
doctorum dicentiũ. melius eſſe & vtilius
agere Saluiano,quã hypothecaria.De hac
materia uide plura apud Mandozam. Hi-
ſpan.diſputat.iur.ciu.li.2.cap.4.& quæ di
cantur inuecta,& illata Menoch.de arbit.
lib.2.cent.5.caſu.441.

## L.1.C.quan.imp.inter pup. & uid.&c.q̃bus in caſibus locũ habeat,& an in terris vaſallorũ ſit illius diſpoſitio ſeruanda.

### DECISIO CLXXVII.

1 *Miſerabiles perſonæ quæ dicantur.*
2 *Senatus ſolet concedere literas euocationis cauſarum in cauſis uiduarum,& miſerabilium perſonarum.*
Nec etiam obſt.Natt.quia loquitur, q̃n
præſumptio eſt, quòd debitor abſcondat
pecuniā,& bona, & Doctores quos citat
loquuntur in cauſa,& obligatione pœna
li.Nec etiam obſtat deciſio Boer.quia lo-
quitur ibi in cōdemnatione, quæ erat pę
nalis,& emenda.

Minus obſtat illa Doctorum opinio,ut
9 priuilegium Principis † non extēdatur ad
debitorem ex cauſa delicti, quia illa opi-
nio non eſt certa,& contra illam multi te
nuerunt,præſertim Rom.& Dec.in l.1.D.
ſi cer.pet.quos ſequitur idē Bru.d. q.27.
n.8.Pręterea ſupraſcripta opinio ꝓcedit,
quando poſt priuilegium quis delinquit
quia tūc ſuperuenit noua cauſa,& hęc ceſ
ſio nō poteſt dici priuilegium, cum ex cā
neceſſitatis fiat,& nullo modo negari po
teſt,cum nemo tradere poſſit, ꝙ non ha-
bet.l.ſi vniuerſe.vbi Bar.C.de leg.quod ſi
aliquis certam pænam publicæ vindictæ
7 cauſa condemnetur,& ēt in aliam † certā
ſummam erga partē læſam etiā loco pæ
næ,tūc ceſſio nō admitteret̃,ut eſt exem
plū in auth.hodie.in fi.C.de repu. ubi q̃s
condemnet̃ in decem libras auri erga pri
mum maritū,quod certè ibi eſt loco pœ
næ,non autem pro intereſſe, & ita ſua cō
ſtitutione declarauit Inuictiſſimus Caro.
V.Imperator anno 1538. & 1547. Vt re-
fert. Did.in d.c.1.uar.reſol.lib.2.& cū hac
poſteriori opinione,ꝙ debitor ꝓ intereſ-
ſe ex cauſa delicti admittatur ad ceſſionē
bonorum quo ad priuatū lęſum poſt mul
* tam diſputationē tranſiuit Senatus, in cā
quorundā de Ripa prope Cherium 1585.
Referente D.Cerua. & iterū ita fuit iudi
catū in cauſa Illuſtr.D.Bellagardę, & Ri
pailæ,qui fuerat cōdemnatus in pœnam
erga fiſcum ob doloſam uerſationem in
ſuis rationibus,& etiam ad omne damnū
erga partem cum iuramento in litem, nā
ſoluta pœna fiſco debita,fuit per aliquot
menſes detentus, ut compelletur ſoluere
intereſſe patri,ꝙ quo ad eā fuit admiſſus
ad ceſſionem bonorum,& quāuis contē-
platione filiarum nubilium Princeps per
reſcriptū eum admiſiſſet ad ceſſionē bo-
norū ſalua honeſtate,ita ut non fieret in-
famis.iux.l fi.ubi gl.C.qui bon.cēd.poſ.ta
men Senatui nō placuit eſſe in eo capite
literas interinandas,cū eſſet debitor dolo
ſus, & ex delicto, ſed ordinauit fieri de-
bere ceſſionē ignominioſam,iuxta quod-
dam decretum Ducis Sabaud. Amedei,
quod non eſt impreſſum,ſed habetur ſu-
pra deciſione trigeſimaſexta in fine,ubi il
lud poſui.

# Dotis dimidiã an maritus retinere poſſit mortua vxore cũ liberis ꝓ lucro, an uerò tota uti frui poſſit cũ cautione de reſtituẽdo poſt mortem, & de conſuetudine huius patriæ circa hoc.

## DECISIO CLXXXIII.

1 *Maritus mortua uxore dotem retinere nõ poteſt fallit de conſuetudine num. 2.*
3 *Conſuetudo qualiter per teſtes probetur, & nume. 5. & 7.*
4 *Augmentum dotis poteſt de conſuetudine uel totum ab uxore retineri, media cautione de reſtituendo, uel pro medietate iure proprio, reliqua medietate reſtituta.*
6 *Statutũ Taurinen. ſuper lucro dotis eſt in uiridi obſeruantia, & ſeruandum.*
8 *In materia conſuetudini non eſt facienda extenſio.*

MARITVS mortua uxore,
quæ ex alio uiro filiã reli-
querat, dotẽ filiæ reſtitue-
re negabat, dicens quod li
1 cet de iure† cõi nihil poſ-
ſit retinere, ut dicit Abb. conſ. 117. in prin
cip. libro 1. per l. 1. C. de rei uxo. actio. & l.
aſſiduis. C. qui potior. in pignor. Iaſ. in au-
then. præterea. nu. 14. C. unde uir, & ux.
Rui. conſilio 63. num. 2. lib. 2. tamen hoc
2 limitari † attenta generali cõſuetudine pa
triæ Subalpinæ, quæ uidetur induxiſſe, ut
ſit in electione mariti, aut dimidiã ipſius
dotis retinere, partemque illã lucrari, &
reliquam dimidiã propinquis reſtituere,
aut dotem integrã retinere, & ea uti frui
data cautione de eadẽ integra dote reſti-
tuenda filiis ſeu ꝓpinquis, poſt ipſius ma-
riti uſufructuarij mortem, prout eſt in ſta
tuto Caſalen. de quo latè Roland. conſi.
72. libro primo, & ad probãdam hanc pa
triç cõſuetudinem fuerant examinati ali
qui teſtes, quorum duo, uel tres ex practi
cis Senatus de ea cõſuetudine deponebãt
dicentes ſuper ea fuiſſe iudicatum, & pro-
nunciatũ pro notorio in tribunali Excel-
lentiſſimi Senatus, & quamuis neſcirẽt al
legare in ſpecie caſus ſubſequutos, in qui
bus ita iudicatum fuiſſet, tamen cum tra-
ctaretur de probanda conſuetudine gene
rali, putabant aliqui eſſe probatam ex di-
ctis per Ioan. Fab. in §. ex non ſcripto inſt.
de iur. natura. gent. & ciui. numero 10. &
Dom. Ozaſc. deciſ. 99. numero uigeſimo-
ſeptimo, & probari cõſuetudinem etiam
3 † per duos teſtes dicit Ange. in dicto §. ex
non ſcripto. numer. 19 poſt Saly. in l. de
quibus. D. de legibus 15. quæſtione, & ita
etiam tenet Faber. in dict. §. numero deci
mo. ꝓ uulga. l. ubi numerus. D. de teſtib.
ſubdens tamen, quod curia Franciæ requi
rit decem teſtes prout dicitur de turba in
l. quarta. D. ui bonor. rapto. & ꝓ hac par-
te multos allegat nouiſſime Maſca. de ꝓ
bat. concluſione 424. numero quarto, lib.
primo & faciunt, quæ idem ſcribit nume
ro 64. quod magis abſq; difficultate reci-
piẽdum in caſu noſtro uidebatur cùm te
ſtes deponerent illam in iudico contradi
ctorio fuiſſe obſeruatam. per text. in l. cũ
de conſuetudine. D. de legib. gl. in d. §. ex
non ſcripto Alexan. conſilio 132. in 1. du
bio, libro 1. licet hoc nõ eſſe de ſubſtãtia
ad probandam conſuetudinem dicat Bar
to. in l. de quibus. Burſat. qui de cõmuni
teſtatur conſi. 50. numero 27. lib. 1. & de
utraque opinione Maſcard. d. lib. 1. de pro
bat. conclu. 427.

Secundo pro hac parte allegabat mari
4 tus, quòd in augmento † dotis notoria eſt
conſuetudo patriæ, ut præmoriente uiro
uxor habeat electionem reſtituendi dimi
diam, uel fruendi toto augmẽto uſque ad
mortem, de qua conſuetudine teſtantur
Purpura. conſilio 400. num. 2. & D. Sola.
in decreta. antiq. Blanch. tit. de feud. 1. par
te. gl. unica numer. 9. & 10. ubi dicit adeo
notoriam, ut probatione non egeat, poſt
Natt. conſi. 519. numero 8. & de uniuerſa-
li ac notoria cõſuetudine ſcribit Maſcard.
d. libro 1. concl. 426. per totam unde ſi id
locum habet in augmẽto, erit idem in do
te obſeruandum, cùm ualeat argumẽtũ
de augmento ad dotem & èconuerſo, au
the. de æqual. dot. & alias dixi, & ita in his
terminis arguit Crauet. conſilio 462. nu-
mero 32.

Pro filia uero dicebatur conſuetudinẽ
hanc non eſſe probatã ex his, quæ nota-
biliter in ſimilibus terminis ponit Deci.
5 conſi. 402. num. 14. cùm teſtes † per pauci
fuerint, & non ſatis concludenter depo-
nant, præſertim quando extant liberi ex
primo



primo matrimonio, & cum hæc conſuetu
do ſit contra iuris commune, ac etiam cõ
tra naturalẽ æquitatem, vt maritus exclu-
dat liberos, qui vltimo loco in ſucceſſione
uenit. l. 1. C. vnde uir. & uxor. ſtrictiſſime
erit interpretanda, & in materia probatio
nis conſuetudinis valde ſe torquent Doct.
& in ea probanda in ſpecie caſus noſtri de
lucro dotis pulchram practicam, quã ſer-
uare debet iudex, qui ſuper ea conſuetudi
ne teſtes recipit ponit Bar. in l. 1. C. quç ſit
longa conſue. num. 32. verſi. reducamus
ad practicam. & dicit Angel. in dicto. §. Ex
non ſcripto. column. penult. & Dec. dicto
conſilio 402. nu. 13. quod eſt valde diffi-
cile probare conſuetudinem, cuius proba
tio diuerſimode admittitur, vt multis au-
thoritatibus demonſtrat. Rota Genuẽ. de
ciſi. 17. numero. 1. & ſequen. vbi multa. ad
fert vtilia ad modum cõſuetudinis probã
dæ, ita ut concludant fere omnes Docto-
res iudicis arbitrio relinqui, vt dicit Barto.
in dicta. l. prima. nu. 12. verſ. Hoſtien. uero.
Angel. in dicto. §. ex non ſcripto. nume. 8.
poſt. Hoſtien. Archi. & Marty. Siliman. per
eos citatos Menoch. de arbitrar. 81. num.
4. poſt multos per eum relatos, & de hac
conſuetudine multo magis dubitabatur
in Senatu, cum illi notum eſſet per totam
patriam Subalpinam diuerſa eſſe in omni
bus fere locis ſtatuta ſuper lucro dotis, ita,
vt quot ſunt ciuitates, & municipia, tot
pia, tot etiam ſint diuerſa ſtatuta. Nam ple
riſque in locis huius ſtatus extant ſtatuta
diſponentia maritum lucrari tantummo-
do dimidiam ſiue extet, ſiue non extet fi-
lius ex primo matrimonio, ſi uero extant
liberi multi ex primo matrimonio, in ali-
quibus locis ſtatutum eſt, quod diuidatur
dos per capita, vt tantundem habeat mari
tus, quantum unus ex alijs liberis exem-
plo. l. hac edictali. C. de ſecund. nupt. & au
then. præterea. C. unde uir. & vxor. in fine.
Sunt etiam alicubi ſtatuta, quæ diſponunt
contrarium vt in hac ciuitate Taurini. ubi
ſtatuto cauetur in hac uerba ſub rubri de
dot. remanen. mari. pro medietate, & cæt.
*Item ſtatutum eſt, ꝙ ſi qua mulier in Tauri
no, uel eius pederio maritata ſine aliis legi-
timis ſeu liberis prede. eſſerit uiro ſuo mari
tus ſuperſtes, ubi ex ipſa muliere tẽpore mor
tis einſdem mulieris legitimos liberos non
habuerit, compelli non poſſit ad reſtitutionẽ
dotis ipſius mulieris, niſi pro medietate do-
tis prædictæ, reliqua uero medietas ipſi uiro
ſuperſtiti remaneat ipſo iure, quãuis, & ip-
ſa mulier liberos haberet ex alio matrimo-
6 nio.* & iſtud ſtatutum eſt in † uiridi obſer-
uantia, & quamuis videatur rigoroſum, &
contra dicta. l. hac edictali, tamen obſerua
dum eſt fauore publico, vt in terminis hu
ius ſtat uti dicit. Signoro. conſil. 37. colum
na tertia. verſicu. aduertendo, & quia hoc
prouenit uirtute l. & ſtatuti. non autem ex
diſpoſitione ipſorum iugalium, facilius ad
mittitur vt maritus plus lucretur quam fi-
lij, vt in ſimili dicit Bertran. in d. l. hac edi
ctali. de qua dicam in ſequen. deciſ. Item
ſtatuto. Vercellarum lucratur maritus di-
midiam dotis datæ, ut late per Dominũ
Ozaſcum deciſione. 21. Eiuſmodi etiã ſta
tutum extat Pineroli capit. 74. rubrica de
dotibus. Sed illud reſtringitur ibi. ut non
procedat extantibus liberis ex priori ma-
trimonio. In Ciuitate Caſalis Montisfer-
rati ſtatutum eſt quod maritus etiam ex-
tãtibus liberis poſſit frui tota dote, vt per
Rol. conſi. 72. li. 1. Vnde ſtantibus tota ſta
tutis contrarijs non videbatur admittẽda
conſuetudo deducta.

Nec obſtat primum argumentum, con
ſuetudinem generalem probari per duos
7 teſtes, quia † hoc non eſt ſimpliciter ue-
rum per ea, quæ ſupra dixi, & late per De
ci. dicto conſilio 402. numero decimo-
quarto. Sed remittitur iudicantis arbitrio,
quinimo etiam duobus doctoribus de cõ
ſuetudine ateſtantibus non crederetur, vt
dicit Gabriel. de probationib. concluſione
quarta. poſt Alexand. in l. poſt dotem ſo-
luto matrimonio. & Affli. deciſione 176.
& Dec. dicto conſi. 402. num. decimoquar
to de qua materia late Maſcard. dicto lib.
primo de probationibus concl. 426. per
totam.

Minus obſtat argumentum de lucro do-
tis ad augmentum, vel contra, quia in con
ſuetudine non fit extenſio ad caſus etiam
ſimiles, vt dicit Aretin. in dicto. §. ex non
ſcripto. colum. fi. verſic. quæro cum & in
his terminis Cagnol. in l. cum principalis
numero. 3. D. de regu iur. faciunt, quæ di-
cam inf. deci. 195. Cum alias. & quamuis
allegaretur Roland. in dicto conſil. 72. co
lumn. fina. libro primo, qui vult, quod in
caſu huius ſtatuti de lucro dotis, quod
indu-

inductum eſt fauore publico,vt viduæ re
periant uiros,lata ſit facienda interpreta-
tio,ut trahatur,etiam ad caſus ſimiles, ta-
men reſpondebatur,quod in vidua nō vi
detur militare fauor publicus,iuxta conſi
lium Pauli,ſolutus eſt noli quærere uxo-
rem,præſertim quando habet liberos ex
primo matrimonio, quo caſu lex ſimiles
nuptias abhorret. Item ſpondetur, quod
in materia conſuetudinis non debet fieri
extenſio,vt ſupra dicebam præſertim ar-
guēdo de acceſſorio ad id,quod principa
le eſt.capitu.exemptionum.de priuileg.li
bro ſexto,l.ex pupillari.D.de vulga.Dec.
conſilio.77.nu.ſexto.verſi. ſecundo uera
eſt regula.

Quibus omnibus mature perpenſis, &
conſideratis,cum principaliter tractaretur
de probanda conſuetudine coram Senatu
nullusque ex Præſidibus aut Senatoribus
unquam audiuiſſet talem conſuetudinem
eſſe in dicta patria,mihique qui antiquior
ſum in eo Senatu,& iam per.38. annos in
eo uerſatus iudicando,nouum hoc videre
* tur,cenſuit Senatus non eſſe probatā con
ſuetudinem per maritum allegatam ſup
electione retinendi vſumfructum totius
dotis extantibus filijs primi matrimonij,
quamuis quo ad augmentum probata eſ-
ſet conſuetudo,per quam inducebatur ta
lem electionem mulieri ſpectare,ſed ma-
gis probari cōſuetudinem lucrandæ dimi-
diæ dotis in locis huius patriæ, in quibus
non extant particularia ſtatuta talis lucri
& hoc etiam extantibus liberis ex primo
matrimonio: ſi vero non extarent liberi
uel aſcendentes, quibus de iure legitima
debetur,tunc poſſe procedere conſuetudi
nem eligendi etiam in marito,& ita vide
bantur dicere teſtes in ea cauſa examina-
ti,& hoc modo intelligendus eſt, qui de
hac cōſuetudine teſtator,Maſuer.in addi.
ad Papien.in for.libell.pro lega.rei ſingul.
in verbo,quod ſtatuto cauetur, & ita fuit
reſolutum in cauſa D.Villæſtellioni, con-
tra D.Bennetarum.referentibus.D.D.Bal
bo,& Guerillo.1985.23.Decemb.

**Statutum,vel conſuetudo deferens lucrū dotis marito an intelligantur detracta prius per filios legitima.**

## *DECISIO CLXXXIIII.*

*1 Lucrum dotis,quod maritus ex diſpoſitione ſtatuti,uel conſuetudinis conſequitur,an ſuper tota dote capiendū ſit,an uero prius per filios ſit detrahenda legitima. & nu. 2.3.& 5.*

*4 Statutum de lucro dotis non includit legitimam.*

*6 Diſtinctio doctorum in materia lucri dotalis refertur.*

*8 Legitima detrahitur per filios primi matrimonij ſtāte ſtatuto de lucro dotis,etiāſi totius dotis uſufructus marito ſpectaret.*

*9 Legatum uſufructus non comprehendit legitimam.*

*10 Legitimam non detrahunt filij primi matrimonij a dote matris,quando obſtant ſtatutum,& teſtamentum.*

*11 Burſat.opinio in ſuo conſil.211.n.5.libr.2. reprobatur.*

MARITO Lucrante ex for-
ma ſtatuti certā portionem
dotis ſtantibus liberis primi
matrimonij, an ante detra-
ctionem huius lucri filij de-
1 trahere debeant† ſuam legitimam,an ve-
ro tota integra dos ſit æquis portionib.di
uidēda.anceps,& ualde dubia eſt queſtio,
& quæ principali conſtitutione maxime
indiget,& fuit a multis doctoribus tā an
tiquis,quam modernioribus tractata præ
ſertim a Rolan.in titu.de lucro dot.queſt.
27.qui illam late in vtranque partem exa
minat,& ob illius difficultatem dicit Ma-
ſuer.in addi.ad Ferra.in for.libel. quo agi
tur ad reſti.dot.in uerbo dictæ Do. Mar-
garitæ,cū illa tractaretur in noſtro Sena-
tu nihil fuiſſe reſolutum,ſed cauſam con-
cordio terminatam,& ita ſæpius me ſedē
te in hoc Senatu eueniſſe memini,& licet
ſæpius agitata fuerit,tamē diſcrepantibus
uotis nunquam fuit deciſa, ſed a partibus
concordata.Et pro marito,quod ſtante ta
2 li ſtatuto non detrahatur† legitima videt
facere text.in l.hac edictali.C. de ſecund.
nup.ibi.

**Singulis æquas partes habētibus,**
& paulo infra ibi.

**Ita tamen,quod quarta pars,&c.**



Ibi enim Imperator mentionē facit de le-
gitima,& tamen vult æqualiter diuidi, &
mens illius.l.ea uidetur fuiſſe, vt maritus
ex diſpoſitione quāuis per vxorem facta
nō plus haberet,quam liberi,non autem
ut liberi plus haberent quam maritus,niſi
parentes aliter diſpoſuiſſent,& ꝑ hac par
te alias rationes adducere poſsē quas bre-
uitatis cauſa omitto, cum videri poſſint
apud Roland.& alios de hac reſcribentes,
illamque tenuit Accur. in d.l.hac edictali,
in uerbo diuidi,quem ſequuti sūt Iacob.
de Rauē.Cyn.Pet.de Bellapert.Rayn.Bu-
tr.ig.Saly.Ang.Anch.Bal.Caſtrē.Innocen.
Hoſt.Io.And.Ana.Cuma.Boer.quos om-
nes refert Rolā.in d.q.27.& Maſuer.in d.
addi.ad Papienſ.& hāc opinionem hodie
receptiorem eſſe, & forte etiā veriorem
dicit Burſa.conſi.211.nu.7.verſic.quarto
& ulti.confirmatur.& ſequitur Capra. cō
ſi.74.in fi.Fanut. in tract.de lucro dot.§.li
beris.num.44.& videtur in terminis con
ſuluiſſe Rolan.conſi.62.ꝑ totum lib.3.fa
ciunt,quæ ſcribit Craue,conſil.186.num.
12.& ſeq.

Pro filijs uero, ꝙ prius detrahenda ſit
legitima,& reliquum poſtea æqualiter in
3 ter ipſos,& vitricum† diuidendum, facit
quia nunquam lex,ſtatutum, vel pactum
ſolent legitimam remittere,niſi de ea ex-
preſſa mentio fiat.l.ſi quando.§.& genera
liter.C.de inoffi.teſtam.& in ſpecie de ſta *
4 tuto,ſuper† lucro dotis,quod non includa
tur legitima.Bal.conſi.373.ſuper puncto,
uerſiculo ſed bene li.5.Bero.conſi.29.nu
me.3.lib.2 & multas pro hac opinione ſi
militer rationes adfert Roland,quæ apud
eum videri poterunt,& pro illa allegatur
gl.Ange.Bart.Bald,Caſtr. Cuman. Fulgo,
Anchar.Papiē.Curt.Sen,Socyn.Deci,q di
cit temerariū eſſe recedere ab hac opinio
ne Rip.Ruin.Bero.Craue,quos omnes lō
go ordine refert,& ſequitur.Roland,dicta
q.27.dicens hanc eſſe de iure veriorē, &
communem,ac ab ea nō eſſe recedēdum
in iudicando propter authoritatem docto
rū,qui illam tenuerunt,prout etiam illam
fatetur communem Fanuc.in dicto.§.ſu- *
perſtibus liberis,num.43.verſic.poſtremo
hanc opinionem,& faciunt,quæ idem ſcri
bit nume.35.& 37.dicens Rotam Roma
nam ita iudicaſſe apud.Mohedan,ſed ego
non reperi inter deciſ. Mohedan,Hanc ēt
opinionē communem teſtatur Cæſar Fu-
mag in repe.l.in quartam num.356.& ſu
pracitatis addo Neuizan.in Sil.u.nup.ī uer
bo uiduæ non eſt nubendum num.37. &
conſilio.84 nu.20.ue.ſicu. & propterea,
poſt Fab.in auth.nouiſſima,nume.119.C.
de inoff. teſt.Berna.Alfan. in collecta.iur.
collec.j.Bal.conſ.161.quædā nobilis uer.
item quare,li.1.Rub.& alios per Fanu.ci-
tatos.Bertran.in d.l.hac edicta.i.nu.20. uſ
que.ad 25.dicentem magis cōmunem,&
ab illa nō eſſe recedendum.Gabriel.lib.3.
concluſ.4.num.60.Craue.164.in princip.
Roland.conſi.29.nu.9.& ſequ.li 4. Vaſq.
in tracta.ſucceſſ.lib.3.limit.34.nume.188
& pro hac parte uidi in facti cōtingentia,
cū hæc cauſa coram Senatu tractaretur,
doctiſſimas,& elegantiſſimas iuris allega
tiones cōpoſitas ab illuſtriſſimo & Reue-
rēdiſſimo, D. meo Carolo Antonio Put.
Archiepiſcopo Piſano meritiſſimo, q di-
cebat cū illa uti æquiori & maioribus ra-
tionibus munita tranſiiſſe Rotam Roma-
nam,ut uiderat apud deciſ. manuſcrip,D.
Ptolomei deciſ. 2, & tenuit Coraſ. in l.2.
nu.25.D.ſolut.matrim. & cum hæc quæ
5 ſtio † multū fuiſſet deputata in Senatu in
ſupradicta cauſa.D.Villeſtelloni,& D.Bē
netarum,cum partes ſæpius perſuaſæ nō-
luiſſent in aliquo concordio cōuenire,ſed
dubium litis euentum expectare tandem
Senatus claſſibus odio mulierum ſecūdo
nubentium,)quas ſecundas nuptias deco
rum adulterium uocat Athenagoras Græ
cus ſcriptor in oratione habita ꝓ Criſtia
nis ad Imper.Antoninū car.penul.) hanc
poſteriorem opinonem eſſe tenendā cen
ſuit,fuitque in fauorē filiæ iudicatum, ut
ſtante conſuetudine patriç,ſeu ſtatuto,q
uir lucretur dimidiam extantibus liberis
detrahi debeat per filios prius legitima,&
reliquū æqualiter diuidatur, & ita in po-
ſterū eſſe obſeruandum, nec ſuper hac q
ſtione amplius dubitandum. Vnde erit in
patria noſtra hæc deciſio perpetuo pro le
ge ſeruanda. & iterū ita fuit iudicatum in
cauſa Cuſani, & Galeæ.1589.22. Decēb.
in qua fuit dictum hæreditatis eſſe facien
das tres partes,quarum una filiæ pro legi
tima applicaret,alia proportione ultra le 6
gitimam,& tertia uictrico remaneret. ſo-
let enim ī dubiis fauere lex iſtis filiis a ma
tre derelictis,cæterum in puncto iuris ſu-
ſten-

ſtentabilior uidetur prima opinio.
Sunt tamen aliqui doctores, qui diſtin
9 guendum putant, an ſimus† in caſu ſtatu
ti, uel cõſuetudinis, & tunc procedat pri
ma opinio, an uero ſimus ĩ caſu pacti, ſeu
diſpoſitionis per uxorẽ factę, & tunc pro
cedat ſecunda opinio. Cuius diſtinctionis
ratio uideť eſſe ſatis naturalis, & aperta,
q͂a in primo caſu maritus ꝑcipit lucrũ ex
diſpoſitione legis municipalis ſine facto
uxoris unde ceſſat ratio odii conſiderata
in tex.d.l.hac edictali. Secundo uero caſu
uerũ perueniet ex facta uxoris, que blan
ditiis allecta ipsũ plus nimio diligit. & fi
lios odit, & ideo huic ſecũdæ diſpoſitioni
hominis lex reſiſtit, & hanc opinionem la
te cõprobat Bertran. in dicta.l.hac edicta
li num.25. dicens ſe ita conſuluiſſe in ciui
tate Auinionẽ. & ſequitur Crau.cõnſ.524.
num.4.poſt Ruin.Fulgoſ.& Bal.per eum
citatos Moder.Pariſ.ad Alexan.cõſil.158
libro.5.& ad Dec.dicto conſilio.246.poſt
Iacob.de.S.Georg.in d.l.edictali.

Sed contra hanc diſtinctionẽ uidentur
7 expreſſe tenere† doctor q exemplificant
in ſtatuto, quos citat Roland.d.q.27.& ex
preſſe quod idẽ ſit ſiue ſimus in lucro de
lato per pactum, ſiue per ſtatutũ, tenet Ca
ſtren.cõſi.462.in Chriſti nomine Glo.lib.
2.Cuman.conſi.110.Dec.245.& illam re
ꝓbauit Senatus in prędicta cauſa. Nec ob
ſtat authoritas Bertra. quia ipſemet ibi di
cit, quod contra eum conſulerunt omnes
Doctores Auinione. unde ſuccedit diſpo
ſitio.cap.prudẽtiam.de offic.deleg.& ma
gis ſtandum eſt antiquis patribus qui ſim
pliciter, & ſine diſtinctione loquuti sũt ꝙ
uerisimiliter non feciſſent in caſu ita fre-
quẽti, ut in ſimili dicit Marzar.cõſ.7.uer
ſicul. & maxime quia. Nec etiam mouet
opinio Moder.Pariſie.quia ſe refert ad Sa
licet.cuius opinio cõmuniter reprobatur,
& ad Iacobinum, qui nõ reperitur, & ipſe
met fatetur, ꝙ Doctores uulgo tenent
contrarium. & ideo poterit communis cõ
cluſio ampliari in hoc caſu, ut procedat tã
in pacto, q̃ in ſtatuto, ſeu alia qualibet
diſpoſitione.

Amplia etiam hanc cõcluſionem com
munem, ut etiamſi ſtatutum uel cõſuetu
8 do datent uitrico expreſſe† totius dotis
uſum fructũ eius uita durante, tamen ad
huc filius conſequatur legitimam ſtatim,
cum in ea nullum grauamẽ nullaque dila
tio componi poſſit.l quoniam in priorib.
9 C.de inoffic. teſtamen. nã etiam† legato
uſufructu omnium bonorum nõ intelligi
tur comprehẽſa legitima, etiamſi eſſet re
lictus uſufructus patri uel matri. Bart.in
l.uxori.D. uſufru. lega. & conſil.56.Dec.
conſil.418.nume.2.485.nume.14.590.nu
me.8 Hæc tamen ampliatio dubia reddi-
tur per ea, quæ dicit Rolan.in dicto tracta.
q.24.& quæ dixi ego deci.137.in princip.
* nihilominus eam ſequutus eſt Senatus in
quadam cauſa Nicienſi, in qua fuit dictum
quod ante omnia filii caperet ſuam legi
timam & mortuo poſtea marito reliqua
bona diuederetur iuxta mentem teſtatri-
cis habita in illis bonis ratione.d.locis hac
edictali.

Limitatur uero prędicta communi opi
10 nio, ut non procedat quãdo† ſtante dicto
ſtatuto de lucrando æqualiter dote inter
uitricũ, & filios primi matrimonii, mulier
eodem etiam modo teſtata eſt, & omnes
æquales etiam ſuo teſtamento fecit, tunc
enim nulla fit detractio legitimæ, eo quod
concurrunt diſpoſiio l.muncipalis, & uo
luntas uxoris conformes etiam iuri com
muni, ut in d.l.hac edictali iuxta multorũ
Doctorum opinionem, ſuperquo articulo
hãc opinionem tenendo latiſſime conſu
luit Burſa.conſi.211.ſeq. libr.2. ubi alios
ita tenentes recenſet. & hæc eſt æqua opi
nio, cum uideatur hoc caſu uxor ita diſpo
ſuiſſe non uiri blãditiis inducta, ſed ut ſta
tutis concordaret animum ſuum.

Limitatur præterea ſecũdũ aliquos di
cta cõmunis opinio, ut procedat quando
mulier uel uitricus nihil aut minus reliq̃
runt ipſius, quam, aliis ita ut ſimus in caſu
11 d.l.hac edictali. Secus uero, quãdo æquali
ter diſpoſitum fuit. ut per Burſ.in d. conſi
lio.211.num.5.poſt Bertra. in d.l.hac edi
ctali.num.13.& 14.& Dec.Craue.& alios
multos per eũ citatos. Sed hæc limitatio
uidetur deſtruere communem opinionẽ
ſupra relatum, cum doctores ibi firmẽt re
gu.in ſtatuto, quod dat dimidiam marito
& dimidiam filiis primi matrimonii, & ta
mẽ dicitur diuidi debere bona uxoris de
tracta per filios prius legitima. Mẽs enim
omnium Doctorũ poſt glo. in.§.optime
auth. de nup. uidetur eſſe ut legitima ha
beatur præcipue, & tanquam ęs alienum,
& reli-



& reliquũ diuidatur, ita vt in reſiduo ſint
æquales filius & maritus, & cum hac opi-
nione (reprobata ſententia Burſati tãquã
* ueriori, & communi tranſiuit Senatus in
odium mulierem ſecundo nubentium, &
fauorem filiorum primi matrimonij pro
quia etiam expreſſe tenuit Cuman.in iam
allegato conſi.110.

## Mẽſura fundi empti intra quod tempus per partes fieri debeat, & quid ſi pactum ſit vt intra tale tempus menſuretur.

### DECISIO CLXXXV.

1 *Menſura intra quod tempus fieri debeat, diuerſæ opiniones referuntur.*
2 *Menſurationi intra quot tempus præſcribatur.*
3 *Menſura ſi fieri debeat per conuentionem intra tres menſes, an poſſit poſt lapſum temporis fieri.*

MENSVRA fieri intra ꝙ
1 tẽpus debeat, diuerſę ſunt
opiniones.† Aliq̃ enim di
cũt debere fieri intra ſexa
ginta dies, ita quod illis ela
pſis nõ poſſit emptor uel venditor poſt
rem traditã cõpellere emptorem, uel ven
ditorem ad menſurãdũ & iſta fuit opinio
Soc.ſen.in cõſi.vlt.li.3.ꝑ tex. notabilem ĩ
l.ꝙ ſi nolit.§.ſi q͂d ita.D.de ædi.edic. Alii
putãt fieri debere intra annũ, per l. qui ſe
grauatus.C.de cenſi.& cenſit.li.11. Alii di
ſtingunt, vtrũ dictũ ſit quod fiat menſura
nullo determinato tempore, & tunc intra
ſexaginta dies fieri debeat. Aut nõ eſt di-
ctum expreſſe, quod fiat menſura, & tunc
debeat fieri etiam intra triginta annos, &
hæc videť fuiſſe opinio Dec, conſ.347. &
Natt. poſt alios quos ipſe citat conſilio
569.nume.10. Alii uero fuerunt in peni-
tus cõtraria ſententia, diſtinguendo, quod
ſi dictũ ſit debere fieri menſurationem,
2 tunc non† præſcribatur tali menſuratio-
ni, niſi poſt triginta annos, ſi vero non ſit
dictum, ꝙ fiat menſura, tunc elapſis ſexa-
ginta diebus non poſſit emptor, uel uen-
ditor compellere partem ad menſurã per
d.§.quid ita, & in hac opinione fuit D.prę
ceptor meus Augu.Bero.quæſt. familiar
quæſt.5.ubi late per totam illam quæſtio
nem articulum examinat, & illius opinio
nem crederem veriorem, ut magis opere
tur expreſſio menſuræ, quam illius reti-
centia, iuxta vulgatam regulam expreſſa
nocent.&c.

Cum hæc quæſtio tractaretur in Excel
* lentiſſimo Senatu in quadam cauſa Noni
referẽte Illuſtri, & doctiſſimo D.Senatore
Goueano, fuit dictum eſſe diſtinguendũ,
quod aut venditio fuit facta ad corpus, &
tunc nulli dubium non eſſe faciendam ali
quam menſuram. Aut fuit vendita ad mẽ-
ſuram, quod quomodo intelligatur latiſſi
me, per multorum caſuũ enumerationem
explicat Didac.pract.quæſt.c.3.ad quem
me refero, cui addo Burſa.conſ.441.num.
1.lib.2.Soc.iun.conſi.42.num.9.lib.2.&
conſi.43.eo.lib.& tunc menſura fieri de-
bet intra ſexagĩta dies, niſi altera pars fue
rit in mora, vt conſiderat.I.C.in d.§.ſi q͂d
ita. Aut dictum eſt ulterius, quod prædiũ
debeat menſurari, & tunc talis mẽſuræ fie
ri debet intra annũ, niſi & eo caſu aliqua
partium fuerit in mora, nam in odiũ mo-
roſi non currit tempus. Aut vero additum
eſt, vt talis menſura fiat ad quamcunque
partis requiſitionem, & quandocunque
tũc requiratur ad præſcriptionem menſu
ræ.30.anni per ea, quæ dicit Bero.d.q.4.
& hęc diſtinctio videtur eſſe de mẽte Do
ctorum in c.per tuas de dona & in l.ſi q͂s
arbitratu.D.de uer.oblig. niſi res illa deue
niat ad tertium bonæ fidei poſſeſſorẽ, qui
per decem vel viginti annos cũ titulo poſ
ſederit, quia tũc nõ poſſet venditor inter
pellare illum ad menſurã, cum ſit præſcri
ptum rei ipſæ & conſequẽter illa acceſſo
rio menſurę, neq; ipſe emptor poſſet ĩter
pellare uenditorẽ ad menſurationem, tũ
ꝓꝑ illius negligentiã, cũ veriſimiliter ille
magis ſcire deberet menſurã rei venditæ
tũ etiã vt ſeruetur æqualitas, ne plus vni
parti liceat, q̃ alteri, per reg. quod quiſque
iur.in al.ſtatuer.& l.non dẽt.D.de re.iur.

Sed quæri poteſt, quid dicendũ in caſu
quando conuentum fuiſſet inter partes,
3 quod uenditor teneatur intra† tres men-
ſes menſurari facere, an tunc lapſis tribus
menſibus poſſint partes petere, vt fiat mẽ
ſura. Et cum hæc obligatio reſpiciat ſolũ
uenditorem, & fauore emptoris duntaxat
uideatur

uideatur pactum appoſitum lapſis tribus
menſibus non poterit venditor petere, vt
menſuretur. De emptore uero an hac poſ
ſit petere maius eſt dubiũ, & cum de hoc
diſputaretur in Senatu in cauſa Riparolij
23. Februarij 1589. referẽte Illuſtre D. Se
natore Ozaſco, aliqui ex dominis dicebãt
quod poterat præſcribi huic mẽſuræ, & di
uiſioni per ſpacium triginta annorum, vt
per Dec. conſilio 347. & per Nat. dicto cõ
ſilio 569. Nec obſtabat, quod allegabatur
actorem fuiſſe minorem, & contra eũ nõ
cucuriſſe præſcriptionem. l. omnes. & l. ſi-
cut. C. de pręſcriptione triginta annorum
quia reſpondebatur, quod licet contra mi
norẽ currat præſcriptio triginta annorũ,
l. fi. C. ex quib. cau. in integ. reſtitu. non ſit
neceſſar. tamen in caſu noſtro res agebat
cum infante contra quem non currit pręſcriptio.
iux. glo. vlt. in dicta. l. fi. vnde erãt
deducẽdi 14. anni pupillaris ætatis iux d.
l. ſicut. & ita in fauorẽ minoris ob pupilla-
* rem ætatem fuit iudicatum. Vide ad mate
riã D. Sol. in Decr. antiq. tit. de cenſib. gl.
vnic. 1. par. per totam.

## Inducias vtrũ de iure prĩceps debitorib. concedere poſſit, & quid in debito iurato.

### DECISIO CLXXVI.

1 *Inducias princeps concedere poteſt.*
2 *Inducias concedere debitoribus an ſit peccatum. & nu. 3.*
4 *Induciæ an concedi poſſint contra debitum inſtrumentarium, & iuratum.*
5 *Papa poteſt concedere inducias contra debitum iuratum.*
6 *Inducias annales, & quinquennales princeps de conſuetudine concedere poteſt.*
7 *Induciæ quando, & quibus in caſibus ſint concedenda.*
8 *Induciis ſi fuerit. renuntiatum non ualet impetratio.*
9 *Vaſallus induciales literas concedere non poteſt.*

INDVCIALES literæ, ſeu dila
toriæ, quæ debitoris contra
creditores debitum petentes
concedunt, quas vulgo *indu-*
*cias* dicimus, & forte melius ruſtici *indu-*
1 *ſtrias* uocant poſſunt a principe† regulari-
ter concedi ad differendam ſolutionẽ de-
biti rex. eſt apertus in l. quoties. & l. uni-
uerſa. C. de precib. Imp. offeren. vbi doct.
omnes, ſed latius M. Anton. Cuc. in tract.
de morator. pręſcrip. Rebuff. in tracta. de
liter. dilator. & annal. & quinquenalib. &
hæc regula eſt canonizata in cap. uniuerſ.
25. quæſt. 2. Dubitatum tamẽ fuit, an ſine
2 peccato, & de honeſtate iuſtitię† iſtæ lite-
ræ concedi poſſent dubium faciebat, quia
ex hac conceſſione læditur ius, tertij cum
minus ſoluere uideatur, qui tẽporis ſolu-
tionem differt. l. minus ſoluit. D. de verb.
ſignificatio. §. plus autem inſtitu. de actio.
vnde iuſtitia non exercetur, cum vnum il
lius præceptum, quod in tertio nõ læden
do conſiſtit contemnitur, neque enim re-
ſcripta, quæ iuri tertij præiudicãt, iuſte cõ
cedi poſſunt. l. reſcripta. C. de preci. imper.
offeren. quę eſt canonizata in c. reſcripta.
25. quæſt. 2. ubi pulchre. Ioa. de Turrecre
mata. & propterea non ſine cauſa dubita-
uit Natta. conſilio 591. n. 11. verſiculo præ
terea.

Sed hoc non obſtante contrariũ verſus
* eſſe dictum fuit per Senatum, vt immo iu
ſta, & licita ſit ex cauſa conceſſio, concur-
rẽtibus ſcilicet magna difficultate, vel im-
poſſibilitate ſolutionis faciẽdæ ſeruatis ta
3 men clauſulis de quibus infra. † Ratio eſt
quia non dicitur peccare, qui aliquid facit
lege permittente. l. Gracchus. D. ad l. Iul.
de adult. hic autem omnium legũ permiſ
ſio accedit, ciuilis, ĩ d. l. quoties. canonicæ
in d. c. uniuerſa. Diuinæ. Exo. 22. vbi ſcribi
tur. *Si pecuniam mutuã dederis populo meo
pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eũ
quaſi exactor.* & Eccleſia. 29. dicitur, *Per-
de pecuniam propter fratrem, & amicum
tuum, & non abſcondas illam ſub lapide in
perditionem.* legiturque Ezechiel. cap. 18.
*Vir iuſtus hominem non contriſtabit, & pi-
gnus debitori reſtituet.* Quod ſi inſpicia-
mus in hoc legem Euangelicã, non eſt exi
gendus debitor inuitus, iuxta illud, *Dimit
te nobis debita noſtra, ſicut, & nos dimitti-
mus debitoribus noſtris.* Et illud Matth. 5. *ſi
quis petierit tunicam, da ei & pallium, qui
autem a te petit da ei, & uolenti a te mutua
re ne auerteris.* Et Luc. 6. *Omni petenti tri
bue, & qui aufert tua ne repetas, & ſi mu-
tuũ dederitis eis a quibus ſperatis recipere
quæ gratia eſt uobis, diligite inimicos benefa
cite eis mutuum dantes nihil inde ſperantes.*
Quo loci nõ de uſura tantum, ſed etiã de *
principali ipſo remittẽdo intelligere uide
tur Dominus noſter IESVS CHRISTVS.
Et ſuper hoc pũcto res uidebatur ſatis aper-
ta, & clara. Debet tamẽ prĩceps ſeu iudex
hoc in caſu diligenter conſiderare qualita
tem perſonarum, ut infra dicam.



Maius autem dubium erat, quando ſu
mus in debito inſtrumentario, † & iurato,
4 qua in re oẽs fere doctores, & præſertim
Rebuff. ubi ſupra num. 22. uerſi. 6. in debi
to iurato. dicũt nõ poſſe principem indu-
cias iſtas concedere, per glo. in c. cum non
deceat. de elect. lib. 6. Roma. ſingu. 7. poſt
Abb. Fel. & alios infinitos quos allegat, q
bus Addo Afflict. deciſ. 5. Brun. conſi. 46. li
bro 1. Rola conſ. 31. li. 1. & alios multos,
quos citat & ſequitur Cuch. in d. tract. de
morator. præſcrip. nume. 54. & 62. cui ad
do Natt. conſi. 561. num. 17. Boer. deciſio
296. Io. Bap. Bou. in trac. de ſtatu. urb. præ
ſcrip. gl 21. n. 70. & cum hac opinione tiã
* ſibat Senatus.

Limitatur tamẽ & declaratur hæc opi-
nio, ut non procedãt ſi Papa has inducias
5 concederet, † quia uidetur abſoluere a iu-
ramento, ut dicit Cuch. in d. loco. nu. 60.
poſt Ant. Gaium in rubr. de excep. nu. 13.
Bou. in dicto loco, quod in epiſcopo non
procederet, ut per Brun. d. conſi. 46.

Declaratur ſecundo, ut non procedat,
quando de conſuetudine aliud obſeruare
tur, ut tales induciales literæ concederen
tur, etiam contra debitum iuratum tunc
enim non ſolum † annales, ſed etiam bien
6 nales, & quinque nnale cẽſendi a principi
bus ſolent quia conſuetudo facit licitum
quod alias erat illicitum, præſertim quan-
do eſt cõformis Euãgelicæ doctrinæ. Ne
que enim uirtus iuramẽti, quod in omni
inſtrumẽto accedit ex conſuetudine nota
riorum, tantæ potẽtiæ eſſe debet, ut impe
diat ordinariam Principis poteſtatẽ quæ
eſt ut inducias concedere poſſit ut tenet
in his terminis Mode. Pariſ. in additio. ad
Alex. conſi. 205. libro. 2. & quamuis in fa
cti contingẽtia multi ea dominis dicerẽt
talem cõſuetudinem, quo ad literas quin
quennales non eſſe probatam, cum de an
nali tantum conſtare uideretur, tamẽ fuit
contrarium determinatũ, & concluſum
ut non ſolum annales, ſed etiã quinquen-
nales inducię ſubſiſterẽt, in cauſa Do. Ca
prę cõtra D. de. Cli. 28. Aprilis 1586. & de
hac cõſuetudine in patria iſta teſtatur. D.
cõpater meus Antonius Sola in decre. Sa
baud. incipientes ex frequentib. nu. 95. &
de conſuetudine canzelariæ in Delphina
tu. & Pariſiis teſtatur Guido Papę, queſt.
97. & Rebuff. in trac. de liter. dilator. & to
tius Italiæ. Cuch. loco citato. nu. 14. Ca-
gnol. ĩ l. 2. C. de pact. inter empt. iunio re
gulariter tales induciæ uocãtur quinquẽ
nales, ut per Guid. Papæ, & Cuch. in locis
ſupracitatis. Bene uerũ eſt qđ iſtæ quin-
quennales, induciæ non niſi ex iuſta cauſa
concedũtur eaque urgentiſſima, & nõ ni
ſi ex ipſa certa principis ſcientias, ꝑ tex. in
l. in fraudẽ. §. fiſcalibus D. de iure fiſci, &
niſi clarioribus probationibus oſtendatur
debitoris neceſſitas, ut per Cuch. dicto lo
co. nume. poſt Boer. deciſ. 296. num. 1. &
hoc iure nos utimur in hac Ciſalpina pa-
tria. In annalibus uero non eſt tanta diffi
cultas conceſſionis, ſed per conſilium ſta-
tus conceduntur etiam ſine urgenti cauſa
medio iuramẽto debitoris, quod nõ poſ
ſit ſoluere.

Declarat̃ tertio, ut nõ procedat ſupra
dicta cõcluſio, quãdo debitor ante impe
tratas inducias obtinuit abſolutionem iu
ramenti ab epiſcopo, ut in Gallia obſerua
ri dicit Rebuf dicto tract. de liter. dilator,
nu. 24. quia ut dicit Moder. Pariſ. ad Ale-
xan. dicto conſilio 205. illud ex imperitia
notariorũ proceſſit, & præſertim in debi
tore ex cauſa delicti, ut per Bou. dict. gl. 1.
nume. 71.

Et tamen aduertendũ quod principes
non ita paſſim tam † laici, quam eccleſia
7 ſtici deberent iſtas literas concedere, niſi
aliqua exiſtente legitima cauſa, & quãdo
id ſine magno debitoris incõmodo fieri
poteſt. Finge enim creditorẽ locupletem
debitorẽ uero fortuitis caſibus pauperio
rem redditum, & indigentem, quis tũc dã
nabit pium Principem debitoris ſuccurẽ-
tem præſertim ſeruata illa literarum for-
ma quæ nos uti ſolemus illis præſcriptis
uerbis. *Si creditor in eadẽ, uel maiore egeſta
te non ſit, & debitore cauente idoneè de ſol-
uendo in termino dilationis, & interea per
ſolutione legitimo intereſſe* ad formãr l. uni
uerſa,

uerſa.C.de precip. imper.offeren.nā hoc
non præſtito non ualebūt induciæ,& hoc
caſu optime cogitur debitor ad cauendū
licet alias non tenetur, ut in ſpecie ſcri-
bit Tom.Parpal.in l.2.num.69. D.ſoluto
matrimonio.

Declaratur quarto ut nō ſint concedē
do tales induciales literę ſi præceſſerit cō
demnatoria ſententia in foro cōtentioſo
ſiue ſit ſentētia Senatus, ut per Guido.Pa
pę,quęſt.97.ſiue alterius iudicis.Imo etiā
ſi ſententia eſt de proximo ferenda. Nat.
conſi.233.num.4.Et hanc declarationem
intellige,quando lata eſt ſententiā in iudi
cio cōtradictorio,nam ſi fuiſſet ſpōtanea
condemnatio corā iudice, uel Senatu,tūc
idem de ea iudicatur,quod de inſtrumen
to guarētigiato,neque enim debitor fru-
ſtratus eſt creditorem litibus,& ſic ceſſat
ratio & ita obſeruare Senatu.

Quinto declara,ut nō proſint iſtę indu
ciæ ſi debitor debitū eſt inficiatus, vt per
Cuch.dicto tract.num 19.licet in hoc cō
trarium ſcripſerit Pariſ.cōſi.100. lib.3.ſed
pœna mendatii hoc deberet importare,ſi
cut mēdax precatur caret impetratis. Qui
bus ſtantibus ceſſant omnes obiectus per
Doctores,& maxime per Natt.cōſiderati
d.cō.591.qui admitit ex cauſa poſſe hoc
principem facere.

Nō procedūt etiam tales induciæ ſiue
impetratæ ſiue impetrādæ, quādo expreſ
8 ſi & cum†iuramento illis renūciatum eſ-
ſet,cū renunciationibus non detur regreſ
ſus,ut per Rolan.conſi.31.lib.2. & quam-
uis in hoc contrarium ſentiant Mo de.Pa
riſ.& Rebuff.tam hoc iure nos utimur in
præſenti patria,& ſtāte tali renuntiatione
ab iſtis inducijs abſtinetur, & ita ſæpius
ſuper inobſeruātia induciarū per Senatū
hoc caſu iudicatum vidi,preſertim in
cauſa Boffardi,& Valgrandi.1573.3.Apr.
& in caſu Arduini,& pagani 1587.die.7.
Aprilis referātur Illuſtr.D.Senatore Cra-
uetta quōdam Aymonis filio.Solet tamē
Principes hoc caſu miſerationis gratia,&
ex caſu, & etiam conſilium ſtatus conce-
dere trimeſtres inducias præſtita tamen
cautione, & ſoluendo intereſſe.Senatus
uero iuxta nouas conſtitutiones cōcedit
dilationem quinquaginta dierum, nulla
etiam data cautione.

Hæc autem poteſtas ſolis principib.cō
9 ceſſa eſt nō autem † uaſſalis,ipſi enim ſo
co iudicum ſunt, ideoque prout cæteri in
dices breuiores dilationes concedere poſ
ſunt nam alias ad Principes recurrēdum
erit d l.in fraudem §.fiſcalibus.D.de.iure
fiſci,& apud nos edictis principum ſtatu-
tum eſt & iudiciali obſeruātia, ut in debi
tis fiſcalibus decem dierum tātum, in pri
uatis uero 50.dilatio concedatur,ſi quid
plus petatur ad Principum preces porigā
tur,& ita ſemper obſeruatur.

## Fructus bonorum paraphernaliū an maritus ſuos faciat, ita ut ad illorum reſtitutionem non ſit cogendus ab aliquo.

### *DECISIO CLXXXVII.*

1 *Fructus bonorum paraphernalium,uel ex*
*tradotalium an mariti ſint ita ut ad red*
*ditionē rationis uxori uel hæredibus nō*
*teneatur.& nu.3.4.5.*
2 *Bonorum paraphernalium, & extradota*
*lium nulla eſt in iure differentia*

FRVCTVS ex rebus dotalibus
vxoris percepti mariti sūt,id
q̄ illi lex ſpecialiter ob one
ra matrimonialia permittit.l.
dotis fructū D.de iure dot.l.ꝓ onerib.C.
eod.Roman ſingul.539.& hæc eſt ī dubi
tata iuris noſtri concluſio.Quæritur uero
an idem dicendū ſit in bonis paraphera-
1 libus uel extradotalibus ut†iſtos lucretur
maritus,ita ut hæredibus uxoris, uel uxo
ri ipſo mortuo reſtituere nō ſit cogēdus
illorū que rationem reddere,nō teneatur.
Dubia.profecto eſt quæſtio,& obſcura,ac
ob uarias Doctorum diſtinctiones intrica
ta redditur & difficilis, illāq; pulchre exa-
minat Socin.ſen.conſ.82.a numer.7.uſq;
ad 30.lib.4.& hanc quęſtionem poſſumus
dicere magis eſſe facti,& uoluntas, quam
iuris,ut in ſimili ſcribitur in l.2.§.ſi D. de
dona.& in.l.ſeruus quoque.§.puto.D.de
hæred.inſtit. & ſimil. late in ſpecie caſus
noſtri cōgeſtis per Sarmiēt. ſelectar inter
pretat.lib.3.cap.10.nu.8.circa. finem. Ita
ut primū quid actum ſit uidere nec eſſe
ſit.Sed ut facilius noſtrorum percipiātur
dicta,ipſiuſq; rei veritas inueſtigeē, duos
caſus



caſus diſtinguemus.Pręmittēdo in primis
erraſſe Ba.A.ex.Afflct. & alios,qui volue-
runt cōſtituere differētiam inter bona pa
2 raphernalia, & extradotalia†nā inter hęc
duo nulla eſt in iure differētia,cū nil aliud
ſit dicere παραφερνα quam præter dotē,
& ſic bona extra dotem ſunt eademmet,
q̄ græci παραφερνα dicūt. ut colligiē ex l.
ſi ego.9.§. dotis autem. D.de iu.dot & l.
donationes.§.ſpecies.D.d.dona. omnia e
nim bona,q̄ mulier extra dotē marito tra-
ditā habet ſiue mobilia, ſiue immobilia
ſint,uel extra dotalia,ſeu paraphernalia di
ci poſſunt,licet aliqui ſubtiliter dicere uel
lent,nomen paraphernalium late patere,
& cōtinere ſub ſe aliam ſpeciem extrado
talium bonorum,vt de adoptione dicitur
quæ arrogationem continet,ſed utcūque
ſit ad rem noſtram reddeundo,non ſtatuē
do vim in verbis.

Primus caſus in ſpecie ꝓpoſita eſſe po-
teſt,quādo maritus præmitente uxor hęc
3 bona adminiſtrat,& tūc † aut extant fru-
ctus,& reſtituuntur, aut non extant & nō
reſtituuntur,quia in cōmunem uſum con
ſumpta præſumuntur. l. ſi ſtipulata. §. ſi
vxor. D. de donat.inter uir.& uxo.tex.cla
rus.in l.de ijs.C.eod.tit. ſi que accipienda
sūt uerba tex.in l.fi,C.de pact.cōuen.ibi.

## Et vſuras quidem eorum circa ſe & uxorem expendere,pecunias autem, &c.

Quaſi quod extractæ pęnes ipsū ſint,&
reſtituantur,fructus vero communes ſint,
& facit meo iudicio tex. ſi bene ponderet
in allegata.l.ſi ego.§.dotis.de iure.dot.ita
hoc in caſu diſtinguit Bar.in l.maritus.D.
ad l.Falc.qui tamen in fructib. ꝑceptis de
volūtate uxoris vult id ſolum procedere
in induſtrialibus,& naturalibus parui mo-
menti,non autem in alijs egregij ualoris,
& hoc ꝑ tex.in d.l.vlt.C.de pact.& d.l. ſi
ſtipula.§.1.de donat.inter vir.l. ſi id quod
§.1.eo.& l omnino. D. de impen.in reb.
dotal.fact.& hanc Bar. diſtinctionem ma
gis communiter ſequuti ſunt doctores. &
Alexan.ibi nu.4. refert.Nicol. de Napol.
Imol.Bal.& Salic.ita tenere, quos ipſe ſe-
quitur.& ibi Caſt.Franciſ.de Albergot.in
ter conſil.Bal.conſi.136.lib 2 & commu ★
nem dicit Afflict. & ſequitur deci. 44. nu-
me.6.& 7.Iacobin.in l.dotis fructus.D.de
iure dot.Ioann.Fab.in l.fi.C. de pact.con-
uen.Dec.conſi.521.num.4. Campeg. de
dot.par.1.quæſt.6.Craue cōſ.193.nu.15.
Natt.conſ.75.in fin.Ioan.Filipp.Mompe-
lien.reſpon.28.& ſequent.vbi late exami
nat. & hoc caſu ſufficiet hæredib. mariti
dicere illos induſtriales fructus eſſe con-
ſumptos,ut ſcribit Grammatic.diciſ.103.
n.173.& ſeq.Ego vero nulla differētia fa-
cta inter induſtriales,& naturales fructus,
dicerem una cum generali legum ſenten
tia, qui ſi conſtet de voluntate vxoris, vt
fructus iſtos maritus adminiſtret,ſi illi nō
extent,quia præſumuntur in communes
vſus cōſumpti,non eſſe reſtituēdos,in na-
turalibus enim nō minor fere induſtria re
quiritur, quia in ipſis induſtrialibus, quia
ex Dei pręcepto oīa ſudore nobis paran-
da ſunt, & ab illa diſtinctione fructuū par
ui, vel magni momenti(quiam ridiculam
teneo)recedit Socin.dicto conſi.82.lib.4.
& ob id forte ab illa priori diſtinctione di
ſceſſit Bart.conſulendo conſi.25. quæſtio
talis eſt.quē uidetur ſequi.Bal. in §.ſi duo
fratres.nu. 3. de duobus fratrib. a capit.n.
inueſti.Ioan.Cap.in tract.de fructib.tit.2.
capit.7. facitque generalis illa concluſio,
quam Aluarot.ex dic.§.elicit.quod ſi feu-
dum acquiſitū ſit ab uno ex fratribus ex
communi pecunia, licet ipsū feudum nō
ſit commune, tamen fructus communes
ſunt,ita & quod ex bonis paraphernalib.
acquiſitū eſt, illius fructus communican-
tur,& maritus nō erit ad reſtitutionē co-
gendus ex eo,quod ſocietas quædam ui-
deatur cōtracta inter maritū, & vxorem,
per quam fructus communes ſunt. argu-
mento.l.ſocietas.§.ſocietas.D.ꝓ ſoc. l.1.
C.eod.§.de illa.inſtitu.eod.titu.Hincque
Bar.Bal.& alij in l.cum à matre. C. de rei
uendicat.& in l.ubi adhuc.C.de iure dot.
fructus bonorū paraphernalium ad vſum
mariti pertinere uoluerūt,ita ut quod vl-
tra vſum eſt reſtituere tentatur,quod ta-
men moribus. Hiſpaniæ correctum dicit
Ioann.Lup.in repetitio. rubrica de dona-
tio.inter uirum & uxorem.§.unde lucra.
num.10.& 11.Sed cum hæc quæſtio ver-
teretur in Senatu, non placuit dominis in
hoc primo caſu recedere ab opiniōe Bar.
& iuxta illam iudicatū fuit 1586. Menſe
Iulij.& retenta hac opinione maritus cū

meliorationib.factis fructuum perceptio
nem compenſabit,neque ab hæredib. mu
lieris melioramentorum expenſæ repeti
poterunt.ut dicit Bero.q.22.

Alter caſus eſt, & quidem difficilis quã-
do ſumus in dubio, neque cõſtat de uolũ-
tate expreſſa,uel tacita mulieris, & tũc ua
4 riæ ſunt opiniones,nam † Franciſc. de Al-
bergo.in ſupra allegato cõſilio dicit omiſ
ſum fuiſſe hunc caſum a Bart. ipſeque cõ-
cludit omnes fructus indiſtincte eſſe reſti-
tuendos,& ita intelligendam.l.penult. D.
ad l.Falcid.mouetur illa ratione,quia cum
in caſibus dubijs fit ad iuris præſumptio-
nes recurrendum,multæ militãt præſum-
ptiones contra mulieres, cum genus aua-
riſſimum ſit cuius opinionẽ ſequitur Ale-
xand.in dicta l.penultima. Iacobin.in l do
tis fructus numero 2. de iure dotium Cã-
peg.de dot.quæſtio.9.par.1.Nat.dicto cõ
ſilio 75.numero ſexto libro 1. Soc.ſen.di-
cto conſilio 82. libro 4.Rota Auinionenſ.
Hieronymi a Lauren.deci.18.ubi dicit ma
iorem partem dominorum in hanc incli-
naſſe ſententia, licet cauſa poſtea propter
concordiam partium non fuerit deciſa.Me
noch. nouiſſime in tracta.de præſumptio.
libro tertio præſum. 9. & pro hac opinio-
ne faciunt,quæ ſcribit Franciſc. Sarmient.
ſelectar.interpretat. libro tertio,capit.10.
vbi voluit etiam cenſuum a marito ratio-
nem reddendam, licet in dotem fuerint
conſtituti.

5 Contrarium ſcripſit Cuman. cõſ. 104.
cui ſubſcripſerũt Proſdocin. de comitibus
Ioan.Franciſc.de capitibus P. de dotis. Io.
de Imol.Pau.de Caſt. Florian. illa ratione
quia præſumitur maritus de volũtate uxo
ris percepiſſe,imputetque ſibi mulier ſi nõ
eſt poteſtata, & non contradixit alias ſe-
querentur multa incõuenientia,ſi poſt lõ-
gum tempus ratio fructuum eſſet redden
da,ut dicit Caſt. in d.l.pen. in fi.princ.un-
de de iure communi ſi mulier non prohi-
beat uiro rerum ſuarum adminiſtrationẽ
ipſe libere adminiſtrabit,& fructus conſe-
quetur,ut dicit Io.Fab.in l.hac l.C. de pa-
ctis conuen.& poſt eum Tiraquel. de legi
bus connubialib.gl.9.in principio. Dec.di
cto conſi.521.num.7. & hæc ſententia mi
hi uidebatur uerior,& cum illa in facti cõ-
tingentia trãſibam, motus præcipue ex eo
quia cum uxor in uim,& poteſtatẽ ac ma-
num mariti per matrimonium ſe conſti-
tuat,conſequens eſt vt etiam bona ipſius
quę extra dotem ſunt,marito adminiſtrã
da committatur.argumen. l. ſi paterfam.
de adopt.auth.ingreſſi.C.de ſacroſan. ec-
cleſ.pręſumiturque uxor maritũ maximo
amore proſeq.& velle ipſum bonorũ ſuo
rum adminiſtrationẽ habere ideo ex preſ
ſo prohibitio ad hoc requiriẽ d.l. hac l. C.
de pact.cõuen.de qua nõ apparendo præ
ſumetur uoluntatem mulieris in fauorem
mariti inclinaſſe,ſicut in dubio per rerum
poſſeſſionem omnia ſolẽniter acta præſu
muntur,q̃ ad ueram poſſeſſionem paran-
dam requiruntur.l.qui in alterius.§. 1. D.
de acquir.hæred.ob idque moribus in ali
quibus locis receptum eſt,ut fructus om-
nium bonorum mariti ſint,vt refert Cop.
dicto tract.de fructib.tit.5.c.2.lib.3.& de
moribus Hiſpaniæ teſtatur Io.Lup.in d.§.
unde lucea.num. 10. & pro hac opinione
allegatur tex.ſatis ſingularis in l.fin.C. de
pact.conuen.ac iuxta illam iudicaſſe cõſi-
lium Neapolitanum teſtatur Afflict.in di-
cta deciſ.44.num. 8. Neque obſtant præ-
ſumptiones ille generales quas in fauorẽ
mulieris adducunt Franciſc. de Albergot.
& Campeg.in locis ſupracitatis, nam illæ
non procedunt hoc caſu,cũ & lex ipſa ob
amorem mariti mulierem omnia facturã
proprioſque etiam filios excoriaturã pr̨e
ſumat,& poſt multas diſputationes cum
* hac opinione tranſibat Senatus ſeruata tñ
etiã in hoc caſu diſtinctione Bar.ſupra in
primo caſu poſita circa induſtriales, & na
turales fructus, quod tamen ego etiã de
induſtriabilis conſumptis intelligerem,
non autem de extantibus, extãtium uero
nomine intelligendi ſunt non illi ſoli, qui
in cælis extãt, ſed etiam ſi ex illorum pe-
cunia aliquid maritus emerit, quod appa
reat, & de iſtis fructibus intelligenda eſt l.
pe.D.ad l.Falcid.quę hoc modo cum d.l.
fi.poterit conciliari.

Verum petita reuiſione, & mutatis ĩdi
cibus ac uotis cum non adeſſent, qui prio
rem ſententiam defenderẽt, aut forte re
* maturius conſiderata, ſunt prima Senatus
ſentẽtia reparata,& Socin.ſentẽtia ſequu
ta, & dictum quod in dubio nullis in eius
fauorem coniecturis cõcurrentibus mari
tus tenetur reddere rationem fructuũ bo
norum extradotalium,cum nõ præſuma-
tur



tur mulier donaſſe,præſertim quia de uo
luntate vxoris clare cõſtabat quæ in caſu
noſtro iſtos fructus petebat, ſed ſi ipſa
uxor nũquã proteſtata eſſet,nec ĩ hoc ani
mũ ſuum declaraſſet,ſed hæredes id pete
rent,aliud cenſebat.1588.16. Nouembris.
Sed ego nunquam recederem a priori ſẽ
tentia,q̃ ſemper mihi viſa fuit æquior &
contraria nimis dura ac maritis præiudi-
cialis ac damnoſa. Ideo euitandas diſce-
ptationes cautela erit, ut maritus pactis
dotalibus de hoc etiã paciſceretur,ne te-
neretur ad reſtitutionem fructum, niſi ex
tantiũ, & quod omnia expreſſe illius cu-
rę,& adminiſtrationi tarderentur, aut pe-
tat ab uxore declarationẽ, uel donationẽ
dictorum fructuum quorumcunque.

## Subſtitutio facta in eum caſum ſi ſine filiis filij mei deceſſerint, excluſa per teſtatorem propria filia,an deficiat moriente ſubſtituto cum filia,ita ut neptis teſtatoris ſubſtitutum excludat.

*DECISIO CLXXXVIII.*

1 *Conditio illa ſi ſine filÿs mei filÿ deceſſerint includat neptem,ita ut illa ſubſtitutum excludat.*
2 *Maſculinitatis qualitas in teſtamento poſita excludit neptem cum ſubſtituto concurrentem.*
3 *Maſculinitatis qualitas ſemel expreſſa in teſtamento ſemper repetita cenſetur agnatum uocatis.*
4 *Neptis excludit extraneum ſubſtitutum.*
5 *Cõditio filiorum etiam in filias ex proprietate uerbi reſoluitur.*
6 *Neptis an ſubſtitutum de agnatione excludat & nu 8.& 9.& limita, ut nu. 14. 15. & 16.*
7 *Teſtatoris uoluntas in ſubſtitutionibus regulanda eſt ſecundum uoluntatem, quam demonſtrauit in inſtitutione.*
10 *Tex.in l.cum auus de condit.procedit etiã ſi reſtitutio eſſet facienda alteri filio teſtatoris.*
11 *Subſtitutus an per neptem excludatur ſi nomen, & arma teſtatoris deferre fuerit grauatus.*
12 *Neptis an excludat ſubſtitutum, quando teſtamentum eſt factum a fœmina.*
13 *Filiorum appellatione etiam vulgari ſermone veniunt fœminæ.*
17 *Filiorum uerbum affirmatiue & diſpoſitiue a teſtatore prolatum fœminas a ſucceſſione excludit.*

CONDITIO ſi ſine filijs
filii mei deceſſerint,an defi
ciãt exiſtẽte filia ex uno fi-
liorum,dubitatur.Et ſi qui
dẽ teſtator filias proprias
non priuat hæreditate,res eſt clara, quod
verbum filii etiam fœminas comprehen
dit.l.1.C.de condit.inſer. ſed quando idẽ
1 teſtator † ꝓprias filias dotaſſet,& ſua hæ-
reditate priuaſſet, an tũc neptis excludat
ſubſtitutum nedum antiqua,ſed etiam ar-
dua,& difficilis eſt quæſtio,ut teſtatur Mi-
chael.Graſſ.in ſuo li.ſententia. §. fideicõ-
miſſum.q.35.Marzar.in Epitom. fidei-
com.q.23.& de qua non modica eſt alter
natio,& dubitatio inter doctores,ut dicũt
Gabriel.lib.4.communium opinio. tit. de
ſubſtitut.concluſione ſecunda,Bru.de ſta
tu.exclud.fœm.art.5.numer. 43.Itẽ ut in
collegiis,& Rotis diuerſimode reſponsũ,
& iudicatum fuerit.Nam collegiũ Floren
tinum,& aduocati conſiſtoriales Romæ,
ac Rota Romana quam citat Marz. in d.
Epitom quæſt.11.tenuerunt in fauorem
ſubſtituti,ſed alia collegia uidelicet Bono
niæ Peruſii,& Auinioni tenuerunt cõtra-
rium ut refert Pau.de Caſt. in cõſ.409. in
cip.caſus iſte frequenter lib.2. & Rot.Ro
ma.Bonon.& Florẽ.ut teſtatur Marza. in
d.q. 21. & hæc una ex illis quęſtionibus,
quæ uere egeret deciſione principis ꝑpe-
tua,cum ſit noſtris temporis,(in quib.ho-
mines quaſi Dij volunt ſuꝑ futuris decer
nere, & nomen eorum durare in æternũ
& ultra,fidei committendo bona ſua)fre-
quentiſſima,& tam uariæ, & cõtrariæ do
ctorum opiniones legantur,& vnuſquiſq;
de more, quam ſequiẽ magis cõmunem
dicere non dubitat.Videamus tamen nos
breuibus quid tenendũ, & quomodo Se-
natus iudicauerit & ne confundantur ter
mini ſunt pro iſtius quæſtionis reſolutio
cõſiderãdi tres caſus principales,licet Ga-
briel. longe plures conſideret in d. conc.
2.qui ibi uideri potuerunt.

Primus caſus eſt, quando cõditio eſſet

 apposita

2 appoſita cum qualitate † maſculinitatis,
uel de maſculis aliquādo in teſtamēto te-
ſtator ſenſiſſet, ita ut non ſimus in dubio
quin teſtator uoluerit maſculos fœminis
præferre,& tunc indubitanter, & cōcluſi-
ue teneo neptē non excludere ſubſtitutū
per ea,quæ dicit Fulgoſ. in conſ. 18.& 38.
Curti .iun.conſi 39.nu 116. Dec. conſilio
370.& 514.Ruin.conſil. 18. volu. 3. Par.
conu.39.nu.3.vol. 2. & ita intelligo con-
ſil.Riminal.Sen.121.lib.1.& late Roland.
conſil.82.nu.16.17.& 41.vol 3.& multo
3 magis,quādo ſubſtitutus † eſt de agnatio
ne,& familia teſtatoris,quia tūc etiā qua-
litas maſculinitatis ſemel expreſſa ſemper
repetita cenſetur.ut voluit De.conſ. 480.
col.2.& 115.col.fin.Rub.conſ.71.col.pe.
Socin.iun.conſi.128.circa fin. lib.1 Ruin.
conſ.117.col.4.vol.2.Gerar.Mazol. conſi
lio 5. quia ſemper militat ratio agnatio-
nis cōſeruandæ,quo caſu qualitas maſcu
linitatis ſemper repetita cenſet argumen
to l.qui fundum.D.de cōtrahen. emptio.
& ꝓ hac re uidendus Cephal.conſi.68.nu
me.16.lib.1.Syluan.conſ.64.nu.18. in fi.
& hanc opinionem in hoc caſu magis cō-
munem dicit Sfort. Odd.in tract. de com
pend.par.6.ar.6.concluſ.3.Decian. conſ.
127.num.16.& ſequen.vol.3.& cum hac
opinio propter enixam teſtatoris men-
tem tranſibat Senatus.

Alter caſus eſt,quando nulla eſt appoſi
ta maſculinitatis qualitas. ſed ſubſtitutus
4 eſt perſona extranea † & nō de agnatione
teſtatoris,& hoc caſu licet ego dubitarem
propter coniecturatam mentē teſtatoris
in excluſione propriarum filiarum, ne re
motior & minus dilectus ſit melioris con
ditionis quā proximior & magis dilectus
contra regu.l.publius.§.fi. D. de cōdit. &
demōſtratio.& l.ſi uiua matre.C.de bonis
maternis per quam regulam ita cōſulue-
rint multi doctores ſequuti Paul. de Caſt.
in conſ.58 viſo dicto teſtamento. libr. 1.
& in l.1.C.de condit.inſer.in fi.Corn.cō-
ſil.275.volu 4.tamen maior pars docto-
rum in contrarium tranſit ſententiam,ut
immo hoc caſu neptis ſubſtitutum exclu
dat, & hanc canonicatam, & magis com-
munem teſtatur mich.Graſſ.in dict.q.35.
in fi poſt Socin.Bero.Sfort.Deciā.& alios
per eum citatos, qui aſſerunt in iudicādo
non eſſe ab illa recedendum, & hęc mihi
uidetur ęquior,& conformis iuri commu
ni,de quo in l.maximum uitium. C. de li.
præter.& in l.cum auus.D.de cond. & de
monſt.& nouiſſime illam magis commu
nem dicit Alex.trentacinq; in tract. ſubſti
tu.par.4 c.7.nu.12.ver. ſecundus caſus eſt
& illam in facti contingentia ſine difficul-
tate ꝓbauit Senatus totus cōgregatis claſ
ſibus propter difficultatē quæſtionis prin
cipalis in cauſa Bulenſi relata per D.Se-
natorem Gaueanum de anno.586.15.Se
ptembris Cuius deciſionis ratio principa-
5 lis fuit, quia † cōditio filiorū reſoluit etiā
in filia ex proprietate uerbi,ut per De. cō
ſil.370.nu.4.per d.l.maximum vitium.C.
de liber præter.cū filius ſit nomen analo-
gum tam mares,quam fœminas comple-
ctens ,ut ibi latius per Dec. Purpu. conſil.
568.num.28.licet contrarium teneat Go
zadin.conſ.88.de qua re dixi late infra de
ciſ. vltima.

Tertius eſt caſus, & ille quidē apud me
dubitabilis, & ſuper quo maxima fuit di-
ſputatio,& diſſenſio inter DD. Senatores
& collegas noſtros in p̄dicta cauſa Bugel-
len.quando ſubſtitutus nō eſt extraneus,
ſed uel vnus ex filiis,uel agnatus de dom.
teſtatoris,& in hoc caſu tā contrarii repe
riunt doctores, ut ferè difficile ſit reperi-
re, quæ nam opinio magis cōmunis dici
poſſit. Duæ enim principales opiniones
reperiuntur,una pro ſubſtituto, aliā cōtra
ſubſtitutum & in hac quęſtione ſatis mihi
erit ſuccinctè doctorū authoritates in una
quaque opinione referre,remittendo me
loca per recētiores notata, apud quos ēt
vtriuſque ſententiæ rationes uideri pote-
runt,ut ſatisfaciam illis qui magis ex com
muni opinione,quam ex ratione iudicāt.

Pro ſubſtituto,quod ipſe. & nō neptis
6 ad teſtatoris hæreditatē hoc † in caſu ad-
mittatur,allegatur anteſignanus Paul.Ca-
ſtren.conſilio 409.lib. 2. quem ſequūtur
Soci.Barbat.Ioan.Dilect.ſen.Gualdē. cal-
can.Rub.Curt.iun.Gozadi.Dec.Cur. ſen.
Corn. Alexan. Soc iun.Grat.Rui.Cepha.
Iaſ.Boer. quos omnes ſuis locis refert, &
ſequitur Gabriel.d.concluſ.num.9 & 11.
quibus addo Fulgoſ.Riminal.Ba. Nouell.
Bero.Rola.Cephal. quos cum aliis ſuis lo
cis refert Simon de Prætis conſi.90. & la-
tius in lib.3.de interpretat. vltim. volūt.
dubitat.3. ſolut. 2. nume. 74. verſicul. hi
ſunt



ſunt. igitur ulterius Sfort.Odd.Tob.Non.&
Decia.quos refert,& ſequitur M.Graſſ.in
dicta q.35.nume.4.uerſiculo unde pro re
ſolutione dicēs hanc eſſe magis commu
nem in hoc caſu, & quod illi, qui contra-
riam ſequuntur opinionem fatentur ſen
tentiam Caſtren.eſſe communiter rece-
ptam.Iſtis addo Zaſ.in tracta.ſubſtitut.ad
fin.Rot.Romanam quam citat Marzar.di
cta quæſtio.21.Alciat.conſilio 126.in fin.
ubi atteſtatur hanc in practica ſeruatam.
Gerar.Mozol.cōſil 5.ubi late, & in fortio
ribus terminis examinat.Alb.cōſ.19. Me-
noch.cōſilio 95.libro 1.& 204.n.46. uer
ſiculo decimo,& ultimo.ubi latiſſime eā
defendit decem argumētis,& reſpondet
ad contra. Melch. Palaez. in tracta. ma-
ioratu.part.2.quæſtio.6.numero.21 Gui-
do Pap. quæſtio.485.Et nouiſſime hanc
partē pulchra ratione defendit Alexand.
Trentacinq. de ſubſtitutio. qui dicit ue-
riorem part.4 cap.7.numer. 12.uerſiculo
ex hac reſponſione,& uerſiculo hæc con
cluſio,ubi dicit illam indubitanter proce
dere,quando ſubſtitutus eſt de liberis te-
ſtatoris,& etiam poſtea,quando eſt extra
neus de agnatione, & familia teſtatoris.
Ant.Gomez. uariar.reſolu.lib. 1.cap.5 nu
mero 25. nec ab iſta quam communē fa-
tetur licet titubando uidetur recedere Pi
nell.in l.3.numer.24.& 25.C de bon. ma
tern. Didac in capitu Raynaldus. numer.
2.de teſtam.ubi dicit æquiorē, & ſic pro
hac parte ſunt Doctores numero. 41.qui
omnes ita determinant ex profeſſo, & in
indiuiduo.quæſt hanc tractantes.

Pro hac opinione ego ultra Doctor cō
ſidero maxime urgere regulā illam, quā
tradūt Doctores in l.1. C.de impub.& a-
7 lijs ſubſtitut. quod uoluntas † teſtatoris
in ſubſtitutionibus eſt regulanda ſecun-
dum uoluntatem,quam demonſtrauit in
inſtitutione, unde cū in inſtitutione pro
prias filias excluſerit, cēſetur idem uoluiſ
ſe in ſubſtitutione, ut neptes ſubſtitutus
excluderet,& ſicut teſtator p̄dilexit in in-
ſtitutione filios maſculos, eoſdem in ſub
ſtitutione prædilexiſſe uidet, ut dicit Bar-
to.in l.fin.numero 3 D.ad Trebell.& in l.
Lucius. D.de uulgar.Alexan cōſilio 66.in
prin.li.2.Dec.in dict l.1 & conſ.186. &
514.n.2.hanc regulā multis confirmat in
materia Melch.Palaez.in tract. maiorat.
dicta quęſt.numero 71. quod confirma-
tur præterea,quia cum hic agatur de con
iecturata teſtatoris uoluntate, contra re
gulam,quod maſculinum femininū con
cipit, & quod filiorū appellatione ueniat
filiæ fœminę,& neptes ut in iſtis terminis
concludunt Doctores infra citandi, non
eſt dubium, quod erit in fauorem ſubſti
tuti hoc in caſu iudicatum, cum concur-
rant fauor agntionis,excluſio filiarum, &
pręTdilectio, imo expreſſa ſubſtituti uoca
tio. Et hoc maxime in Italia procedere,
ubi ex ſtatutis, & familiarū conſuetudine
habetur ratio agnationis ad excluſionē fę
minarū ut dicit Caſtren.d.conſi.409. lib.
2.Dec.conſilio 15.colum.fin.

Ampliant aliqui hanc opinionem, ve
8 idem iuris ſit, quando eſt ſubſtituta † pia
cauſa,ut tunc illa neptē excludat Caſtrē.
in dicta l.1.C.de condit.inſert.Iaſ. cōſilio
1.& ſequen.uolum.2. Curt.iun. conſilio
35 nume.6.Anto.conſilio.25.ſed hæc am
pliatio magis communiter refellitur, ſe
cundum Socin.in l. cum auus. uerſiculo
quartus caſus.D.de condit.& demōſtrat.
Socin.iun.conſilio 158.& 168.uolum 2.
Ruin.conſilio 143.uolum.2.& ideo hanc
ampliationem ſuſpectam ſibi uideri dicit
Pinell.in dicta l.3.num.26.C. de bon. ma
tern.& merito ab illa recedit Couarruu.
in dicto Capit.Raynaldus.nume.3.neque
enim piū crediderim iuxt. Diui Auguſti
ni cōſilium Eccleſiam proprie ſoboli præ
ferri, & pro hac opinione ego alias con
ſului.

Pro nepte uero, ꝙ ipſa faciat deficere
fideicommiſſum,et ſubſtitutum excludat
6 allegatur Bald.per Corn.in conſilio 202.
numero 12.libro 3.ſed Bald.quidquid il-
lum uoluerit declarare Corn. dicit totū
contrarium,ideo magis meretur pro con
traria parte allegati omiſſo igit Bald. hāc
opinionē tenuerunt. Ancharan. Ioan. de
Anan. Curt.ſen. Alexan. Corn. Dec. Sed
Dec.loquitur in conditione ſi ſine liberis
Socin.pariſ.Ruin. Iaſ. Curt. iun.Hieroni.
Gabriell.Riminald. Virgil. de Syłueſtris.
Crot.Socin.iun. Riminal.iun. Decia. Alci.
Burſ. Cæphal. Tob.Non.Zaſ. Bero. quos
omnes ſuis locis refert Simon de Pręt. di
cto numer.24.uerſicu lo hi uero ſunt qui
hāc partē ſequitur,dicens ꝙ in tāto opi
nionū anfractu uoluit uidere auctorum

 ſcripta

ſcripta ſuper hac quæſtione,& tādem re
perijſſe opinionem pro filia contra ſubſti
tutum eſſe magis communem & uerio
rem,ſed quo ad communē dubito de di
cto ſuo ,quoniam conſtat de ueritate in
contrarium,& Doctores pro hac parte ci
tati ultra,quod eſſent contrarij fere om
nes,ut Curt.ſen. Alexa. Corn. Dec.Socin.
Pariſ Ruin.Iaſ. Curt.iun. Deci. Alcia. Ce
phal Zaſ Non. Bero.& Riminald. illi lo
quuntur in diuerſis terminis prout unuſ
quiſque per ſe uidere poterit,& hanc par
tē ſequitur ipſe de prætis conſulendo cō
ſilio 31.numer.9 & conſilio 90.& ſupra
ſcriptis inter eoſdē addo Alciat in l. quiſ
quis 119.D.de uerbor.ſig.& in l.Hæren
nius.alias Seruius.122.eod. Burſa.conſi.
300 Bero.conſil.110 libro.2.Cephal cō
ſilio 252.& 528.& illis addo Mazar, quę
ſt.o.21.Purpurat.conſilio 568.nume. 28.
& 30.Moder.Pariſ.in addit.ad Alexan.cō
ſilio 38.numer.4. libr.6.ubi exclamat cō
tra Caſtren.& Fulgoſ.dicens illos peſſimè
conſuluiſſe.& ad Dec. cōſilio 370. litera
C.Bolognin.inter conſilia Alex. conſilio
53.libro 4.& ꝓ iſta opinione dicit fuiſſe
iudicatum Ioan.Baptiſta de Sancto Seue
rino in l.generaliter.§.cum autē.C.de in
ſtitut.& ſubſtitut. quē refert Gabriell. di
cta concluſ.2.numero 3. & ſi uelimus nu
merare Doctores,qui hanc partem tenue
runt iuxta peſſimam noſtri temporis cō
ſuetudinē erunt pro illa Doctores nume
ro 30. unde cùm ꝓ alia ſtent.41. excedit
hanc in undecim notis, & illa erit procul
dubio magis cōmunis , uidemuſque hinc
quā mirabiliter errauerit Simon de Præt.
qui nec bene uidit, nec dinumerauit Do
ctores ( pace tanti dixerim , & ſi tolle
mus de medio Doctores uarios nō habe
bit hęc opin. pro ſe duodecim Doctores
ad plus & propterea eſſet res periculoſa
iuxta illam iudicare.

Verum cū de hac quęſtione maxima
orta eſſet controuerſia in Senatu, pōdera
tis utriuſq; partis rationibus,uiſa fuit ma
iori parti dominorum hæc opinio uerior,
& æquior , quę contra ſubſtitutū pro ne
pte facit, attenta diſpoſitione iuris cōmu
nis, & iuxta illam fuit indicatum in præ
dicta cauſa Burgellen Relata ꝑ Dom. Go
ueanum multis tamen reclamantibus, &
contradicentibus , pro qua ultra rationes
ab alijs adductas in locis ſupra citatis ad
do illud,ꝙ dicitur l. cū auus.habere locū
10 † etiāſi reſtitutio fieri deberet alteri filio
teſtatoris,ut ꝑ Bald.Salyc.& Caſtrē.in l.
cum acutiſſimi.C.de fideicōmiſſ. Cumā.
in dicta l.cum auus.cum alijs multis.quos
citat Didac.pract.quæſtionū capit.38.nu
me.12.uerſiculo,quæ etiam obtinent.

Nec obſtat rō cōſeruandi bona in agna
tione,qa nō procedit niſi in ſpecificatis ꝑ
ſonis,ut ꝑ Dec.conſ.569.& 679.n.2.poſt
Bal.ibi relatū,ubi ex hoc infert,ꝙ ſtatutū
excludens matrē propter agnationē non
tamen excludet amittam,& ſic de ſimilib.

Retenta igitur hac opinione cōtra ſub
ſtitutū(ꝙ tamē apud me in iure tuta non
eſt)amplia,ut idem ſit, & inferri poſſit ad
11 caſū quando fuit aliquis ſubſtitutus † ex
traneus cū illa conditione, ut deferat no
men,& arma , quia tunc per neptem ex
cludet,ut aliqui ex ſupracitatis Doctori
bus uoluerunt , licet hoc caſu magis dubi
tarē,quia uidet ex hac conditione magis
declarata uoluntas teſtatoris pro cōſerua
tione familiæ , cū uideatur ex ſua mente
tanto magis fœminas excluſiſſe.ut cēſuit
Ripa in l.cēturio.n.164.D.de uulga. Cal
can.conſi 48.nu. 11.& 12. Melch.Palaez.
poſt iſtos in dicto tractatu maioratū quę
ſtione 6.par.ſecunda.nu.23.

Ampliatur ſecundo multo fortius ꝓ
12 cedat,quando teſtamentū eſſet factū† à
fœmina quia nō pręſumitur,quod illa ſuū
ſexū odio habuerit,ut dicit Soci in dicta
l.cū auus.Dec.conſi.468.Corn.dicto con
ſilio 202.& conſilio 85. & 111.uolu.1.Et
cū hac ampliatione uidetur tranſire Ga
briel.titu.de ſubſtitu.concluſio.2.numer.
5.cum quibus ego etiam tranſeo, licet de
hac ſētētia multi dubitauerint,inter quos
Fulgoſ.conſi.18.& 38.& omniū late Ma
zol.in d.conſi.5.per totum.

Amplia tertio,ut procedat non ſolum
dictū ſit deficientibus liberis , ſeu filijs la
13 tino ſermone,ſed etiamſi Italica † lingua
(ut nūc apud nos fit ) uſus teſtator fuerit,
nam tunc licet utatur illis,uerbis *Morendo
uno de miei figliuoli ſenza figliuoli*,ex qui
bus uidetur intellexiſſe de maſculis, cum
ex cōmuni uſu loquēdo , qui maximè in
terpretanda teſtatorum uoluntate atten
ditur,maſculi,& non fœminæ continean
tur,ſolēt etenim teſtatores dicere *ſenza fi-
gliuoli,*



*gliuoli,o figliuole*,& præſertim,quando in
eodem teſtamento filiarum mentio facta
fuit ſub nomine fœminino,illis relinquen
do dotes,& filij maſculi ſub particulari no
mine *figliuoli* nocati ſūt ,put in iſtis termi
nis conſuluit optime.Menoch.conſi.204.
per totum.Malech.Palez.dicta quæſtio 6.
nume.22.Nihilominus de vtriuſquæ ſe
xus liberis intelligetur conditio,& propte
rea Senatus in prædicta cauſa,& ubi ver
ba erant concepta vulgari ſermone cēſuit
quod illud uerbum *figliuoli* etiam filias cō
plecteretur,excommuni uſu loquendi,qui
maxime eſt attendendus,l.Labeo.de ſup
pellec.lega.

Ego tanto magis hæc ampliatio proce
deret,ſi teſtamento diceretur , *Et moren-
do uno de miei figliuoli ſenza figli vlanza,
in tal caſo ſuſtituiſce il fratello* ,put erat ca
ſus diſputatus in cauſa Cunei de Rabiis de
qua dicam infra deciſione incipiente te
ſtator excluſis filiabus dotatis.dec.248.

Limitatur vero prædicta opinio, vt nō
procedat,quando ſubſtitutus nō ſolum eſ
14 ſet de agnatione, ſed etiam† ex forma ſta
tuti excluderet fœminam, vt late per Ga
briell.conſilio.97.nume.25.nam tunc di
cit Socin.iun.conſilio.90.lib.3.quod ipſe
ſolitus eſt legendo,& conſulēdo iudicare
pro ſubſtituto,& pro hac limitatione ſtāt
Alexand.Corn.Gozadin. Cro. Ruin. Dec.
Bero.Cephal.Alb.& Ru.quos ſuis locis re
fert Trentacinqu.dicto capit.ſeptimo.nu
mero 12.verſicu.quartus caſus.Ratio etiā
eſt quia hic concurrunt duo uincula, quæ
fortius ligant quam unum,& diſpoſitio te
ſtatoris præſumitur eſſe cōformis iuri mu
nicipali,& hanc dicit Trentacinq.eſſe cō
munem,& receptam ſcribētium ſententiā,
licet cōtra eam teneat,& male Simon de
Præt.dicta ſol.2.nume.39. poſt Ruin. &
alios quos allegat.Idemque eſt.quādo cō
ſuetudo maiorum hæc ſemper fuiſſet,vt a
gnatos in ſuis teſtamentis vocarent,vt di
ctus Trentaciqu. poſt Socin.iun.conſilio
168.numero.40.volumin. 1. Vel quando
neptib.dos relicta eſſet per ea , quæ notat
Tiraquel.in l.ſi vnquam. §. filios non ha
bens.nu.10.C.de reuocan.donatio. quod
ſecundum declarat Simon.de Præt. dicta
ſol.ſecunda.nu.47.

Declaratur ſecundo , vt non procedat,
quando teſtator in ſubſtitutione nomini-
15 bus collectiuis ciuilibus uſus eſſet, † ut ſi
dixiſſet ſubſtituo talem,uel proximiorem
de agnatione,de familia,de cippo domus,
& mea linea,& ſimilibus,ex quibus mani
feſte appareat,quod teſtator habuerit ani
mum ad ſuam agnationem conſeruandā
ita ſuam opinionē limitat.Simō de Præt.
dicta ſolutio. 2.numero.37.ita intelligen
do Doctores,qui contra neptē ſupra fue
runt allegati,licet maior pars illorum lo
quatur ſimpliciter de ſubſtitutione in per
ſonam vnius filiorum factam,vel alterius
agnati,ideo & hoc errauit. D. Simō meo
iudicio.

Tertio fallit,quando poteſt alter appa
16 rere de voluntate teſtatoris,quod† maſcu
los uocare voluerit,ut ſi poſt uocationē,
& ſubſtitutiones factas in perſonam agna
torū fœminas proximiores de caſata, ſeu
agnationes teſtatoris vocaſſet, vt multis
probat Simon de Præt.dicta ſolu.ſecunda
num.48.cuius dictum in hoc credo veriſſi
mum.

Fallit denique pro nunc,vt non proce
dat ſupra facta deciſio contra ſubſtitutum
ſi ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo,&
propriæ filiæ excluſione,verbum filiorum
17 affirmatiue, † & diſpoſitiue proferatur,
quia tunc ſubſtitutus neptem excludit,ita
conſuluit Riminal.ſen.conſil. 224. nume
ro.73.& 76.libro.2.dicens ita intelligen
dum Barto.in dicta.l.heredes mei.§.cum
ita.nume.4.ad Trebell.& Riminald.ſequi
tur Cephal.conſi.45.numero octauo quia
negatiua magis negat, quam affirmatiua
affirmet.Batt.in l.4. D.de ſuſpect.tuto.

## Renūciatio facta a ſorore pacto adiecto,ꝙ mortuo Titio, & Sempronio ſine liberis liceat ſibi redire ad bona ſua,an ſubſiſtat mortuo uno iſtorū ſine liberis, ita ut altero ſuperueniente a mortui hęreditate excludatur.

### DECISIO CLXXXVIIII.

1 *Et dictio copulatiua eſt,ac ita intelligenda,necnon in diſiunctiuam,uel aliquando reſoluitur ut nu.2.*

RENVNCIATIO facta
fuit a ſorore de hęreditate
paterna in fauorem, Titij,
& Sempronij fratris,ita ta
mē ꝙ ſi Titius,& Sempro
nius ſine liberis decederēt
liceat ſibi redire ad iura ſua, moriť Titius
ſine liberis relicto Sēpronio altero fratre
cū liberis ſoror petit portionē ſuā ob mor
tē Titij,opponebať,quod petere nō poſ-
1 ſet cū illa dictio,& intelligi† debeat copu
latiue cum illius propria natura ſit, vt co-
pulet,ita vt agere non poſſet,niſi vtroque
fratrum ſine liberis decedente,quia in cō-
ditionibus copulatiuis, requiritur vtrāq;
conditionem euenisse l.ſi is,qui ducēta.§.
utrum.D.de reb.dub.Ex aduerſo ꝓ ſoro
re adducebatur tex.in l.fi.§.filium D.de
lega.2.& deciſi.D.Ozaſc.110.vbi ꝓ plura
fundamenta tenuit in ſimili donatione fa
cta pluribus cum pacto,quod ipſis ſine li-
beris decedentibus bona ad donantem re
uertantur, uno ipſorum ſine liberis dece-
dēte admitti donantem ad illius portionē
quod & conſuluit Crau.conſ.1.109.
* Cenſuit Senatus dictionem illam, & in
2 hoc caſu reſolui in† diſiunctiuam, vel ita,
quod ſufficeret,vt iſta mulier poſſit age-
re ꝙ alter frater decederet ſine liberis, &
conſequi poſitionem ſuā in bonis, fratris
mortui ſine liberis excluſo alio fratre, &
eius filiis,& quamuis hæc opinio videreť
mihi poſſe ſubſiſtere in caſu iſto ex eo,
quod pactum illud cum renunciatione cē
ſeretur factum in fauorem agnationis præ
ſertim exiſtēte ſtatuto,quod agnati exclu
dāt fæminas,tamē aliter maiori patri Do
minorum viſum fuit,cum pactum hoc ha
beat vim donationis,quæ ſtricte interpræ
tatur,& ita pronūciatum fuit in cauſa Ar-
catoris contra Fantin.

## Dos a patre profecta an ad patrem redeat, mortua filia in matrimonio cum liberis, late examinatur & diſcutitur.

*DECISIO CXC.*

1 *Dos a patre profecta patrem an redeat. dubia eſt quæſtio,& nu.13.*

2 *Dos profectitia ad patrem redit nullis exiſtentibus liberis.*

3 *Dos profectitia an ad patrem reuertantur liberis extantibus,& numero.4. & 14. 15.16.*

5 *Conſuetudo Martini,ut dos ad patrem non reuertatur liberis extantibus eſt iuri interpretantia & habetur pro ipſo iure.*

6 *Conſuetudo Martini in dote pro lege ſeruanda erit.*

7 *Stipulatio a patre facta de dote ſibi reſtituenda intelligi debet non extantibus liberis & nu.8.*

9 *Martini opinio circa dotem procedit etiam in dote promiſſa, ſi pater reddi filiæ ſit ſtipulatus & de aliis caſibus n.10. & 11. 17.18.19.21.*

12 *Dos a patre profecta ad patrem cedit etiam cōtra Martinum, quādo maritus præmortuus fuit.*

20 *Promittere,& ſoluere, quando æquiparentur.*

22 *Gener agere debet contra ſocerum ex perſona filiorum.*

DOS a *patre promiſſa genero, uel ſoluta*, ſi filia præce
dat liberis relictis,an tran-
ſeat ad liberos an vero ad
patrem,ſeu auum reſpecti
1 ue† dotantem. Dubia certe, & antiquiſſi-
ma eſt quæſtio,quæ Bulgaro, & Martino
antiquis gloſſatoribus eorum habēs ob il
lorum cōtrarias opiniones omnibus illius
temporis,& recentioribus iuris ciuilis pro
feſſoribus altercandi cauſam ꝓbuit, ita vt
adeo difficilis conſil.Neapolitano viſa fue
rit,vt cogeris partes ad compromittendū
de iure,& de facto,atque inde res per me
dium fuerit diuiſa,prout in ſimilibus cau-
ſis bonus iudex facere debet,vt dixi ſupra
deciſio.89.vt teſtatur Capi.deciſi.175. &
ꝓ vna,& altera parte multi allegant Do-
ctores ſed quoniam illi male citātur, & lo
quūtur in diuerſis terminis, omiſſa diſpu-
tatione ad partes pro reſolutione iſtius
dubię quæſtionis præmittam aliquot con
cluſiones, ex quibus facile veritas digno-
ſcetur.
2 Prima eſt,quod de iure communi† dos
a patre profecta ad patrem redire debet
uulgata.l.dos a patre.C.ſol.mat. cum aliis
tribus



trib.ibi ꝓ gl.allegatis,nec ĩ aliquo ſuccedit
maritus niſi deficientibus omnibus cōſangui
neis.iuxta l.1.C unde uir.& uxor. uel niſi
adſint ſtatuta, uel conſuetudines in cōtra
rium ut in noſtra patria Pedemō.ubi ma-
ritus lucratur dimidiam.ut alibi dixi.
Secunda eſt concluſio, quod iſtud pro
cedit regulariter, & ſimpliciter nulla exi-
ſtentibus liberis, nam ſi extant liberi ma-
gna eſt cōtentio, † ita ut quęſtio Cæſarea
deciſione indigeret, ut dicit Socy.conſilio
3 9.uerſi.20.probatur.& Roman.in l. poſt
dotem D.ſolu.matrim. Nam Bulgar.anti
quus gloſſographus adeo enixe tenuit in
iſto etiam caſu, quando extant liberi, ut
redeat dos ad patrē, ut in cōtingentia fa
cti ſui, proprii boni uiri officiū agnoſcēs
quamuis liberos ex ſua uxore ſuſcepiſſet,
integram tamē dotem reſtituerit ſocero,
& Bulgari opinionē ex antiquis illius tem
poris iuris profeſſoribus ſequuti ſunt Ioā.
Azo.Accur.Iaco.de Raue. Dyn. Pileus in
ſuis iuridicis quæſtionibus quęſt.89. ubi
improbat Mart.opinionē.Cyn.in d.l.dos
a patre.qui hāc opinionem dicit ueram ſi-
cut Euangelium, prout etiam dicit Ang.
in l.pater filiæ.D.ad leg.Falc. Albe.in d.l.
dos a patre.& poſt iſtos antiquos Bart.in
dic.l.poſt dotem, qui dicit Doctores anti
quos ita communiter tenere. & ita etiam
tenere Canon.in c.fi. de donat. inter uir.
& uxor.Ioann.And. in addit.Spec.in tit.
de don inter uir.& uxo.§.fi. Seyſſel.in d.
l.poſt dotem.numero 25. Alexa. conſilio
115.libro 1.& in dicta l.poſt dotem. nu-
me.17.dicens magis communē & ibi Ca-
ſtren.nu.4. & conſilio 11. num.& libr. 1.
Iaſ.ibidem.nume.99. Deci.in l. illam nu-
me.16 C.de colla.Rip.in l.2.§.quod ſi in
patris,numero 6.ſolu.matrim.& lib.3.re-
ſpon.c.10. Are.in §.fuerat num.31. inſti.
de act.Corn.conſi 66.nume 6 lib.4 224.
numero ſexto.libro 3.& conſilio 247.nu
mero 3.libro 4.& alibi ſæpius.Ancharan.
conſilio 50 Ruin.conſi.56.in fine.libro 5.
& conſilio 187.libro 2.Socy.Sen conſi.9.
libro primo ubi per multas columnas, &
per uiginti fundamēta tenuit hāc opinio
nem contra Mart.& reſpondet cōtrariis.
Et quod conſuetudo Martini ſit cōtra ius
teſtatur Curt.Iun.conſilio 93.nume. no-
no Socy Iun.conſ.114.libro 3.Crau. con
ſilio 84.numero 5.Hiero.Gabriell. conſi-
lio 16.numero ſexto & conſilio 58.Port.
conſ.56.Tob.Non.conſi.45.nume.unde-
cimo.Decian.conſ.55.in princip. libro ſe
cundo Gulielm. de Lud.ſing.199. Mazol.
conſ.121.Capi.deci.176. numero 22.om
nes fere repetentes in dicta l.poſt dotem.
Fanu.in tract.de dot.glo.11. numero ter-
tio.Campeg quæſt.152.part.3. Addo Ale
xa.conſ.67.lib.7. ubi reuocat ſententiam
iudicis,qui aliter iudicauerat. Bended. in
ca. Raynutius in uerbo duas habens filias
num.167.Tiraquell. de retract. conuent.
numero 58.cap.60.Bernar.VVrmſer. pra
cticar.obſer.libro ſecundo.in tit. de dote.
cap.4.& uir clariſſimus Anto.Gouea. Co-
lega noſter in l.ſi uir uxori. 6. D.ad l.Fal-
cid. & ꝓ hac opinione quam proculdub.
magis communem eſſe uideo, uidi conſul
tum per Reuerendum præceptorē meū
D. Auguſtinum Molignatum Vercellenſ.
Epiſcopum Petræ Honorij, & habetur in
ſuis quiſquil.ſeu deciſ.cap.600.ubi multis
rationibus, & authoritatibus illam defen-
dit, & cum illud conſilium impreſſum nō
ſit & de illo mentionem faciat Menoch.
conſilio 238.nume.30.& Cęphal. præce-
ptor meus conſilio 709.lib. 5. in princip.
quorum uterq; hanc pariter ſententiā ſe
quitur inferius tranſcribam, & poſt hanc
deciſionem ſubiiciam.Et pro hac ſentētia
ultra iura, & rationes ab alijs adductas
addo ego tex.in l.inter ſocerū.§. cū inter
D.de pact.dot.Nam ſi uera eſſet opi. Mar
ti.liberi, ſeu pater eorum non ueniret ad
ſucceſſionē uxoris mortuæ, uirtute pacti
a cōtrario ſenſu,ſed ex iure ipſo. Ergo cū
excludatur ibi pater uirtute pacti, ſequi-
tur,quod de iure aliud eſſe dicendum, &
admitteretur.
Contrariam opinionem in hoc caſu
4 quando extant, liberi tenuit, contra
Bulgar.Mart.antiquus gloſſator, quem re
fert Azo.in dicta l.dos a patre,& ibi gl.&
in ſumma.C.de rei uxo actio.nu.10.in fi.
& illū ſequuti ſunt Rainer. de Forliu. Pe.
de Bellapertica.Rofred.Placentin. Odo-
fred.& dicit Azo.in dicta l.dos a patre, ita
in facti contingentia uoluiſſe obſeruare
Albert.Galeotti. quia licet alias tenuiſſet
pro opinione Bulgari, tamen cum uenit
caſus in perſonam illis dicit, quod il-
lo tempore erat aliud tenēdum,& noluit
mortua uxore ſocero dotem reſtituere,&
hanc

hanc conſuetudinem non reſtituendi eſſe hodie in obſeruantia dicit Azo in dicta l. dos. in fi. & Mar. opinionem late tenet, & multis iuribus ac rationibus defendit Calderin.conſil.primo, tit. de donat.inter uirum & uxorem.ubi reſpondet omnib. cõtrarijs Salicet. in dicta l.dos a patre. Soci. iun.conſilio.35 libro 1. Ruin.conſi.225.libro 1.qui in eodem themate cõſuluit practic.Papien.in forma libell. quos uxor ag. ad dot.in uerbo dictæ Dominæ. nume.1. in fine. Qui uoluerunt id etiã procedere in dote promiſſa ut per Roland.de lucro dotis quæſt.5.num.8. & 9. & hæc conſuetudo Martini,ut omnes teſtantur, eſt obſeruata per totum orbem terrarum, & ubiq; notoria eſt, ut dicit Guido Pap. conſi. 12. num.8.ubi illius opinionem ueriorem dicit poſt Hoſtiẽ & alios quos allegat. Quæ opinio uidetur mihi equiſſima, ſicut alia ſi obſeruaretur impijſſima eſſet: nam priuaret filios proprios hæreditate, & bonis matris, cuius dos proprium eſſe dicitur patrimonium. l.3. §.ſed uirum.in fine. ff. de minori.l.1.§. & hoc.C. de rei uxor. actio. & illi ſui hæredes matri dicuntur, unde nõ immerito iura hac de re tanquam indubitabili, nullam mentionem fecerunt cum prima cauſa liberorum ſit, ſecunda aſcendentium inter quos parentes fœminei ſexus, uel ex fœminæ familia non comprehenſi eſſent, ſi ad filiæ hæreditatem liberis deficientibus non uenirent cum illarũ bona ut plurimum in dote, ſeu bonis dotalibus conſtituta ſint. Et hanc Martin. opin.
* ſequutus eſt Senatus ſæpiſſimè, ut etiam teſtatur Clariſ. Iuriſconſu. D. B. Tiotus in ſuis additio ad Bar. in l.poſt dotem.num. 28.in uerbo extantibus.

Tertia ſequitur concluſio, quod iſta cõſuetudo Martini nõ eſt iuris correctoria,
5 ſed iuris interpretatiua, & habetur † ꝑ ipſa iure cõmuni, & non pro iure conſuetudinario. Ita dicit Alex. in l.poſt dotem nu. 25.ſolutio matrimonio. & Seiſſel. per l.ſi de interpretatione.D.de legi.& Ang. in dicta l.dos a patre. & ibi Odoffie. per l. minime.D.de legibus & quod opin. Martin. non dicatur proprie cõſuetudo tenet Cur. iunio. in additio Alexand. numero 26. in dicta l. poſt dotem poſt Bald. in l. prima, in fine.C.de bonis quæ liberis. Hieronim. Tort. in dicta l.poſt dotem.in quarta quæſtione Bartol. & ibi Iaſo. num. 101. poſt Alexan. Nec mirum nam iſta conſuetudo approbata fuit a Doctoribus uiuẽtibus, & a iudicibus, qui pro ea iudicarunt, quorum lõge maior fuit numerus, quam illorum, qui pro Bulgaro ſcripſerũt, ita ut dici poſſit, quod iudicium iudicantiũ prẹualeat diſputationibus Doctorum, & cũ Doctores dicũt opinionem aliquam eſſe ueram de iure, uidẽtur fateri communem eſſe in contrarium, ut dicit Neuiz. in Silua.§.quomodo ſit iudican. & conſuetudo Doctorũ, & iudicum uidetur potius iuris quam facti, & ſic inducit ius interpretatiuum, cum omnes, qui eã ſequuntur ſint Doctores, & Iuriſperiti, & nõ in facto neque in arbitrio, aut æquitate cerebrina, ſed in iure ſcripto iudicio ſuo fundentur, unde cum habeatur pro lege ſcripta ab ea recedendum non erit, per no. in ca. ne innitaris de conſtitu.

Quarta hinc oritur concluſio, quod cũ opinio Marti. conſuetudine approbata fe-
6 cerit ius† commune, pro l. habenda erit, & cum in ęquitate ſe fundet ampliſſimè interpretanda erit, ita ut procedat etiam in dote promiſſa, quæ ab auo promittente poſt mortem filiæ filijs ſolui debebit, ſicut illis ſpectaret ſi fuiſſet ſoluta, ut ex Roland. ſupra dixi, & hoc modo interpretando ceſſabunt omnes rationes, allegatæ in contrarium per Non. Cæphal. Menoch. Molignat. & alios ſupracitatos, qui figunt pedem in illa ratione, quod opinio Mart. ſic iuris conſuetudinaria, & per conſequens ſtrictè interpretanda, tanquam a iure exorbitans, ut dicit Alexand. in dicta l. poſt dotem.numero 25.

Quibus ſtantibus uidemus opinionem Martin non ſolum æquiſſimam, ſed & iuridicam eſſe & ideo cum hæc quęſtio diſputareſ in Senatu in cauſa Alfatiæ, & Alboſchi de Podiuarino referente Do. Arcatore de anno 1586. Menſe Nouembris, congregauit Claſſibus, & toto ſedente Senatu propter difficultatẽ quęſtionis, poſt multas diſputationes, & librorum reuolu-
* tiones cenſuit Senatus eſſe ſeruandã opinionem Martin. non ſolum in dote ſoluta, ſed etiam in promiſſa, amplectẽdo æquitatem, quæ pro liberis faciebat, prout, & alias per eundem Senatum iudicatum





tũ fuerat in cauſa Sancti Martini & Pagani de qua dixi ſupra.deciſ.139.

Nec mouet, quod Modernus quidam contra Mart. adducebat, nempe Hierony. Elen. Diatrib. libro.2.capit.14.qui præſertim allegabat. tex. in l.vnica.§.taceat. C. de rei vxor.act ibi.

Sileat ob liberos retẽtio, cum ipſe naturalis ſtimulus parẽtes ad liberorũ ſuorũ educationem hortetur.

Nã reſpondetur, quod ille tex. procedit quando mulieri dos eſt reſtituenda, quia tunc ex cauſa liberorũ illa retinenda non eſt, ideo gloſſ.ibi intelligit tex. illum in dote reſtituẽda poſt diuortium ipſi uxori ſuperſtiti, cum dos cedat loco ſuorum alimentorum, & etiam fauore publicæ utilitatis, & mulier habeat ſuas dotes liberas, ſi forte ad ſecunda uota tranſire uelit.l.1. D.ſoluto matrimonio, quod ſecus eſſe debet in parte.

Ampliatur hæc ſic retenta Mar. opinio ut tanto magis procedat ſi pater dãdo dotem ſtipulatus eſſet eam dotem ſi reſtitui in omnem caſum reſtituendę dotis de
7 iure, quia† intelligitur liberis extantibus. Alexand. in dicta l.poſt dotem.nume. 26, & ibi Hyeronim. Torto. & Iaſ.nume.202 poſt Bal. ibi citatum cuius dictum mirabile dicit ibi Alexan. & menti tenendum, & quia illud uerbũ de iure intelligatur ex conſuetudine Mart, declarata, ſecus uero ſi ſimpliciter pater ſibi ſtipulatus eſſet nõ adiecta illa clauſula cui de iure, &c. ita dicit Abb. poſt. Vincen. in dicto.capi.fina.de donatio inter uir. & uxor nume, decimo. Odofred in d.l.dos a patre. Craue. conſi. 543.numero 6, Agnel. Cyn. Albe. & alii in d.l.dos a patre.

Ampli. ſecundo, etiam ſi pater ſtipulatus eſſet ſibi reddi ſecundum formam iu-
8 ris communis, quia intelligere † debemus non extantibus liberis, cum Mart. conſuetudo faciat ius interpretatiuũ. Præpoſ. in capitu.fina.§.fina.colum.pen.uerſic, imo ſi maritus.de donat. inter uir. poſt. Bal. in dicta l.2.C.de bonis quæ libe. & in rubri de arbitris colum.6.Socy.d.conſ.9.colum.5. uerſi.quod etiam probatur. Alex.d.l.poſt dotem nume.25.

Amplia tertio, ut clarius procedat etiã in dote promiſſa a patre nõdum ſoluta fi-
9 liæ ſi pater† ſtipulatus eſſe reddi filiæ Barto. & communiter Doctores in dict.l.poſt dotem in quarta qõ. pręſertim ſi filia mediante illa dote renunciaſſet, omnibus bonis paternis. Craue. conſilio.84.nu.5.poſt
10 Caſtren. & mortuis liberis poſt† mortem matris dos non tranſit ad auum maternũ ſed patrem ipſorum liberorum. Alexand. conſi, 115.libro primo.in fi.imo id etiam
11 † procedere ſtãte ſtatuto, quod filii filiarum non ſuccedant, ſed ſint contenti &c, Soc.d.conſ.9.col. uer.7. item uerificatur.

Limitatur tamen dicta opinio Martini
12 ut non procedat, quãdo† præmoritur maritus, & poſtea uxor, ut dixi ſup.dec.159.

Quæ limitatio quãuis Iaſoni uideatur
* durat. tamẽ Senatus eam ſequutus eſt, ut ibi dixi. Procedere tamẽ hęc limitatio abſque dificultate ſi mortuo marito uxore exiſtente in poteſtate patris pater iterũ dotem apud recepit, & ſuo matrimonio illam reſtituit tunc enim mortua matre in ſecũdo matrimonio ſine liberis dos ad patrem iterum redibit, tanquam ſeparata a iuribus, & domino filiorum, ad quos nũquam illa dos peruenit, nec ius quæſitum fuit, & ita cõciliari poſſet Iaſ. opinio, cum communi,

*Sequitur conſilium D. Auguſtini Molignati à DD. Cæphalo, & Menocha relatum, quod hic tranſcripſi ex ſuis quiſquil. cap, 600. ſuper eadem materia,*

1 DOS à patre profecta † ſi in matrimonio deceſſerit mulier filiafamilias ad patrem redire debet l. dos a patre, C, ſoluto matrimo, quæ lex etiam extantibus liberis procedit ſecũdũ lo. Bulg. Azo. & Accur. ibi ꝑ tex in l.ſi pater dotem. D.de pact. dotal. & l. iure ſuccuſum. D.de iu.dot. ubi pulcher tex. dicit,

Iure ſuccurſũ eſt patri, ut filia amiſſa ſolatii loco cederet, ſi redderetur ei dos ab ipſo profecta, ne & filiæ amiſſæ, & pecuniæ dãnum ſentiret.

& gl. in dicta dos à patre. allegat alia de-
cem iura, in quibus probatur hæc conclu
ſio, quod dos a patre profecta, filiafami-
lia, mortua in matrimonio, redit ad patrē
14 † nec fit mentio liberorum, & hæc opinio
uidetur uera duplici ratione. Primo, quia
ſi aliter diceremus ille tex. Dos a patre eſſet
de indubitabili, cōtra. l. quod Labeo. D. ad
Carbon. ubi glo. notat, nam cui dubium
quod pater decedente filiafam. illic ſucce
dit ſi ſine liberis moriatur, cum ſit proxi-
mior. l. in ſucceſſione. & authe. ı. defuncto
C. ad Tertu. cum maritus ei ſuccedere ne
queat, niſi deficientibus agnatis, & cogna-
tis. l. 1. C. unde uir. uxor. Ergo ut ſit caſus
dubitabilis debet ītellegi etiā liberi extā
tibus, quia tūc dubitari poterat an dos ad
patrem redeat, q̄ uidebatur liberis debe
ri quorum prima cauſa eſt in ſucceſſione.
authe. in ſucceſſione. C. de legit. hæredit.
& in corpore unde ſumitur, tamē contra
rium decidit Imperator in dict. l. dos a pa
15 tre † & ratio decidendi eſt ne amiſſæ filiæ
pecuniȩ damnum ſētiam, ut dicit tex. in
d. l. iure ſuccurſum, quȩ ratio procedit tā
extantibus quam deficientibus liberis.

Secunda ratio eſt quia omnes leges uo
lentes dotem ad patrē redire, nihil dicūt
de liberis, ſed ſimpliciter loquuntur, ergo
ſimpliciter debēt intelligi. l. de pretio. D.
de publiciana, & ſi intellexiſſet de liberis
facile erat eis id exprimere. l. unic. §. ſin au
tem ad deficiētis. C. de cadu. tollen. & ca.
ad audientiam. de decim. unde cū nec tot
Iurecōſulti nec Imperatores in ſuis legib.
& reſpōſis aliquid dixerint de liberis, vti
que credendum eſt, quod uoluerint dote
redire ad patrem etiam ſtantibus liberis
nā glo. in dicta l. dos a patre allegat duo
decim iura pro hac parte quod etiam ſtā
tibus liberis dos ad patrē redeat, & in tot
iuribus nulla ementio fit liberorum, & ta-
mē uerisimili eſt, quod ſi uoluiſſent tot le
giſlatores, quod exiſtātibus liberis dos ad
patrem non rediret, aliquis eorum id di-
xiſſet. Et gl. ibi firmat hanc opinionē dua
bus rationibus, & licet Matt. teneat cōtra-
rium, prout ibi refert dicta glo. tamē eius
iura non uidetur in hoc caſu procedere.
nam. §. ſui. inſt. de here. qual. & diffe. & l.
in ſuis de lib. & poſthu. loquūtur in ſuis
liberis. qui ſunt in poteſtate, ſed hic loqui
mur de nepotibus ex filia, qui non ſunt in
matris poteſtate, ut probatur in dic. §. ſui.
tex. autem. in l. pater filium. D. ad l. g. Fal.
loquitur, quando pater erat mortuus tūc
enim dos remanet filiæ cum ad patrē re
dire nequeat nec tex. in l. illā. C. de colla.
facit pro Mart. quia, ut ibi glo. reſpondet.
filia ibi erat emancipata, nō autem filiafa
mi. prout loquit̄ dicta l. dos a patre, & ſic
16 remanet firma cōcluſio. † quod de ſtricto
iure dos mortua filiafam. in matrimonio
reuertitur ad patrem etiam ſtantibus libe
ris d. l. dos a patre. cum ibi not. & ſequitur
Alex conſi. 67. li. 7. dicens hanc opinionē
de iure ueram.

Sed quia opinio Mart uſu eſt approbata
ut dicit gl. in d. l. dos a patre. & in l. illam
in uerbo cōferre. C. de col. & in l. unica. §.
ſileat. C. de rei vx. act. & in l. ſi dotali. D. ſo
lu. matrim. ideo circa hoc nō eſt ulterius
inſiſtendum, quia eſſet contra ſtimulū cal
citrare pro qua melius faciunt iura in l. cū
anus. D. de condi. & demon. in l. cum acu
tiſſimi. C. de fideicommiſ. arguendo ab vl
tima uoluntate. §. diſponat. authē. de nup.
& Nico. Euerar. in loc. 52. quæ tamē iura
adhuc non faciunt pro Martino, quia lo-
quuntur in bonis aduentitiis mulieris, de
quibus libere diſponere poterat, ſed non
pcedūt in donatilibus, quȩ ad patrē mor-
tua filia redeunt, d. l. dos a patre.

Opinio autē Mart. relata ad tex. in d. l.
dos a patre intelligitur in dote dota pro
pter uerbum profecta, ideſt tradita, & re-
dire, quod donat iam datam uiro, alias
27 redire nō poſſet dici, quæ nō fuiſſet prius
apud virum. Vnde dubitatur † utrum pro
cedat in dote promiſſa tātum nōdum da
ta, & multis ſolennes Doctores tenuerūt
quod non inter quos fuerunt Bal. Nouel.
in l. poſt. dotē. D. ſolu. matrim. ſi mora in
ſoluenda dote non ſit contracta, & ſequū
tur ibi Hercula. numero 38. Anto. de Ale
xan. in 4. limi. niſi in contrarium foret pra
ctica iſta cōſuetudo, & iſtos refert Capic.
deciſio 176. colum. pe. & fi. ſequitur Soc.
Iun. conſi. 114. numer. 17. & 18. uolum. 3.
ubi refert ſe alias dum eſſet iuuenes con-
ſuluiſſe contrarium, ut patet in conſilio
35. libro 1. male, ſed factus ſenior melius
conſiderando tenuit aliter, & ita conſulit
Tob. Non. conſi. ſuo. 48 incipien. cum. Lu
douic. diſputans ad partes, & reſpondens
contrariis fundamentis, & ibi col. 7. uer. 3.
&



& vltimo refert, quod fere omnes Docto
res Peruſini ſunt ſequuti hanc opinionem
quorum conſiliā manuſcripta ſe oſtēdere
poſſe dicit, & fuerunt D. G. Pōtanus D. A.
rig. de Areguſis. & D. Stantius Flerortius
quos cognoui dū eſſem Peruſii de anno.
1549. Auditori ſub Reuerēdiſſimo Dom
no Ioan. Angelo de Medicis Mediolanen.
ibi Vicelegato, qui poſtea fuit Papa Pius
Quartus.

Horum opinio fundat̄ primo, quia di-
ſpoſitio ſtricti iuris, & correctoria iuris cō
munis loquens in dote dota non procedit
in promiſſa, ut per Paul. de Caſt. Alex. &
Iaſ. ī l. ſi donaturus §. 1. D. de cōd. cau. da.
Bal. Ruin. Rol. a Valle, & alios allegatos
per Non. conſilio 48. num. 9. ideo conſue
tudo Mart. limitās tex. in dicta l. dos à pa
tre, ut non procedat liberis extantibus, lo
18 quens in dote data † nō procedet in pro
miſſa, quia nō eſt extendenda vltra termi
nos in quibus loquitur, ut per Bartol. in l.
poſt dotem. nume. 30. D. ſolut. matrimo.
quod autem cōſuetudo Mart. loquatur in
dote data ſeu ſoluta clare demōſtrat. Nō.
ubi ſupra numero 10. & hȩc opinio, vt nō
procedat dicta conſuetudo in dote pro-
miſſa, ſuadetur ratione palpabili, & clara,
quia dos datur uiro propter onera matri-
monii l. dotis fructus. D. de iur. dot. l. pro
oneribus. C. eo. tit. onera autem matrimo
nii ſunt paſcere, ueſtire, & infirmam cura-
re uxorem, & illi matrimonialia obſequia
præſtare, vt volūt Doctor. in l. 1. D. ſolut.
matrimon. & in l. fi. cum dotem. §. ſin au-
tem in ſeuiſſimo. Ego mortua uxore ceſ-
ſant onera matrimonialia, & conſequen
ter dotis petitio a ceſſante ratione. l. adige
re §. quamuis. D. de iur. patr. cap. cum ceſ
ſante. de appellat. & quia res non eſt inte
gra, ſed deuenit ad eum caſum a quo inci
pere non poteſt. §. ex cōtrario. inſti. de le
ga. & ita vult. Alex dicto conſil. 67. libro
7. vbi vide Nec obſtat. quod vxor deceſſe
rit cum filiis, cum liberi non computent̄
inter onera matrimonii, nec propter libe
ros datur retētio dotis, ut inquit Impera-
tor ī l. unica. §. ſileat. C. de rei uxo. act. vbi
dicitur, quod ſtimulus charitatis parentes
ad liberorū educationē hortat̄, ergo, &c.
Confirmatur dicta concluſio ex eo,
19 † quod de cōſuetudine Mart. nō conſtat,
quod in dote promiſſa locū habuerit, &
maritus tenetur illam probare alias ſuc-
cumbit, & probari debet per pluriū actuū
frequentiā doct. in l. quibus. D. de legib.
Ang. in §. ex nō ſcripto inſt. de iur. natura.
Roch. Curt. in c. fi. de conſuetu. & pulchre
per Non dicto conſil. 48. num. 12. & ſeq.
Præterea ſi lex dat patri actionē, ut mor-
tua filia dos ad eum reuertatur. dict. l. dos
a patre, & in aliis iuribus per gloſſ. ibi co-
pioſè allegatis, a fortiori patri dāda eſt ex
ceptio, ut non ſoluat reſiduum dotis. l. ne
mo inuitus. §. cui damus. D. de re. iur. ubi
Cagnol. poſt Bal. dicit, ꝙ facilius dat̄ retē
tio quam actio. l. per retentionem. C. de
vſur. cōſiderandū eſt etiam, quod Impera
tor, & Iuriſconſul. ſtatuerunt mortua filia
dotem ad patrem reuerti, quia minus pa-
ter affligeretur perdendo filiam, & etiam
dotem, ideo uoluerunt, quod afflictus pa-
ter in uno releuaretur in alio, ut dicit Pō-
ponius in dicta l. iure ſuccurſum maximè
quia filii filiæ uocantur de iure communi
ad ſucceſſionē aui mortui conferendo do
tem maternam datam. l. illam. C. de col-
lat. & ſic non agitur de preiudicio ipſo-
rum, qui dotem inuenient in hæreditate
aui materni.

Et tenendo iſtam partem, quod opinio
Martini non procedat in dote promiſſa,
quoniam nulla mora interuenit, non ob-
ſtant, quæ in contrarium facere uidentur.
Et primo, quod diſpoſitio loquēs in dote
data procedit in promiſſa, quia reſpondet̄
id non procedere in materia ſtricta, ut eſt
ſtatutum, uel cōſuetudo, ut dicunt Doct.
in dicta l. ſi donaturus §. fi. conſuetudo au
tem Mart. procedit in dote ſoluta tantum
quia uenit ad interpretationē dictæ l. dos
a patre, q̄ loquitur in dote data, ergo non
habeat locum in promiſſa, ut bene cōclu-
dit Non. d. conſi. 48. col. 7. verſic. nec ob-
ſtant aducta in contrarium.
20 Secundo non obſtat, † ꝙ promittere
& dare a pari procedunt. l. fin. C. ad l. Fal-
cid. ubi hæres ſoluēs, uel promittēs ſolue-
re legata integra non deducit Falcidiam.
quia reſpondetur, ut ſupra, ꝙ non proce-
dat in materia ſtricta, ut per Nō. ubi ſupra
numero 29. Ego reſpondeo aliter, quod in
dicta l. fin. voluntas hȩredis declaratur ita
per promiſſionem, ſicut per ſolutionem,
quia eadem eſt ratio in utroque, & tantū
ualet promiſſio, quantū ſolutio, ſecus eſt
in

in caſu noſtro,ubi conſuetudo Martini re-
lata ad tex.dictæ l. dos a patre, loqtur in
dote data, & ideo nō procedit promiſſio
propter materiā ſtrictam,ut ſup. Præterea
ſi idem eſſet promittere. quod ſoluere in
caſu noſtro,ego diceretur ſatisfactum ma
rito,ut ulterius nō teneretur ſocer , quod
eſt abſurdum, ideo non dicēdum. l nam
abſurdum.D. de ope.libertor. cap.quem
admodum.de iureiu.

Tertio non obſtat authoritas nonnullo
rum Doctorum in contrarium allegatorū
videlicet Socy.Iun.conſi.35.libro.1. quia
ipſe mutauit ſententiam, & ſe correxit in
conſilio 114.numero 22.li.3.idem dicen-
dum eſt de Rol.a Valle,qui in tract.de lu-
cro. dot. q. 5.nu.7.& 9.allegat.Soc.dicto
conſi.35.ſimpliciter non dicendo, nec ſe-
quendus eſt Ruin.qui in conſi.225.col.2.
lib.5.perfunctorie hoc dicit non examinā
do;ideo ei non eſt credendū,ut dicit Cur.
Sen.in l.ſi quis maior.C de tranſac. nu.8.
& tradit.Soc.Iun.conſ.1.n.143.poſt Abb.
& Fulgoſ.quos allegat prout refert.Nō in
d.conſi.numero 8.Vlterius reſpondetur ,
quod alia opinio fulcitur authoritate plu
rium Doctorum, qui re , & numero præ
ponderant.

Quarto non obſtat, quod in inſtrumen
to dotali ſocer pro dote ꝓmiſerit ſoluere
3000.aureos genero præſenti,& ſtipulan
ti pro ſe,& hæredibus ſuis cū iuramento ,
quod præcisè obligat.c.debitores,& c.ad
noſtram.de iureiu. & Non vbi ſup. nu.7.
quia reſpondetᷓ hoc procedere ſi res eſſet
integra, & in eodem ſtatu quo erat tēpo-
re inſtrumenti durante matrimonio, ſed
nunc diſſoluto matrimonio non eſt tract.
de dote,quæ nō poteſt eſſe ſine matrimo
nio.l.3.D.de iu.pot.& l.fi.C.de dona.ante
nupt. quælibet enim diſpoſitio intelligitᷓ
rebus ſic ſtantibus.c.quemadmodum. §.
1.de iureiu.Bald & Saly.in l.fin.C. de nō
nu.pecu.Secundo reſpondetur, ꝙ cū dos
ad partē redire debeat mortua filia in ma
trimonio non obſtāte opinione Mar.quæ
non procedit in dote promiſſa, nullū ius
competit genero ex dicto inſtrumento ꝙ
ceſſat ceſſante matrimonio.

21 Quinto non obſtat,† quod gener pro
miſerit in caſum dotis reſtituēdæ reſtitue
re dictę Iuliæ, aut cui de iure debebit do-
tem, uel partē ſolutam , quo caſu uidetur
liberis d.Iulię reſtituenda,cum liberi de iu
re ſuccedant matri , authen. in ſucceſſio-
ne.C.de legit.hæred.quia reſpondetur, ꝙ
dicta promiſſio intelligitur, quando ſolu-
tum eſſet matrimonium per mortem ip-
ſius uiri,quod patet ex eo,quod ꝓmiſit re
ſtituere D.Iulię,& ſic pręſupponit, quod
ipſa eſſet ſuperſtes.Secundo reſpondetᷓ il-
la uerba cui de iure debebit important,ꝙ
reſtituatur D.Antonio ſocero. per dict.l.
dos a patre.ſaltem quo ad dotem nō ſolu
tam, ut patet ex pręmiſſis , cum in patre
nō ſoluta cōſuetudo Martini locū nō hēt.

22 Et ex præmiſſis uideᷓ † cōcludendum
generum agere non poſſe ſuo nomine,ta
men ſi ageretur nomine filiarū vti hære-
dum matris ex ſtipulatione , & promiſſio
ne facta de reſtituendo filiæ uideretur au
diendus,per Alex. in conſilio 67. libro. 7.
vbi ſemper uide.Tamen in præſenti caſu
ſtipulatio patris , & promiſſio mariti nihil
facit in propoſito, quia promiſit gener re
ſtituere filiæ totā dotem ſi totam habue-
rit,uel partem habitam, ergo habebit ius
in parte ſoluta tantum,non autem in pro
miſſa ad quam uir non tenetur.

Nec obſtat renūciatio filiæ de bonis pa
ternis,fraternis,& maternis mediante do
te,quo caſu uidetur dotē ſuccedere loco
legitimæ,quam moriendo trāſmiſit ad li-
beros.per Crau.conſilio 84.Magiſter An-
ſelmus.relatus a Cęſare de Viſilijs in ad-
dit.ad Afflict.deciſio.236.col.fin. quia re-
ſpōdetur,quod nulla apparet dos,ſeu bo-
na materna,& ſi cōſtaret aliqua fuiſſe nō
aſcendebant ad mille aureos,quorum, di
midia pars debita fuit D.Alexan.filio,& a
lia dimidia d.D.Iuliæ filiæ, quæ dimidia
nō excedēs 500. aureos iam eſt ſoluta,&
cōprehenſa in ſcutis 2500.D.Ioan.Marię
genero pſolutis,adeo,quod bona mater-
na non ſunt in conſideratione habenda ,
cum ſolutione eius , quod debetur tollatᷓ
omnis obligatio.inſt.quib.mod.toll.obli.
cum vulga. Quo uero ad legitimam iure
naturę dubitam aduertendum eſt , quod
plus ſolutum fuit genero pro dote quam
aſcendat legitima,cum iam ſoluerit D. A
genero ſcuta 2500.& ſic longe ultra legi-
timam portionem, q̄ in hoc caſu eſt quar
ta decima pars omnium bonorum præ di
cti.D.Antonij,qui habet ſeptem filios au
th.nouiſſima.C.de inoffi.teſtā. unde licet
bona



bona ipſius patri ualerent multum, legiti
ma filiæ eſſet ſolum 1500. ſcutorum , &
tamen 2500.habuit,& cōſequenter vltra
bona materna,& legitimam,ita quod reſi
duum dotis ſcutorum 1500.nō poteſt in
dictis bonis maternis nec legitima cōpre
hendi,ſed remanēt patri per d.l.dos a pa-
tre . Et ſic ex præmiſſis redditur clara cō
cluſio pro ſocero , & ſi foret dubia adhuc
pro eo iudicandum eſſet tanquam reo. l.
fi.D.de re iudi.cum vulga.

*Auguſtinus Molignatus.*

Correo ſoluente inſolidum per
ſententiam debitum cōmuni cre
ditori , an habeat regreſſum pro
releuio contra alios.

## DECISIO CXCI.

1 *Correus debendi ſoluens non uocato correo an poſſit ſolutum repetere pro rata.*
2 *Fideiuſſor quando habeat remedium diuiſionis contra alium fideiuſſorem.*
3 *Reus debendi obligatus ex cauſa neceſſaria ſoluendo totum petita correo liberationem ſecus ſi ex cauſa uoluntaria, & liberali, & nu.4.& 6.*
5 *Tex.in §.fi.inſti.de fideiuſſ.declaratur.*
7 *Tex.in l.in lege Falci.D.ad leg.Falcid. de-la ratur.*

DVO, vel plures rei debēdi
ꝓ extraneo amico cuidā
extraneo dotē ꝓmiſerūt
quilibet eorū inſolidum ,
quorum vnus iudicialiter
cōuentus , & cōdemnatus nō uocato cor-
reo,neq; poſtulata ceſſione a creditore in
1 tegram dotem ſoluit,quęrebatur† an poſ
ſet ab alijs correis portionem aliquā repe
tere. Et dubiū faciebat, quia iſti correi ex
illorum liberalitate nullo iure cogente ſe
obligauerāt,quo caſu ſoluens uidetur do-
nare,ideo repetere non poteſt ab alio cor
reo portionem aliquam,vulga.regu.iuris
cuius p errorem dati repetitio eſt,eius cō
ſulto dati donatio eſt , & non poteſt quis
abutēdo donare in præiudicium alterius
dicit Alex. in l. in lege Falci. hoc eſſe , D.
ad legem Falcid. & ꝓ hac opinione faci
tex.in §.fi.inſtitu. de fideiuſſ. ubi Impera-
tor conſtituit remedium diuiſionis ex ep
2 ſtola D.Adriani,ꝙ vult.habere locū, † ſi
unus ex fideiuſſoribus euocatus a credito
re in iudicio,ipſe aliorū correū fideiuſſo-
rem interpellet,ut pro dimidia eum rele-
uet,quod ſi non faciat,non habeat reme-
dium diuiſionis,uigilantibus enim , & nō
dormientibus iura ſubueniunt. l. Paulus ,
D. de his , quæ in frau. cred. Tertio pro
hac opinione allegabatur doct. Iac.de Ra
uen.quam ſequitur Bar.in l.reos in prin.
col.2.& in repet.l.1.alias.2.C. de duobus
reis.ubi in hac materia diſtinguit,ꝙ quan
3 do duo rei non ſunt ſocii,† ſi quidem obli
gant ſe ex cauſa neceſſaria, ut puta mutui
tunc unus ſoluendo pro alio repetit actio
ne mandati , ſi inuicem ſunt fideiuſſores ,
& ſi nō ſunt fideiuſſores actione negotio
rum geſtorum , ut eſt text. in d. l. aliàs 2.
C.de duob.re.ubi gl.magiſtralis,quæ ꝓce
dit etiamſi vnus ex correis ſpōte ſoluat. l.
ſi in rem.C.ſi cer.peta.ſi uero nihil ad eos
peruenit,ſed ſunt correi ex cauſa uolūta-
ria,& liberalitatis, (ut in noſtro caſu) tūc
unus,q ſoluit nihil repetit ab alia , p text.
in d.l.in l.Falc.D.ad l.Falc. & hanc doctri
nam ſequunᷓ fere omnes Doctores præ-
ſentim Anch.cōſ.261.quod donatio.col.
1.Matheſ.not.119.Bertac.ī§.rei uerſ.10.
Corn.conſ.123.col.2.in prin.li.1.Fulg.in
l.iur.uxoris.§.fi.D.ad Vell.Alex.in l. fi. ex
toto.§.1.D.de leg. & in l.ſi plures. col.1.
de pac.in l.diuortio.§ ſi uir.in fi. ſolu. ma
tri.Affl.deciſ.319.in fi.Ruin.cōſ 76.nu.5.
li.1. & communem dicit Chaſſan. in con
ſue.Burgun.rub.4.§. 11.quos citat Rōche
ga.in d.l.reos §.de duob.re.nu.47.& 48.
ubi per plures columnas hanc quæſtionē
examinat dicens eam eſſe communem ,
& ꝙ in iudicando durum eſſet ab ea rece
dere poſtquam ad hoc uentum eſt in hac
noſtrorum temporum calamitate , ut opi
niones ipſæ præiudicate ſint potiores ip
ſa veritate.

In cōtrarium allegabatur text.in d.l.2.
4 C.de duob.re.† & ibi glo.quæ ſimpliciter
loquitur dicit dari correo actionem ne
gotiorum geſtorum .Item,quia negari nō
poteſt iſtum qui ſoluit,liberaſſe alium cor
reum etiam inuitum.l.ſoluendo D.de ne
go. geſt. unde cū utiliter geſſerit alterius
nego-

negotium, & eũ a ſua obligatione liberaueiit, certe cõueniens eſt, & æquitati conſonum, ut poſſit repetere portionẽ a correo, quem liberauit, cum in facultate cie ditoris eſſet aduerſus illum etiã inſolidũ agere. dicta l. 2. C. de duob. re & tãto magis, qa uerißimiliter duo rei, q pro alio ſe obligãt, ita ſe obligãt ut unus alterũ ſaltẽ pro partẽ releuet, ut facilius ferat q̃ 1 m il tis portatur, & pro hac opinio ne tanquã æquiori tenet Bald. in dicta l. ſi in rem, & ſequitur Rip. in l. ſi ex toto. §. fi D de leg. 1. D. Crauet. in conſ. 77. ubi loquitur in terminis promiſſionis dotis Ronchegal. in d. l. reos, nume 47. & 48. cui magis crederẽ in hac materia duorum reorum, quã ſubtilius, & accuratius omnibus alijs diſcutit, & refert Modernum Pariſi. uirum doctiſſimum ita etiam tenuiſſe, & irridere illam doct. Barto. & Iacobi de Rau. Neque ego ſcio videre rationẽ diuerſitatis in propoſito iſto inter debitum contractum ex cauſa volũtaria, uel neceſſaria, cũ utroq; modo ſit debitum factum, & ſolui debeat, & quamuis ab initio obligatio fuerit uolũtaria, nihilominus ex poſt facto fit neceſſaria ac ſi fuiſſet a principio neceſſaria, vulg. l. ſicut. C. de act. & obliga. & iniquiſſimum eſſet, quod ſolus quis pro ſocio incommodum ſentiret, quem a lite redemit, quo circa miror admodũ unde Iacob. de Rau. & ſequaces hanc iniquam, & Chriſtiano nomine minime dignam opinationem, (ne dicam opinionem) adinuenerit, & in hãc ſententiã optime, videtur inclinaſſe Euerard. in conſi. 1. verſic. nec obſt. ubi facit diſtinctionem inter confideiuſſores, & correos, ut uni poſſint agere ſine ceſſione alij non.

Nec obſtabunt allegata in contrarium.

Et ad primum negatur hunc correum voluiſſe donare, qui debitum, ad quod cõpelli poterat uia iuris, ſoluit, donatio etenim eſt, eius quod nullo iure cogente conceditur, erat enim iure ciuili, & naturali obligatus ad ſoluendum actione ſtipulati quamuis enim omnes cõtractus ab initio ſint voluntarii, ex poſt facto cõtractu ſunt neceſſarii iux. vulgatum regu. quæ ab initio ſunt voluntas, &c. ut dixi ſupra.

Secundo non obſtat. §. fin. inſti. de fide
5 iuſſ. loquitur enim† de fideiuſſore ꝑ quo inuẽtum erat beneficium diuiſionis, quo iure Digeſtorum, & Codicis non competebat duobus reis. Bar in d. l. reos col. 1. q̃ non eſt illius impu ãdum, ſi coreus ſoluendo nõ eſt vſus remedio diuiſionis, ſibi nõ competẽtis valt uti remedio repetitionis ſibi a iure conceſſo, per dictam l. ſi in rem. & dictam. l. 2. C. de duob. reis. & l. 2. 1. D. de negot. geſt.

Tertio nõ obſtat dictum Iacob. & Bar. quorum doctrina uidet̃ communiter ab antiquis recepta, quia ut dixi contrarium tenent Bal. Rip. Crau. Pariſien. & Ronchegall. & tex. pro communi opinione allega
6 tus nihil probat, dicit enim, & † quod in pẽdenti eſt, ex cuius bonis inter correos detrahat̃ illud delitum ab eis promiſſum donec unus eorum ſoluerit, uno enim ſoluẽte ab eius bona detrahitur, quia debitũ exſoluit de ſuo ære, & patrimonio nec tex. ibi dicit q̃ nihil a correo repetere poſſit, ſed noluit Iuriſconſult. rem amplius in pendenti eſſe poſtquam vnus ſoluit, cõſiderans poſſe dubium eſſe, nunquid a correo facilis ſit exactio, & iterea nõ eſſe amplius æquum, quod res in pendenti ſit, &
7 ille text. valde † magiſtralis eſt. diſtinguit enim vtrum eſſent ſocij, uel ne cæterũ ſi non ſint ſocij generaliter loquitur, nec diſtinguit utrum ſint correi ex cauſa neceſſitatis uel liberalitatis, prout ſi id uoluiſſet diſtinguere potuiſſet, & ideo intellectus Iacobi Bar. & aliorum dicentium, quod intelligitur illa lex in cauſa libertatis, diuinatiuus, ut dicit Bald. in d. l. ſi rem, & reprehendit Bar. quod nimis in hac materia exaltauit uocem ſuam & ideo ipſe ibi aliter diſtinguit, & forte melius. Et ſi conſideremus liberalitatẽ, certe omnes fideiuſſores ſe obligant pro liberalitate, cũ tamen ad eos nihil peruenerit, & tamẽ illis particulariter D. Hadrianus prouidit, vt beneficium diuiſionis inter ſe ipſos haberent, vnde æquiſſima, & ſuſtentabilis uidetur opinio Bald. & Ronchegalli, & aliorum, vt bonus iudex ex circunſtantiis diſcernat utrum repetitio danda ſit, uel non, & cui bono res ceſſerit, cum enim duo rei ſtipulandi dicantur a re ipſa de qua agitur, dubium non eſt, quin ſi pecunia ad unum tã tum peruenerit & ille ſoluerit, non poſſe alium correum illud petere ſi uero is totũ ſoluit ad quẽ nihil ꝑuenit, poſſe id quod ſolui totum repetere, ſi vero ad vtrunq;

res



res preuenit, clara res eſt proportionabiliter ab alio portionẽ dari quod ſi ad neutrum res peruenit, & tamen ex unius ſolutione alter liberatur, ęquũ eſt, ut qui liberationis commodum ſentit, is etiam incõmodum ſolutionis ferat, uulg. regu l. ſecũdum naturam. de regu iur. Quare cum de hoc queſtio eſſet, Senatus totus congregatis caſſibus de more propter difficultatẽ articuli, re mature cõſiderata, reiecta, opinione Bar. ſequutus eſt opinionẽ Bal. & aliorum correum cõdemnãdo ad releuiũ in cauſa Villeſranchæ Referẽte Do. Senatore Guerillo. 1586. 24. Nouembr. Sed ui tentur iſtę ambages, & cõtentiones bene erit, ut ille correus, qui integraliter ſoluit curet a creditore cedi ſibi ius agẽdi aduerſus correum iuxta nota in l. Modeſtinus. ff. de ſolutio.

Dos congrua quomodo dici poſſit, & an frater ſororẽ alere, & dotate teneatur, & quid hoc caſu cõtribuere debet, Reſoluitur prę terea ſatis ardua queſtio an auth. res quæ habeat locũ in filiis nondũ conceptis, & plura ad materiam taxationis dotium.

## DECISIO CXCII.

1 *Dos filiæ debet eſſe cõgrua, et qualiter id ſit.*
2 *Dotata ſi a ſtatuto excludatur, debet tamen congruæ dotari uſque ad legitimam.*
3 *Dos ut cõgrua fiat, poſſunt capi bona ſubiecta fideicommiſſo, & feudalia. nu. 4.*
5 *Filia nõ obſtante renũtiatione poteſt agere ad ſupplementum congruæ dotis.*
6 *Dos mille aureorum an dicatur congrua.*
7 *Frater diues tenetur dotare ſororem inopẽ & etiam alere.*
8 *Tutores poſſunt cogi ad dandam congruã dotem filiæ*
9 *Frater tenetur etiam ad iocalia, & ueſtes maritando ſororem.*
10 *Patris uoluntas irrationabilis non eſt ſeruanda.*
11 *Auth res quæ, an habeat locum in filiabus nondum conceptis.*
12 *Teſtatoris uoluntas in teſtamento nullo eſt ſeruanda.*

DOTIVM taxa, & quantitas Illuſtrium. DD. ſororũ O. & V. de P. tũ a Sereniſſimo Duce. D om. meo, tũ a tutoribus nobis comiſſa (tã quã bonis uiri arbitrio, quod fieri neceſſe eſt, ut late ſcribit Menoch. de arbitr. iudi. caſu. 149.) non paruam recipit difficultatem ſtantibus teſtamentis, & claris uoluntatibus aui, & patris, ac Reuerendiſſimi Patrui iſtarũ filiarum, qui tam enixo animo fauẽt maſculinę agnationi, ut illas modica dote ſcutorum mille cõtẽtas eſſe uoluerunt. Et ad rei elucidatium primo præ
1 ſupponendum, eſt quod† dos filiæ debent eſſe competens, & congrua dignitati natalium, facultatibus, patris, uel aui dotantis & qualitati mariti, cui nubere conuenit, habita etiam ratione ad numerum liberorum patris, & ad conſuetudinem aliarum mulierũ in ea familia nuptarum, & regionis. quæ omnia colligũtur ex elegãti tex. in l. quero. D. de iure do. l. ſi filię pater. de legat. 3. Fulgoſ. conſilio 32. ex facto. uerſi. & notandum. Bal. nouell. de dot. quinta parte priuile. 16. columna octaua. Bru. de ſtatut. excluden. ſęm arti. 9. queſt. 1. num. 31. Cæphal. conſi. 751. nume. 11. Menoch dicto caſu. 149. nu. 38 & ſequen. Et non dicitur cõgrua dos, niſi ſit iuxta legitimã, & ideo ſi filia dotata excludatur a ſtatuto
2 debet † tamen congrue dotari uſq; ad legitimam Saly. Fulgoſ. & Iaſ. in authen. res quæ, cum aliis pluribus Doctorib. citatis per Tiraquel. in l. ſi unquã §. ſuſceperit liberos. nu. 110. C. de reuocan. donatio. & hoc etiam ſi dotaretur a patre, quamuis enim pater præſumatur legitime dotare, & tunc nõ ſoleat inſpici quãtitas patrimonii, ut dicit Deci. conſilio uigeſimoſexto. nume. 2. poſt. Caſtr. conſilio. 108. quod in nouis eſt conſi. 275. ſuper primo queſito. columna 3. numero 6 libro primo. Cur. Sen. conſilio 80. colum fina. Iaſ. conſ. 221. libro 2. Alexand. conſilio 121. lib. 6. Ruin. conſil. 27. & 34. libro. 3. præſertim ſi filia renunciat. Moder. Pariſ. ad Alexan. conſi. 69. libro 1. Tamen hoc limitatur quando ſtatutum municipale ulterius procedit diſponendo. quod talis filia ſit contenta dote a patre data, ita ut nihil aliud petere poſſit. Bal. i l. ſi. co. 2. C. de dot. ꝓmiſ. uer. ſed pone quod iſta filia. quem ſequitur. Decil. Sen. Ped. Par. j. E e Alex

Alexand.dicto conſilio 121.libro.6.Curt.
ſen.dicto conſilio 80.colum.fin. Iaſ.dicto
conſi.221.libro 2.qui dicit hoc ſeruari.de
conſuetudine, & hoc caſu ſi conſtaret de
magno exceſſu eſſet etiam augenda dos.
Brun.in cõſilio ſuo impreſſo poſt tract.de
ſtatut.exclud.fœmi.numero.4.Menoc.cõ
ſilio 251.per totum.& late per Dominũ
Ozaſcum conſ 76.numer.23. referens iu
dicatum per Senatũ hoc caſu,ut dos redu
ceretur ad congruitatem nõ obſtan. ſtatu
to fœminarũ excluſiuo.Neque enim mu
lier dotata dicitur,ſi ei data dote congruẽ
ti.Natt.conſi.37.nu.4.

Ampliatur hoc præſuppoſitum,ut ſi in
ſpecta dignitate natalium,& familiæ, legi
tima patris,uel aui nõ ſufficiat ad dotan
dam filiã poſſint etiam capi alia bona ul-
3 tra legitimã,etiam quod ſint ſubiecta † fi-
deicommiſſo a uiro,tex. eſt apertus in au
th.res quę.C.cõmun.de fideicõ.& clarius
in corpore unde ſumit.§.quã ob rẽ.auth.
de reſtitut.ubi Imperator cõſiderat fauẽ
dum potius eſſe dotibus quam fideicom
miſſis.Fulgoſ.dicto conſi. 32. col.2. uerſi
culo,ſed tamẽ.Bar.Nouell.de priuile.dot.
Priuile.17.pa.5.colum.8 uerſiculo tertio
ad qualitatem,& ubi deficerent allodia
4 lia,talis dos† in feudalibus cõſtituti poſſet
ſi illa legitima non ſit ſufficiens ad dotan-
dum,& hoc uirtute decretorũ antiquorũ
Sabaud.libro.6.& 8.Yolant.& Blancæ,&
ita etiam circũſcriptis decretis in iſtis ter
minis loquens de iure communi cõſuluit
Abb.conſilio 12.in 7.dubio. ubi loquitur
in cauſa Iohann.Ducis Aragoniæ. ſubdẽs,
quod licet primogeniti ſuccedant in Co-
mitatu,& Baronia, non tamẽ debent alij
filii mẽdicare,& filiæ indotatæ remanere
& ut inquit Terentius acu, & tela, aut ꝙ
peius eſt turpi quæſtu uictũ quęrere.poſt
Hoſtien.& Ioan.And.in capi. licet. §. fin.
de uoto.

Ampliatur præterea etiamſi filia acce-
ptaſſet legatũ dotis, de quo pater iuſſerat
eſſe cõtentã & renunciaſſet reliquæ heræ
5 ditati:nam adhuc† poſſet agere ad ſupple
mentum congruę dotis Bal. Nouell.dicta
part.5.priuile.17.uerſiculo item ſi pater.
poſt Caſtren.in conſilio incipiente, licet
iſta Domina Lyſa.quod in nouis eſt ſub
numero.83.& reperitur numero. 265. li-
bro 1.de quo tamen ego dubitarem ſtãte

iuramento,propter ius canonicum.

Ex quibus infertur,quod cũ auus filia
rũ de quibus agitur teneretur dotare ne
ptes iuxta l.dedit dotẽ.D.de collat.bono.
per quem ita dicit Bar. & Doctores.in l.
1.ſol.matrimon.ubi Rip.nume.64. & poſ
ſideret in bonis tempore teſtamenti pluſ
quã 80.mille aureos, ẽt inſpecto nume. li
berorum dos mille aureorum nõ erat cõ
grua, & exceſſiue grauantur filiæ in hac
parua dote, unde reducenda erit ad con-
gruitatem habita etiam ratione illius do-
tis,quam ipſe auus dedit propriæ filiæ iã
annis 30.quo tempore multo exiguiores
dabantur dotes nobilibus mulierib. quã
conſuetudinem auitam in hoc caſu atten
dendam eſſe dicit Fulgoſ. dicto conſilio
32.uerſiculo,& notãdum.Cepha.conſilio
668.nume.3.Infertur præterea,quod dos
aſſignata a patre eo præſertim tempore
quo.carebat filiis maſculis etiam incon
grua dicitur, & ad idoneam dotem redu
cenda.

6 Nec obſtat ſi dicatur,quod † dos mille
aureorum eſt digna magno comitte,ut di
cit Dec.dicto conſilio.26.colum.2.in fin.
Cephal.conſil.665. numer. 25. poſt Bal.
& Fulgoſ.per eum relatos,quoniam hæc
ętas aliam uitam,& alios mores poſtulat,
ut ait Comicus, & pretia rerum ex quali
tate temporum mutantur, & ex cõmuni
uſu.l.pretia rerum.D.ad l. Falcid.nunc e-
nim dos mille aureorum datur cuilibet e-
tiam ignobili,& pauperi mulieri, & quod
dignitas,& qualitas temporis inſpiciatur,
dicit tex.in l.ſi.quis. §.ęquum. D. de reli.
& pulchre in iſtis terminis dotium decla
rat Simon de Præt.conſ.90.in fin.

Præſuponitur ulterius uerũ eſſe in iu-
7 re,quod frater diues tenẽtur† dotare ſoro
rem inopem ex utroque parente natam.
gloſſ.Cyn.Bal. Sali.et alii in l.non omni.
C.de adminiſtra.tutor.per tex.in l.cũ plu
res.§.cum tutor.de adminiſtrat.tutor.ubi
ex illo text.hoc notat Bar.et ſequũtur cõ
muniter Doctores,ut dicit Alex,in l.1. ſo
lu.matrimo.et ibi Iaſ.numer.29 qui dicit
ita ab omnibus teneri,et quod eſt ipſa ue
ritas,et communem dicit Rip.ibi numer.
83.ſequitur.Guid.Pap. queſt.439. nume.
7.Nata.conſilio 401. numero 4.li.2.et fir
* mauit Senatus ita indicando in cauſa Li
gnanæ.Vercellẽ.1588.27.Setẽbris,quod





procedit etiamſi filia alia bona habeat,vel
legitimam non ſufficientem, debet enim
tunc frater de proprio vendere vt illã do-
tet.Ita in terminis decidit Abb.dict. conſi
lio.12.colum.in 7.dubio.Et etiam in ali-
mentis, quia illa fratres diues inopi ſorori
ſubminiſtrare tenetur,vt per Guid. Pap.d.
* quæſt.339.num.7.& cenſuit Senatus in ſu
pradicta cauſa Lignane.

Et quamuis frater ſit pupillus, poſſunt
8 tamen cogi tutores ad congruam† dotem
conſtituendam.l.1.§.1.in fin.D. de tutel.
& ratio diſtrah.& quamuis ibi videatur re
quiri decretum iudicis,tamen ille text.in
telligendus eſt ad abondantem, vt dicit
Gofred.ibi per l. qui filium in fin. D. vbi
pupil.educa.deb.vbi etiam ſine decreto iu
dicis recedit a voluntate paterna ex iuſta
cauſa. Nec enim iſtæ filiæ dicuntur poſſe
nubere ex dote aſſignata,ſi congrue,& ex
dignitate non nubunt.l.nepos proculo.de
verborum ſignificat.Luc.de Pen.in l.fina.
colum.quarta.in fin.C.de exactorib.tribu
tor.

Et hæc tanto magis procedunt ſtãte ſta
tuto quod filiæ fœminæ non ſuccedãt ſtã
tibus maſculis,tales enim maſculi,q hanc
commoditatem a ſtatuto conſequuntur,
debent de congrua dote mulieri prouide
re,& hoc adeo uerum eſt, vt etiamſi filia
iuſte eſſet à patre exhæredata, ita vt non
poſſet aliquid petere, & habere ex patris
bonis,tamen frater tenetur dotare. Bald.
Nouell.dicta par.6.priuileg.16.colum. 3.
cir.fin.Neque ſolum dotẽ filiæ tradere fra
tres,vel illorum tutores tenẽtur, ſed etiã
vltra dotes a patre, vel auo relictas alia,
9 quæ ad dotem addũtur ſubminiſtrare, &
exhibere debebunt, vt veſtes† & iocalia.
quæ ſponſis dantur,& quæ in teſtamẽtis.
aui,& patris non relinquuntur.l.qui filiũ.
D.vbi pupill educa.deb.vbi ſi pater ducẽ
ta tantum filiæ legaſſet,& nihil aliud, ta-
men tutor conſequi poterit etiam alimen
ta,& alias expenſas factas circa eruditio-
nem filiarum.

Nec obſtabit in caſu noſtro, quod fra-
tres ac plus non teneantur quam ab auo,
& patre iſtarum filiarum ſtatutum ſit, cũ
illorum volũtas ſit ſeruanda, quia hoc nõ
10 eſt verum † ubi irrationabilis circa filias
voluntas ſit l.2. in fin. vbi pupill. educa.
deb.& l. 3.§.quãuis,de adminiſtrat.tutor.

& impeditiua honeſtarum nuptiarũ, quo
rum fauor publicus eſt.Quo circa laudan
da eſt Nicientium cõſuetudo, ſolẽt enim
patres debiliori ſexui conſulentes totã eo
rum ſubſtantiam filiabus pro earum doti
bus aſſignare,maſculis vero parum,vel ni
hil relinquere,qui ſua induſtria, & labore
ſibi ipſis prouidere poſſit,iuxta illud.

*Currit mercator ad indos,*
*Per mare pauperiem fugiens per*
*ſaxa per ignes.*

Nec etiam poteſt auus,vel pater prohi
bere,quin pro dotibus capiatur fideicom
miſſum,vt per Cephal.conſi.683.num.9.

Nec etiam obſtabit quo ad capiendam
dotem ſuper bonis fideicommiſſo ſubie-
ctis,quod dicit Alciat.cõſilio.640.a Peril-
luſtr.& Reuerendiſſimo Domino meo in
11 hac cauſa allegatus,quod† authen.res quę
non habet locum in filijs nondum conce
ptis.quę ſententia ſecundum Alciat. non
habet contradicentem,imo cum eo tenet
Menoch.conſilio.132.Burſa.180.numero
19.Pariſ.conſilio.64.numero 46.libr.2. &
Marzar.in Epito.fideicommiſſor. quæſti.
48.in fi.dicens ita iudicatum per Rotam
Florentinam.Didac.uariarum reſol.lib.3.
cap.6.in fina. verſicul. illud tamen quia
forte illa opinio Alciat.de iure non proce
dit.& quamuis Alciat. dicat non reperire
contradicentem,tamen Didac.dicto cap.
6.allegat multos, qui contrariũ tenuerũt,
& alios multos citat,& ſequitur P. Anto-
nius de Petra.in tract.de fideicommiſſ.ca
pit.8.numero 394.& ita iudicatum in Ro
ta Lucẽ.dicit vt dicere eſt per Ioſeph.Lu-
dou.deciſio.Lucan.28 numero 96. Ioan.
de Anan.conſilio.61.tertio dubio. Rimi-
nald.ſen.conſilio.144.D.Lucretio libro 2.
& hanc opinionẽ contra Alciat.poſt mul-
* tam diſputationem tenuit Senatus noſter
Pedemontanus in cauſa Vercellen. Ni
gri contra tertios poſſeſſores. 1589. 28.
Aprilis Referente D. Senatore Craueta,
quamuis ipſe multis argutis rationibus
pro Alciati ſententia teneret, Et præſer-
tim in caſu noſtro procederet hæc opinio
contra Alciat.quando quidem iſtarũ filia
rum auus mentionem fecit,& illas habuit
in conſideratione.Præterea videtur opin.

Alciat .cõtra tex.in §. quamobrem,authe. de reſtit.vnde dicta auth. res quæ. deſumpta fuit,vbi indiſtinctè loquitur. Imperator de filiabus dotandis de bonis,fideicõmiſſo ſubiectis,& ratio in illo tex. expreſſa tam ad conceptas quam non cõceptas refertur,vnde & illius diſpoſitio.Nec me mouet ratio a Didaco allegata, quia ſi ea vera eſſet in totũ ceſſaret diſpoſitio dictæ auth.cum pater poſſit de bonis ſuis diſponere pro libito voluntatis,& ea proiicere in mari,vt dicit Bal.in proœm.C colu.3. uerſiculo iam hoc quæro, quod notandũ. ſubiicit Dec.conſi.557.numero ſeptimo. Facit etiam quia publicum ius, & vtilitas dotandi filias præfertur priuatæ, & ambitioſæ diſpoſitioni fideicommiſſorum , ad nota.in l.prima.D.ſolu.matrim.Nec procederet in bonis feudalibus,ſtante diſpoſitione decreti loquentis etiam indiſtinctè tã de cõceptis quam non conceptis, quia bona feudalia videntur ſtrictioris,naturę quam fideicommiſſa.

2 His accedit, quod† teſtamentum patris licet nullum voluntatem tamen patris declarat,vt eſt tex.in l.fi.D.de reb.eo.vbi dicitur tutores debere ſequi uoluntatem teſtatoris,de qua conſtat in teſtamento nullo.Ideo cum pater in teſtamẽto legauerit mille ſuper bonis ſuis,non videtur intellexiſſe de aliis mille ab auo legatis, cum diuerſum fuerit vtriuſque patrimonium, & tanto magis,vt enitetur abſurdum, quod ſequeretur de incongruitate dotium , de quibus ſupra dixi.

Quibus ſtantibus , & pro veris pręſuppoſitis veniendo ad taxam mihi commiſſam exiſtimaui declaran. attentis ſtatutis,
* & teſtamentis,& ratificationibus productis,nullum quidẽ ius in hæreditatibus patrui magni , vel aui ſpectare iſtis filiabus, uerum arbitrio boni uiri , iuxta dictam l. quæro.& l.ſi filiæ pater.de leg.3.& Doct. ſup.citatos reducẽdas eſſe dotes ipſarũ filiarũ ad aureos tres mille ꝑ qualibet,quorum mille capiantur in bonis aui , & reliqua duo milia ſoluãtur per fratrem incluſis mille a patre legatis , & ulterius in neceſſarium conſequens ſoluantur etiã addimẽta ad dotes,quæ ſunt veſtes,iocalia, & expenſæ nuptiarum , quas arbitratus ſum ad aureos quinquentos.Quę omnis pecunia primo capiatur in bonis allodialibus ſi eſtant fideicommiſſo non ſubiectis, deinde ſuper bonis ipſis fideicõmiſſo ſubiectis,vel feudalibus,& ad abundantẽ cautelam,cum hęc fiant contra voluntatem parentum,vt cautum magis ſit tutoribus,requirendam eſſe authoritatem, & decretũ Principis,iuxta l.ſi plures.§.quãuis. D.de adminiſtrat.tutor.Et quamuis iſtæ dotes trium millium aureorum vix congruant iſtis temporibus attenta qualitate, & dignitate perſonarũ,& bonorum,nihilominus ſatis vnaqueq; dici poteſt cõgrua eo inſpecto,quod iſtæ filiæ poſſunt etiam ſupplemẽtum capere in dotibus & bonis maternis,quam conſiderationem habuit
* Senatus ſuperioribus annis in dotandis filiabus Dom.Fulguis Scalẽgiarũ Condñi.

Obligatio generalis an cõprehendat bona hypothecari prohibita,ita vt ſequuta hypotheca generali hæres amittat bona ſibi ſub hac conditione relicta.

## DECISIO CXCIII.

1 *Generalis hypotheca facta ſuper omnibus bonis an comprehendat hypothecari prohibita,& n.2.*

3 *Interpretatio inducens delictum,& priuationem alicuius rei fugienda eſt.*

TESTATOR prohibuit ne hæres bona alienaret aut hypothecaret , q̃ ſi id faceret,priuabat cũ ſua hæreditate,& vocabat alios. Hæres in quadã obligatione hypothecauit oĩa bona ſua cum clauſula cõſtituti in forma,quęſitum fuit an locus eſſet
1 † priuationi hæreditatis,Et cõtra hæredem allegabantur.Marſil.in rub. de fideiuſſorib. quæſt.27.num.194.Iaſ.conſi.124.colum. 5.lib.4.item allegabatur, quod paria sũt, quid fieri in genere,uel in ſpecie, & ideo obligatio,uel hypotheca generalis non ſolum cõprehendit omnia bona præſentia, ſed etiam futura,l.fi.C.quæ res pign.& q̃ totũ dicit nihil excipit.c.ſolitæ.§. nos autem.in fi.de maior.& obedien.& idẽ operatus genus in ſuo genere, quod quęlibet ſpecies in ſua ſpecie . Sed in fauorem.





2 † hæredis dicebatur, quod in ea generali, obligationi non intelligebãtur ea bona, quæ erant hypothecari prohibita,ita Bar. in l.codicillis.§.inſtituta.num.5.de leg.2. Alex.conſi.10.nume.10 & conſil. 20. nu. 9.lib.5.Neguſ. pignoribus. par.2.memb. 2.nume.29.Clar.in §.Feudum. quęſt.31. verſiculo propoſito.ſic enim in feudo dicimus bona feudalia in generali bonorũ obligatione non comprehenditur per Neguſan.dicto memb.2. ſecundę par.principalis.n.43.

Nec obſtãt adducta in oppoſitũ,quia Marſil.& alij,qui dicunt contrarium, non loquũtur in his terminis generalis hypothecæ acceſſoriæ ad aliam obligationem poteſt enim verificari in hypotheca in bonis futuris.dicta l.fi.C. q̃ res pig. & omnis
3 † interpretatio ſiniſtra , & priuationem ac delictum inducens fugienda eſt, quando uerba in aliquo caſu poſſunt verificari, ꝑ vt in caſu iſto,ubi poſſunt, verificari hypothecę in bonis acquirẽdis,durum enim eſſet,quod is,qui non habet alia bona , quã ſubiecta,non poſſit ſe ac bona ſua futura obligare,& ſaltem in obligatione ueniẽt fructus illorum bonorum fideicommiſſo ſubiectorũ ,prout in ſimili dicimus, quod uaſſallus,qui bona hypothecauit,licet nõ intelligantur feudalia, vt ſupra dicebam, tamen ſi nihil aliud habet,fiet ſaltem executio in fructibus eius vita durante argumento l.ſtatius. Florus.§. cornelio Felici. D.de iure fiſc. ex quibus uidetur in caſu iſto non eſſe tutam ,ſed valde rigoroſam opinionem Iaſ.& Marſi.in locis ſupracitatis nec eſſe ex tali generali obligatione priuandum hæredem, niſi ad ſpecialem hypothecam bonorum prohibitorum ſcienter deueniſſet.Nec etiam obſtat ratio generalis hypothecæ,quia illa regula procedit,quando omnia poſſunt hypothecari, tunc enim omnia veniunt , ſecus quando deficit potentia per ſupradicta,& cum hac opinione in fauorem hæredis tranſiuit
* Senatus in quadam Taurinenſ. Referente Dom. Senatore Ozaſco. 1587. ſecunda Martij.

Executio,quæ fit in odiũ debitoris ad formã decreti.Sabaudiæ cũ tertio pluris,an poſſit fieri eo modo in odium fideicõmiſſarii.

## DECISIO CXCIIII.

1 *Decretum Sabaud.ſuper leuatione bonorũ cum tertio pluris an procedat in odium ſideicommiſſarij.& nu.3.*

2 *Subſtituti citatio non requiritur in cauſa contra hæredem mota.*

4 *Decretum Sabaud.de tertio pluris concernit fauorem creditoris.*

5 *Sententia nocet ſubſtituto non uocato.*

MARITVS legat vxori dotes ſuas, & ulterius aureos mille, & bona omnia fideicommiſſo ſubiecit , hærede non ſoluente fuit condemnatus , & proceſſum ad executionem , quę fuit facta in bonis fideicommiſſo ſubiectis cum tertio pluri iuxta formam nouorum decre-
8 torũ.Fideicommiſſarius† vult repetere illud tertium pluris allegando , quod illud datur creditori in odium debitoris contumacis,& ſic mora,& contumacia hæredis non debet nocere fideicommiſſario.l.mulier.§.ſed enim.ff.ad S.C.Trebel. cũ alijs vulgatis.Pro muliere vero allegabatur q̃ acta erant facta iuxta formam decretorũ
2 neque erat neceſſaria † citatio fideicommiſſarij. Bart.in l.in diem.numero primo verſiculo. ſecus in iudiciali.ff.de aqu. plu. arcen.Ruin.conſilio.19.in fi.lib.2.& conſilio.106.nume.8.lib.3.Gabiell. de citat. conclu.1.limitat.9.& in terminis tex.in l. filiusfamilias.§.diui.in fi.ff. de lega.1. Nec obſtat.l peto.§.prædium. ff lega. 2. quia procedit,quãdo alienatio fit , vt ſoluatur creditoribus hęredis ſecus , in creditorib. teſtatoris , tũc enim irreuocabiliter tenet vt per Crott.in dicto.§.diui.num.36.nec etiã videtur obſtare , quod hæc alienatio dicatur volũtaria ex his, quę dicit Craue. in reſpon.pro genero nume. 44.iuncta l. fi.§.ſi autem ſub conditione. C.commu. de legat.quia reſpondetur,quod ex parte creditoris non eſt voluntaria alienatio, quia inuitus cogitur accipere,& illa l.vltima procedit in emptore merè voluntario dicto.§.diui.in fi.& dicto.§.ſi autem,repetitio enim non eſt ab eo , qui ſuum recepit l.repetitio.ff.de condict. indeb. & adhoc etiam facit,quod dicit Albe.de ſtatu. par.2.quæſt.2.nu.2. quod ſtatutum prohibens alienari forenſem non habet lo-

cum in alienatione iudiciali & neceſſaria.
Nec etiam obſtat,quod uelit fideicom
miſſarius reuocare hęc bona tanquam ſe
cundus,creditor oblato debito,iux.l.2.C.
ſi antiq.cred.ut ĩ ſimili caſu dicit Do.Oz.
3 deciſ.135.quia non eſt† uere creditor ſed
potius debitor,cũ ſuccedat in locum hę-
redis.§.reſtitu.in fi.inſt. de fideicommiſſ.
hæred.& illi reſtituitur hęreditas deducto
eo quod æris alieni nomine ſolutũ eſt. l.
in impo nenda.C.ad l.Fal.Grau.conſ.298
nu.10. Præterea ſequerẽtur multa abſur-
da.Primo, quod hæc executio ſtare in ſu-
ſp enſo contra l.actus legitimi de regu.iu.
Secundo,ꝙ teſtato poſſet fideicõmmittẽ
do creditori nocere.cõtra l.filiusfam.§.di
ui.de leg.1.Tertio,quod ex perſona ſuceſ
ſoris mutaretur forma obligationis cõtra
l.2.§.ex his igitur.D.de uer. oblig. & l. fi.
§.licentia.C.de iu.delib.Quarto, quod eſ-
ſet arbitrariũ ſubſtituto reuocare ſubha-
ſtationem ſi uideatur ſibi lucroſum, con-
tra l.penul.C de ſolut.
4 His accedat, quod† decretum illud de
tertio pluri nõ eſt factum, in odium debi
tore,ſed in fauorem creditori, ut euiten-
tur diſpendia quæ patitur capiendo aliud
pro alio contra.l.2.in prin.D.ſi cert. pet.
& quia tenetur expectare ſex mẽſes debi
torẽ uolentẽ redimere, & alia. quæ poſui
ſupra deciſ.158.quę rationes cũ militent
in caſu iſto,militare etiã debet diſpoſitio
& cui nocet ſententia, nocere etiã debet
5 executio, † ſententia autem nec ſubſtitu
to non uocato.Rip.in d.§.diui.nu.60. Di
da.pract.q.c.13.nu.6.ergo,&c. & ius offe
rendi non nocet niſi creditori hipotheca
rio.l. cum tibi. C. potior. l. nullus. C. de
ſolu.Crau.d.conſi.298.nu.3.
ad allegata in contrarium reſpondeba
tur non conſtare de mora hæredis,qui in
hæreditate nõ reperit pecuniam item da
to,quod eſſet in mora & culpa, illa nõ de
bet nocere fideicommiſſario.cum mora.
unius nõ debeat alteri nocere,& tãto ma
gis in hoc caſu res uidebatur clara, cũ ra
tione dotium mulier eſſet prior in tẽpo
re habebatq; hypothecam in illis bonis fi
deicõmiſſo ſubiectis, ratione uero legati
erat ẽt anterior,cum legatum ſuũ eſſet pu
rum fideicommiſſum aũt ſub conditione.
Ex quibus cenſuit Senatus totus nõ eſ
ſe ſubſtituto conced endum reuocationẽ
illius tertiis pluris, ſed manutenendã mu
lierem in boni de gagio læuatis, reparata
ſententia eiuſdem Senatus corã una Ca-
mera.qui aliter in prima inſtantia iudica
uerat 1587. die Martii, in cauſa Ferrarii,
& Maloperæ,referente Domin.Senatore
Goueano.

## Statutũ de dote per maritũ lucrãda an habeat locum in iocalibus,& paraphernalibus,ita ut illa cum dotis parte mariti cõmodo cedant.

### *DECISIO CXCV.*

1 *Lucrum dotis an ad iocalia,et paraphernalia extendatur.& nu.4.*
2 *Statutum cõtra ius ſtricte interpretari debet.*
3 *Dos datur propter onera matrimonij.*
5 *Vectes, & mobilio dicuntur additamenta ad Dotem.*
6 *Maritus an plus iuris habeat in dote,quã ueſtibus,& iocalibus uxoris.*
7 *Statutum de lucro dotis procedit in iocalibus & corredo non in paraphernalibus magni ualoris,& immobilibus.*
8 *Maritus ſi lucratur dotem uigore cõſuetudinis an lucratur iocaliorum, & corredi partem.*

CVM alias dixerimus mari-
tum, uel generali conſue-
tudine, uel ut plurimũ ex
decreto.l. municipalis me
dietate dotis mortua uxo
1 re lucrari ſuper deciſ.183.dubitari poſſet
an huiuſmodi lucrum ad iocalia, & para-
phernalia extendi poſſit, & ad alia, quæ
dantur a patre ſeu aliis,quãdo ſpõſa duci
tur ad domum mariti. Et quidem dubia,
& difficilis eſt quæſtio,Nã quod maritus
non lucretur niſi dotem, uel eius partem
cætera autẽ omnia reſtituatur hæredibus
uxoris ſuadent infraſcripta.
Primo,quod ſtatutum hoc uti corecto
rium Iuris communis,uulga.regu.l. dos a
patre.C.ſolu matr ſtricte interpretari† de
2 bel.3 § hæc uerba.D.de nego.geſt.l.con-
ſtitutionib. D. ad muni. & interminis hu
ius ſtatuti Rol.de luc.dot.q.2. nec extẽdit





ẽx indentitate, uel maiori rõnis authen.
Quas actiones.C.de ſacroſa.eccl.& pactũ
factũ ſuper principali non trahitur ad ac
ceſſoria.Deci.in c.translato.col.2.de cõſti
tu.& hoc argumento utitur Socin. iun.
conſi.93.nu.6.lib.1.
Secũdo,ꝙ maritus maius habet ius in
dote cũ in ea ſit dñs.l.doce ancillã. C. de
fur.in aliis uero nõ habet ẽt vſumfructũ,
ut alias dixi.l.pe.C.de pac.cõuen.l.ſi ego.
§.pen.D.de iu.dot.Dec.conſ.521.n.3. er
go non ualet argumẽtum de dote ad alia
bona ſicut nec argumentum a maiori ad
minus affirmatiue.
3 Tertiò,ſicut dos† daĩ ꝓpter onera ma
trimonij l.ꝓ oneribus.C.de iu.pot. ita ſta
tutum de dote lucrãda vr̃ factum, ut one
ribꝰ a marito in matrimonio paſſis ſubue
niatur,ut dic.Rol.in d.tract.de luc.do.cæ
tera autem bona ideo dãtur,ut in totum
ſint uxoris,& ſine tali onere d.l.ſi ego. §.
pẽ.Caſt.conſ.428.uiſo caſu.li.2.unde ceſ
ſat in eis ratio ſtatuti, & conſequenter il
lius diſpoſitio.c.cum ceſſante.de appel.
Quartò pro hac opinione adduciĩ au-
thoritates magnorũ doctorum,nã ita te-
nuit Caga.in l.cum principalib. D. de re-
gu.iu.qui dicit ita fuiſſe obſeruatum in ci
uitate Vercellarum, ubi uiget ſtatutũ de
dote lucranda, de quo alias ſcripſimus &
D.præceptor meus Soc.iun.conſi.93.nu.
6.lib.1.& ex ſup.relatis,& alijs rationibus
idem firmat Reuerẽdiſſi.Do Molignarus
Vercell.in ſuis quiſquil. manuſcri. c.492.
ubi reſpondet ad Ioa.de Anan.& alios do
ctores tenentes contrarium.
Pro cõtraria uero opinione, ꝙ maritus
lucretur non tamen partem dotis ſed ẽt
4 iocalium & aliorum bonorũ† pharapher
nalium adducitur tex. in terminis in l.in-
ter ſocerum.§.cùm inter.D.de pact.dot.
ubi dicitur, quod pactũ de lucro dotis ha
bet locum in eo quod datur additamenti
cauſa:ea autem, quæ dantur a patre ſpon
5 ſæ preſertim uero ueſtes, †& alia mobilia
nulli dubium,quod ſunt additamenta ad
dotem,ut ſponſa magis cõgruè nubat, &
ſi hæc nõ darentur,tanto minor eſſe dos.
Caſt.in l.cùm pater.§.pater filiæ.nu.2.de
leg.3.& cũ ſint acceſſoria dotis debent iu
dicari prout de ipſa dote.Ale.cõſi.27.nu
me.10.lib.5.& conſi.127.nu.23.lib.6. & 6
hoc argumẽto per dictum tex. utitur Flo
ria.in l Pompo.Philadelphus.col.2. uerſi.
quod autem.D.famil.erciſc.
Secundò facit,quod ſi ſtatutum diſpo
nit,quod filia poſſit de dote, teſtari intel-
ligitur, quod ẽt poſſit teſtari de coffanis,
per rationes quas in terminis allegat Ioã.
de Anan.conſi.36.& ibi Bologn.& arguit
Rol.de lucro do.q.50.nu.4.
Tertio mouet.conſ.Ale.27.uol.5. col.
pen.in fi.ubi uult,quod iocalia,& bona pa
raphernalia,quæ dantur per patrem filiæ
tẽpore nuptiarum, & cauſa matrimonij
ſecundum cõſuetudinẽ patriæ ſint de ap-
pendiciis,& acceſſoriis dotis, & de eis ꝑ
ut de dote iudicetur.
Quartò adducebatur, quod nos ualde
priuilegiata eſt,& reputaĩ propriũ patri-
moniũ filiæ,& in eius alienatione lex ma
gis ſtrictè procedit quã in aliis bonis non
dotalibus,toto tit.D.& C.de fundo dota.
ideo ſi ſtatutum uult,quod maritus lucre
tur res dotales ita priuilegiatas tanto ma
gis dicendum erit, idem bonis extra do-
talibus.
Quintò facit ꝙ appellatione dotis puel
lę uenit non ſolum dos, quæ in pecunia
conſiſtit,ſed etiam alia non ſolum corpo
ris,ſed animi ornamentum,iuxta illud.
*Qu dos matronis pulcherrima uita pudica*
Et dos dicitur eſſe,quod ad ipſam mulie
rẽ pertinet l.2.§.dotes.D.de fun.inſtruct.
Sextò hanc opinionem uti ueriorẽ, &
æquiorem tenuerunt Rolã.qui ex ꝓfeſſo
hanc quæſtionẽ examinat in ſuo tract.de
lucr.dot. qõ 50. cuius autoritatem ꝑſer-
tim ĩ hac materia adeo diligẽter ab eo di
ſcuſſa, plurimi facio,& eũ ſequitur Pha-
nuc.de lucr.dot.ĩ uerbo dotis,& corredo
rum.nu 1.poſt Curt.Iun. conſi.129. qui-
bus ſi addamus Caſtr.in d.l.cum pater. §.
pater filiæ.& Alex.in allegatis conſ.27.&
117.Io.de Anan.cõſi.36.& ibi Bologn.&
Floria.in dicta l. Pomp. Philadelphus qui
dicunt,quòd hæc ſunt appẽditia dotis, &
de eis iudicatur, ut de dote ẽt in caſu ſta-
tuti loquẽtis de dote, perfecte uidebitur
hæc opinio crebrior, & magis recepta ꝓ
qua etiam uidetur tenere Zabarell.conſ.
111.col.2.uerſi.ſecundum quæſitum.
Ad allegata in cõtrarium reſpõdet idẽ
Roland.ad quem breuitatis cauſa me re
mitto.Nec uerum eſt, quòd minus † iu-
ris maritus habeat in iſtis ueſtibꝰ, & ioca

libus,quàm in dote,nam & ſi earum non ſit dominus,tamẽ ſi vxor uiuit,& illa conſumit,talis cõſumptio cedit lucro uiri, q ad earum reſtitutionem poſteà non tenetur.dicta l.ſi ego.§.ſi.D.de iur.dot. Ad authoritatem Cagn.reſpondetur, ꝙ in materia hac magis credendum eſt Rolan. & Phanuc.ut q eam magis exactè tractauerint & in ea magis expertis. & idẽ Cagn. ibi dicit,quod pro opi.contraria uidit cõſuluiſſe ſolennes uiros, & ita fuiſſe practicatum,& eodem modo reſpõdeo ad Soc. Iun.qui nihil allegat niſi rationem a Roland.allegatam,& cui idem Roland. ſatis clarè reſpondet.præterea Soc.ibi non uidetur loqui de iocalibus, & mobilibus, ſed de aliis bonis paraphernalibus,ut conſiderauit Phanuc.in dicto §.& dotis,& corredorum.num.1.

Super hac quæſtione igitur cùm multæ rationes hinc,& inde allegarentur, ualde dubitabatur in Senatu in facti contingentia,& certe negari nõ poteſt quin hęc opinio dubia ſit, & ſuper ea uidi ſæpius Senatum titubãtem,& ambiguum,& ideo nõ ſine ratione ſtatutum Lucenſe addidit ẽt dictionem corredorum,ad remouẽdas diſputationes,conſiderantes æquiorem opinionem eſſe,quæ ꝓ marito facit, vt lucretur corredum.& ideo putabam ego diſtin-
7 guendum,an † loquamur de iocalibus,ueſtibus, & ſcherpa, ut uocat Cagnol. ſeu corredo, quæ communiter dantur ſponſæ,nec aſcendunt ad ualorem dotis imò nec tertiæ partis, & tũc idem iudicemus quod de dote,& procedat opi.Rola.Cur. & aliarũ.Aut uero loquimur de aliis bonis paraphernalibus magni ualoris,& immobilibus,quæ quandoque excedunt ualorem dotis,quæ bona prudentes mulieres multis reſpectibus ſibi ꝓcipuas reſeruant ut eſt exemplũ in Nuru mea, quæ licèt haberet bona ualoris circa duodecim milium aureorum,tamẽ conſtituit ſolum pro dotibus ſcutos 3000.auri, & reliqua ſibi ſeruauit uti paraphernalia,& tunc cũ maior ſit ſumma acceſſorii, quam principalis,non uidetur iuſtum, quod in lucro dotis debeant uenire iſta bona plus ualentia quam tota dos.& hæc diſtinctio uiſa fuit æqua illis iuriſperitis, qui ſtatuta Lucana condiderũt,& ita uidetur ſentire Socyn.dicto conſi.93.& Clarius Phanuc. in loco ſupracitato.& ſecundum prædictam
* diſtinctionem iudicauit Senatus totus in cauſa Candel.referẽte D.Goueano. annò 1587.17.Marcii,in qua per tres cõformes ſententias fuit iudicatum, quòd ſtatutum Vercel.de quo memin t Cagn.haberet locum etiam in iocalibus & corredo.

Limitarem tamen hãc concluſionem, ut procederet in caſu ſtatuti, non autẽ in
3 caſu conſuetudinis, quæ ſolùm † inducta fuit in dote lucranda,tunc enim talis conſuetudo,non extenderet ad alia bona,uel iocalia:nam cùm ſit cõtra ius commune talis conſuetudo, eatenus extendi debet quatenus obſeruantiam recepit, & nõ ultra ſicut dici ſolet quantum poſſeſſum tãtum præſcriptum, & in hanc opinionem
* in hoc caſu inclinauit Senatus i cauſa D. Villę ſtelloni,& D.Bennetauũ de qua dixi ſupra deciſio.183.& 184.in qua teſtes, qui producti fuerant ad probandam conſuetudinem,loquebantur ſolum de dote, non de iocalibus.

## Subſtitutio uocans filios filiorũ ueros,& nõ fictos,an extendatur legitimatos propter ſubſequutum matrimonium.

### DECISIO CXCVI.

1 *Filij nati ex matrimonio ſubſequuto an uerè filij dicantur, an autem ficti. & numero 4.*

2 *Filius naturalis an ſubſtitutum excludat. & nume 6.*

3 *Legitimatus per ſubſequens matrimoniũ an excludat ſubſtitutum. & nu. 5.*

7 *Filius natus in putatiuo matrimonio an dicatur legitimus, ut ſubſtitutum excludat.*

TESTATOR uocauit ad fideicõmiſſum filios filiorũ legitimos, & naturale ex legitimo matrimonio procreãdos ueros,& nõ fictos
1 quęſitum fuit an filii nati ante † matrimoniũ ex concubina,quę in articulo mortis fuit deſponſata,ſint uocati.Et ꝓ eis adducebãt §.1.in auth.qb.mod.nat.effic. leg. ubi ꝑ ſubſequens matrimoniũ legitimati ſunt



ſunt ad inſtar vere,& propriè legi imoru, & cum vere legitimis æqualiter ſuccedit. ca:tanta de ſponſalib.ſed magis ad rem vi * deretur facere tex in §.fi.in auth.de inceſt. nupt.vbi tales filios Imperator vocat proprie legitimos, ſi proprie ergo nõ fite, & ſic verificantur verba teſtatoris in eis.Tiraquel.in l.fin.vnquã.§.ſuſcepeiit liberos num.45.85.& 95.C.de reuocanda donatione.

Secundo adducebatur conſi.Burſa.18. & conſi.1 nume 28.lib.1.vbi tales filij dicũtur nati,& procreati ex legitimo matrimonio ꝓ multas rationes,& authoritates quas ipſe allegant dicens communẽ. Cla. §.feudum.quæſt.82.Natt.conſi.602.Soc. iun.77.nume.24.lib.3. & conſil.12.lib.4. Couaruu.de matrimon cap.8.2. par §.2. num.21.Ozaſc.deciſio:154.in fi.Boer.deciſio 159.num.5.Pariſien.ad Alexan.conſilio 5.lib.7.& dicam ſuo tempore, & faciũt,quę ad longum in materia legitimationis ad excluſionẽ ſubſtituti ſcripſit nouiſſime Rauden.in tracta.de Analog. cap. 36.nume.1.66.& 130.ac per totum. tem quia ſi ex aliquorum ſentẽtia naturalis ẽt
2 † ſubſtitutum excludunt, multo magis id faciunt.legitimati.Doctores.in l. ex facto §.ſi quis rogatus.D.ad S.C Trebel.

Pro contraria vero parte adducebatur conſi.Bal.367.quidam tres hæredes li.5.
3 vbi voluit, quod tales† non ueniant in fideicommiſſo,in quo vocati ſunt procreãdi,ex legitimo matrimonio,cuius opinionem communem teſtatur Soc.iun.conſil. 87.nume.24.lib.3.& conſil.12.lib. 4. Rolan.conſil vltimo,nume.42.lib.2.Cephal. conſilio.82.num.24.67.& 111.li 1.& conſil.364.li.3.Curt.iun conſi 64. nume.12. Alciat.conſi.59.& cõſi.124.Manti.de coniectur.vltimar.volunt.li.11.tit.12.nu. 20. verſiculo,& hãc Gabriel.de legitimat.concluſ.1.nume.22.& 23.Ruin.conſil.92.nume.14.li.3.Natt.conſi.624.num.15. & ſequen.li.3 vbi etiam diſputat, quid in legitimato,per reſcriptum,& hoc tãto magis procedit in caſu noſtro,vbi toties repetũtur illa verba,legitimi, de legitimo matrimonio procreandi vere,& non ficte,cum
4 tales† non dicãtur vere legitimi, ſed ficte Alexan.conſi. 2.num. 10.lib.4.Dec.conſil. 284.num.12.Mantic.dicto tracta. lib.11. tit.12.num.20.Anton.de Roſell. in tract. de legitimat.lib.2.cap.fin.nume.1. & ſecundum hanc opinionem illis concurrẽtibus iudicauit Senatus in cauſa Vercellen. Nigri contra Nigros Referẽte D. Senatore.Craueta.1587.15.Aprilis.

Ad allegata in contrarium reſpondebatur, quod hi filii ſunt ꝓprie filij legitimi non tamẽ procreati ex legitimo matrimonio,cum qualitas adiecta verbo debeat regulari ſecundum tempus uerbi ita, ꝙ legitimatio debeat interuenire in cõceptione,& procreatione,vel ſaltem in natiuitate non autem poſt,videtur enim teſtator eos voluiſſe admittere,qui in uerò matrimonio,& ſine macula peccati mortalis ꝓcrearentur,quod non eſt in talibus,qui in peccato mortali concepti ſunt,& quandoque ex mater indigna,& ꝓcederet tex.ſupra allegatus,quãdo teſtator dixiſſet ſolũ de filiis proprio legitimis, quia tales filii ſunt propriè legitimi.

Secundo non obſtãt conſi.Burſa.& aliorum,quia non loquuntur,quãdo ſunt verba ita triplicata,& prægnãtia† prout in caſu noſtro per ea,quæ dicit Fed.de Sen.cõſil.26.Ruin.conſi.1.in fi & conſi.70.lib.1. Crau.conſil.677.nu.16. & optime ob id. diſtinguit Anton.de Roſell.in d.tra. de legitimat.lib.2.c.vlt.de legitimat.eſſet.nume.17.&18.quod aut cõſtat expreſſe de volũtate teſtatoris,qui vocauit ſolum legitimos,& tũc nõ excludatur ſubſtitutus, aut teſtator ſimpliciter vocauit ſubſtitutũ,ſi ſine filijs legitimis hæredes moreẽ, & tunc ſubſtitutũ legitimatus excludat,& hanc diſtinctionem credo veram,& per illam reſponderi poteſt ad omnia,q in cõntrariũ adduci poſſent,& iuxta hanc diſtinctionem refert Mart.Laude.de legitimat. n.138.fuiſſe determinatum Bononiæ. Diſtinguit etiam Dec.in conſ 155.n.7.an ſit legitimatus per ſubſequens matrimoniũ an vero per reſcriptum,vt primo caſu ſuccedat,ſecundo non, ſed magis communẽ in contrarium dicit eſſe Burſa.dicto cõſi. 1.nu.30.

Nec obſtat,ꝙ naturales excludant ſub
6 ſtitutum,quia† reſpõdetur contrariã opinionem eſſe veriorem,quæ authorem habet Azo.& alios antiquos, vt refert Emã. Coſta.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. nume.78.verſiculo,ſed tamen.D. de libe.& poſthum.

Quid

7 Quid autem dicendum† ſit in putatiuo
matrimonio uide Hieronim.à Lauren.in
dec.Auinien.70.per totã,vbi pulchre, &
ibi dicit iudicatum in fauorem filiorum
natorum ex tali putatiuo matrimonio.

## Cõtractus quãdo in ſcriptis dicatur celebratus, & quãdo nõ, uariæ opiniones referũtur, & examinantur ad declarationem tex.in l.contractus.C.de fid.inſtrum.

### *DECISIO CXCVII.*

1 *Contractus an dicatur in ſcriptis ſcelebratus, ſi inter partes conuenit, ut fiat inſtrumentum, & nu 4 5.& 7.*
2 *Contractus non dicitur perfectus, donec ſequutum ſit inſtrumentum ſi inter partes conuentum ſit, ut aliter non ualeat, uel ſi id partes gerant in animo. nu. 3.*
6 *Caſtr.opinio.qui uoluit.l.contractus.C. de fid.inſtrum.procedere, etiam ſi conuẽtum ſit ſimpliciter inter partes, ut rogetur inſtrumentum, reprobatur.*
8 *Contractus dicetur ex omni parte perfectus, licet ſcriptura requiſita a partibus ĩ conueniendo adhibita non fuerit, ſi traditio rei uenditæ ſit ſequuta limita.ut n.9.*

CONTRACTVS in ſcri
ptis an dicatur factus, ſi ꝑ
1 fecta vẽditione† inter par-
tes dictum ſit, ꝙ de ea uẽ-
ditione fiat inſtrumẽtum
Quæſtio eſt ardua, vt dicit Barbat.in loco
infra citãdo, & magnus eſt illius effectus
propter conuentionis obſeruantiam, & il-
lam examinans gl.in l.contractus. in ver-
bo in ſcriptis C.de fid.inſtrumento refert
tres opiniones. Prima eſt, quãdo inter par
2 tes cõuenitur, vt de cõuentione† fiat ſcri-
ptura, & aliter nõ valeat contractus, nam
tunc nõ dicitur contractus perfectus, do
nec ſequuta ſit ſcriptura, quia contractus
dicit in ſcriptis celebratus, iux terminos
dict.l.cõtractus. & interim donec ſcriptu-
ra facta ſit inter partes licebit a conuẽtio-
ne recedere. Ita tenuit Ioan.relatus a glo.
Afflict.deciſ.105.numero.4.Dec.in l.pa-
ctum, quod bona fide.nume 3.C.de pact.
& ibi Curt.iun.nume.7.idem Dec.conſil.
340.poſt Bart.Ang.& alios quos allegat,
& communem ob id teſtatur, & idẽ vide
tur tenere Fab.omnino videndus in §.1.
Inſt.de emp.& vendit.& ibi Aretin.num.
2.vbi ponit multa pulchra, & notanda di
cta, & hanc opinionem videtur tenere gl.
magna in auth. At ſi cõtractus.circa med.
C.de fid.inſtrumẽ.Odoffred.in dicta l.cõ-
tractus.nume.9.ſed hæc opinio non vide
tur vera, ſequeretur enim, quod tex.in d.
l.cõtractus.eſſet ſuper re indubitabili, nã
ſi ita expreſſum eſt, vt nõ aliter valeat, cer
te nulli dubium eſt, quod contractus non
valebit; niſi fiat ſcriptura propter factam
expreſſam contentionem, & ſi uoluiſſet
Imperator aliter exprimere, id vtique di-
xiſſet, argu.l.unic.§.ſin autem ad deficien
tis.C.de caduc.tollen.

Secunda eſt opinio, vt dicatur non eſſe
perfectum contractum, quãdo in ipſo cõ
tractu, vel ante connentum eſt, vt de eo
ſcriptura fiat, gerẽtes partes in animo, vt
3 aliter† non valeat, & hanc opinionem ſe
quitur Pil.& Azo.ut dicit glo.& hoc qui
dem ex cõiecturis ellici poteſt, vt dicit Sa
lycet.in dicta l.contractus. Hæc tamẽ opi
nio eſſet, vt prima indubitabilis, ſi de tali
mente, & animo partium conſtaret, tunc
enim ipſarum partium concenſus & placi
tum obſeruãdum eſſet, ſed cum de eo nõ
conſtet, iſtud partium propoſitum in mẽ
te retentum nihil operari poteſt.

Tertia eſt opinio, vt non dicatur cõtra
ctus in ſcriptis celebratus, quãdo a princi-
pio ſimpliciter contrahunt partes, inde di
cunt, quod ſcriptura fiat, & de eo rogetur
4 †inſtrumẽtum, nam tunc non erit de ſub-
ſtantia ſcriptura niſi ad probationẽ, & nõ
licebit partibus poſt cõuentionem ab illa
recedere, ſed dicetur res perfecta, & hæc
eſt vltima opinio gl.in dicta l. contractus
quam ſequuntur. communiter Doctores,
ut dicit Grat.conſi.107.num.4 & 6.& eſt
de mente Doctorum ſupra in prima opi-
nione allegatorum, & firmant Gabriel.in
titu.de pact.concluſ.3.nume.1.verſiculo
contrarium. Brun in tracta. de forma. ſub
rub ex quib.conficiat for & ſolenn.verſi-
culo eſt tamen aduertendum Loffred.cõ-
ſilio 19.nume.20.& ita tenuit Rota apud
D.Put deciſio.13.l.3.vbi dicit opinionem
cõtrariã Pauli de Caſtro.communiter re-
probari, poſt Dec.& Iaſ.& per eãdem Ro
tam



tam fuiſſe tentum de anno.1583. dicit P.
Dominicus Madalen.in tracta. de nume.
tex.in teſtam.requiſ.par.2.capit.5.nume.
14.uerſiculo, & quamuis. Maſcard. de pro
bat.libr. 1.concluſ.425.nume.8.& 9.pul
chre Socin ſen.conſil.32.colum.3.uerſicu
lo nec eſt durandum lib.3 Marſil.ſinguli.
666.& hanc opinionem non ſolum com
munem, ſed & uerissimam iudico, ut infra
dicam.

Quarta fuit opinio Doctorũ, qui extra
5 gloſam uoluerunt, ut dicatur † contractus
in ſcripti fieri, quod inter partes conuen
tũ eſt in ipſo contractu, uel ante, ut de eo
ſcriptura fiat, tunc enim etiamſi nõ, adda
tur, quod aliter contractus non ualeat, ta
men non ualebit niſi facta de eo ſcriptura
perfecta, & ꝑ partes ſubſcripta, uel a No
tario ſtipulata, ita ut ante factam ſcriptu
rã poſſint ſemper partes contrahentes à
iam facta conuentione recedere. Hęc fuit
opinio Caſtren.in dicta l.contractus, & in
l.cum.res.numero. 4.C.de probat. & in l.
quibus idẽ.de uerbor.obligat.Iaſ conſilio
151.uolum.2.Dec.conſilio.11.& 159. Af
flict. deciſio. 39.nume.4.& dicit Caſtren
ſe pro hac parte cõſuluiſſe in ciuitate. Flo
rentiæ.cuius cõſilium eſt 241.numero 2.
lib.1.Port.in §.1. inſt. de empt. & uẽdit.
Fulgoſ.conſilio.200.Aretin.conſilio.160.
Socin.conſilio.365.Rip.in l.fin.C.de reuo
can.donat.Iaſ.in §.item ſi quis.inſt.de act.
Ruin.conſilio.1.uolu.3.Boer. diciſio.28.
nume.11.& 183.numero 9. Madalen. in
dicto tracta. de numero teſt.nume.14 Et
facit concluſio, quam in caſu teſtamenti
idem facit numero 10.& 12.poſt Oldrad.
conſil. 119. quod ſi teſtator dixerit, quod
ad ſuam uoluntatem ſcribendam adhibea
tur Notarius nõ prius perfectum dicatur
teſtamentum. quam ſi per Notarium fue
rit factum inſtrumentum.

Sed iſta opinio præter id, quod uidetur
6 contra communem etiam † non uidetur
procedere quia cũ partes dicũt, quod de
contractu fiat ſcriptura, uidentur hoc intel
ligere, ſecundum diſpoſitionem iuris, ideſt
ut ſcriptura fiat ad effectũ perpetuæ pro
bationis, non autem ad perfectionem con
tractus, ut eſt pulcher text. in l. cotrahi
tur.D.de pignorib.contractus autem iſti
qui conſenſu fiunt, ex ipſo ſolo conſenſu
perficiuntur, nulla accedẽte ſcriptura.§.i,
in prin.inſti.de emp. & uẽdi.& in §.1.de
obliga. ex conſen. ꝙ pulchre conſiderat
Grat.d.cõſi.107. neque mirum, quia alias
permitterẽt iura hominibus ad inita con
uentione, & fide data recedere contra bo
nos mores.& l.1.D.de pac.uerba etenim
ſunt, quæ ligant homines, ſicut taurorum
cornua funes, vt dici ſolet. Nec mouet tõ
quam allegat Caſtren quod Notarius nõ
apponat diem pacti niſi ſub die.inqua cõ
ficit inſtrumentum, unde ante illã diem
nihil eſt perfectum, qui hoc non tollit cõ
uentionem iam factam, de qua etiam in
narratiua inſtrumenti Notarius facere po
teſt mentionẽ ut pluries uidi obſeruatũ.

Aliã denique opinionem elicimus ex
Caſtren.in dicta l.contractus num.3.& 4.
qui dicit Doctores nõ intelligere, quid di
cant; aliud enim eſt, quod partes conue
niant quod contractus fiat in ſcriptis, &
tunc nõ de probatione, ſed de ſubſtantia,
& forma ipſius cõtractus hoc eſſe uidet
& a patribus requiri, ut talis cõtractus for
tiatur naturam, eorũ contractuum, & cõ
uentionũ quæ ſcripturam requirunt, de
quibus Doctores ſuis locis, & tũc niſi ꝑfe
cta in totũ ſcriptura nihil dicitur actum,
etiamſi partes hoc non exprimant, & ita
procedat dicta l.cõtractus. & §.1, inſtit.de
emp.& uen.ubi eadẽ lex reperitur Aliud
uero eſt ſi partes dicant, quod de contra
ctu & conuentione rogetur inſtrumẽtum
per Notariũ, & tunc ipſe tenet idẽ, quod
ſupra, ſed communis eſt contra ipſum, ut
ſupra dixi.

7 Mihi ſine præiudicio melioris delibera
tionis uidetur poſſe iſtas† diuerſas opinio
nes in unam cõciliari, diſtinguendo ex di
ctis in prima, & tertia opinione, quod aut
de ſubſtantia contractus eſt, ut ſit ſcriptu
ra, uel inter partes cõuenitur, ut aliter nõ
valeat, quod conuentum eſt, & tunc neceſ
ſario requiratur ad firmandam conuentio
nem, ut fiat inſtrumẽtum, & ſcriptura in
tercedat, & ſemper interim erit locis pæni
tentiæ. Aut uero dictum eſt, quod de con
uentione, & pacto firmato rogetur inſtru
mentum, & non eſt de ſubſtantia con-
tractus, ut redigatur in ſcriptis, & tunc
Tertio facit,quia cauſa† appellationis eſt ſeparata a cauſa primę inſtantiæ, & ideo eſt ſeptima ſentētialis finita dicitur,vt tenet.gl.in d.authen.de his,qui ingre.ad appella.atque hinc fit,quod procurator datus in prima inſtantia non durat in ſecunda,quia lis eſt finita per primam ſentētiā diffinitiuam.

In contrarium pro victore contra fideiuſſorem dicebatur,quod in hoc caſu dura
4 bat,fideiuſſio† etiam inſequentibus inſtantijs,quia ea fuit pręſtita ad eum finem,& effectum,vt ciuis a forenſi indebite moleſtatus nō amittat expenſas,ſi in illis actor fuerit cōdemnatus,vnde eſt conſideranda intentio finalis fideiuſſoris,& ſtatuti, quia ſtatutum requirit cautionē cum ſecuritate conuenti ciuis,ideo eſt extendēda fideiuſſio,vt in ſimili ſtatuto tenuit.Rod. Xuarez.lib.2.l.for.l.2.ti.*De los emplazamientos* §.ſed pone.nume.35.circa finem,nam alias,ut ille ſubtilis. Doctor ait, nihil ſibi prodeſſe fideiuſſio, Nec mouet reg. ſupra tradita,quia vltra quod illa nō videtur mihi tuta,tanquam in mera quadam ſubtilitate,fundata & propterea opinio Bar.mihi fuit uiſa ſophiſtica,ut de Bart. aliquando ita dixit.Bal.& eam inſipidā dicit Bea. in loco infra citando,cum nec per iura allegata probetur ſi bene ponderētur. nam
5 tex.in l.cum apud. loquitur de † iudice a partibus electo,& cum fideiuſſo cauit de ſoluendo,quicquid talis iudex,id eſt Sempronius proprio nomine iudicatus indicaret,nam tunc non extendetur fideuſſio attenta voluntate fideiuſſoris.Iuriſconſ.in l. cum quærebatur loquitur in eo caſu quando ob rem non defenſam cauſa fuit amiſſa,quaſi quod tunc negligentia principalis non noceat fideuſſori.l.non a iudice,in fi. loquitur,quando eſt in totum mutatū iudicium contra primā electionem iudicii factam.§.vero aliquis.loquitur,quando executio petitur aduerſus fideiuſſorem, quod illa non habet locum, quando fuit prouocatum,quia appellatione pendente nihil innouandum l. ſecunda. nō loquitur de hac re,& fruſtra allegatur,& propterea nō ſine ratione ab ea opinione receſſerūt Martin.Silim.& Gulie.de Cun.antiqui legum magiſtri,cum quibus videtur trāſire Bal.in l.Iulianus.column.quarta.ff.qui ſatiſda.coga.Bellamer.deciſione. 353. Gaſpar Beat.de inope debitore.ca.quinto numе.7.Boer.dec.315. numero primo Caballin.de diuid,& indiuid.par. num. 536. Areti.conſilio.87.in fi.poſt.Ioan.Andr. in tit.de ſatiſda.ad Specul.numero 6. litera. C.& nouiſſime ita re bene diſcuſſa tenuit Vince.de Franc.deciſio.320.par.2.vbi dicit, ita per omnes dominos fuiſſe iudicatum,quem vide omnino,& Gab. de fideiuſſ.conclu.4.

Dico ulterius illam regulam in caſu noſtro non procedere, quia in omnem casū illa habet locum, quando in eadem inſtantia actio ſuper qua præſtita erat fideiuſſio fuit mutata,vel mutatæ perſonæ, vt bene videtur conſideraſſe in hoc puncto.Roma conſ.170.in fi.de quo per Bart.in l. ſi ante acceptum.ff.iudi.ſol.& dicam infra, & eſt diuerſa nō inter fideiuſſorē iudicatum ſolui & cautionem,expenſarum, quia in primo caſu uidetur magis reſtringi cautio ad id,quod primus iudex iudicauerit, ſed in ſecundo videtur illa generalior, & reſpicere totum litis euentum, & vt dicit Boer. in deciſione.314.n.4.fideiuſſor,qui ſe ſimpliciter obligauit,cenſentur in omnē cauſam fideiuſſiſſe.

Nec quicquam mouet me altera opinio, ex eo, quod communi dicatur, qua illa caret iure, ratione, & æquitate, & propterea contra illam ſemper in iudiciorum calculis fuit tentum, vt de Rota Auinionenſi teſtatur Caſtrenſ.in dicta lege cum apud,licet dicat alias pro ſe obtinuiſſe de Rota Romana.Bellamera.de Senatu Pariſienſi.Caballin.de Parlamento Burdecalenſi.Boeri in locis ſupra citatis. de conſilio. Neapolitan. Vincent. de Franch.





quarum deciſionū authoritas in palatijs uidetur pluris facienda quam unius, uel etiam plurium ſingularium Doctorum.

Pro clariori intelligētia huius materię, quoniā quæſtio illa an expiret fideiuſſio in cauſa appellationis eſt antiqua & ſubtilis,referam opiniones, inde aliquot caſus diſtinguam.

6 Prima igitur in hoc puncto † fuit opinio antiqui Doctoris Marti.Sylimani,qui uoluit quòd fideiuſſor nihilominus teneatur,& duret fideiuſſio uſque ad litē integraliter finitam, cuius opinionem refert Bart.in dicta l.cum apud.numero.4. D.iudi.ſol.& Martinum uidetur ſequi Ioann. And.in add.ad Specu.tit.de ſatiſd.§. expedito.nume.6.littera F. & cum hac opinione multos conuenire dicit Vincen.de Frāch.deciſio 208.numero.2.ubi dicit iudicatum pro creditore cōtra fideiuſſorem,& melius ſequitur d.l.deci.320.par.2.

7 Secunda fuit opinio† Gulielm.de Cun. (quem etiam refert Bart.)qui diſtinxit ꝙ aut reus, qui fideiuſſit,fuit abſolutus, & actor appellauit,& tunc non extendatur fideiuſſio ad cauſam appellationis quaſi ſit finitalis quo ad fideiubentē per ſētentiā. aut uerò is,qui ſideiuſſit,fuit condemnatus,& ipſe appellauit tunc nō cenſeantur liberati fideiuſſores, ſed duret fideiuſſio in cauſa appellationis,quaſi ꝙ duret lis.& actio perpetuetur cum ſit integrū adhuc iudicium,& hanc opinionem dicit æquā Bald.in l.Iulianus.colum.4.D.qui ſatiſda. cogan.

8 Tertia fuit† opinio gl in l.2.ſuper uerb. appellanti.C.de procura.ubi uoluit non extendi fideiuſſionem ad cauſam appellationis,ſed eſſe in illa inſtantia neceſſariam aliam ſatiſdationem.hanc opinionem firmat alia glo.in dicta authen de his, qui ingred.ad appel.in princip & cū hac opinione uidentur tranſire magis communiter Doctor.ut ſupra dixi.Aodo Io.Saiſon in conſuetu.Turonen.tit.1.articu.24.col. 3.in fin.Marc.deciſio.357.par 2.vbi in fauorem fideiuſſoris iudicatū refert. Roderic.Xuarez.in l.3.for.tit.*De los emplazamientos*.§.ſed pone.nume 27.& 29.

9 Quarta fuit opinio† Bald.in dicta l.Iulianus colum.4.uerſic.2. quæritur ubi tenendo opinionem.Guliel. de Cun. addit aliam ſubdiſtinctionem,nempe,quòd aut in appellationis cauſa fuit aliquid additū, uel detractum primæ ſententiæ per iudicem appellationis, & tunc expiret fideiuſſio,quia actio propter executionem deſcēdit ab hac ſententia,&non inſpicitur prima,aut uero iudex appellationis ſimpliciter confirmat primam ſententiam,.& tūc durat fideiuſſio, & cōmittatur ſtipulatio & in hoc caſu loquitur Socin. dicto conſilio 61. lib.4.vt ipſe explicat in fine illius conſilij & Bald.ſequitur Iacobin. in dicta l.Iulianus numero 13.& cum hac pariter opinione uidetur trāſire Vincent.de Frāch.dec.208.Et ex hac opinione, ſeu ſubdiſtinctione uidetur poſſe inferri ad casū noſtrum,quia cum ſentētia iudicis primi compēſauerit expenſas,iudex appellationis illam confirmauit, & condemnauit actorem in expenſ.& ſic pro illis deſcēdit actio ex prima ſententia, & per cōſequēs non uidetur ad hunc caſum extendēda fideiuſſio,ſed cum hæc ſit eadē cauſa, nec mutatum fuerit iudicium, ſed expenſarū condemnatio ſit acceſſoria, & diſcedens originaliter a cōfirmatione primæ ſententiæ,credo quod hoc caſu non militet opinio Bal ſed teneatur fideiuſſor prout uirtute primæ ſentētiæ teneret, alias ex ſua appellatione remaneret principalis nō ſoluendo expenſas impunitus.

10 Quinta fuit† opinio Ioā.Fabr.in §.alia. in fin. inſtitu.de ſatiſdat.qui diſtinxit, an fuerit appellatum,per principalem an per fideiuſſorem,ut primo caſu expiret,ſecūdo non,et nihilominus dicit ꝙ ſi ille text. in l.cum apud. fuiſſet, gloſſ. non tranſijſſet ſine reprehenſione. Verum parcat mihi Ioan.Fabr ipſe nō intellexit ſententiā Iuriſconſulti,et ſenſum legis in hac materia,nam Iuriſconſu ibi loquitur iure antiquo inſpecto,& quādo eſt præſtita cautio coram iudice a partib.acceptato, ut dicā infra.

Quid dicēdum in tot opinionibus? Certe negari non poteſt,quin quæſtio ſit difficilis,& obſcura,ſed ut ingenue, quod ſentiam,fatear, exiſtimo ego ueriorē eſſe primam opinionem Sylimani.ſed pro clariori rei intellectu & diſcuſſione ſūt aliquot caſus diſtinguendi, ex quorum poſitione tota hæc materia alias obſcura & perplexa, clara, & facilis omnib reddetur.

11 Primus igitur eſt caſus, † quādo qs ſimplici.

plicitet fideiuſſit, uel iudicatum ſoluere,
uel ꝑ ratihabitatione, uel quod in caſum
ſuccumbentiæ expenſas ſoluet, & tunc re
bus ſemper in eodem ſtatu permanētibus
abſolute dicerum fideiuſſorem ſemper te
neri, nec ex mutata inſtātia liberari iuxta
opinio. Sylimani, & aliorum ſupra relato
rum, cum qua uideo omnes curias iudicā
do tranſire, ut ſupra dixi. nec in hoc ſtatue
rem differentiā an mutetur iudex, uel nō,
ſiue ſit delegatus, ſiue ſucceſſor, qa in hoc
puncto non uideo, quod Doctoris faciant
aliquam difficultatem, immo quo ad ſuc-
ceſſorum, & delegatum idem uoluit Bar.
in dicta l. cum apud. nume. 5. & 6. quia (ut
ille ait) idem ſemper iudicium, & pro-
miſſio facta coram iudice ordinario habet
effectum coram delegato, q cognoſcit ui
cē eius. l. uir bonus. D. indie. ſol. Areti. con
ſil. 88. in pręmiſſa conſultatione, in fin. Ro
land. 58. nu. 13. lib. 1. & pro confirmatio-
ne iſtius caſus pōdero id, quod dicit deter
tio arbitrio poſt ſatisdationē electo. Bald.
in d. l. Iulianus. col. 5. in princ. ubi uoluit,
quod ſi arbiter ſit electus non ex partium
ꝓuiſione, ſed legis, duret fideiuſſio, unde
ſic in caſu appellationis, cum iudex appel
lationis ſit a lege deputatus non ex partiū
cōſenſum conſtitutus, & cognoſcat tātum
an bene uel male ſit iudicatum durabit fi-
deiuſſio tanquam indiuidua.

Secundus caſus eſt, quādo perimit̄ in
ſtantia poſt litem cęptam, & tunc quia lis
moritur ita, vt noua actione ſit opus acto
12 ri ſi uelit rem conſequi, nō† durat fideiuſ
ſio, ſed perempta inſtantia, ut eſt tex. ad li-
terā in l. 2. D. iudic. ſol. & ideo I. C. eo loci
inquit, lite mortua ullā rem eſſe, quòd
limita niſi inſtantia eſſet per empta perde
ſertionē appellationis, quia tunc durat ēt
fideiuſſio, ut per Iafred. Balb. dicta deciſio
99. & in hoc caſu eſt pulchrum conſilium
Bal. 106. Proponitur, quod quidam. libro
ſecundo, & ibi loquitur in terminis. Mar-
ſil. ſingul. 313.

Tertius eſſe poteſt caſus, quādo poſt da
tum fideiuſſorē in una inſtantia, cauſa ag i
tur coram alio iudice nō delegato ab eo,
coram quo eſt præſtita fideiuſſio, nec ordi
natio appellationis, nam tūc fideiuſſio co
13 ram uno iudice pręſtita† non extenditur
corā alio, licer ſit eadem cauſa. l. 3. in prin
cipio. D. iudi. ſol. ratio eſt, quia eo caſu re
uera mutatur iudiciū, quod non eſt in cau
ſa appellationis, quia ibi licet mutetur iu
dex, non tamen mutatur iudicium, nec lis
dicit finita, donec appellationis cauſæ du
tāt, ut in caſu ſequeſtri dicit Franciſc. Curt.
ſen. de ſequeſt. quæſtio. 18. nu. 65. & hoc
intelligit Bal. & bene in l. Iulianus. colum.
3. cap. fi. quando fit mutatio iudicii ex par
te rei, quia tunc imputet ſibi reus ſi nō pe
tijt ſatiſdationem, & ita loquitur Imol. di
cto conſil. 47. Romā. conſi. 408. ideo fide
iuſſio præſtita in cauſa ciuili non extende
tur ad cauſam criminalem, ut ibi dicit
Roman.

15 Quartus caſus eſt in ſententia lata † in
contumaciam propter cauſam non defen
ſam qa tunc expirat fideiuſſio. l. cum quæ
rebatur. D. eo. nam militat in hoc caſu ea
quę dixi ſupra in ſecundo caſu. & quæ di
cit Bal. in dicto cōſi. 106. ibi allegato, & in
hoc caſu conſuluit Cuman. in cōſilio 33.
colum. 2.

Quintus caſus, eſt qñ a partibus electa
eſt iudicis perſona, & partes illius iudicio
ſe aſtrinxerunt, & illius iudicio tantum
ſe arctauit fideiuſſor illum proprio nomi
ne nominando nō tanquam iudicem, ſed
magis tāquam priuatum quempiam anti
quorum more tūc mutato iudice per ap
14 pellationem† expirat fideiuſſio. ita loqui
tur in hoc caſu text. qui aliter intelligi nō
poteſt in l. cū apud. D. iudic. ſol. prout uel
latus ille Caballin. in tract. de diuid. & in
diuid. par. 2. nu. 533. ſubtiliter admodum
demōſtrat, quaſi quod fideiuſſor aſtrinxe
rit tantum ſe illius iudicis ſentētiæ, & ad
hunc casū uidetur reſpexiſſe Bal. poſt Spe
cul. quem allegat in dicta l. cum apud. nu-
me. 5. in fin. dum uult non extendi fideiuſ
ſionē ſi fuerit proprio nomine uocatus iu
dex, & ad eum proprio nomine habita cō
ſideratio in ſatiſdando, & ita tenendo opi
nionē Sylimani cum illa interpretatione
ad l. cum apud. tranſit Ioan. And. ad Spec.
titu. de ſatiſda. §. exequēdo. nu 6. litera E.
in fi. quicquid contra hāc interpretationē
dicat Iaco. de Arena in dicta l. cum apud.
in princ. Et ad hunc caſum reſpexit Odo-
fred. in dicta l. 2. in fi. C. de procur. ubi uo
lunt, quod nō duret fideiuſſio in cauſa ap
pellationis ſi eſſet ſatiſdatum de ſoluēdo
id quod iudicaretur a iudice cauſæ princi
palis, ſeu primę inſtantiæ, qui meus fide
iubentis



iubentis inſpicitur ne officium ſuum ſit ei
ultra ſuam uolūtatem damnoſū, & ideo
eſt pro eo hoc caſu benigna faciēda inter
pretatio, cum fideiuſſor incertam cauſam
extra cōſenſum propriū non obligentur
Abb. conſilio 75. colum. 2. uolu. 2. & cum
hac pariter opinione trāſit poſt Ioā. And.
ſubtilis Fran. Aret. in dicto conſi. 87. in fi.
vbi uoluit, quod ſi iudex appellationis co
gnoſcat uia ordinaria hoc eſt ī cauſa prin
cipali, ſuper qua cognouit primus iudex,
cum ſit tātum eo caſu diſcutiēdum an ſit
bene, uel male iudicatū, duret fideiuſſio,
qa eſt iudex appellationis quaſi ſubroga
tus, & Aretin. ſequitur Crau. conſil. 973.
nu. 3. & hanc interpretationē probat tex.
in dicta. l. tertia, D. iudicatum ſol. in princi
pio, ibi,

## Quia nō huius iudicis ſentētia fideiuſſores ſe ſubdiderunt.

Et in hoc caſu loquitur Imo. in cōſ. 47.
Vincent. de Frāch. dicta deci. 320. ubi ita
etiam intelligit illum tex. Bellamer. d. de
ci. 353. Gaſpar Beat. in trac. de inop. debi.
c. 5. nu. 7. quos ſupra retuli.

Sextus eſſe poteſt caſus generalis quā
do iudiciū mutatur in totum ex perſona
16 iudicis† in cauſa principali, uel ex perſona
procuratori, qui ſatiſdedit, uel principa-
lis, uel ēt cōfunditur cauſa, & tunc finitur
ſatiſdatio & uidendus in hanc rem Bal. in
dicta. l. Iulianus. colu. 3. & 4. in princip. &
pro hoc caſu uidetur text in l. & an eadē
D. de excep. rei iudi. ubi mutata perſona
& cauſa petendi, ſeu actione nō dicitur ea
dem res, ſeu cauſa, & in hoc caſu loquitur
Imol. in conſilio. 89. Roman. conſili. 270.
in fine.

Septimus caſus eſt, quando ſentētia di
citur nulla, & poſtea confirmatur, uel agi
17 tur† per uiam reſtitutionis in integrum,
tunc enim putat etiam fideiuſſio, ut per
Bal. in. dicta l. Iulianus. columna, 5. uerſi.
tertio quæritur. quia nec iudex, nec iudi
cium hoc caſu mutatur, ſed ſemper eſt ea
dem cauſa,

18 Octauus occurrit† caſus, quando fide
iuſſio eſt corā arbitro electo & poſtea pe
tit reductio ad arbitriū boni uiri & hinc
quia res agenda eſt coram iudice compe
tenti & non coram iudice appellationū,
ex ueriori opinione de qua ſcripſit ſupra
late deciſ. 14. Reductio expiret fideiuſſio
ī hoc caſu poſſet militare tex. ſi bene pō
deretur in dicta. l. cum apud. prout illū in
tellixit Bal. in. l. fi. C de contrah. emptio.
& in hoc caſu conſuluit Anchara. in dicto
conſi. 35. licet æquum mihi uideretur tā
in iſto quā in aliis in caſibus vt fideiuſſor
teneatur ſemper de eo, quod per primū
iudicem eſt iudicatū, quia de eo iam eſt
commiſſa ſtipulatio, & obligatio præ
ceſſit.

Nonus effingi pōt caſus in ea facta ſpe
cie, quam Anchar. proponit in dicta quæ
ſtio. 15. quādo iudex principalē obſoluit
19 ſed in reſeruatione alicuius particulæ pe
titionis, in qua poſtea pronūciādo ipſum
principalem condemnauit, & tunc uoluit
Anchar. fideiuſſorem ex hac reſeruatione
nō teneri, ſed ex prima ſententia omnino
& indiſtincte liberatū eſſe quod & in ter
minis uoluit Soci. ab eo relatus in conſil.
91. libr. 3. Verum ego hanc ſententiā nō
ita ſimpliciter ſequēter, ſed eo tātū caſu
quāda mutatus eſt iudex prout ad hūc ca
ſum uidetur ſe reſtringere Anchar. dicta
quæſt. 15. nu. 13. ſed ſi per eundem iudi
cem fuiſſet poſtea lata ſententia ſuper re
ſeruatis, crederem fideiuſſorem nō eſſe ꝑ
primam ſententiam liberatum.

Vltimus caſus eſſe pōt, quādo nō mu
tatur quidē iudicium nec cauſa ſed tamē
iudex mutat̄, qui diuerſimode iudicat, ut
ſi primus iudex abſoluit cōpenſando ex
penſas in fideiuſſore expenſarum, & alter
cōdemnauerit, ut ī cauſa fideiuſſionis de
qua tractatur, nam tunc poſſet dici libera
tum ſemel eſſe fideiuſſorē ex prima iudi-
cis ſententia, qui cōpenſauit expenſas, &
propterea non teneri in ſecūda inſtantia
& cum hac opinione attenta cōmuni ſen
tentia in hoc caſu tranſiuit Senatus liberā
do fideiuſſorē a petitione actoris in qua
dam Taurinen. Camb. & Tadei 1589. 11
Decembris referente Dom. Cortina. incli
nādo in communem opinionē Bar. quæ
ſecūdum eum, & alios in d. l. cum apud
procedit etiā ſi ſimpliciter cautū fuiſſet.

Ad euitādas omnes iſtas quęſtiones, &
difficultates mihi ſemꝑ uiſa fuit bona cau
tela, quam tradunt aliqui, quos referūt Ia
cobin. & Boer. in locis ſupra citatis, ut am
plietur in ſtipulatione fideiuſſio in omni
ī ſtantia, & pro quacūque cauſa ita etiam
admonet

admonet Clar.in d.quæ.46.poſt Ange.in
§.ſed hodie.nume.1.de ſatiſdat.inſtit.Cæ
pol.cautel.98.

Quid autē dicendum ſit in caſu finiti
officij illius iudicis, coram quo cautio p̄-
ſtita fuit uide Romā.conſ.210.& quid in
ſequeſtro,& relaxatione præuia cautione
conceſſa uide Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§. fi. nu
me.23.D.qui ſatiſd.cog. & hæc tene mē
ti,quia nō ita explicite alibi notata repe
ries,& multi ſunt qui ſuper ſimplici com
muni ſe fundantes,mirum in modum de
cipiuntur.

## Præſctiptionis interruptio, q̄ proponitur ī l.fi.C.de duob.reis an ꝓcedat facta petitione partis debiti cōtra unū ex reis debēdi.

### DECISIO CCIII.

1 *L.final.C.de duobus reis. limitatur,& declaratur.*

LEX final C.de duobus reis
ponit regulā quod petitio
facta cōtra unū ex reis de
bēdi ꝑpetuat actionē quo
ad alios a qb. nihil eſt pe
titum Hæc regula eſt intelligēda, ut pro
cedat quo ad ſummam petitā, nam ſi pe
tatur integrū debitum,interumpitur præ
ſcriptio,ſed ſi tātum petatur pro rata uni
debitori tāgēte,quia uidetur creditor uo
luiſſe diuidere actionem non interrumpi
tur preſcriptio niſi pro ſumma petita,ſed
quo ad aliam ſummam currit,inſpicitur
enim.nō a quo,ſed quid ſit petitum,ꝙ ꝓ
hac limitatione allegabatur glo.in l. fi. in
uerb.electio C.de fideiuſſor,& facit tex.
quem gl. ibi allegat in l.liberum, ubi etiā
glo.in uer iuris ratio non patitur.C.eodē
ubi reſpōdet ad l.reos.quæ uidebatur cō
tra,cui etiam aliter reſpondetur per gl. in
d.l.reos.& ita ſimile dictum Sali.in l. duo
bus.§.ſi ex duobus.D. de iureiuran. inter
prætatur Ronchegali.in l. 2.num.76.in fi
D.de duob.rei.arguen.l. 3. §.1.uerſic.par
* tes D.eo.& ita cēſuit Senatus in cauſa Sca
rellæ & Dominorum Gareſſii.1574.quā-
uis in contrariū ac duci poſſet regula quā
firmat ipſe Ronchegal.in dicta l.3.§.1.nu.
me.30.& ſequen.quod per partis petitio
nē ab uno ex correis factā, non cenſeatur
facta debiti diuiſio nā reſpōderi poteſt
illud nō procedere ſtante curſu temporis
& incorruptione pręſcriptionis.

## Nouū opus nuncians a media cautione excludatˀ a ſua petitione ita ut nūciatus illa præuia poſſit opus cæptum perficere, an uero teneatur expectare trimeſtre.

### DECISIO CCIIII.

1 *Noui operis nunciatione facta, admittatur cautio, ita ut illa attenta reuocetur inhibitio, an uero tempus triū menſium erit expectandum,& nu.2.3.& 5.*

4 *Tex.in l ſtipulatio de operis §.1.l de pupillo § ſi is cui.D de operis noui nuncia. cū ſimilib.& tex in l.1.C.de operis noui nu. & ca.pen.& fin.eodem titu uarijs modis conciliatur.*

NVNCIATVR ædificanti
nouum opus, nunciatos of
fert ſatiſdationē iuxta for-
mam quam ponit Bar.in l.
præter.§.ſi quis paratus.D.
de nou.oper.nunc.uerſicu. dicitur hic Nū
cians dicit.C.iudex modo conſtat. modo
agatur,peto ſolum mihi dari tempus triū
menſium adducendum de iuribus meis,ſi
iuxta l.2.C.de nou.oper.nunc.alias l.fi.C.
de edific.priuat.& in cap.penul. & fin.eo
dem tit.ubi gl.& Doctores omnes Repli-
cat nūciatus, cautio eſt medicina ſeque-
ſtratæ poſſeſſionis meæ, in qua ꝑ tuā nū
ciationē impedior in meo ædificare.Quæ
rebatur quid iuris,an quamuis pręſtet cau
tio debeat expectari tempus trium men-
ſium. Et quidem tex.iuris. ciuilis uidētur
clari, quod ſtatim præſtita cautione quia
poſſit impune ædificare,& remiſſa cenſea
tur nunciatio,& prohibitio, utrique enim
parti prouiſum eſt, tam ei qui nunciauit,
quoniam cautionem habet de opere de
ſtruendo,quam ei cui nunciatum eſt,quia
molitio eius non impeditur hæc ſunt uer
ba.Vlpia.ſatis diſerta ī l.ſtipulatio.de ope
ris.§.primo,l.de pupillo. § ſi is cui l.pręto
tor.§.interdum.l.non ſolum.§.ſi cum poſ
ſem.



ſem.&§.ſciendum.D.de operis noui nun
ciatione.

2 Ampliatur hæc regula,ut etiamſi † cau
tio præſtita non ſit,quia ſtet per nuncian-
tem, quod illam ſtipulari nolit,remiſſa ni
hilominus cēſeatur nunciatio.d.l.prætor.
20.§.ſi quis paratus.de no.ope. nunc. nec
ibi etiam expectatur tertius menſis,ſicut
nec alibi de iure Digeſtorum.

Cōtra ſupraſcriptas regulas, quod etiā
3 oblata,vel præſtita cautione poſſit †nun-
cians petere dilationem trium mēſium, ui
deť tex.apertus.in l.1.C.de noui. ope.nū
cia.vbi Iuſtinianus diſtinguit vtrū ſimus
in urbe principali,& tunc feſtinet. Præfe-
ctus,quod ego intelligerē, (intra tres, vel
ad plus decē dies.l.promiſſor.§.1 de con
ſtitu.pecun.gl.migiſtral.in §. omnis. inſti.
de uerborum oblig.)in prouincia uero ex
pectentur tres menſes,quibus lapſis cauſa
non definita præuia cautione remittať nū
ciatio,& ſic ille tex.videtur clarus,& corri
gere ll.pandectarum, & cū hac opinione 5
uidetur reſidere Do.Andr.Gail.pract. ob-
ſeruat.lib.1.obſeruat.numer. 17.Sed Ca-
noniſtæ iuxta ſolitos errores ita ſtatuerūt
vt vbique tres menſes expectentur, in ca.
penul.& fi.de oper.noui nuncia. ubi text.
loquitur etiam in ædificāte Pariſiis,& ibi
reuocata fuit ſentētia ſecūdi iudicis, quia
non diſtulerat per tres menſes,vt dicit gl.
in dicto cap.penult.& iſti Canoniſtę alle-
gant aliam æquitatē diuerſam immo con
trariam ab ea,quam prudentiſſimus Iuriſ
conſul.conſiderat in dicta. ſtipulatio. de
operis.§.1.dicit enim Butr.in dicto ca. fi.
quod hoc ſit fauore nūciati, ne faciat ſup-
flua,expēſas, cum forte iudicari poſſit de
ſtruendum eſſe ædificatū, ſed certe iſte fa
uor a iure ciuili non fuit conſideratus tan
quam vnus, item quia huic fauori poſſet
nunciatus renunciare, cū iuri pro ſe intro
ducto quilibet renunciare poſſit.

Hæc iura cōtraria ſtudent Doctor.ciui
les,& Banoniſtæ uariis modis conciliare,
4 ut legitur † in gl.in dicta l.1. C. de operis
noui nunciatio vbi ponit quinque opinio
nes,& ibi Odofred.Alberi.& alii glo. in di
cto ca.fin.vbi Butr. Abb.& cæteri.Bartol.
in dicto. §.ſi quis paratus.latiſſ.Ruin in re
petitio.l.prima,colum.22.verſi. poſt Bar
tol.ibi.numero 23.& ibi Dominus meus
Socin.iun.numero 348. Mihi uidetur non
poſſe aliter dici,quia quod lex C.corrigat
ll.Digeſtorum quamuis Dom.Socin.in di
cta l.1.num.250.aliter teneat, ſed Iaſon.
in dicta l.1.nu.19.volens modeſtius loqui
dicit,ꝙ non corrigit,ſed limitat, ibi enim
Iuſtinianus, quandā antiquorum diſputa
tionem,& legem nouam inducit,verum,
ꝗa non ita aperte loquitur,& illa l.recipit
plures intellectus, ut ibi dicitur, ideo ad-
dit Salic.ut procedant iura antiqua, quan
do ille,qui nunciat dicit ſe nolle admitte
re cautionē,ꝗa ita ſibi placet, vt expectet
tres menſes,& tunc non audiť, ſed ſtatim
data cautione,uel ea oblata remittiť nun-
ciatio iuxta ius Digeſtorum. Aut dicit ꝙ
habet bona iura in promptu in cōgrua di
latione triū menſium,& tunc procedat. l.
1 & dicto cap penult.& fin.& opin.Cano
niſtarum.Iſtud tamen uidetur mihi ſom-
nium,quia certe de iure Digeſtorum non
erat adhuc nota illa trimēſtrualis præſcri
ptio,ſeu exceptio.

Hic caſus ſæpius cōtigit † in hoc Excel
lētiſs.Senatus me Senatore,& demū Præ
ſide,& ſemper obſeruatum fuit hoc tēpe
ramentum,vt ſi quidem nunciatur ab ini-
tio antequam ædificās expēſas multas fe
cerit in cœmētis,& inſtrumentis ad ædifi
candum,& nō eſt graue ædificare uolen-
ti ſuperſedere per tres menſes, & nunciās
allegat ſe habere iura,quæ tūc producere
non poteſt, ſed petit tempus trium men
ſium,& tunc procedat dicta l.prima,& ca
pitulo fin.ſi tamen iuret ſe non calumnio
ſe hoc opponere,ut dicit gloſſ.in l.prima,
in uer.ſatiſdatū.de remiſſio. Aut vero res
non eſt integra ædificanti, ſed periculum
eſt in mora ſi differat, uel ex aſpectu iu-
dex videt calumnioſam nunciationem,&
tūc ſtatim admittitur cautio,& remittitur
nunciatio,& ob id ſolet ſemper in primis,
& ante omnia fieri uiſitatio.

Hoc temperamentum probatur ex l.
de pupillo.§.ſi quis riuos. D.de operis no
ui nunciatione. vbi plus dicit ille text. ꝙ
tunc cum mora adfert periculum, & præ-
iudicium, tunc etiam non expectata cau
tione proceditur ad ædificium non remiſ
ſa,ſed ſpreta nunciatione,& per hunc tex
tum ibi Bartol.in fine.ponit pulchram, &
ſanctam doctrinam, ex qua uidetur hoc
fere ſedere in iudicantis arbitrio, prout
idem videť velle Ruin.in dicta l. 1. quem
refert

refert Socin.iun.ibi.nu. 253. & Siluius in
dicta.l.1.nu.58.lib.7.& nu.108.eod. lib.
qui inſpectis circunſtantijs determinet,an
ſtatim remittenda ſit nunciatio uel expe-
ctare tres menſes & hæc opinio Bart. fuit
Iac.de Aret.quem refert.& ſequit̃ Bart. in
d. §. ſi quis paratus & ita cenſuit Senatus
* me referente in cauſa Taurinẽſi D. Sena-
tor.Curbij, & Gaſtaudi 1568.& in cauſa
Rolandi,& Bini Taurinen.1586.17.Octo
bris,confirmata ſentẽtia filii mei tũc iudi
cis Taurini & nouiſſime, in alia doctoris
Lucernæ & Ratinæ eiuſdem Ciuitatis re-
ferente Illu.Do.Senatore Brocardo con-
firmatis duabus ſentẽtiis præcedentibus.
1589. 26. Iulij eſſe enim ualde iniquum,
quod quis ad vexãdum vicinum cũ quo
ſæpiſſimæ eſt æmulatio poſt multas expẽ
ſas in præparationibus facta nunciare no-
uũ opus,& præſtita cautione diceret vel-
le p tres menſes differi, quia excogitabit
cauſas interea talis calumnioſi impedimẽ
ti,neque enim malitiis hominum indulgẽ
dum eſt,ſed illis obuiandum.

Quinimo talis iniurioſe nuncians delin *
quit,& tenetur de dolo.l. rei quã uenalẽ.
de dolo malo,& actione iniuriarũ. l. iniu-
riarum.§.ſi quis me prohibeat de iniur.&
interdict. quod ui ob turbatam poſſeſſio-
nem.Bar.in l.ſi prius.D.de nou.oper.nũc
l.non cogendum.§.fi.de procu.& per Sil-
uium.d.l.1.lib.9.nu.148.per l.ſicuti.§.Ari
ſto.ſi ſeruit.vendic.

## Diuiſio inter fratres quãdo prę ſumatur ſequuta,declaratur.

### DECISIO CCV.

1 *Diuiſio inter fratres per multas præſumptio nes, & coniecturas ſequuta præſumitur, & probatur.*

2 *Diuiſio bonorum cum facti ſit non præſu mitur.*

4 *Diuiſio non cenſetur facta, ſic magna inæ qualitas inter fratres, & quando id locum habeat.*

DIVISIO inter fratres præſu
mitur ex lõga poſſeſſione bo
norum inuicem ſuperatorũ,
1 † & ſolutione onerum ſepara
ta, & pceptione fructuum per decem an-
nos inter præſentes, & viginti inter abſen
tes,glo.eſt in l ſi minor.C.commun.diui.
quam Bar.ibi ſequitur,& dicit uota.& ſin
gul.per tex.in l.cum de in rẽ uerſo. D. de
vſur.& eam glo.ſequuntur Ang.in l.fi.D.
pro dote.Bar.& Bal.in l.qui aliena. D. de
acquiren.hæred Corn.conſi.90.uiſo pro-
ceſſu.lib. 2.num.17.dicens eam glo.com-
mu.approbari.Bal.& Ang.in l. ſi certis an
nis.C.de pact.Bar.in l cum de in rem ver
ſo.col.3.ff de vſur.Bal.in l.1.quæſt. 7. C.
qui admitti.Franciſ.Port.in tract.de duo.
frat.2 par.quæſt.78.& Pet.de Peru.in tra.
de ſociet.11.par.11.quæſt.Ang. in l. ſerui
tutes.ff.de ſeruit.Pau.de Caſt.in conſi.12.
Bar.Cæpol.de ſeruit.urban.c.19.Io.And.
in addit Spe.de iudi.§.4.verſi.porro. Bal.
in l.1.C. de fideicommiſſ. Bar. in l.fi.ff.de
vſucapion pro dot.& in diſputa.7.Mulier
habẽs amplum patrimonium. omnino p
Alexa.in conſ.92.2.pa. & latius per Balb.
de pręſcript.quæſtio.10.num.39.& hanc
opinionem firmauit in facti contingentia
Senatus in cauſam quadã Cabalarii maio
ris 1580.& ſic hæc non concurrent,in du
bio non eſſet pro diuiſione præſumendũ,
2 ſtante regula uera & indubitata,quod† di
uiſio nõ præſumitur cum facti ſit, ut per
Maſcard.de probat concluſ 526.nu.1.quẽ
ſequit̃ Menoch in ſuo nouiter edito pul-
chro,& eleganti tracta.de præſumpt.li.3.
præſump.60.nu.1. qui propterea dicit p̃-
ſumptiones, & cõiecturas neceſſarias eſſe
vt cenſeat̃ facta diuiſio, & ꝓpoſita ſupra-
ſcripta coniectura illam limitat n.6.ut nõ
3 procedat † ſtãte maxima inequalitate,qa
tunc non poteſt pręſumi diuiſio poſt Bal.
& Caſtren.in l.p.C commu.diuid. & alios
infinitos quos allegat, quã quidem decla-
rationem ego ueram puto,ſi modicũ tem
pus ſit lapſum a facta ſeparatione, uel ha-
bitationis,vel bonorũ, ſecus ſi ſimus in an
tiquis,& lapſi ſint 10. anni inter præſẽtes
& 20.inter abſentes,quia tunc pręſumen
dum eſt factam ab initio fuiſſe diuiſionẽ
æqualem,& fuiſſe ſolutam pro compenſa
tione pecuniam ab eo,uel illis fratrib. qui
tunc plura bona poſſident, ꝓut continuo
practicari in iſtis diuiſionibus fiendis vide
mus,& ita tenuit Salicet in dicta l.penul.
& poſt eum Alex.dicto cõſ.92.nu.5. li. 2.
Aret.in §.vltim.inſtit.de ſocie.Iaſ.conſ. 2.
colum.



colum. 10.lib. 3.Ruin. 117.in fin. lib 3.
quos male meo iudicio reprehendit poſt
Balb.D.Menoch.in dicta præſump.60.n.
7.neque erit credendum Ruino in conſi.
162.nume.17.& ſequen.lib.3. vbi tenuit
cõtrarium,quia uarias eſt.Imo fortius cõ-
tra Ruinum dici poteſt in caſu ab ipſo pro
poſito,quod ſi reperiatur frater totũ poſ
ſidens ſi alii non conquerantur, præſuma-
tur tacite facta cõuentio inter ipſos, ut v-
nus poſſideat, & aliis fratribus annuã pen
ſionẽ det prout multi boni fratres facere
ſolent honori, & cõſeruationi familiæ ſtu
dentes nam antiquitati temporis ſemper
eſt aliquid attribuẽdum ſtante diutina ſe-
paratione,& bonorum poſſeſſione conti
nuata.Alias in hac materia cõiecturas po-
nit Menoch.quas uide, & illum conſulito
ſi plura hac de re uelis, & Maſcard. dicta
concluſ.526.lib.1.

## Retinẽdæ poſſeſſionis remedio intentato a pluribus collitigãtib. quid facere iudex debeat ſi vel nihil probant,uel utriuſque probationes in dubio ſunt.

### DECISIO CCVI.

1 *In retinendæ poſſeßionis remedio uterque eſt actor, & uterque eſt reus.*

2 *Poſſeſſionis retentio cui danda, ſi æquales ſint collitigantium probationis, uariæ ſententiæ referentur, & nu. 3.4.5.6.7.8.9. 10.11.12.13. & 14.*

15 *Remedio manutenenda intentato, ſi utraq; pars in probatione deficiat, ſed unus edoceat de titulo, quid iudicandum.*

IN retinendæ poſſeſſionis re
medio is obtinere debet,
qui melius poſſeſſionẽ ſuã
probauit tempore litis con
teſtatæ, ſed ſi uterque pro-
bat,aut uterque nihil probat, aut dubium
eſt quis melius probet, prout ſæpiſſime e
uenit,res ĩ difficili eſt quomodo iudex ꝓ
nuntiare debeat. Dubium facit qa in hoc
2 remedio † uterque eſt actor, & vterque
eſt reus Bar.in l.1.C.uti poſſidetis. nume.
8. verſicu. ratio quæ,neque enim dicit ſe
turbari in ſua poſſeſſione, vterq; petit ue
tari uim fieri, nam ſi conſtaret, quis eorũ
eſſet actor, facile eſſet ſententiam proferre
reum abſoluendo,actore enim nõ probã-
te reus etiam ſi nihil pręſtiterit abſoluit̃ l.
qui accuſare.C.de edendo,& in dubio iu-
dicandum eſſet pro reo,quia fauorabilio-
res ſunt quam actores.l.fauorabiliores de
regul.iur.

Certe iſte caſus torquet iudices, & in
hoc variæ ſunt formæ ſententiarum a do
ctoribus præfixæ.

Aliqui enim dicũt iudicem debere ma
2 nu tenere † potentiorem,ita enim fiet,vt
debilior acquieſcat,& non deueniãt ad ar
ma.Sed hæc ſententia eſſet ſuperflua, qa
ſatis potentior per ſe illam proferre iux.
Cæpoll.caur.100.& carmen illud antiqum
Enij a Cicerone in principio officiorum
relatum.

*Non ex iure manu conſertum, ſed mage*
*ferro.*
*Rem repetunt, regnumque petunt, uadunt*
*ſolidaui.*

Alii dicunt totum contrarium, & imo
3 manutenendum debiliore † cum illis fa-
uendum ſit,ut faciunt Domini Veneti,cõ
uenit enim iudici infirmiores tueri a po-
tẽtiorũ oppreſſionibus. Sed huc eſt cõtra
id quod dicitur. *Pauperis quoq; in iudicio
non miſereberis*.neque enim apud iudices
aliqua debet eſſe acceptio perſonarum ꝓ
ut nulla eſt apud Deum, cuius perſonam
repreſentant.

4 Tertii dicunt,† iudicem pronũtiare de
bere uti poſſidetis ita poſſideatis,ſed hæc
ſententia eſſet obſcura,contra.§.curare in
ſti.de act. & daret occaſionem ueniendi
ad arma,& perinde eſt ac ſi diceret, item
cum domino,uenite cum diabolo, date
aliquid fiſco.

5 Quarti dicunt, iudicem † pronuntiare
debere neutrum eſſe manutenendum, cũ
neuter plene probet ſuam intentionẽ, &
cum uterque ſit actor neuter obtinebit,
cum metiamur ius ex perſona actoris,ſed
hæc ſentẽtia uidetur incidere in pręceden
tem,& dare occaſionem rixandi,aut relin
quendi poſſeſſionem incultam in damnũ
publicum,aut a tertio occupãdam pro de
relicto habitam in præiudicium alterius
contendentium, cui forte non deficiebat
ius

ius, ſed probatio.
6 Quinti putarunt reducēdam † eſſe ſub
ſequeſtro apud tertium non ſuſpectũ, vel
ad manus curię, ne partes veniāt ad arma
l. æquiſſimum. de vſufruct. Et iſta uidetur
prouidere omnibus ne deueniat ad ſcan-
dala, & eſt practicata in feudis, & etiam in
beneficijs Eccleſiaſticis, in quibus morte
vaſſali, uel prælati fit reductio bonorum
ad manus Domini. verum iſta uidet̄ priua
re alterum iuſtum Dominum, & poſſeſſo
re in ſua poſſeſſione, quod ęquũ non eſt,
& contra ultimum iuſtitiæ præceptum,
quod eſt vt ius ſuum vnicuique tribuatur.
Sexti exiſtimarunt † melius eſſe, ſi cau-
7 tus iudex utat̄ cautela, qua vſus fuit arbi-
ter ille Romanus electus ad terminationē
agri Holani, & Campani, ut id de quo cō
tenditur ſibi applicet, de quo Cicer. lib. 1.
off. ſed hoc eſſet conſulere ſibi ipſis non
partibus.
8 Septimi putant melius † eſſe, quod iu-
dex proferat ſentētiam duabus literis N.
L. ideſt, non liquet, ſed hæc etiam nō pla-
cet, debet enim iudex pronunciare vel ſic
vel nō, dicto §. curare. inſtitu. de act. l. qua
re. D. de iud. & iſta deciſio non tolleret li-
tes, & diſſenſiones, quę inter cōtendentes
cum effuſione ſanguinis oriri poſſent.
9 Octaui putant, † iudicem debere ex ſor
te iudicare, ꝓut eo modo antiqui multas
quæſtiones dirimebāt teſte Tiraquello in
tractatu de primogē. quæſt. 17. opi. 1. ſed
hæc etiam communiter docto. nō placet
& obſtat, quod dixi ſupra deciſ. 89. media
uia. nu. 1. in fi.
10 Noni dicũt iudicem † debere vtrunque
manutenere, cum uterque ꝓbet, ſed hæc
ſententia impoſſibilis eſt in excutione cũ
duo inſolidũ poſſidere nō poſſint. l. ſi ut
certo. §. ſi duob. vehiculum. D. cōmodati.
Decima fuit opinio Bar. in l. ſi duo. co
11 lum. 1. uti poſſidetis, † quod diuidat̄ poſ
ſeſſio per medium, & vnus unam partem
alter alteram poſſideat, cuius opinio non
eſt aſpernenda, & ſuſtineri poteſt ex his,
quæ dixi ſupra d. deciſ. 89. quādo omnino
in incerto eſt ueritas.
Vndecima fuit opinio Bal in quæſtio.
12 accuſatus de ui turbatiua † Quod abſol-
uat̄ reus, ſed hæc nō placet, quia ut vter-
que eſt reus, ita uterque eſſet, abſoluēdus
bene verum eſt quod quandoque iudica
* uit Senatus eum eſſe actorem, qui prius li
teras obtulit, & libellum, euocando partē
petendo ſe manuteneri, & ſe nō moleſta-
ri de facto, ſed etiā hæc practica mihi nō
placet, nā ſi ita interpretamus, ut q̄ prior
tanquam bene moratus ad magiſtratũ re
currit eius beneficium implorans, & facti
opera euitare volēs reputet̄ actor, & me-
liorem cōditionem faciat cōtumacis, qui
via facti nō iuris procedit, erit aperta uia
ſcandalis, cum neuter ex iure, ſed ex armi
cauſam ſuam fauore velit.
Duodecima fuit opinio eorum q̄ dixe
13 rũt iudicis arbitrio relinqui, vt † is cōtro
uerſiam, vt ſibi ęquius viſum fuerit, defi-
niat, ita ſenſit Bal. in c. licet cauſam. nume
ro 28. in verſic. item non procedit. de pro
batio. Hæc etiam nō placet, neque enim
eius nunquam fui opinionis, ut ſit in arbi-
trio iudicis auferre mihi ius meum, & da
re alteri ea ſola ratione, quod magis velit
complacere uni quā alteri. Iuſtitia enim
eſt conſtans, & perpetua uoluntas ius ſuũ
vnicuique tribuens, & non auferens. inſti-
tu. de iuſt. & iur. in princip. & hoc eſſet fa-
uere iudicibus ignorātibus, ſi impune poſ
ſent ignorando ius, & factum, pro quo ve
lint iudicare, neque enim puto, poſſe in iu
re reperiri caſum aliquem, qui dici poſſit
pro amico, ſed potius pro Diabolo, cum
det cauſam ad inferos detrudendi, & par
tem alienam occupando iudicem. qui ſua
ignorantia iniuſte ius meam mihi adimit,
quos iudices in fundo inferi ponit Vir. in
ſexto dum ait.

*Hi ſunt, qui leges pretio figunt atque re
figunt.*

Prout faciebat Tribonianus noſter, q̄
modum unum modo aliud ſtatuebat, pro
ut caſus dabat, & animis alicui complacē-
di, ut uideamus in multis auth ab eo com
poſitis.
Decimatertia fuit opinio eorũ, qui di-
14 cunt recurrendum ad † Principem, ut ſta
tuat ipſe, ꝙ velit, Sed hoc poſſet verum
eſſe, ſi eſſet quæſtio iuris ambigua quæ de
ciſione Imperiali egeret, quamuis etiā in
hoc nō putarem ad eundem Principem,
cum in medio litis non debeāt fieri ſacræ
iuſſiones, toto tit. ut lite penden. C. & au-
thent. in medio lit. non fie. & leges, quę à
Princi-



Principibus fiunt, non debent concernere
negotia ꝑterita, vel præſentia, ſed futura
d. lege. C. de legi. Præterea Principes ſuos
magiſtratus preſertim uero Senatus cōſti-
tuunt, ut ſe ipſos iuris inexpertos hoc pe-
riculoſo iudicandi munere liberent.
Has omnes opiniones paucis a me rela
tas latiſſimis verbis explicat, & examinat
Bar. in l. ſi duo. ff. vti poſſidetis. col. 1. &. 2.
& l. 1. C. vti poſſidetis. colu. penult. & fin.
& latius ꝑ Modernos præſertim Dominũ
meum Auguſtinum Beroum in cap. licet
cauſam. de probat. Sed omnium latiſſime
& copioſiſſime per multas colu. recenſet
& diſcutit multum ordinate more ſuo do
ctiſs. Menoch. in ti. de retinen. poſſeſ. in ca
ſu. 113. nu. 739. cum multis ſeque. ad quē
cũ nihil fere addi poſſit, me remitto. Quā
do autem dicantur caſus clari, & non am
bigui, ita ꝙ pro alterutro iudicandum ſit,
plene explicat idem Menoch. d. 3 remed.
quęſt. 87. vbi ponit vndecim caſus, in qui-
bus datur certa determinatio, aduerten-
dum eſt, quod non ſine ratione prudētiſs.
ille uir vtitur hoc modo dicendi. *Decimuſ
tertius, & nũc ultimus eſt caſus*, quaſi uelit
inferi, quod poſſint etiā venire alij caſus
ab eo nō enumerati. Natura enim ſemper
aliquid noui parit, nouaſque nobis ſemper
parat edere formas, neque omnia poſſunt
uno tempore conſiderari. l. non poſſunt.
ff. de leg.
Ego poſt illos caſus a Domino Menoc.
relatos addidi alium, qui nuperime in Se-
natu tractatus fuit. Fuerũt enim porrectæ
Senatui preces, vt plerunque fit per quen
dam, qui narrās dubitare ſe ne de facto ab
aliquo moleſtaretur, ſupplicabat inhiberi
ſe moleſtari in ea poſſeſſione in qua repe
riebatur de facto, & citra iudicialē cogni-
tionem iudicis ſui ordinarij. Con ceſſæ fue
runt literæ ſecundum petita, & iuxta ſoli-
tam formam inhibentes de facto ſupplicā
tē moleſtari in poſſeſſione in qua erat, &
in caſũ in quem aliquis ſe opponeret cō
mittebat̄ iudici ordinario, vt cognoſceret
& manutenendũ manuteneret, comparuit
tertius dicens ſe poſſidere inhibitioneq;
remouendā, & ſe manutenendum, iudex
aſſignauit ambos contendentes ad iuſtifi-
candam, & probandam eorum allegatam
poſſeſſionem, neutra partium aliquid præ
ſtitit per teſtes ſuper allegata poſſeſſione.
Alter autem exhibuit inſtrumentũ ſui ti-
15 tuli quærebatur † quomodo ferenda eſſet
ſententia. Aliqui ex dominis dicebat neu-
trum probaſſe poſſeſſionem, & illum qui
titulum exhibuerat nihil perſtitiſſe, quia
differentia eſt inter titulũ, & poſſeſſionem
l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq̄-
ren. poſſeſſio. item non conſtare eũ, qui ti
tulũ cōceſſerat, tempore conceſſionis poſ
ſidere prædium de quo agebatur, & ideo
eſſe nos in caſu dubio, cũ in hoc remedio
metiamur ius ex poſſeſſione non aũt ex
* titulo. Senatus cenſuit iudicādum in fauo-
rem eius, qui titulum exhibuerat, quia ali
quid plus præſtiterat, quam aduerſarius &
titulus inducebāt præſumptionem poſſeſ-
ſionis etiam antiquioris, & inſtitoris. ex di
ctis per Alexand. in apoſtill. ad Bart. d. l. ſi
duo. in verbo ſunt æquales. verſic. & quid
titulus. poſt. Bal. in l. poſt ſententiam. 2. co
lum. C. de ſenten. & ita iudicatum. 29 Iulij
referente D. Senatore Cortina. 1589. ſed
hoc ut præſupoſui locum habet, quando
partes in probatione poſſeſſionis ſunt om
nino pares.

## Vxor an poſſit ſe opponere exe cutioni, q̄ fit ſuꝑ bonis uiri ꝑ ſe cundum creditorē allegando uer gentiam mariti ad inopiam.

### DECISIO CCVII.

*1 Mulier poteſt contra tertium creditorem
ſuper bonis mariti uti iure retētionis, &
remedio. l. ubi adhuc C. de iure dot. cōtra
rium. nu. 2.*
*3 Mulier debet inuigilare, ut conſtante ma
trimonio de dote aſſecuretur*
*4 Iuris ciuili operam dans debet inuigilare,
& multas noctes in ſomnes ducere.*

CREDITORE ab execu
tione procedetēt in bonis
debitores cōparauit vxor
ipſiꝰ debitoris ꝓponens, &
deducēs vergentiā uiri ad
inopiā, & idcirco petēs dotes ſuas colloca
ri in tuto ſuper bonis iā ſubhaſtatis ad in-
ſtantiā creditoris intentādo remedium. l.
ubi adhuc. C. de iur. dot. & l. ſi cōſtante, in
prin. D. ſol. mat. unde dubitatũ fuit an iſta

mulier poſſit impedire executionẽ ex eo
quod prius non deduxerit de inopia, & nõ
obtinuerit pro ſe ſententiã. Et uidebatur
quod etiãſi mulier ſimpliciter habeat in
bonis mariti hypotecam, quandocunque
occurrit, quod creditore mariti agant uia
executiua ſuper bonis mariti, etiam in ge
nere ꝓ reſtitutione dotium hipothecatis
1 quod poteſt ipſa huiuſmodi † bona, ſibi re
tinere, & dicere maritum ad inopiam uer
gere, & illam probando petere illa ſibi re
laxari, cogenturque creditores expectare
reſiduũ, ꝙ ſupererit mulieri, & excutere
cetera mariti bona, ut tradit Neguſant. de
pignor. & hipothec. ut primo membro, 5
par. princip. num. 29. poſt Bald. Nouel. in
tracta. de dot. in 7. par. in priuil. 18. & 24.
Thom. Grammat. in deciſio. 92. num. 17.
Rolan. in conſi. 31. libro. 1. nume. 37. & ſe
quẽ. Et pro hac parte mihi uidetur tex. in
dicta l. ubi adhuc, ubi nõ ſolum datur uin
dicatio contra ipſum maritum, ſed etiam
contra poſteriores creditores, prout etiã
poſſet agere hoc caſu cõtra ipſos tertios
poſſeſſores, ſi bona mariti non ſufficerẽt.
l. ſi conſtãte. 24 in prĩcip. D. ſoluto matri
monio. Rolã. conſ. 9. nume. 12. libro. 1. ꝙ
ſi poteſt uĩdicare a creditore, poterit age
re, & fortius excipere, ut circuitus euiten
tur, ſi poteſt agere cõtra tertios poſſeſſo
res, qui iã res mariti poſſident, quãto ma
gis poterit cõtra creditorẽ de ſuo iure ex
cipere, & uirtute ſuę hypothecę illum ex
cludere, qui adhuc in poſſeſſione non eſt,
ut faciliori remedio illi ſubueniatᷣ, nõ eſt
enim legis beneficium coarctandum, per
quod data eſt facultas mulieri agendi quã
docunque pro tuitione iurium ſuorum, ſi
ue ante, ſiue poſt, quã creditores cõtrama
ritum agunt. Immo nec etiam admitti ui
detur hoc in caſu oblatio, quę uxori de do
te fieret, ut per. Ba. in l. cũ tibi. C qui pot.
in pigno. habe. Cuius opinionem uti cõ-
munem late defendit Roland. dicto cõſi
lio 9. num. 39. & 40. Si ergo non admitti
tur oblatio, multo minus eſſet admittẽda
oblatio.

In cõtrarium uero dicebatur nõ poſſe
uxorem impedire creditores mariti ita
2 exequentes, ſecũdum Bar. † in dicta. l. cũ
tibi. C. qui potio. in pignor habe. Caſtr. in
l. ſecũda, column. prima, ſoluto matrimo
nio dicens menti tenendum Bart. in l. ſi.
cõſtante. in ſeptima quæſtione, primę par
tis. & ibi Alexand. Marſil. in rubrica. D. de
falſ. column. quarta, uerſicul. & faciunt. &
in l. ſiquis ne quæſtio. colum. tertia. D. de
queſtio. Socin. conſilio. 111. uolumine ter
tio. Aret. in dicta. l. ſecunda, ſoluto matri
monio. uerſicul. tangit etiam hic. ubi atte
ſtatur uidiſſe conſilio Barto. ꝓ hac opinio
ne licet Soci in præalleg. conſilio dicat il
lud perquiſiuiſſe, & non inueniſse, & ꝙ
nihilominus credendũ eſt ſecus uero, quã
do uxor prius obtinuit ſententiam cõtra
maritum pro collocatione ſuę dotis in tu
to. Et quia dicebatur quod Bart. in dict. l.
cum tibi dicit cõtrarium eius ad quod al
legatur, ut patet ex ſupraſcriptis. Reſpõde
tur, quod Barto. loquitur in caſu quo cre
ditores non poſſunt excluderẽ mulierem
a iure dotis ſuæ, & a priori hypotheca of-
ferendo dotẽ, quando nõ eſt ſolutum ma
trimonium, nec extat alius caſus exigendi
dotem prout eſt, quando maritus uergit
inopiam, extra quos caſus non competit
actio uxori, quę ideo nõ poteſt acceptare
dotem, ut liberet creditores a nexu prio
ris hypothecę exiſtẽtis ſuper bonisq; oc-
cupantur per ipſos creditores, cum ut p̄
mittitur ipſa cui ius, & actio nõ competit
hoc facere nequeat, & ad hoc non allega
tur. Bar. ſed dũ dicit, quod non eueniẽte
caſu dotis exigendę non datur ſibi actio
ita ut deneganda ſit etiã exceptio, prout
Cyn. in dicta l. cum tibi. intelligit idem de
terminantem. Thom. Parpa. in d. l. ſi con
ſtante nu. 48. & eodem modo poteſt re
ſpõdexi ad ea quę ſupra pro cõtraria par
te adduxi licet ſi bene põderentur nõ ha
beat aliquã tutam reſponſionem & ita
fuit iudicatũ in cauſa Ioannoti Antignar
di contra Margaritam Pochietam, iuxta
alias ſcripta, & iudicata per Excellen. Præ
ſidem Puteũ Ideo cautè debẽt eſſe mu
lieres, & ſuper hoc inuigilare, ut ſi dubitẽt
3 ne † creditores mariti bona accipiant p̄
ueniant ipſe preoccupando, & utendo re
medio. l. ſi. conſtante. cũ ibi nota. per Bar
to. & l. ubi adhuc & ibi no. p. Cy. & alios
ſoluto matrimonio, Vigilãtibus enim nõ
autem dormientibus iura ſubueniũt. l. pu
pillus. D. quæ in fraudem creditorũ, Ne
gligentes autẽ ius abhorret. l. non enim
negligentibus. D. ex quibus cauſis maior
cap. nunciatũ. 74. diſtinctio. Et poſtquam
incidimus



incidimus in l. pupillus. illud obiter dicam,
quod ibi africa æquiuoca verba ꝓfert de
hac uigilãtia innuens ius ciuile non ſolum
ſcriptum eſſe creditoribus vigilãtibus, ſed
4 quod illi iam † incumbere uolentes mul-
tas noctes inſomnes ducere debent, & in
vigilare chartis, iuxta illud Iuuenalis Saty-
ra 24.

*Scribe puer, uigila, cauſas age, per lege ru
bras Maiorum leges.*

Et hora Sat. 1. lib. 1.

*Agricolam laudat iuris legumq; peritus.*
*Ad Galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.*

## Accuſationi quanto tempore præſcribatur ad materiam. l. querela. & alibi. C. de falſ.

### DECISIO CCVIII.

1 *Accuſationi præſcribitur per 20. annos, & quomodo id intelligatur.*
2 *Præſcriptio 20. annor. non procedit in atro cioribus delictis. & nu. 3.*
4 *Tex. in l. quærelam. C. de falſ. declaratur.*

1 PRAESCRIBITVR † ac
cuſationi per uiginti annos.
per l. querelam. C. de falſ. &
per Abb. & alios in cap. cum
haberet de eo, qui duxit eam, quam per
adulter. cogn. vbi omnes concludunt hoc
procedere quo ad pœnam temperan-
dum, non autem quo ad pœnitentiam ſpi
ritualem vt per Felin. in capit. licet cauſam.
colum. 7 verſicu. 5. concluſio de probat.
& ibid. Dec. num. 23. & Tiraquel. in tract.
de pœn. inolien caſu. 29. Boer. queſt. 260.
an ſoror. num. 18. quę concluſio procedit
etiam ſi per inquiſitionem agitᷣ contra de
linquentẽ. ut per Balb. de præſcrip. parte
quarta, quartæ partis principalis. quæſt. 2.
verſi. ampl. vbi dicit communem poſt Do
ctores per eum ibidem relatos, & idem te
net Aufre. in addi. ad Capel. Toloſ. q. 188.
Item quæſitum ſi aliquis cõmiſit crimen.
& communem etiã teſtatur Aegid. Boſſ.
in titu. de accuſa. num. 31. & ſeq. Quamuis
ibi Aufrerius uideatur cõtrarium tenuiſſe
poſt Doctores per eum allegatos. Pro cõ-
muni vero opinione reg. eſt antiqua. Mar
tiani. Iuſconſul. lib. βασιλικον. tit. 49. cap. 3.
quã retulimus deciſ 76. quod omnis quę
ſtio fiſcalis vicennio extingitur ſic enim
oblapſum temporis ſolet etiam pœna mi
nui l. ſi diutino. de pœnis. & dixi dicta de-
ciſione 76.

Quæſitum tamen fuit in caſu contin-
genti in Senatu cuiuſdam. de Iaueno, qui
non in rixa, ſed uoluntarie aggreſſus quẽ-
dam ſuum inimicũ illum vulnerauit pun-
ctone, ex quo vulnere ſtatim perijt, an
poſſet ſe hac prę ſcriptione tueri. Et pro fi
ſco adducebatur, ꝙ proceſſum fuerat p̄ in
quiſitionem; item quod tale homicidium
erat delictũ atrox, & excludebatur ab in-
dultu generali principis, quo expreſſe ex-
cludebatur homicidium uoluntarium, &
2 quod † in atrocioribus delictis nõ præſcri-
batur uiginti annis adducebatur Marſi. in
l. qui falſam. §. accuſatio. columna 1. & 2.
de falſ.

In contrarium allegabatur, quod in ho
micidio habet locũ. l. querelam. vt eſt gl.
in l. in cognitione. ad Syllan. & Balb in di-
cta par. 4. 4. par. q. 2. Carrer in §. homici-
dium nu. 368. vbi alios multos citat, & cũ
illa gl. non diſtinguat, nec nos diſtinguere
3 debemus. Certum enim † eſt, quod homici
dium quodlibet eſt uoluntariũ, vel caſua-
le, ut in rub. extra de homic. voluntar. vel
caſual. ſed uoluntariũ aliud eſt tractatum,
& cum animi deliberatione, & vt vulgo
dicitᷣ penſatum, aliud eſt voluntarium qui
dem, ſed non tractatum, nec factum cum
deliberatione animi de occidendo. In pri-
mo caſu vbi eſt tractatus, vt eſt in aſſaſſi-
nagio, vel ſimile poſſet dici de attrocioti-
bus, & nõ habere locum p̄ſcriptionẽ, & ita
procedit dictum Marſi. & Carre. qui idem
tenet in parricidio. d. §. homicidium. num.
368 Iul. Clar. in pract cri. q. 51. ſed in ſe-
cũdo ꝓut eſt in caſu de quo agebatur. vbi
quis aggreditur inimicum caſu repertum,
& non data opera perquiſitum, vt cum of
fenderet, & enſe euaginato illum percuſ-
ſit nõ forte animo occidẽdi, uel vulneran
di licet ſequatᷣ homicidium, cum vulnera
non dentur ad menſuram cap. ſi. de homi
cid. libro 6. tunc vterem locum eſſe præ-
ſcriptioni per d. gl. l. in cognitione ad Syl-
lan. & in terminis, tenuit Dec. inter cõſilia

 crimin.

crimin.Ziletti.li.1.conſi.111.nume.21.&
* ſecundum hanc diſtinctionem cenſuit Se-
natus 1570. Menſe Decembris.

De homicidio autem caſuali vide Ioan.
Philipp.Docto.Mompelien.conſ.15.cum
hic de eo non tractemus.

Ampliatur autem regula.l.querelã, vt
quantumuis in ciuilibus opponi debeat p̃
ſcriptio,talem in criminalib. ipſo iure ceſ-
4 ſet † accuſatio,& inquiſitio,ita,ut proceſſus
uel confeſſio facta ſit nulla etiam ſine op-
poſitione,& exceptione p̃ſcriptionis, pro
ut late tenet Marſil.in cõſi.46.nu.20.cum
ſeq.in criminalibus enim debet bonus iu-
dex ſupplere etiã ex officio defectum par
tis,& rei defenſionem ſuſcipere nõ ſolum
pro tuitione liberi hominis. ſed etiã ſerui
l.ſi nõ defendatur.D.de pœn.& ita obſer
uat Senatus noſter quamuis in hoc cõtra-
riũ,& forte male teneat.Carrer.in d. pra-
ctic.§.homicidium.nu.368.poſt Bal. in d.
l.querelam.Alias declarationes ad dicta l.
querelam ponit Carre.in d.nu.368.vbi in
ter cęteras dicit eam nõ procedere,vbi eſt
delictum notoriũ,vel adeſſet cõfeſſio par-
tis poſt Bal.& Marſil. per eum relatos,ad
quam declarationem Senatus nõ habuit
conſideratione͂,ſed omnino abſoluit reũ,
ſed iudicio meo melius forte fuerat, ne id
notorium,& confeſſarum delictum,tranſi
ret impunitum, homicidam in aliqua mi-
tiori,& pecuniaria emẽda cõdemnare pro
modo facultatum,videlicet in ſcutos 50.
aut 60.cũ & in grauioribus delictis tanto
mitius,q̃s puniat, quanto longius eſt tem-
pus decurſum a delicto,vt late dixi, ſupra
deciſ.76.p̃ l.ſi diutino de pœn.& habebit
locum hæc l.quærelam etiam in incendia
rijs Boe.q.56.& in occultis delictis. Ferã.
Garg.inter conſi.crim.Zilet.conſi.124.nu
me.15.qui dicit communem.

Sed quæriť an illi 20.anni ſint cõtinui &
currant ignoranti?dic quod ſic vt per Boſſ.
tit.de iniur.nu.24.

## Diſponere in uita qui ſibi ius ſeruauit,an poſſit teſtari.

### DECISIO CCIX.

1 *Reſeruan. ſibi facultatem diſponendi in uita an poſſit de reſeruatis teſtari.*

2 *Teſtamentum licet fiat inuita tamen non ſumit robur niſi poſt mortem.*

DISPONERE in uita q̃
ſibi ius reſeruauit,an poſ-
ſit teſtamẽtũ facere,& vi-
detur non poſſe, q̃a in ui-
ta diſponit,qui contractus
1 † facit inter viuos, & qui vere de effectũ
ſortiũtur,ſed qui teſtatur non diſponit in
vita cum ſolum poſt mortem ſumat ſuũ
effectum teſtamentũ,& ita tenuit Bar.in
conſil.76.pater filio emancipato.ſequitur
Dec.conſi.30.nu.3.Ripa.in rub.ſol.mat.
nu.17.Cagnol.in l.fin.C.de pact.nu.245.
Alexa.in l.ſtipulatio hoc modo.nu.18.de
uerb.oblig.

Contrarium, q̃ in uita dicatur diſpone
re,qui teſtatur,tenet Iaſ.conſ.230.li.4.vbi
reſpondet rationibus Bart. & idem tenet
Alcia.in l.fi.C.de pact.colu.fi.

Dubia profecto videtur hæc quæſt. &
ideo Rom.in d.l.ſtipulatio hoc modo.nu
me.42 & Claud.Aquẽ.in d.l.in fi.dicit du
ram videri opinionem Bar.quamuis ma-
gna ſit illius authoris,& non explicat,quid
ſentiat.

Putarem ego,vt dicit Alciat.in d.l.fin.
eſſe cõſiderãda verba,& cauſam ipſorum
verborum,ac alias circunſtantias,ex quib.
deprehendi poſſit voluntas exprimentiũ
illa verba,& iuxta illam cõiecturatam uo-
luntatem rem poſſe abſque difficultate re
ſolui.Nam ſi iſtam reſeruation ẽ hoc mo-
do factam bene conſiderabimus,nõ eſt du
bium,quod ille etiam in vita diſponit,qui
teſtatur,quia viuit,& non eſt mortuus,er-
go ſicut poſſet donare,& facere quicquid
voluerit,ita etiam poterit teſtari. Sed re-
ſponderi poteſt.q̃ cum vltimæ volunta-
tis effectus ſoleat poſt mortem cõſiderari
& ideo inquit Diuus Paulus ad Hebræos
2 † ut teſtamẽtum uires habeat, mors neceſ
ſe eſt ĩteruenat teſtatoris,ita vt ipſum te-
ſtamẽtum, & charta mortua repræſentet
uiuam teſtatoris perſonam, ita ut ipſe lo-
qui videatur poſt mortem,ideo aliud eſſe
diſponere in uita,aliud poſt mortem,ſicu-
ti alia eſt donatio,quæ inter viuos dicitur,
alia quæ cauſa mortis,non quod vtraque
non ſit inter viuos,ſed quia una in uita di
ſponentis, alia poſt mortem uires ob-
tinet.

Senatus



Senatus in cõtingẽtia facti ubi quis do
nabat alteri ſcuta cẽtum, qui ad alium re
uerterentur, niſi donatorius de eis in uita
diſponeret,cenſui non potuiſſe donatorũ
de eis teſtari fretus authoritate Bar. cuius
ſententia uiſa fuit communis, & ſequẽda
quicquid dixerit Iaſ.d conſi.230.li.4.refe
rente D.Senatore Ruffi.

Vide ad materiã huius deciſionis, quæ
ſcribit Alexã.Rauden.in tract.de Analog.
c.27.per totum.

## Mulieres,quæ in iudicijs perſonaliter comparere nõ deberent, qualiter iudiciale iuramentum ſtare teneantur.

### DECISIO CCX.

1 *Mulier in iudicijs perſonaliter comparere non debent.*

2 *Decretum Sabaudiæ, quod quis teneatur iurare in loco iudicij, & tribunalis. an procedat in muliere.*

1 MVLIERES † in iudicijs
p̃ſonaliter comparere nõ
debet.ca.mulieres.de iud.
libr.6. ideoq; neque ad po
ſtulationem admittũtur l.
1.§.2.loco.D.de poſtulã.cui prohibitioni
cauſam dediſſe Caiam Afraniam, ſeu(ut
I.C.ait)Calphurniam, ſcribit Vlpianus in
dicta.l.1.de qua meminit Valer. Maxim.
li.8.cap.3.Sed quęrebatur an ſtante decre
to Ducali Sabaudiæ, q̃ qui tenetur iura-
re debet comparere in tribunali coram al
2 tari, † afficiat mulieres? allegabatur cõtra
mulierem,quod decretum generaliter lo-
quitur,& exigit perſonalem præſentiam.

In contrarium adducebatur d.c.mulie
res, quod habet locum etiam in iuramen
to,ut dicit Anchar.in d.c mulieres. & ibi
Franc.in col.2.uerſi.in gl.in uer. exprimi
tur & idem Franc.in cap.1.de iudic.lib.3.
ubi poſt quam enumerauit duodecim ca
ſus,in quibus requiritur præſentia p̃ſonæ
& in 2.& 3.caſu ponit de reſponſione cũ
iuramento,tamen ibidem in uerſ. excuſa
tur.excipit mulieres.

* Cenſuit Senatus mulierem uilem teneri
iurare in tribunali ſeruata forma decreti
nobilem viro,& matronã accedere debẽ
re in domo priuata.Senatoris ibique iura-
re iuxta eandẽ formã,& hoc niſi tam egre
gia ſit mulier,vt cum dignitate poſſit iu-
dex vel Senator ad eam accedere iuxta l.
ad egregias,& tũc cuius expẽſi mittať hoc
iuramentum vide repetit.Iacob.Petr.in l.
admonẽdi.n.298.de iureiuran. & ita fuit.
iudicatũ in cauſa Dominæ Paulę Capræ
1582.Menſe Aprilis,& iterum in cauſa.D.
Georginæ Loſæ cõtra Robium 1589.Mẽ-
ſe Decembris.

## Alimẽta filio naturali, & ſpurio regulariter p̃ fratres debẽtur, & quando id locũ habeat, magiſtraliter ampliationibus, & limitationibus propoſitis declaratur.

### DECISIO CCXI.

1 *Filio naturali a patre,& ſuis hæredibus alimenta debentur.*

2 *Filio ſpurio alimenta debentur.*

3 *Alimenta debentur ſpurio, & naturali licet pater peti prohibuiſſet.*

4 *Alimenta peti poſſunt etiam coram iudice Eccleſiaſtico.*

5 *Pater poteſt pro alimentis relinquere quintam partem ſuæ hæreditatis naturalia.*

6 *Alimenta non ſunt filijs naturalibus præſtanda in hoſpitali.*

7 *Mater tenetur ſpurio alimenta præſtare.*

8 *Donatarius omnium bonorum tenetur alimenta filijs naturalibus præſtare.*

9 *Auus paternus,ſiue maternus tenetur filijs naturalibus alimenta præſtare.*

10 *Filia pro alimentorum conſecutione competit hypothecaria.*

11 *Bona illius,qui alimenta præſtare tenetur tranſeunt etiam in fiſcum cum illo onere.*

12 *Alimenta debentur etiam uxori filij naturalis ab hæredibus.*

13 *Alimenta filio naturali non debentur, ſi aliunde ſibi uictum parere poteſt.*

14 *Pater non tenetur dotare filiam ſpuriam ſi aliunde illam habere poſſit.*

15 *Alimenta non debentur filio naturali ſi ars uel alimenta ſuperueniant.*

16 *Alimenta præſtantur quatenus neceſſitas imminet.*

17 *Alimenta capienda ſunt ſuper fructibus*

18 *Pater poteſt alimenta filio naturali legere, etiamſi habeat aliunde.*

19 *Alimenta præterita an peti poſſint.*

20 *Pater non tenetur filio naturali ſeu ſpurio robuſto, & qui ſeruire poſſit, alimenta præſtare.*

21 *Alimenta filio naturali ingrato non debentur.*

22 *Alimenta ultra uires hæreditarias non debentur.*

23 *Ad alimenta quis nõ tenetur in plus quam facere poſſit, & non cogitur arctare uictũ ſuum pro illorum præſtatione.*

1 FILIO naturali † debentur alimenta non ſolum a patre, ſed etiam a patris hæredibus. l. ſi quis a liberis. §. id reſcriptum D. de libe. agnoſce. & ut breuior ſim multos ad hoc propoſitum citant moderni ꝓſertim Pereg. de iure fiſci. li. 3. titu. 18. nume. 65. Gabriel. conſi. 25. Burſat. conſ. 62. lib. 1. Vincent. de Franch. deciſ. 87. n. 150. & deciſ. 178. n. 6. & 12. & faciunt ea quæ de filia ſpuria late ſcribit idem Vincẽ. deciſ. 283. par. 2. Didac. in Epito. c. 8. §. 9. nume. 11. Paleot. in tra. de noth. & ſpur. capitu. 45. Et hæc concluſio nõ patitur difficultatem, & ſecundum eã pluries iudica-
* uit Senatus, immo & filiam dotare teneẽ officio iudicis. Papon. li. 21. titulo, tertio Areſt. 3.

Ampliatur hæc regula, ut procedat nõ
2 ſolũ in ſimplici naturali ſed etiã † in ſpurio, & inceſtuoſo, & hoc ex equitate canonica, ex capit. cum haberet. de eo, q duxit in matrimonio ex quo tex. videtur correctus rigor iuris communis diſponentis, ꝙ ſpurio, & inceſtuoſo nõ debeãtur alimenta. authẽ. ex cõplexu. C. de inceſtuo. nupt. & hanc æquitatem canonicam ſequendã eſſe etiã in terris Imperij, tenet ꝓceptor meus Paleot. Cardinalis meritiſſ. de noth. & ſpur. ca. 36. Didac. dicto epitomi pa. 2. capit. 8. §. 6. numer. 6. Roland. conſil. 54. numero 59. libro 2. & ita ſemper obſerua-
* uit Senatus, quamuis Calcan. conſili. 61. numero. 13. dicat contrarium. Qualia autem alimenta præſtãda ſint ponit Didac. dicto capitulo. 6. nume. 8. Paleo. capit. 47 numero 7.

3 Amplia ſecundo, ut hæc Alimenta † debeantur ab heredibus, quamuis pater prohibuiſſe illa peti a filio naturali, uel ſpurio Didac. dicta par. 2. cap. 8. §. 6. col. 6. uerſi. quinto infero Paleot. dicto ca. 47. num. 6. Rolan. dicto conſil. 54. num. 68. libro 2. & idem dicẽdum ſi pater mãdaſſet, quod talis naturalis teneret operari in domo; & ſeruire fratribus, ſeu hæredibus Rola. cõſilio 54. num. 70. libro 2. quod tamen nõ crederem uerũ per ea, quę dicã in prima fallentia, & contra eam tenet Bart. in l. Cato. §. Imperator. D. de leg. præſtã. Beltran. conſilio 177. nu. 5. lib 2. Tob. Non. conſilio 85. numero. Peruſi. concluſio. 1. colu. 5. & deciſio. 92. num. 13. Ioan. Veg. conſil 72 numero 4. quæ opinio uerisſima mihi uidetur, quoniam etiam des. uti inquit Poeta,

*Ignauum pecus fucos a præſepibus arcent.*

Faciunt, quæ dicam infra in uerſ. fall.
4 tertio.

Amplia tertio, ut talia alimenta † etiam peti poſſint corã iudice Eccleſiaſtico Didac. dicta par. 2. cap. 8. §. 6. num. 6. Hæc tamen ampliatio ꝓcederet in patria noſtra, ſi talis pater eſſet Eccleſiaſticus, uel hæres a quo alimenta petũtur. Cæterũ ſi ageretur contra laicum proculdubio agendum eſſet coram iudice laico, attẽta forma decretorum noſtrorum tam nouorum quã antiquorum, quibus prohibetur laicos trahi corã Eccleſiaſticis pro re mere profana, & ita uidi obſeruari. & inhiberi pænaliter laicis, ne pro tali cauſa coram Eccleſiaſtico litigarent, & licet dici poſſet Eccleſiaſticum poſſe cognoſcere tanquam de pia cauſa inter laicos, tamen hoc non admittitur apud nos quia talium cauſarum Senatus piiſſimi Principis noſtri perſonam repræſentans eſt iudex cõpetẽs, & ipſe ſemper cognouit. & cognoſcit,

5 Amplia quarto, ut pater † poſſit pro alimẽtis iſtius filii relinquere quintam ſuæ hæreditatis. Paleot. de Noth. & Spur. 45. num. 8. §. 6. num. 6. & ideo ſi aliquid a patre naturalibus, ſeu ſpuriis legati nomine relinquatur, reſoluitur tale legatũ in alimentis, poterit ideo illis hodie legari imo & donari cauſa morti, uel inter uiuos, Papon. li. 21. tit. 3. Areſt. 2. qui tamen Are. 3. id in ſpuriis limitat, & bene per ca. tanta, qui fil. ſint legit,

Amplia



Amplia quinto, adeo teneri patrem & hæredes ad hæc alimenta de ſuo proprio
6 vt non excuſentur † ſi poneret filiũ in hoſpitali, ut ibi aleretur. Didac. dicto cap. 8. §. 6. nu. 9. quod putarẽ procedere ſi hoſpitale has expẽſas a patre repeteret, ſed quo ad filium cũ aliunde alatur, & præſertim occaſione patris, & eius diligentia, nõ poſſet a patre alimẽta repetere per ea, quę dicam infra in prima fallentia. Niſi filius inuitus, & cũ ſuo dedecore in hoſpitali degeret, vt dicam infra.

7 Amplia ſexto, ut etiam mater † ſpurio, & naturali talia alimenta præſtare debeat & hoc uſque ad ætatem trium annorum. Didac. dicto §. 6. nu. 13. vbi dicit, nec procedere, ſi pater poſſet alere, tunc enim fit talis diuiſio alimentorũ per tẽpora, quod ſi pater eſſet pauper tenet idẽ Didac. matrem teneri ad alimenta etiam poſt triennium ſi eã facultatẽ filium alendi habeat. Hanc tamen ampliationem in quadã cau-
* ſa Riparolij Senatus non admiſit, quando mater eſt pauper, & neceſſe habet ſuis laborib. uictũ quęrere, nec cõmode ualeat filiũ lactare, aut alio modo alimenta præbere, pater autem ſit diues, & ea præſtare poſſit. Idemque obſeruandum dixit, ſi forte mater eſt nobilis, qui non poſſet filium lactare, aut eſſet talis perſona, quę nõ poſſet ſine magno ſcandalo filiũ apud ſe retinere, tũc enim tenetur pater filiũ agnoſcere, & alere iuxta ea, quę dixi ſupra deciſ. 3. circa fin. & uide ad hoc Peregrin. de iure fiſci. d. tit. 18. nu. 59.

Amplia ſeptimo, ut non ſolum hoc onus alendi tranſeat contra hæredem, per l. ſi quis a liberis. §. item reſcripſerunt. ff. de
8 libris agnoſcen. ſed etiam † contra donatarium omnium bonorum patris. Didac. dicto § 6. num. 14. licet dicatur, quod donatarius non tenetur ad debita defuncti, ut alias dicam.

Amplia octauo, ut hoc onus ſpectet etiam
9 † auo ſiue paterno ſiue materno ex his quæ dicit Paleot. d. cap. 47. nu. 6. Didac. d. §. 6. numero 19.

Amplia nono, ut nõ ſolũ filio competat actio perſonalis, ut officium iudicis ad conſequẽda talia alimenta, ſed etiã com-
10 petat † actio hypothecaria aduerſus tertios poſſeſſores, cũ bona parentũ cenſeantur tacite hypothecara pro alimẽtis filiorum. Duran. de arte teſtan. tit. de li. inſtit. caut. 17. facit, ꝙ notabiliter ſcribit Mar-
11 tian. in l. 2 ff. de alimen. & ciba. le. † quod ſi bona illius qui ad alimentorum præſtationem tenetur in alium tranſeunt, tranſibunt cum eodem onere etiã in fiſcum. Peregrin. de iure fiſci. lib. 5. tit. 1. num. 75. ꝙ intelligi poteſt ſi talia bona eſſent alienata ab hæredib. poſt mortẽ patris, alias enim ceſſaret talis hypotheca, ut per Did. d. c. 8. §. 9. nu. 14.

Amplia decimo, ut nõ tantum filio, ſed
12 etiam eius uxori † hæc alimenta debeantur, ut per Paleot. de Noth. & Spur. ca. 47. num. 7. Quod intelligo in vxore inope, ſecus ſi de ſuo uiuere poſſit, imò nec etiam videntur ullo caſu debita, quia ſatis eſt ſi ipſi pręſtentur, & ſi non poteſt uxorem nutrire non nubat.

Fallit nunc præmiſſa regula, ut nõ pro-
13 cedat ſi filius ſit artifex, † uel aliunde ſibi uictum quærere poſſit, tunc enim alimenta iudicis officio nõ debentur. l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi filius. & §. alimenta. ff. de lib. agnoſcen. l. fin. §. ipſum autẽ filium. C. de bon. quæ liber. Abb. in cap. fin. nume. 5. de conuerſ. infidel. Alex. conſi. 48. nume. 2. libro 3. & conſilio 27. nume. 2. libro 4. Dec. conſi. 576. num. 3. & hãc opinionem communem teſtantur moderni. Roland. conſilio 54. nume. 48. libro 2. Craue. conſi. 917. numero 11. Gabriel. de alimen. concluſ. 1. numero 21. Burſat. cõſi. 62. libro 2. Didac. in Epitom. par. 2. capi. 8. §. 6. num. 9. Peregrin. de iure fiſci. titu. 18. num. 96. 74. & ſequen. Calcan. late conſilio 59. & duob. ſequen. Hartman. practicar. obſeruat forenſ. libro 2. titu. de alimen. cap. 3. ſicuti etiam
14 non tenetur pater † dare dotem filiæ ſpuriæ, quando illam habere aliunde poteſt congruam. Gabriel. ibidem. nu. 6. poſt Bal. Alex. Iacobi. & alios per eum citatos. Peregrin. d. tit. 18. nu. 70. Et ſecundum hanc fallentiã cenſuit Senatus in quadam Taurin. Referente D. Senatore Agatia 1582. 22. Ianuarij. & in cauſa cuiuſdã Broliæ naturalis die 25 Septembris 1585. ꝙ tamen intellige quando talis eſt ars, quam filius ſine dedecore exercere poteſt Bar. in d. §. ſed ſi filius. & in l. 1. C. de mendi. ualid. Didac. d. c. 8. §. 6. n. 9. & quã exercere poteſt ſine periculo infirmitatis, neq; enim ſi eſſet perſona debilis cogeretur agriculturã

 exercere

exercere.Bar.d.l.1.C.de mēdic.ualid.Cra
uet.conſi.199.col.uerſ.rurſus.

Hanc fallētiam amplia, ut procedat ēt
ſi a principio quas eſſet paup. nec habere
15 unde aleretur,& poſtea ſuper uenirēt† di
uitiæ, uel ars alimoniā præſtas, tūc enim
ceſſabit alimentorū præſtatio. Gabriel. di
cto titu.de alim.concluſ.prima.nume.23.
quod quidam,uerū eſt conſiderando tem
pore diuitiarum,ſecus ſi pro alimētis pręr
teritis tēpore paupertatis aliqua debita
filius contraxiſſet, nec haberet modū ſol
uendi,tunc enim ad ea debita exoluenda
tenet pater, & præſtantur hæc alimēta,
16 quatenus † neceſſitas imminet,& non ul
tra.l.quę propter neceſſitatem ubi Doct.
de regu.iur.l.ſi quis a liberis,§.ſed ſi filius
de li.agnoſcen.Bar.in.l.1.§.nunciatio nu
me.28.de nou.oper.nunciat.Abb.in cap.
cum uenerabilis. nu.7.de conſuetud. Iaſ.
in.l.cōmodis.in fi.D.de re.iudica. Dec.in
l.donationem. nu.7.C.de collat.Craue.
in conſi.pro genero.nu.194.Menoch.de
arbitr.iudi lib.2.caſu.182.nume.33.& ſe-
cundum hac declarationem cēſuit Sena-
* tus in una cauſa Marchionatus Ceuę,refe
rēte Illuſtri.compatre meo Do.Senatore
17 Mina.8.Nouembris 1586.Talia autē † ali
menta præſtabūtur nō ex alienatione bo-
norum paternorū ſed ſuper fructib.l.Im-
perator.D.ad Trebel.ubi Angel. Alexan.
conſ.100.num.7.libro.1.Alciat.conſ.243
num.4.Simon de Pręt is in tract. ultimar.
uolunt.libro.11.num.62.Socin.conſi.97
cap.fin.lib.1.quia alias reuendita, & prin
cipali conſumpto poſſet filius alimētis ca
rere,Ideo pro rata fructuū alimenta præ
ſtāda ſunt l.3.D.de alimen.legat.Per egr.
dicto titulo 180.numero.77.Et ex eo ſo-
lo, ꝙ quis eſt artifex,præſumitur quis ha
bere unde uiuat,Mātua conſil.77.nu.12.
lib.1.facit illud Catonis.

*Cū tibi ſint nati nec opes, tunc artibus illos*
*Inſtrue,quo poſſint inopem defendere uitā.*

Quilibet enim præſumitur ex ſuo arti
ficio nō ſolum ali poſſe ſed etiam ditari
Bal.in l.ſi defunctus.C.arbi.tute.Sed quā-
uis pater non cogatur pręſtare alimenta fi
18 lio artifici, tamen ſi vult poteſt ea † illi le
gare.Crauet.con. 199 qa ita declarat opi
nionem Dec.in conſi.576.contrarium te
nentis poſt Calcan.conſi.59. & conſi.62.
idem Crauet.conſi.200.nu.10. & opinio
nem Crauet. in practica obſeruari dicit
Appoſtillator ad Dec.d.con.576.nu.2.Di
dac.d.c.8.§.6.n.10.opinionem tamen Dec
cii ſequitur Paleot.de Noth. c.48.n.6.niſi
filius in egeſtatē labi uideretur, & opera
ri perpetuo poſſe.

Fallit ſecundo, ut hæc regula procedat
19 quo ad† alimēta præſentia,non autē quo
ad præterita. Bart.Alex. & Iaſ.in l. de ali
mentis.C.de tranſact.Rui.conſi.80.nu.5.
libro 2.Tob.Non.conſi.8.n.5.Peruſi.con
cluſ.1. colu.4. verſ.infertur. Burſat. conſi
lio.83.nu.7.lib.1.Gabriel. de alimen. con
ſil.1.num.3.Vicent.de Franch deciſ.203.
Quod intellige, ut dixi ſupra, niſi illarum
cauſa facta īterpellationes filius debita cō
traxit. uel alia alimēta ab extraneo præ
ſtita fuiſſet, poſſet enim tunc extraneus
actione negotiorum geſtorū ea conſequi
l.Neſennius.D.de negot.geſt. facit.l.cum
vnus.10.§.1.l.libertus,§.1. de alimen.le-
gat.Corduba.in d.§.idē reſcriptum. num.
65.& in §.ſi uir.patens.num.67.de liberis
agnoſ.præſertim ſi actionis iure petātur
Mohedam deciſ.127.in fi.

Fallit tertio,ſi ſit corpore ualidus & ro
buſtus ita ut ſeruire poſſit alicui nobili,
20 tūc, enim ētſi artem, † non habet,pater
ad illum alendum nō tenetur Bar. in d.l.
1.C.de mēdic.ualid. Dec.conſil.576.nec
enim danda eſt occaſio otioſitatis,& iner
tiæ Alciat.conſ.243.num.3.& idem dicas
ſi haberet beneficiū eccleſiaſticū,ex quo
uiuere poſſet.Decius cōſi.576.Crau.199
num.11.quamuis cōtrarium tenuerit Pa
leot.de Noth.& ſpur.c.45.& idē dicendū
eſſet in filia ſpuria,ſi haberet maritum lo
cupletem,qui illa alimēnta præſtare pōt
Crauet.conſi.200.nu.11.

Fallit quarto, ſi ſpurius† eſſet ingratus,
21 ita ut iure denegari illi poſſent alimenta,
Didac.d.c.8.§.6.nu.17.Paleot.c.58.nu.7.
Alciat.conſi.243.

Fallit quinto ut talia alimenta non præ
ſtentur ab hærede,ſi legata † ſint ultra ui
22 res hæreditarias,etiamſi inuentarium nō
feciſſet.Cuman.conſi.30.in dubio Fanut.
de inuentar.hæred.pa.7.num. 56.& in §.
quid ſi tutor.nume. 2.ſed in hoc Natt. te
net contrarium in conſili.387.n.9. Cuius
opinionem putarem de iure ueriorē præ
ſertim



ſertim in cauſa hac alimentorū fauorabi-
li, ſi enim hæres inuentariū non fecit, ha-
betur pro herede ſimplici,& ad integra le
gata tenetē l.fi.§.ſin uero.C.de iu.delibe.

Fallit ſexto,ut ille,qui obligatus eſt ad
23 alimēta præſtanda,nō teneatur † in plus
quā facere poſſit, neque ſe arctare in ſuis
alimentis & expenſis, ut alium alat.d.l. ſi
quis a liberis §.fina.l.1.C. de alend. liber.
Nat.conſi.387.nume.8.prima enim chari
tas incipit a ſeipſo,l. præſes C de ſeruitu.
& aqua,ꝙ tamen intellige,niſi alimētorū
debitor uellet nimis prodigaliter,& nimis
exuberantes uiuere.

Et quod dictum eſt ſupra uerſic. fallit
nunc in fi. deberi alimenta ſpurio, quādo
deſinit poſſe artem exercere,ex qua uiuat
amplia ut poſſit petere declarari per iudi-
cem,quod præſtentur ſibi alimenta in ca
* ſum in quem ex ſua arte uiuere nō poſſit,
& ita uidetur Senatus in quadam cauſa
Taurinenſi referente Domi.Senatore A
gatia.20.Ianuarii.1582.

## Tex.in l.magnā.C.de cōtrah. & committen.ſtipulati.declaratē, & quando moræ purgatio admittatur.

### *DECISIO CCXII.*

1 *Dies,& pœna interpellant pro homine.*
2 *Interpellatio requiritur ad conſtituendum in mora.*
3 *Caſtr.opini. in conſilio* 110. *lib.2. declaratur.*
4 *L.magnam.C.de contrah. & com. ſtip.non procedit, quādo præfixus eſt breuis dies.*
5 *Mora cleri ſatisfactione purgatur.*
6 *Moræ purgatio non admittitur ſtante iuramento.*
7 *Minor ætas a ratificatione non excuſat.*

1 DIES, & pœna interpellant
†pro homine.l.magnam.C.
de cōtrah. & com. ſtipulat.
adeo ut non ſit licitum mo
ram purgare Rip.in l.ſi inſu
lam.numero 47. de uerborum obligatio.
Dicens,ꝙ licet ſit hæc quęſtio de apicib.
iuris,tamen communis opinio eſt, quam
ibi limitat ſeptem modis, & dixi ego ſu-
pra deciſione. 77.mora non purgatur.Ex
his inferebatē in Senatu ad quæſtionem
Cōmunitas cum alia communitate fecit
tranſactionem, promittendo inſtrumen-
tum ratificationis totius populi intra tres
dies alteri communitati exhibere ſub pœ
na quingentorum aureorum, euenit, ꝙ
lapſis aliis tribus diebus non fuit exhibi-
tum inſtrumentum, quærebatur an inci
diſſet in pœnam. Allegabatur in fauorem
2 communitatis promittentis, † quod non
fuerat interpellata,ergo mora nō interue
nit non obſtante die,& pœna.iuxta cōſil.
Caſtren.100.libro ſecundo.ubi uoluit nū
quam currere tēpus, niſi facta interpella
tione.Cuius doctrinam ſequitur Iaſ. in l.
ſi ex legati.numero ſeptimo. de uerborū
obligatio.Dec.cōſilio ſecundo.colum.2.
Marſil.in rubrica de fideiuſſo.nume.150.
Felyn.in captu.ſi autem. colum.2. de re-
ſcript.Purpura.in l.uinum. numero.28.ſi
certum petat.Rip.in l.4. §. hoc autē iudi
cium.numer.10.& undecimo.de damno
infec.Et hæc opinio eſt communis & pra
cticata preſertim ī patria noſtra, ubi etiā
uirtute decretorū antiquorum ita in feu
dis, & emphyteoſi obſeruamus.

In cōtrarium allegabatē,quod ita opi
3 nio Caſtren. † eſt dubia, ut ibi dixi, ſed
dato quod ſit communis, tamen intelligi
tur in præparatoriis iudicii non autem in
aliis pænis conuentionalibus,& ita Caſtrē
ſem intelligit Felyn. Iaſo.& Marſil. quos
ſupra citaui,& Deci.conſilio 145.in fi.&
ulterius reſpondet Ripa in l.quarta.§.hoc
autem.numero undecimo de damno infe
cto. ꝙ ibi erat appoſita dies gratia finien
dæ obligationis, ideo requiritē citatio. In
caſu autē noſtro opponitur cauſa differen
dæ ergo,&c.ut ibi per Ri.Ioachim. Myſin
ger.obſeruationum centu.3.obſer.95.ubi
ponit ſingularē limitationem ad illā legē.

Et profecto ſi alter diceremus, illa lex
magnā,quæ quotidie ad hoc allegatur,ſer
uiret de uento,ac ceſſet inutilis,& in totū
deſtrueretē Quamuis, n. multas patiatur
limitationes,de quibus per Iaſ.in l.ſi ex le
gati de uer.obl.ubi ſcripſi addēdo alias ſe
ptem fallentias ad dic.l.magnam, tamen
nulla earū cōuenit caſu noſtro.Vnde erat
mentis Senatus, ꝙ nō obſtante opinione
Caſtr. quę in caſu iſto non loquitur, eam
communitatem indicere in pœnam.

Addu-

Adducebatur tamen pro ea cõmunita-
te alia fallen.ad l.magnam,quæ eſt, quod
4 non procedit,quando † dies appoſita erat
nimis breuis.Ita dicit Socin.in reg. 90. in
cipien.dies,& poſt Bald.in l.ſi mihi, & ti-
bi.§.quis ſeruos,de lega.1. per illum tex.
Sed reſpõdetur,quod ille tex.loquit̃, quã-
do erat dilatio adeo breuis,vt impoſſibile
eſſet intra eam expediri actum,vnde ſecũ
dum eum ita erit intelligenda mens Bald.
& Socin.qui illum citat in caſu autem no
ſtro erat adeo longa dilatio,ut etiã breui-
ter potuiſſet inſtrumẽtum expediri. Et q
bus cenſuit Senatus in cauſa Cẽturiæ illam
communitatem,quæ nõ exhibuit intra tẽ-
pus ratificationem,incidiſſe in pœnam id
tamen etiam concurrebat,quod nec intra
aliquod breue tempus moram purgare ni
xa eſſet,quare tũc fuiſſeut admiſſi ad pur-
gationem,iuxta,ea quæ dixi ſupra dicta de
ciſio.77.cum quis poſſit celeri ſatisfactio-
5 ne † moram purgare.cap. potuit , de loc.
& ita text.dicta l.magnam.cum.ſimil.do
cte intelligi Sarment.ſelectarum interpre
tatio.libro tertio capitulo quinto.numero
tertio.

6 Et tanto magis non admittitur † purgatio
ſtante iuramento cum die,& pœna.Alex.
conſi.148 libro ſeptimo,& in l.quod te. ſi
certum petat.vbi etiam Iaſo.Dec.& Cur.
qui dicunt communem.Aret.in l. ſi ex le-
gati.de verborum obligat.colum. penult.
uerſi item,& ille.& conſilio.142.columm.
quarta.verſi.venio.Felyn. in capit. ex re-
ſcripto.colum. penult. de iureiuran. Rip.
reſpon.2.in fin.libro primo.& reſpo. 7.li-
bro tertio.Curtius.conſi 74.colu.4.nume.
4.dicens non requiri interpellationem.
Idem.dicit Crau.conſil.64.columm.ſecun-
da.Rube.conſilio.152.in Gozad.conſilio.
27.& 31.& 57.Pari.conſi.116.nu.119.lib.
ſecundo,dicens communem,fuit origina-
lis opinio.Bal.in cap.primo.§.ad hæc.hic
finit.lex.Corrad.

7 Et tali ratificatione,† non excuſat ætas
minor.Berò. quæſt.103.Licet crederem,
quod minor poſſet tanquam læſus aduer-
ſus temporis lapſum in integrum reſtitui,
ad nota.in l.Aemilius.de minor.de quo di
xi ſupra dec.103.

Lex vẽditor.D.de iudic.an ha
beat locũ,quando fiſcus,uel patri
monialis in iudicio ꝑ defenſione
iurium priuati euocatur.

## DECISIO CCXIII.

*1 Camera Ducalis pro rebus patrimonij eſt iu*
*dex competens.*
*2 Tex.in l.uenditor.D.de iud.an procedat in*
*fiſco.& n.3.*
*4 Camera olim per decreta antiqua de cauſis*
*non cognoſcebat,ſed Senatus.*

PRIVATVS emit a fiſco
fundum. Tertius vult illũ
vendicare,& euocat poſſeſ
ſorem coram Senatu. Em-
ptor denunciat fiſco litem.
Procurator fiſci comparet corã Senatu,&
petit cauſam remiti corã procuratore Cæ
1 ſaris,ſeu Illuſtr. Camera, † quæ eſt iudex
petens in omnibus cauſis ad patrimoniũ
Principis ſpectantib.l.1.C.de offi.procura
tor.Cæſ.& l.2.C.vbi cauſæ fiſc.vbi Docto
res,hocque conſtitutionibus & decretis
Principum noſtrorum cautum eſt.

Opponitur,cauſam non eſſe remitten-
dã,ſed quod fiſcus tenetur defendere co-
ram eo iudice,vbi lis eſt cæpta,quia eſt iu
dex emptoris,& poſſeſſoris.l.venditor.de
iudi.

Quæſtio hæc non caret difficultate,nõ
quidem ex legibus,quia non video legem
aliquam dicentem,quod lex.venditor.D.
de iudi.non habeat locum in hoc caſu,ſed
ex ſubtili quadam Doctorum argumẽta-
tione,& eorum auctoritate.Ego in hac cõ
trouerſia breuitati ſtudendo omittam ra-
tiones,quas ad partes diſputando poſſem
allegare,ſed me remitto ad eas, quas alle-
gat per duas columas Bartol Soc.in con-
ſilio.91.caſus ſuper quo.nume. 14. libro
3.vbi pro ea opinione, quod l.venditor.li
2 mitetur in fiſco adduxit quinque † argumẽ
ta pro parte vero contraria deduxit octo
valde concludentes rationes,quibus addo
nonum argumentũ,quod eſt,quòd ſpecia
lia non fuit multiplicanda.l.1.C.de dotis
promiſſio.Sed ſi daremus.l.venditor, li-
mitari in fiſco,conuenirent tria ſpecialia,
primum,quod actor non ſequeretur fo-
rum

rum rei,contra l.iuris ordinem.C.de iud.
& cap.cum ſit generale.extra de foro com
pet.

Secundum,quod vbi cæptum eſt iudi-
cium ibi non finitur contra l.vbi cæptum.
D.de iud.

Tertium,quod actor rogatus non poſ-
ſet declinare forum ob ſuum priuilegium.
d.l.venditor,qui tex.eſt ſatis clarus, & lo-
quitur generaliter in quolibet priuilegiato.
& l.1.C.vbi in rem actio.

5 Poſſent alia multa adduci, ſed quoniam
hodie non rationibus,& legibus,ſed auto
ritatibus pugnatur , ideo videndum erit,
quę ſit receptior opinio , & communiori
Doctorum calculo probata.

3 Hanc quæſtionem † in terminis tangit
Barto.in l.3.in glo.magna.C.de iure fiſc.
colum.ſecunda.verſi.& ſecundum hoc.di
cens,quod ſecundum illam lecturam ſpe-
ciale eſt in fiſco,vt non habeat locum d.l.
venditor.& ita ſimpliciter ibi etiam hoc te
net.Ioan.de Plat,Eandem opinionem te-
net Paul.de Caſt.in d.l.venditor.& eam ſe
quitur Cagnol,in d.l.uenditor num. 19.&
hanc opinionem videtur ſequi Socin.ſen,
conſil.49.Eligat.lib.4.

Contrariam opinionem,quod l.vendi-
tor.non limiterur in fiſco,tenet Bald, in di
cta l.3,C.de iure fiſc.colum.ſecunda. verſi
cu,item non obſtat.Idem tenet Angel. A-
ret.in rubr.de exceptio, nume, 17.vbi re-
ſpondet ad dictam l.tertiam. idem tenet
Corn.conſilio 76.in hac conſultatione,li-
bro quarto.in fin & reſpondet ad dictã l,
tertiam. Soc,qui latiſſime examinat in di
cto conſilio,61.lib.3.in ultim. quæſtio.v-
bi etiam reſpondet ad dictam l,3 ad om-
nia contraria,& dicit cõmunem. eandem
opinionem ſequitur Lancellot. quẽ citat
Cagnol.in dicta l.uenditor,& cũ hac opi-
nione etiam tranſit Rebuff. in dicta l. ter-
tia.dum illam intelligi in caſu quo princi-
paliter fiſcus agit contra tertium,dicens eſ
ſe ſpeciale in fiſco,vt reus ſeruatur forum
actoris,de qua re nulla eſt dubitatio, toto
titu.vbi cauſa fiſcali.

Et ex his inoleuit practica ĩ hac patria
vt ſi procurator patrimonii aliquẽ conue-
niat,vel conueniatur,agat corã procurato
re.Cæſaris , qui nunc eſt preſes Cameræ
computorum,& ſic coram Illuſtri Came-
ra,quod ſi agatur inter priuatos , & fiſcus
euocetur vt aſſiſtat,tũc cauſa tractatur co
rã Præſide prouinciæ,& Senatu , cum aſſi-
ſtentia tamen Pręſidis Cameræ,& procu-
ratoris,ſeu aduocati patrimonii, iuxta for
mam l.2.C.ſi aduerſ.fiſc.

Secundum vero formam decretorum
antiquorũ Sabaudiæ. prudentiſſimi Prin-
cipes conſiderantes,quod Camera cõpu-
torum computis , ac calculis, ac ſubhaſta
tionibus redditum patrimonii vacare de
bebat,nec erat princ.vtile,nec iuſtitiæ cõ
ueniens , vt ſe immiſceret in cognitione
4 cauſarum ciuilium,† uel criminalium præ
ſertim cũ fere omnes cameræ auditores
ſint nobiles nõ togati, ſed potius armati,
qui de iure nõ poſſunt ſententiã dicere,
expreſſe cauit,ut a tali cognitione omnino
abſtinerẽt,etiã quod de patrimonio prin-
cipaliter ageretur,nec de illis ſe impedire
præſumerent , verũ eas cauſas Senatui re-
mitterent,vt latius habetur libro.2.Ame-
dei.cap.204.ſub rub.Præſid.magiſtr.& au
ditor.Camer.in cap.incipient. quia vero,
&c.quod confirmatur per aliud decretũ
Sabaud.per Ducem.Philibertum ſecundũ
in cap 16.quod incipit in Camera noſtra
compatorum ,& ita confuſe per centum
annos ultra obſeruatum fuit. Et ego dum
Senatus,& Camera eſſent Vercellis apud
Sereniſſimum Ducẽ Carolum ibi tũc con
morantem ab anno.1549. quo in Senatu
verſari cæpi,vidi ſemper cauſas nõ ſolum
ſimilis euocationis procuratoris patrimo-
nialis,quando lis principalis,& inter priua
tos ſed etiam quãdo agebatur inter patri-
monialem & priuatum,cauſarũ definitio
nem fieri in Senatu cum aſſiſtentia præſi-
dis Cameræ,& aduocati patrimonialis, do
nec ſuperuenta pace inſurrexerunt quidã
indocti,ſed nouarum rerũ cupidi,qui am-
bitionis,& propriæ gloriæ,magis quã prin
cipis commodo ſi publico beneficio ſtu-
dentes ſub Sereniſſimo Duce Emanuele
anno 1561.procurarunt Præſidẽ,& audito
res Cameræ hanc cauſarum cognitionem
& deciſionẽ habere.& vt facilius id obti-
nerent tres ex Senatoribus ad cauſarũ re-
lationem in Camera admitti curarunt
ĩter quos nominati fuimus a Princip.D.Se
nator a Coſtaforte Foſſanenſis,& ego:ſed
a tali munere ambo ſe excuſauimus,ea ra
tione,quod nõ uidebatur forma antiqua
inouanda,verum præualuit illius præſidis
Came

Cameræ opinio,& in locum noſtrũ depu
tati fuerũt Illuſt DD.tũc Senatores Pon-
te,& Draco,& ſic cæpit Camera hac iuriſ
dictione vti,& in cauſis cognoſcere,ſed in
his tantum in quibus patrimonialis erat
principaliter actor,vel reus non autem in
alijs. Quare auditis aduocatis, & ꝓcurato
* ribus patrimonijs cenſuit Senatus cauſam
illam,& ſimiles non eſſe Cameræ remit-
tendas,ſe coram Senatu tranctãdas. 10. Ia
nuarij 1587.

## Augmentum pecuniȩ an in gabellis debeatur,&c.

### DECISIO CCXIIII.

1 *Pecuniæ augmentum an in gabellis debea tur.*
2 *Gabella ſoluitur uaſſallis in loco infeuda to pro manutentione pontium,& uariarũ.*
3 *Præſcribitur qualitati ſolutionis in Gabel lis ſicut in cenſibus.*

1 PECVNIAE augmentũ an
†debeatur in gabellis quan
do ꝑ lõgisſimũ tempus sẽ-
per ſoluti fuerũt groſſi,ſeu
quarti, vt nos dicimus de
moneta currenti. Et videbaẽ dicẽdũ deberi
augmẽtũ,ita,ut ſi iã cẽtũ annis, quib. indu
cta eſt gabella,aureus valebat groſſos qua
draginta,& nũc valet groſſos 132.debean
tur nunc ſolum groſſi cum illo augmẽto,
ut quadraginta faciant aureum,vt per Do
ctor.communiter in l. cum qd.ſi cert. pe-
tat. D.compater meus Anton Sola in ſuis
commentarijs ad antiqua decreta,ſub ti-
tul.de pact.inter Empt.numer. 84. & cum
* hac opinione tranſibat Senatus, & pro ea
facite quintas,nam tales gabellæ ſoluũtur
2 dominus locorum,vt faciant expenſas in
reparatiorum viarũ,& pontium,& teneãt
uias tutas a latronibus,Signorol.conſilio.
108.Cȩpol.de ſcript. ruſticor.prædior. ca
pitu.3.nume.50.Rolan.conſil.34.nu. 26.
lib.3.unde cum nunc aureus creuerit, &
operȩ laboratorum,ac mercedes ita etiam
debet augeri gabella ſaltem pro rata aug
menti pecuniæ debitæ, & hæc uera sẽper
mihi uiſa ſunt.
3 Hęc tamen opinio† limitatur, vt non
procedat,quando in ſolutione ita diu per
longũ tempus obſeruatum fuit,& ſolutum
de moneta currenti, tũc enim præſcriptũ
fuit illi generi ſoluendi ſub ea forma per
cap.olim de cenſib.vbi Doctores, putarẽ
tamẽ,quod ſi longi temporis curſu ea mo
neta ad minimam quid reduceretur ita ut
uix ſupereſſet pro expenſis exactionis. ꝙ
tunc princeps in fauorem ſuæ Camerȩ aut
ſui vaſſalli eam reduceret ad monetam an
tiquã,ne illud ius Gabellȩ redderetur clu
ſorium. Et ita vidi obſeruatum in Illu. Ca
mera computo um.

Sed ſi non fuit ſolutum per multos an-
nos,& ſic receſſum fuit ab ea conſuetudi
ne,tunc debetur augmentum monetæ, &
ita iudicauit Senatus in cauſa Iporredię,&
* gabellȩ referẽte D. Arcatore. 1585. Iunij,
in qua duo ſolidi Imperiales qui debeban
tur pro gabella,fuerũt reducti ad patacos
decem,quamuis alias non valerent niſi pa
tacos ſex,ideſt patacos tres ꝑ ſingulo ſoli
do, De monetæ autẽ augmento in mutuo
vide quȩ dixi ſupra dec. 174.

## Excuſſio an requiraẽ de bonis debitoris ſtãte cõſtituto,& quid ſi moriatur conſtituẽs poſt factã. alienationem;an ceſſet remediũ. l,fi.C.de acqu.poſſeſſ.

### DECISIO CCXV.

1 *Excuſſio bonorum principalis debitoris re quiritur antequam deueniatur contra ter tios poſſeſſores.*
2 *Excuſſio non requiritur ſtante hypotheca cum conſtituto.*
3 *Conſtitutum non expirat per mortem conſti tuentis.*
4 *Conſtitutarius mortuo conſtituente poterit uti remedio.l fi.C.de ac.poſſ.*
5 *Rom.conſi. 189.declaratur.*
6 *Conſtitutarius qualiter per negligentiam ſuam poſſeſſionem amittat.*
7 *Conſtitutum an tranſeat ad futura bona.*
8 *Poſſeſſio an per conſtitutarium poſſit rema nente adhuc pænes conſtituentem,in aliũ transferri.*





1 EXCVSSIO bonorum prin-
cipalis debitoris† fieri dẽt
anteq̃ deueniatur contra
tertios poſſeſſores aũt.hoc
ſi debitor.C de pignor. ut
late ꝑ Guido Papæ. deciſione 432. ſuper
quæſtione,ubi ponit practicã excuſſionis
fiendæ,& conſilio 109. Domini de parla
mento,& dixi ſupra deciſ. 51.52. & 53.
2 Fallit ſi in inſtrumẽto crediti † adſit hy
potheca cum clauſula conſtituti,quod di
ctum ualde ſingulare eſt ſecundũ Ange.
in §.item ſi quis in fraudem. inſtit.de act.
& hanc dicit bonam cautelã Cœpol. cau
tel. 31.nume.primo, Iaſ.in §.ibidem.nu-
mero 77.uerſiculo & ex hoc dicto.ſed an
te Iaſ.hoc tenuit Guido Papæ. dicta deci
ſione 432. nume.1.uerſiculo itẽ dicta au
thenti.poſt Bartol.& Iacob. de But.ibi re
latum.adde Balb.in repetitio.l.Celſus. co
lumna 29.de uſucapion.& rationẽ huius
diciſionis ponit Papien.in forma libell.in
actio.hypothec. §.exceptionẽ.& facit ad
hoc generalis,& cõmunis cõcluſio, quod
clauſula cõſtituti facit ceſſare excuſſionẽ
ſecundum Iaſon.in dicto §.item ſi quis in
fraudem.numero 57 poſt Aretin. & alios
ibi citatos,& latius ꝑ Tiraquel. de conſti-
tutio.parte prima,nume 54. ubi ſuo mo
re infinitos ad hoc citat,& ad quem breui
tatis cauſa me remitto, cui addo Gabriel.
lib.quarto.de fideiuſſ.concluſione prima,
limitatio quarta.& Menoch.de recuperã
da poſſeſſione remed. 14.quæſtio.18 ubi
plures citat. Cuter.de cõtract iurat capitu
lo 23.nume.22 Ludouic. deciſio. Peruſi.
45.num.14. Qui tamen meo iudicicio re
cte intelligit hanc opinionem,quãdo agi
tur uia executiua(puta remedio l.fi. C.de
acquirenda poſſeſſio.)contra tertium poſ
ſeſſorẽ,ſecus ſi alio modo ageretur, & ita
dicit euitari contrarjs in hoc articulo Do-
ctor.ſentẽtias poſt Bero.cõſilio 80.nume
ro ſecundo.libro tertio. Et ſecundũ hanc
fallentiam uidi ſemper iudicaſſe Senatũ,
ut dixi ſupra deciſi.53 Poſito. & pulchre
conſuluit Roland. conſil.nouo, nume.19.
libro 1.
3 Amplia etiamſi moriatur † conſtituens
nam. quamuis uideaẽ magis communis
opinio,quod mortuo cõſtituente expiret
conſtitutum ut late tradit Menoch.in 14.
remed.recuper.num.64. & Tiraquell. de
conſtitutio.parte prima,numero 65. & li
mitatio.21.numer. 10.11.ubi multos alle
gat,tamen illa concluſio declaraẽ,ut pro
cedat, quo ad poſſeſſionem præſentẽ; ita
ut, is cuius fauorem factum eſt conſtitu-
tum uideatur adhuc poſſidere,& non poſ
ſit uti remedio retinendȩ,uerũ poterit uti
remedio,ut hȩres conſtituentis teneatur,
aut remittere,aut continuare poſſeſſione
nomine defuncti uirtute cõſtituti a defun
cto facti, ita tenet, & declarat ſubtiliſſi-
mus Doct. Claud. de Scyſſello in l.exitu.
uerſi.ſed ego.D de acquirenda poſſeſſio
ne.quem refert, & ſequitur Tiraquell. de
conſtitutio.ampliatio.13 nume.tertio, &
Menoch.dicto remedio 14.nume.67. Ex
quamuis uideatur Dominum Menoch.in
dicto loco nume.trigeſimo octauo,innue
re contrariũ, tamen reſpondetur,quod ip
ſe ſe refert ad declarationem ſubſequẽtẽ
per eum poſitã. Immo dicere poſſumus,
quod licet illa uideatur cõmunis opinio
ut conſtitutum expiret morte conſtituen
tis,tamen contrarium uerus eſt,quo ad ci
uilẽ poſſeſſionem per ea, quæ in hæręde
conſtituarij ſcripſimus ſupra deciſione
105. Conſtitutum, præſertim ſi conſti
tuens ſe conſtituiſſet poſſidere per ſuis
hæredibus, ut per Balb. de præſcriptio,
parte quarta, quartæ partis principalis,
quæſtione undecima, uerſiculo ex qui-
* bus colligo. & ita cenſuit Senatus ſem
per, ut dixi dicta deciſione 105.nu-
mero ſexto niſi eſſemus in caſu, quo
conſtitutum poſt mortem effectum ſor-
tiretur, ut dixi ſupra deciſione trigeſi
ma octaua. Conſtitutum, ſeu conſtitu-
ti, & cætera. Licet enim dicamus con
ſtituentem pro alio poſſidere, ut colonus
pro alio poſſidet, & propterea morte fi-
nire poſſeſſionem. l.cum precario.§. fin.
D.de precarijs, tamen ciuilem poſſeſſio-
nem animo conſtitutarius retinet, ideo
poteſt ſi hæredis conſtituentis uelint alio
nomine quam coloni poſſidere,recupera-
re poſſeſſionem remedio.l.fi.C.de acqui
ren.poſſeſſ.

Secundo declara,ut quamuis non poſ
4 ſit intentari remedium retinendæ† uirtu-
te clauſulæ conſtituti attenta morte con-
ſtituentis, poterit tamen intentari reme-
diũ recuperandæ ex d.l.fin.C. de acquir.
poſſeſſione,quæ loquitur non ſolũ in ſer

no,& colono, ut Aret. putaq, ſed in quoli
bet,q rem nomine alterius poſſidet,ut cla
rè innuit ibi text. in uerſicu.uel quiſpiam
alius.quem ad hoc ponderat Alexa. conſi
lio 85.ponderatis his numero ſecundo li-
bro ſexto.& in l.exitus.de acquirēda poſ-
ſeſſio. Et ita declarat Seyſſelus in dicta l.
exitus.uerſic. ſimiliter etiam.& Tiraque.
dicta 13.limitatio.nume. 3.Menoch.dicta
quæſtio. 18.uerſicu.declara. poſt Gozad.
conſilio 42.& dixi deciſ.38.in fin.

Et ex hoc infertur,quòd ſi quis conſti-
tuens nomine alterius poſſidere rem alie
net,deīde moriatur , poterit cōſtitutarius
ex d.l.fin.recuperandæ remedium intēta
re ſecundum Corn.conſi.190.Ad euiden
tiam.nu.5.licet forte non poſſet hoc face
re,ſi ante alienationem moreretur ſecun-
dum Gozad.d.conſ.52.Menoch.dict.quę
ſtio.18.& Tiraqu.d. amplia.13.nu. 3. Ad
quod faciat,qa alienans interuertit poſſeſ
ſionem,quod facere non poteſt etiam ad
effectum præſcribendi. l.malè agitur. D.
de præſcrip.30.ann.

Nec obſtat.conſil. Rom.189.quia ad il
lud reſpondet Goza.conſ.42.ſed ulterius
3 dico quod dictum† Roman. poſſet proce-
dere,ſi mortuus eſſet cōſtituens ante alie
nationem, ſed ſi ante mortē alienauit in-
teruertit poſſeſſionem cōſtitutarij, ex qua
interuerſione conſtitutarius ſpoliatur, &
oritur remedium.d.l.fin.ad recuperādam
poſſeſſionem,quod remedium in rē illam
ſcriptū morte conſtituentis non tollitur,
& ita dicit Aquenſ. in d. l. exitus. Corn.
dict.conſi.190.& Menoch.dict nu.67.

Hæc tamē illatio nō procederet,ſi cō
9 ſtitutarius neglixiſſet poſſeſſionem.† cor-
poralem adipiſci, uel conſtitutum renoua
re,quia ex tali negligentia perit illa uis cō
ſtituti.Tiraquel.de conſti.limit.21.nume.
9.Et dicitur negligens , quando ſtetit per
decem annos.

Cōtrarium,quod etiāſi.29.anni decur
riſſent adhuc tamen poſſet agi recuperan
dæ aduerſus tertium poſſeſſorē ex benefi
cio.d.l.fin.C.de acquir.poſſeſ. tenet latiſſ.
Menoch.dict.remed. 14.quæſtio.19. nu-
mero 68.

Nec obſtat. ꝙ mortuus ſit,conſtituens;
quia non nocere poſſet per decē annos.ſi
peteret ab hærede, uel ſucceſſore reno-
uatio coſtituti,ut ſupra dicebā fieri poſſe,
quamuis,& hoc dubium apud me ſit,cum
actio duret ꝑ 30.annos,ſed quo ad reme
dium.d.l.fin.cùm ab initio ſit ortum ſem
per non perimi iur actio illa iam radicata
oſſibus cōſtitutarij niſi lapſis d. 30. ut dixi
* ſupra dict. deciſi.105.in fin atque ita Se-
natus cenſuit.

Amplia d.remedium l. fi habere locū
etiamſi non ſit ſpecialiter intentatū , ſed
generaliter adiecta clauſula ius, & iuſtitiā
miniſtrari.Guid.Pap.conſilio 109. Domi
ni de quo tamen dixi dicta deciſio. 105.

Limitant tamen aliqui,ut nō procedat
7 dictum remedium.l.fina. niſi pro † bonis,
quæ conſtituens poſſidebat tēpore conſti
tuti; Ideoque probari debere per actorē,
qui tunc poſſidebat ea bona per cōſtituē
tem fuiſſe illo tēpore poſſeſſa,ita uidetur
uelle Ale.in l.exitus.in fi D de acquiren.
poſſeſ.& poſt Bart in l.1.in fin. D.ꝓ ſoc.
& clarius idem uidetur uelle Balb.in l.cel
ſus.colu.19.uerſ.addo ꝓdictis. D.de uſu
cap.Sed ego credo cōtrarium eſſe uerius
qa cōſtitutum trahitur etiam ad bona fu
tura,præſertim quādo de illis facta eſt mē
tio,ut late examinat , & concludit Alexa.
in l.3 §.incertam.D.de acquire.poſſeſ. &
latiſſime Tiraquell.in dict.par.1.de conſti
tu.Ampl.32.nume.1.& 12. ubi dicit hanc
opinionem eſſe magis communem , & in
* practica ſeruari, & ita cenſuit Senatus in
cauſa Foſſanen.1582.

Nec obſtat dictum Ale.in dict.l.exitus.
qa ibi ſe refert ad dicta per eū d. §. incer-
tam,ubi tenet idem iudicari de futuris , ꝙ
de præſētibus bonis.Minus etiam obſtat,
quod dicit Balb.in dict.l celſus, qa tranſit
ſimpliciter cum opinione doctorum ,qui
dicunt cōſtitutum,nō ſe extendere ad fu-
tura,cōtra quos eſt magis communis opi
nio ut per Tiraquell.

Cæterum nota unū ſingulare in mate-
ria conſtituti ad quod pauci animaduer-
8 tūt , quod eodem remedio† poſſet uti ter
tius in quem cōſtitutarius ius ſuum tran-
ſtuliſſet,quia in eum poteſt trāsferri poſ-
ſeſſio , ut pulche notat Tiraquel.d. tract.
par.2.ampl.22.cum cuius opi.trāſiuit Se-
natus 1573. referente Illuſtr. D. Senatore
Ponte compatre meo nunc primo Sena-
tus Præſide meritiſſimo.





## Regula.l.altius.C.de ſeruit.an ꝓcedat quāto quis acquirit partem ædiū ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpiciētes in domo uendita, ita ut non poſſit emptor altius tollēdo luminibus officere.

### DECISIO CCVI.

1 *Regu.l.latius.C.de ſeruit.limitatur.*
2 *Domo uendita libera , & franca ab omni ſeruitute non poteſt emptor prohiberi uēditori luminibus altius tollendo efficere.*
3 *Doctores multi in materia l.altius loquentes declarantur.*
4 *Tex.in l binas ædes §.Marcellus declaratur,& an procedat in contractib, nu.5.*

ALTIVS tollere in ſuo quis
poteſt , etiāſi uicini lumi-
nib. officiat. l.altius.C.de
* ſeruit l.8. D.de ſeruit.ur-
bano.prædio.

Fallit tamen hæc regu.in caſu,quando
ex diuiſione,uel emptione,aut alio ſimili
1 † contractu quis acquirit partem ædium
ab eo,qui in alia parte non uendita habe
bat in muro feneſtras in arca uicinarum
ædium uenditarū reſpicientes,tunc enim
uidetur alienata domus cum ea ſeruitute
ne luminibus officiatur ita uidetur tex.in
l.binas ædes alias Gaius. 9.in fi. D. de ſer
uit.urba.præd.& ita tenet Bar. in l.1.nu,
2.D.de ſeruit.legat. ubi tex, uideē clarus.
ſequitur Cæpol.de ſeruit.urba.præd.cap.
38 de ſeruit.itin.num.6.Boer.deciſ. 322.
nu.3.Afflic.deci,298.Capic.dec.187.Bur
ſat.conſ.57.n.12.& 8,poſt Bero.cōſ.132.
nu,11.li.3.ubi dicunt cōem.Ruin,90.li.4.
Fab.de Mont. de empt. queſ. 6,prin.nu,
71.& ita fuit ꝑ Senatū iudicatū in cā Bē-
* ſii,& Sauori.uide Meneſ de Padil. ī d.l.al
tius,n.26.Rō eſt qa ē ſeruitus cōtinua &
cēſeē reſeruata ut arguit Per. d. cōſ. 133.
n.1 Contrarium uideē uelle text. in dicta
l.binas uer. Marcell.reſpondi & ita tenet
Angel.& Salic, quos citat Cepol.dicto c.
38.Præſertim.quando† fuit domus uendi
2 ta libera & franca ab omni ſeruitute,ut ꝑ
Afflict , qui hoc caſu contra uenditorē in
dicatum dicit dicta deciſio 298.nume, ſe
cundo.& in fi.deciſio, & in hāc opinionē
uidetur reſidere Bero. conſilio 133.num.
ſeptimo.& ſeque.qui ad feneſtras politas
in muro communi facit diſtinctionem in
ter ſeruitutem permanētem continuā &
diſcontinuam.ut ibi latius per eū, & ſi te-
neremus hāc partem poſſet ad cōtrarias
3 authoritates reſpōderi, quod† Bart.loqui
tur in ſeruitute habēte cauſſam permanē
tem iuxta diſtinctio.Bero.ibi n.12.& 13.
& ita poteſt reſpōderi ad Cep.Boe. uide
tur magnis tenere cōtrariū,ut in progreſ
ſu deciſio. Afflict. loquitur in caſu quādo
erant exceptæ ſeruitutes,& ſtāte clauſula
liberam, & francam,ut ita dicit fuiſſe iudi
catum in caſu nō exceptuato, quod limi-
nibus offici poſſit. Burſ.in ipſo uenditore
uel ſecundo emptore non in primo & ſe
quitur magis doctr.Bero. Fabia. de Mōt.
loquiē in ſeruitute ꝑmanēte tigni imittē-
di,& oneris ferēdi.Padil.loquiē in donata
rio,& legatario,qbus officere iniqtas eēt.

Verum iuxta opinionem Bar fuit etiā
* iudicatum per Senatū 8. Februarij. 1583.
in cauſa Mōtis regalis inter Caſtrucium,
& Barorū referēte Domino Senatore Bal
bo.Ad l.binas ędes .§.Marcellus poteſt re
ſpondere ex limitatione,quam idem Mar
4 cellus in fi.illius legis nobis tradit, † nēpe
licere quidē alias ædes altius tollere, ſed
eo modo agendū eſſe , ne legatario peni
tus lumen auferaē. ſed tātū illi relinquē
dum quantū habitanti ſufficit,& ita intel-
ligendam Barto.doctrinam crederem. Vl
terius iuriſconſ.loquitur in hærede legā
tis,cui aliqd plus licere dēt, licèt Accurſ.
in domo uendita uideaē innuere indiſtin-
cte nō licere emptori altius tollere,ad gl,
l.cū eo.8. D.de ſeruitu.urban.prædior.&
5 quod l.binas.† procedat etiam in cōtracti
bus tenent Curt.iun.Sali & Dec. quos re
fert Boer.dicta deciſ.332.nume.8.in fi.&
hanc cōmunē dicit Bero.d.cōſ.132.n.13,

## Raptus pæna quæ ſit, & an rapere dici poſſit raptuſque, pæna plectantur, qui uolentem, & conſentientem è domo ſua abducit.

### DECISIO CCVII.

1 *Raptus pæna eſt capitali , & quando id uotum ſit.*

2 *Tex.in l.1.C.de rap. uirg. procedit etiam in muliere nupta,& in meretrice.*

3 *Raptus pæna amplectatur, qui uolentem rapuit, ſeu magis abduxit.*

4 *Abducens mulierem, quæ non eſt in poteſtate alicuius, non dicitur rapere ſi illa ſentiant.*

5 *Rapere an dicatur qui doloſis ſuaſionibus liberam aliquam mulierem adducit.*

6 *Raptus an dicatur factus ſi inuita cauſa matrimonij contrahendi fuerit abducta, quando poſtea uolens contrahit matrimonium mulier.*

7 *Rapere an dicatur, qui abducit uolentem ſed in alterius manu conſtitutam*

6 *Rapere an dicatur, qui ex poſt uolentem, rapuit.*

6 *Raptus pæna ordinaria amplectatur, qui ſuaſionibus non liberam mulierem abducit.*

1 RAPTVS†pæna eſt capita
lis,ut in l.1.C de raptu.uir
gi.& ī l.raptores.C.de epi
ſcop.& cleri.ubi Doctor.ī
ca.1. de raptor & late per
Care.in practica.§.homicidium. numero
291.& latius per Boſſ. in tit de raptu mu
lier.Et cum per uim fiat. l. Iulia de ui pu
bli.huiuſmodi delictum coercet.l. tertia.
§.preterea. D. ad legem Iuliam de ui pu-
blic.l.3.C.eodem.& hec eſt cōmunis, &
indubitata regula. Quā tamen Doctores
intelligunt, ſi carnalis copula ſequetur.
Ioan.de Anan.in cap. cum cauſam. colu.
fina de raptor Cæpol.conſilio.56.num.9
quorū opinio uti mitis,& uera ſequenda
eſt,neque ab illa in iudicando recedendū
* erit,& ſemper ita cenſuit ſenatus, quam
uis illam diſtinctionē hoc in caſu adferāt
aliqui,an copula ſequuta nō fuerit uolun
tāte raptoris,puta,quia pœnitētia ductus
ſit,an uero aliquo impedimēto ille occu-
patus fuerit ueluti ſi preuentus a militib⁹
iuſtitiæ, uel aliter impeditus ſit ita. poſt
Hippol.in l.unic.nume.154 C.de rap. vir
gi.nouiſſime tenuit Ludouic. a Peguera
quæſtio.crimi.capi.43.numero ſecundo.
Bal.in l. ſi quis nō dicam numero nono.
C.de eſpicop & cleri.& ita iudicatū teſta
tur Peguera in Regio conſilio Barcinone
1568.22. Iunij Idque Solonis teſtimonio
probatur. l. 80.quam Pratheius in lib. de
iuriſprud.ueteri refert, ubi rapiens drach-
mis decem tantum punitur, punitur etiā
rapitus perpetua infamia. Bernar. Couer.
de publ concu.tit.de ſtupro.nu.20.

2 Hæc regula procedit†etiam in muliere
nupta ut eſt tex.in dicta l.prima & Do-
cto ubi ſupra tex.in l.quamuis.C.ad.l.Iu-
liam.de adulter. Imo & in meretrice,ut la
te per Bernar.Couer.in dicto tractatu de
publi.concubinar.titu.de ſtupro.numero
20.uerſicu.uiſo quomodo, & numero ſe-
quen.de quo dic,ut per ibi per eū,& dicit
tex.in dicta l.1.quod acerbius punitur nu
ptam rapiens, quia duplex delictum per
petratur raptus,ſcilicet,& adulterij.

3 Sed quæritur an huiuſmodi crimen†cō
mitat is, qui uolentem mulierem rapit.
Aliqui uolunt fieri locū pænæ, iuxta tex.
in dict.l.prima in fi.penas.C.de raptu uir
gi.&ita communiter tenere Docto. dicit
Clar.in § raptus.numero 3.dicens ita fuiſ
ſe per Senatum Mediolanenſem declara
tum Berber.in uiatorio iur.titu.de rapto.
Ratio eſt,quia nemo eſt dominus mēbro
rum ſuorum.l liber homo. D.ad l.Aquil.

Contra quod abducens uolentem nō
teneat pæna raptus facit ſignificatio uer-
bi rapere,quæ innuit uiolentiam, ut etiā
in titu.ui bon.rapt Hæc ampliatio eſt dif
ficilis reſolutionis, ut inquit Boſſ.in d. tit.
de raptor.nu 5.& 6 ideo ſunt conſtituen
di plures caſus.

Primus quando eſt mulier,quæ nō eſt
in poteſtate,& dominio patris uiri,uel tu
4 toris,& ſponte† ſua acceſſit cum raptore
ſeu uerius abductore abſq; aliqua doloſa
ſuaſione abducentis & tunc non dicatur
raptus,ita tenet Afflict.in conſtitu. de ra-
ptu.& uiolen.lib.1.quæſtio.11.quem ſe-
quitur Carrer. in practi.§.circa quartum
numero 284.Marſi.conſilio 61.& in dict.
l.penul.numero 18.præſertim ſi ſit mere
trix,uel uilis perſona.l.uerum.D. de furt.
l.uni.in fin.C.de raptu.uirg.late Peguera
d.c.43.nu.14.

Secundus caſus, quando talis mulier,
quę in nullius gubernio eſt, abducitur,nō
5 ſponte ſua,†ſed doloſis ſuaſionibus,& do
nis inducta fuit,& tunc quidam tenēt eſ
ſe tunc raptum, & uiolentiam ex ratione
Angel.in authe. de leno.in fi.qui uult uio
lentiam fieri ex talibus ſuaſionibus ita uo
luit Carrer.dict.§.circa,quartum. numer.





284.Ludouic.à Peguera.dict.cap.43.nu.
4.argū.tex.in l.prima.§.perſuadere,ff. de
ſer.corrup.l.tertia.§.ſi quis uolentē.de li-
ber.homi.exhiben.Contrarium tamen in
hoc caſu tenet Aegid. Boſſ.titul. de rap.
mulier.nu.15.poſt Caſtren.& Aug. in l. ſi
eximendi.C.ne quis eum,qui in ius uoca.
ſubdēs ibi Boſſ.quod ſi aliter diceremus,
totus mundus capite puniretur, & ꝙ in
caſu iſto plus poſſunt mali mores quam
ius.Et hoc credo uerum quia dicitur hoc
caſu magis ſeductio quam raptus, quæ lō
ge differunt, nam rapitur inuita, ſeducit
uolens licet decepta.Et ita ſemper mitius
procedendo obſeruauit Senatus.

Tertius caſus ſi ob id rapiatur,ut matri
monium ſequatur.& inde communi con
6 ſenſu† nuptię poſt raptum celebratæ fue
rint.nā tunc licet aliqui velint adhuc pœ
na raptus teneri exēplo alicuius hiſtoriæ
Ducis Florētiæ,& quod capitali pęna fuit
punitus quidā filius Senatoris,qui raptāt
poſt a uxorem ducerat,ſcribitur inter cō
ſi.criminis.diuerſor.conſi.59.in fi.libro.2.
tamen mitiori pœna mulctabitur,ut con-
cludit dict.Peguera.capit.42.per totū, &
pœna raptus liberari uoluit Calder.in cap.
ſi extra de raptor.Caſtren.in dict.l. rapto
res.col.2.text.eſt capit.penult. de raptor.
Huic tamen concluſioni fortiter obſtat di
ſpoſitio Sacri Concilii Tridētini ca. 6.Seſ
ſio.24 de reformat.matrim. Sed illud nō
procedit,quo ad pęnā corporis, ſed tan-
tū quo ad ſolennizationem matrimonii,
& illius illegitimationem.& pœnam infa
miæ,& extraordinariam,& hoc caſu etiā
dotare tenebitur.d.c.6.in fin.& dixi in ſtu
pro ſupra deci.3.Virginem ſtuprans & le
gitur.Exod.22.

7 Quartus caſus,quādo mulier † eſt in gu
bernio, & poteſtate patris,tutoris uel uiri
& ipſa ſua ſponte cōſenſit abductioni, &
hoc caſu quidam putant eſſe raptu, & ita
intelligi dictam l.primam.§.pœnas.ita te
net Afflict.d.conſtitu.de raptu quæſt.11.
quem ſequitur Carrer.dict.§.circa quartū
nu.284.Abb.in dict.cap. cum cauſam de
rapto ubi dicit,quod quātumcunq; puel
la raptui cōſentiat quo ad parētes raptus
communiter per tex. in capitu.de raptor.
36.quęſtione prima,quia puella quę in po
teſtate eſt,conſenſum nō habet,contrariū
tenet Aegid.Boſſ. dicto titu.de rapt.mu-
lier.num.7.citans ad hoc Bal.in dict. l.pri
ma de rapt.uirgin.verſic ulterius oppo. li
cet.ibi apoſtil.ſentiat contrarium, & iſtud
etiā tenet Marſil.conſilio.61.poſt reditū.
nu.21.vbi ita conſuluit in facti contingen
tia multa citans,& ita declarans dicta ver
ba uolentibus,vel nolentibus,& in hoc li
mitat ſtatutum Lucen.capitalem pænam
rapienti imponens Ludon.deciſio.Lucen.
19.Licet nō euitet talis rapiens pęnā ex
traordinariā,ut ibi dicitur,& apud nos vi
di obſeruatum, & talis abducens punitus
fuit pœna arbitraria ſecundū qualitatem
perſonarū abducentis,& abductæ ac ſuæ
familiæ,reſpectiue.

Quintus caſus eſt,ſi rapuit†a principio
mulierem nolētem poſtea cōſentientem.
Nam & tunc pœna raptus punitur rapiēs
Doctores in.l.raptores.in fi.C. de epiſc.
& cler.Guid.Pap.ſin.569.quem refert, &
ſequitur.Peguera.d. c.43.n.7.ſubdens ra
tionem,quia ſpectatur initium.l.diuus.D.
ad l.Corn.de Sicar.

9 Sextus caſus†quando mulier eſt ſub gu-
bernio aliorum,& ulterius ipſa ſuaſionib.
inducta eſt,& tūc uidētur fere omnes uel
le,quod ſit raptus,ratio eſt,quā ponit tex.
in d.l.1 §.pænas,quem ita intelligit Marſ.
dict.conſ.60.nu.21.Contrarium tamē, &
in hoc caſu tenet Boſſ di.tit.de rapt.mul.
nu.7.ubi ponit quomodo probetur non
interueniſſe ſuaſiones,& ita in hoc caſu cē
ſuit Senatus nō eſſe raptorē pœna raptus
puniendū, ſed mitiori,quā arbitratus eſt
in uili perſona rapta,ad triremes.per triē
nium,1562.menſæ Iunii.

## Litis denūciatio,quādo fit per emptorē uenditori,vt de euictione teneatur,an ſufficiat fieri per demonſtrationem copiæ citationis ſibi factæ.

### *DECISIO CCXVIII.*

1 *Litis denunciatio per emptorem requiritur, ut uenditor de euictione teneatur.*

2 *Emptor litem uenditori denuncians an teneatur omnia acta ſuis expenſis exhibere moleſtiæ an uero ſufficiat præſentare copiam citationis ſibi tranſmiſſam.*

3 *Expenſa litis an emptori uenditor pro eui-*
*ctione euocatus ſtatim reficere teneatur, an*
*uero debeat litis finem expectare.*

EMPTOR, cui mouetur lis
ſuper re uendita ad hoc, ut
agere poſſit de euictione,
& cogere venditorem ad ſe
defendendum requiritur,
1 † ꝙ item venditori denuntiet, & acta mo
leſtiæ exhibeat, vt no. Bar. in l. ſi non ſolũ
§. morte de noui. ope. nunt. & ibidẽ Alex.
nume. 41. poſt Salicet. Angel. & Imol. ibi
relatos, & hoc iuxta practicam, quam tra-
dit obſeruari. Cagnol. in l. uenditor. nu. 4.
de iudic.

Sed quæſitũ fuit, an teneatur ſuis expẽ
2 ſis tradere omnia acta, & copiam† iurium
quæ producta fuerunt a principali actore
moleſtante, quod videbatur ex quadam
generali conſuetudine practicantiũ, qua
exhiberi ſolent omnia acta ſoluta, & disbi
gata ut dicit Cagnol. ubi ſupra, & ita iu-
dicatum fuerat per quendam iudicem, a
qua ordinatione cum fuiſſet appellatum,
* cenſuit Senatus male fuiſſe iudicatum, &
declaratũ ſufficere, quod emptor exhibe-
ret citationem ſibi factam, & libellum con
tra eum datum per ea, quæ dicit Alex. &
alij, quos ipſe refert in dicto nume. 41. &
42. reprobata practica Ange. in dicta l. em
ptor. C. de euicti. qui vult ſufficere, quod
emptor narret litem ſibi motam, & citare
faciat emptorem ad eũ defendẽdum. nã
nõ ſufficit ſimplex narratio litis motę, ſed
requiritur ad notificandam moleſtiã ex-
hibitio libelli, vt ſupra dixi. Omnes enim
Doctores, qui hac denuntiatione quęrũt,
videntur contenti eſſe ſola exhibitione li-
belli, ut uidere licet apud Caballi. de eui-
ctio. §. 3. nu. 23. & pluribus ſequent. vbi di
ſputat an ſufficiat denũtiare uenditori litẽ
eſſe motam, an uero ſit neceſſe, ut in pu-
blicam formam libellus tradatur oblatus
contra emptorem, & concludit præſenta
tionem libelli eſſe neceſſariam.

Quæſitum etiam fuit, an tales expenſas
præſentationis, & libelli, aut etiã aliorum
actorum ab emptore exhibitorum tenea
3 tur † ſtatim venditor ſoluere emptori ꝙ
videbatur, cum promiſiſſet venditor em-
ptorem indemnem præſeruare, tamen cõ
cluſum fuit emptorem debere expectare
exitum litis, nam ſi res euincerẽtur, debe
ret ab ipſo venditore conſequi tales expẽ
ſas, ſi uero ſuccumberet actor, eas conſe
quetur ab actore male agente, nec enim
æquũ eſt, vt de eo caſu quaſi ſortuito ven
ditor teneatur. l. ſi per imprudentiã. D. de
euictio. Ad quos vero ſumptus venditor
teneatur, vide eundem Caballin. in dicto.
§. 3. nume. 147.

## Paries quibus ſignis communis iudicetur, & præcipuè ſtantibus in muro tignis.

### DECISIO CCXIX.

1 *Paries ex feneſtrellis communis iudicatur.*
2 *Tignorum impoſitio magis iudicat commu-*
*nionem quam ſeruitutem, & num. 5.*
3 *Status domus obſeruandus, & conſeruan-*
*dus.*
4 *Paries communis in dubio iudicatur fauo-*
*re illius, qui plura ſigna communionis o-*
*ſtendit.*

PARIES allegabatur com
munis ex eo, quod ipſo eſ
sẽt tres feneſtrellę quadra
1 tæ † & antiquæ, in quibus
imponebãtur tigna ab ea
parte quæ allegabat parietem communẽ
per ea, quę dicit Cæpol. de ſerui. vrban. p̃-
diorum. quæſtio. 40. num. 17. in fin. quem
refert Boer. conſil. 5. numero 6. cum ſe-
quen. Bart. inter quos, numero 1. D. de
dãno infect. vbi ſi tu imponis tignum ul-
tra dimidiam parietis, & ego etiam, impo
no, vteris quantum tibi expedit, & ego
etiam, nõ dicitur eum, qui non erat domi-
nus muri, acquirere ius ſeruitutis, ſed con-
trahi tacitam ſocietatem, & non eſt dicẽ-
dum quod Bart. ſenſerit de muro cõmu-
niter ædificato in cõmuni ſolo, quia iure
fuiſſet communis ab initio, non autem di
ceretur poſtea contrahi tacitam ſocietatẽ
per impoſitionem, & uſum ex l. 4. vt ſit. ff.
pro ſocio. & Bartol. refert ſimpliciter inſe
quens Cor. conſ. 184. n. 2. uol. 1. & dixi ſu
pra late. deci. 23. & 41. Socius.
2 Secundo, quod tignorum † impoſitio
potius probet communionem quã ſerui-
tutẽ, quia qui habet tigna iure ſeruitutis
non



non põt alia immittere, nec noua forami
na facere l. cum meus. D. ſi ſeruitu. uendi.
Cæpol. de ſeruit. tigni. numer. quinto. Sed
in caſu noſtro vltra vetera sũt facta noua
foramina, ergo dicẽdum iure communio-
nis. l. ſi hæres communis. vbi gl & Docto.
D. communi diuidun. Ang. in l. quidam
Hyberus. nume. ſeptimo. D. de ſeruitu. ur-
banorum prædio. l. inter quos. nume. de
cimoquinto, de damno. infect. nec obſt.
Cagnol. in l. vbi repugnantia. num. quinto
ff. de regulis iuris, q̃a loquitur quando ſi- 5
gna repugnant, quod non eſt hic, q̃a pars
nihil habet in muro, quod nõ potuerit in
muro communi fieri, nec aliqua remanẽt
ſuperflua. Cæpol. dicto cap. 40. num. 14.
& de feneſtra. c. 62. num. 4. 5. Boe. d. conſ.
5. num. 6.

In cõtrarium allegabatur, quod in hac
materia ſtatus aptitudo, & materia rei cõ
ſeruãda ſunt Alberi in l. altius. C. de ſerui-
tu Burſat. conſ. 57. numero ſecundo libro
3 primo. Sed in caſu iſto ſtatus † domus con
ſiſtit ex ſuis partibus integralibus, funda-
mentis, parietibus & tecto l. prima. §. dein
de D. de Cloac. Bald. conſi. 242. numero
quinto libro primo. Simon de Prætis con
ſil. ſeptuageſimo tertio nume. quinto. &
præſumitur partes contentioſus conſtru-
ctus ab eo, qui reliquam partem domus
conſtrui fecit. argumen. l. qui ædes. D. de *
vſucap.

Secundo, cum dictus paries ſit vnicus
cum ſtillicido verſus domum uicini, & in
aliqua parte eius parietis pars non alleget
communionẽ ergo nec in alia Cæpol. de
pariete, nume. 19. Simo. de Præt. d. conſi.
73. num. 18.

Tertio, qui allegat murum communẽ
debet probare ex ſignis, de quibus per Pa
riſ. conſ. 116. numero nono, libro quarto.
Ruin. conſi. 55. numero quinto, lib. quar-
to, nam melior eſt conditio prohibentis.
l. Sabinus de ſeruit. & dixi d. dec. quadra-
geſimaprima.

Quarto adducebat̃, quod in dubio ſtan
dum eſt pro ea parte, quæ plura ſigna, &
coniecturas allegat. Cagno. in l. ubi repu
gnantia numero quarto. D. de regul. iur.
Ioan. Crot. conſil. 153. nume. 10. 23. libro
ſecundo. Sed hic adſunt feneſtræ altæ in
totum murum penetrantes item ſtillici-
dium, quod deſcendit in domo partis ad
uerſæ, item camini duo, qui excedũt dimi
diam partem muri. Inter oſtium in ipſo
muro, quod denotat proprietatem muri.
Cæpol. de pariete. col. 3. ver. ſi nunquid, &
in titu. de oſtio, ſeu porta. col. 1. Item cico
nię, quæ ſuſtinent regulas ſtillicidij Cæ
pol. de pariete. col. 4. verſi. & ideo cautus
nam quatenus ſe protẽdit ſtillicidium, ui
detur etiam eſſe illius. Cæpol. de pariete.
col. 3. in fi. & in titu. de ſtillicidio. C. de ſer
uit. ſtillicid. auerten. queſt. 9. Nec obſtat ti
gnorum impoſitio † cum videatur iure
ſeruitutis facta. Cæpol de pariet. colum.
11. verſicu. ſecundo caſu quod tignorum
impoſitio non probet communionem, te
net Ruin. conſil. 55. numero quinto. Crot.
conſil. 153. & dixi deciſio. 23. numer. 3.
Nec obſt. Cæpol. tit. de feneſtra. col. 3. ver
ſic. ſed circa, quod vicinus poſſit ædificare
& eleuando ſuum ædificium, feneſtras ob
ſcurare uicini, qui habet locum, quãdo ap
paret locum eſſe communem.

Sed ad hæc reſpõdebatur, quod proce
dunt quando pars, quæ negat murum cõ
munem, eſt in poſſeſſione totius murij, &
ita loquitur Ruin. dicto conſil. 55. hic a u
tem pars aduerſa poſſidebat ex impoſitio
ne tignorum, & ita etiam ſentit Pariſ. d.
conſil. 116. lib. 4.

Iſtis ſic in facto, & iure p̃ſuppoſitis, cen
ſuit Senatus murũ a dicta impoſitione ti
gnorum infra eſſe communem, quo vero
ad partẽ, quæ ſupra erat cum feneſtris, eſ
ſet communicandam media ſolutione ip-
ſius partis muri ſuperiori opturatis fene
ſtris, ita quod ſtillicidiũ remaneret in ſua
forma. 1587 9. Martij in cauſa Taurinẽſis
Familiæ, & Perchę. referente Domino Se
natore Guerillo. & iterũ in una Cunien.
Mori & Farinę. 1589. referẽte. D. Craueta.

## Captura an dicatur nulla, ſi fiat a iudice incompetenti, & quando id locum habeat.

### DECISIO CCXX.

1 *Captura eſt nulla, ſi concedatur per iudicem*
*incompetente.*
2 *Captura nulliter ſit, niſi conſtet de credito li-*
*quido.*
3 *Probatio ex poſt facto non admittitur.*

4 *Captura non ſit niſi noua ſuſpitionis cauſa ſuperueniat.*
5 *Ceſſio eſt debitori denuncianda, antequam contra eum fiat executio.*
6 *Cautio requiritur pro captura debitoris.*
7 *Contraxiſſe eo in loco quis uidetur, vbi ſe ſoluturum promiſit.*
8 *Debitorem ſuſpectum quis poteſt propria authoritate detinere.*
9 *Forenſi contrahens in loco dominij poteſt in alijs locis eiuſdem dominij conueniri.*

QUIDAM muſio habitator Tridini territorij Montisferrati exiſtens in loco Decianæ conuenit de portando ſuo periculo certam pecuniam prohibitã, ad locum Ripolarum territorium Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ. Ea pecunia ob conſignationem non factam in trãſitu Mõtisferrati fuit confiſcata, idcirco Dominus pecuniæ reperto mulione in Ciuitate Vercellarum fecit per literas iudicis illum arreſtari, & detineri, quæſitum fuit, an talis detẽtio eſſet iuſta, & quis eſſet iudex competens.

Pro mulione dicebaĩ capturã eſſe nullam & ipſum uti ſpoliatũ ſua libertate reintegrandum, relaxandum per ea, quæ ſcribit Bald. conſilio 285. libro primo. Socin. 99. lib. tertio. Aretin. 75. Deciſ. 75. colum. fi. poſt alios multos quos citat Neu. conſi. 52. numero 12. & 14. vbi dicit communem, & ita eſſe ante omnia ordinandum dict. conſilio quinquageſimoſecũdo numero 43. l. Magiſteriæ. vbi Bal. C. de iuriſdict.

1 Et quod captura ſit † nulla facta à iudice incõpetenti, tenet Rolan. conſi. 75. numero quinto. & ſexto lib. tertio. D. Sola in rubr. de captura debitor. gloſſ. vnica. 2. par. numero primo. verſi. ſecundo captura. quinimo creditor amittit ſuum debitum. Roland. d. conſilio 65. poſt Iaſ. Dec. Rip. Roch. de Curt. & Neuiz. quibus D. Sola reſpõdet Balb. Natt. & Purpur. iſtæ autẽ mulio erat ex oppido Tridini, vnde pſumebatur ibi domiciliũ habere. Alciat. de præſum. reg. 2. præſumpt. 14. numero primo. Hippol. Bonacoſſ. de præſum. litera D. in uerb. domicilio. Bal. in l. fin. colum. 2. C. ſi a non competen. iudic. Alex. & Barto. in l. aſſumptio. §. fi. D. ad municipal. contractus autem fuit factus Decianæ iuriſdictionis imperialis. Nec obſt. deſtinatio ſolutionis in loco Ripolarum per l. cõtraxiſſe. D. de actio. & oblig. & in l. hæres abſens §. fi. D. de iudicijs, quia illud procederet, ſi in loco Ripolarũ repertus fuiſſet dict. l. hæres abſens. §. primo vbi gloſſ. & Bartol. ideo cum iudex Vercellarum non poſſit ius dicere Ripolis. l. fi. D. de iuriſdic. omn. iudic. ita nec potuit ius dicere in perſonam. Vanti. de nullita. ſenten. ex defect. iuriſdictio numero octauo, ita quod non valet conſuetudo in contrarium. cap. ad noſtram. ubi ita notatur. de conſuetud. Guid Pap. quæſt. 325. Vant. d. tit. de nulit. ſenten. ex defect. iuriſdict. num. trigeſimo tertio. Neuiz. dict. conſi. 52. q. 31.

2 Secundo dicebatur nulla captura † q̃ nõ cõſtabat de credito liquido. D. Sola loco ſupracitato. numero primo, colum. prima verſi. quæ paulo clarius. Neuiz. dicto conſil. quinquageſimoſecundo numero decimotertio verſicul. ſecundo requiritur ita vt nõ ſufficiat iuramentum, vt ibidem Sola. in verſi. ſexto poſt Salicet. Alexan. & Corn. nec ſufficeret poſtea probari † ad cõualidandum capturam. Natt. conſ. 430. nu. vigeſimoſexto. Neuiz. dicto conſi. 52. nume. decimotertio. verſic. ſexto. Caccialup. de debitor. ſuſpect. quæſt. ſexta principali nume. 9. & 11. reprobando opinionem Caſtren. & ſequẽdo opinionem Angeli, quam dicit communem, & vbique ſeruari, & quæſt. 14. num. ſecundo, & tertio. & quamuis id relinquatur arbitrio iudicis tamen debet bene conſiderare, ne fiat iniuria probo uiro Petr. Pechius de iur. ſiſt. cap. 11. nu. 4.
3

4 Tertio uidebatur nulla, cum non ſuper ueniſſet cauſa noua ſuſpitio. † Petr. Pech. d. tit. de iur. ſiſt. c. 4. nu. 5. & c. 7. n. 18. Dec. conſi. 75. nu. 1. Nat. conſ. 430. nu. 14. circa fi. Caccialup. de debitor. ſuſpect. queſt. 6. nu. 3. Roland. d. conſi. 65. nu. 10. lib. 3. D. Sola in d. glo. unica. nu. 1. vbi alios refert.

Quarto, quia actor non iurauit ſuſpectum de fuga. Caccialup. d. tract. q. 6. nu. 17. Roland. d. conſi. 75. nu. 1.

Quinto, quia hic creditor erat ceſſionarius, & quãuis etiam ei concedatur captura, ut dicit Roman. conſ 142. poſt Bal. in l. per diuerſ. quæſt. 10. C. mandati, & ſequit Rebuff. ad ord. reg. Tom. 1. ar. 6. gl. 3. n. 42. verſi.



uerſicu. & quia melius eſt. Petr. Pech. dict. tract. cap. 3. num. 4. tamen debet prius de
5 nũciare debitori † de ceſſione ſibi facta Alciat. l. 1. num 74. D. ſi cert. pet. & in l. quoties nume. 8. D. de nou. oper. nuntia. affirmans ſe uidiſſe plures capturas annullari ſine cautione. Idem ſentit Bal. in l. per diuerſas. quæ 10. C. mandati Marſi. ſing. 26. Boer. deciſ. 10. nu. 1. & 2. ubi plures citat. Pech. dict. tract. ca. 5. nu. 4. uerſi. quamuis.

6 Sexto requirebatur † cautio de damnis & iniuria, ut in decreto antiquo qua forma non ſeruata actu eſt nullus Iaſ. conſ. 162. circa fi. lib. 2. Deci. 419. Neuiz. conſi. 77. nu. 2. & in terminis Roland. conſi. 75. num. 9. & iuxta communem huius patriæ obſeruantiam aliter captura non ſolet cõcedi.

Ex quibus omnibus dicebatur. malè detentum mulionem, & ſine cautione relaxandum, Alciat. ubi ſupra. Soc. conſ. 59. colum. 2. q conſil. 113. columna fina. libr. 3. Port. libro 2. communi. opi. concl. 44. ampliat. 4. Neuiz. dict. conſil. 52. num. 11. Roland. dict. conſilio 65. num. 31. & quamuis in aliquo caſu poſſit iudex incõpetens detinere, ut per Nat. conſi. 430. colum. fi. tamẽ cum cautione eſſet relaxandus. Caccialup. d. q. 9.

7 Ex aduerſo opponebatur mullionẽ potuiſſe detineri, & q uideretur contraxiſſe † in loco Ripolarum, ubi deſtinata erat ſolutio, in l. contraxiſſe de actio & obli. & quãuis nõ fuiſſet detentus Ripolis nihilominus iudex Vercellarum non erat omnino incompetẽs, cum ſit ſub eodem principe, & ſub eodem Præſide itẽ quia poteſt
8 † debitorem ſuſpectum quis propria auctoritate detinere. l. ait ptor. §. ſi debitor. D. de his, q̃ in fraud. credi. ergo tanto magis auctoritate iudicis ſaltẽ donec cautũ fit. l. ſi fideiuſſor. §. ſi D. qui ſa tiſd. cogan. & paria ſunt quod quis ſit ſuſpectus, uel quod quis ſit in fuga. gloſſ. in l. quæſitum, & ibi Doc. D. de pignor. Item quia iudex incompetens poteſt talem detentionem facere contra ſuſpectum. Natt. d. conſil. 430. colum. fi.

6 Vlterius dicebatur, † quod poterat ratione cõtractus iudex Ripolarũ eſſe cõpetẽs & ideo cũ repertus ſit mulio in territorio principi potuiſſe ibi cõueniri, & detineri. c. Roman. §. cõtrahẽtes de for. cõpetẽ. ubi notatur, quod foreſis in uno loco territorii contrahens poteſt in aliis locis conueniri eiuſdem dominii.

* Tandem re bene diſcuſſa fuit dictum mulionem fuiſſe bene detentum, & iudicem Vercellarum fuiſſe competentem, nihilominus eſſe relaxandum media cautione. 1587. die. 9. Martii.

## Cõpeſationis exceptio an poſſit obiici ceſſionario agẽti uirtute ceſſionis, & quid in debito poſt factam ceſſionem cõtracto,

### DECISIO CCXXI.

1 *Debitor an poſſit opponere ceſſionario agẽti exceptione compenſationis. declara. ut numero 2.*
3 *Denunciatio ceſſionis non requiritur debitore ſciente ceſſionem.*

COMPENSATIONIS exceptio an poſſit obiici ceſſionario agẽti uirtute † ceſſionis per debitorẽ cedentis, & fuit reſolutum, 1
q ſic in cauſa R anoti, & Amburnæ, & iterum. 1588. menſe Decembris per doct. nam Dyni in cap. is qui in ius. de reg. iur. in 6. num. 16. ubi addit & eſt de mente doctorum. in l. eos. C. de compenſa Et ita di cit iudicatum Afflic. deciſ. 163. num. 5. licet ipſe uelit diſt nguere inter debitorẽ inopem & diuitem. facit doctri. Bar. in l. ſi quis in rem. nume. : de procurator. Doctor. in l. doli exceptio D. de noua. ubi tamen uidetur poſſe induci ille tex. in cõtrariam partem, ſed reſpõderi poteſt, quod procedit in exceptione indebiti nõ in caſu compenſationis, & ita etiam reſpondere poteſt ad alium text: in l. ſi citra. C. de condi. indeb.

Hanc tamen reſolutionẽ intelligebant
2 quidam ex dominis, ut haberet † locum. quando ceſſio eſt facta poſt factum debitum per creditorem, cui etiam compẽſationis exceptio ante ceſſionẽ in caſum petitionis obiici poſſet, ſecus uero ſi debitum ſit factum poſt ceſſionem, ita ut tempore factæ ceſſionis iſta exceptio non potuiſſet opponi, & hanc credo ueram, ne

detur fraudibus occaſio niſi debitor ceſſionem ignoraſſet,& ita fuit reſolutum.

Vlterius declararē ego,ut nō procederet quando in actu ceſſionis debitor interueniſſet,& ſoluere promiſiſſet ceſſionario delegationem acceptanti, quę tunc non poſſet opponi cōpēſationis exceptio,ſicut nec indebiti condictio,per rationē Iuriſcon.in d.l. doli exceptio. in fin. D. de nouat. & cum tūc habeat ſcientiam debiti,ita ut non† requiratur denunciatio, de
3 qua in l.3.C.de nouat.iux.gl in l.fi. D.de tranſact.Dyn.& Ioan.And.in cap.qui certus.de regul.iur.in 6.Cyn.in l.nomen. C. quę res pigno.oblig.poſſ.Ioan.And.in addit ad Specul.titu.de procurator.§.ſequitur uidere . nu.13. Alber.in dict.l.nomen & in dict.l.fin.de tranſact.Pariſ.conſi.19. nume.63.& ſeq. libro tertio.ſi aliud debitū poſtea cōtraxit nō nocet ceſſionario.

## Renūtiatio facta per mulierē Velleiano an teneat; ſi nō interceſſerit certioratio, & quid ſi iuramentum interponatur.

### DECISIO CCXXII.

1 *Mulierum fauore multa fuerunt introducta priuilegia.*

2 *Velleiano Senatuſcon.mulier etiam certiorata renunciare non poteſt.*

3 *Renunciatio ſine certioratione non ualet,*

4 *Iuramentum interpoſitum in actu,in quo deficiat conſenſus non ſuſtinetur.*

5 *Mulier in dubio non præſumitur certiorata.*

6 *Certioratio in renuntiatione non requiritur,ſi fiat obligatio in iudicio.*

7 *Notario an credatur,ſi in inſtrumento dicat mulierem certioratam.*

8 *Inſtrumentum cæterarum an contineat certiorationem.*

9 *Certioratio in renuntiatione non requiritur,ſi mulier tenetur de iure ſe obligare.*

10 *Iuramentum ualidat renuntiationem Velleiani.*

11 *Certioratio non requiritur ſtante iuramento,& num.12.*

13 *Text.in cap.ex reſcripto.de iureiu.declaratur.*

14 *Mulier conſtituens ſe principalem debitricem non priuatur beneficio Velleiani.*

1 VELLEIANVM† Senatuſconſult. introductū eſt in fauorem mulierum,ne ſexus fragilitate facile alienam obligationem ſubeant l.2.§.uerba itaque.D.ad uelleian & hoc ope exceptionis.ut ibi dicitur,& in l.2.C.eodē. Sed pinguius remedium fauorem ipſarum introductum eſt ex Iuſtiniani cōſtitutione in l.antiquę § fin.C.eod. titu.in qua diſponitur, quod ipſo iure nō obligatur mulier,quæ pro alio promittit, nec ualet,quod agitur, niſi id fiat cum inſtrumēto publico tribus teſtibus ſubſcripto,de cuius §. intellectu late tractat. Guter.in tracta.de cōtrac.iura.cap.20.num. 6.& 7.nunc autem ille tex.ita intelligitur in practica,ut ſufficiat inſtrumentum publicum cū duobus teſtibus,ut dicit Iaſ.in l.ſciendū.D.de uerbo.oblig.num.31.32. & Guter.dict.nu.7. & eſt communis. Eſt & aliud remedium authetic.ſi qua mulier.de quo in ſequen.deciſ.ſeparatim tractabimus ne hæc tam quotidiana,& intricata materia confundatur.

Ampliatur adeo firmū eſſe tale priuilegium, vt huic beneficio Velleiani non
2 poſſit mulier renūciare etiam† de eo certiorata,& ratio eſt quā ponit Bart.in l.doli.D.de nouat.nume.2.per illum text.ſcilicet,quia ea fragilitate qua mulier decipitur ī fideiubendo pro alio, eadem etiam imbecillitate mentis reducitur ad renunciandum,& melior tex. in his terminis.in l.ſi mulier perfectæ ætatis.C.ad Vellei.& hęc opinio de iure verior eſt,vt dicit Bar. in l.fin.§.fin.D.ad Velleia.Bald in l.1.numero.4.C.ad Velleia. Salic. in l.3.C.eod. poſt Iaco.Pet Cyn.& alios ibi relatos. Et quamuis glo.ī dicta.l.fi.§.penult. ſeu finali.D.eod.& in l.fin.C.eod.teneant contrarium,uelintque mulierem certioratā renuntiando Velliano obligari pro alio, quam opinionem gloſſ.de conſuetudine ſeruari dicit Bart.in dict l.fin. & in dict.l. doli & Alber ibi & ſecundum eam eſſe communē opin.Decio. dicit Alex. in addicio.ad Bar in dict.l.fi.§. fi. & in d.l.doli.Decius in l.penul.C.de pac.numero.3. referens Angel.ita quoque dicentem, &





alios multos hāc opinionem tenentes, & aſſerentes cōmunem citat Padilla,qui ex profeſſo illam examinat in l.fin.C.de iur. & fac.ignor.qui in hac opinione reſidere videtur,& omnino videndus eſt ne ego lōgior ſim.

Tamen opinio contra gl.de iure eſt verior,ut dixi,quam etiam tenet Bal.in l.3. C.de decur.libro decimo.ſubdens, ꝙ conſuetudo de tali renuntiatione eſt inducta ab errore dictarum gloſſarum,& hāc communem eſſe cōtra dictas gl.teſtatur Grāmat.deciſ.76.nume.20.Guter.dicto cap. 20.numero 1.& ſi dinumerentur Doctores,& ponderentur eorum ratione, & authoritates,proculdubio hęc opinio cōtra
* glo. videtur magis communis,& ſequenda tāquam humanior,& ideo Senatus noſter in hac communium opinionum contrarietate, quando nō adeſt iuramentum ſolitus ſemper eſt tenere opinionē Bart. & Bal.contra gl.& ita ſępius vidi per Senatum iudicari,quod etiā teſtatur D.Sola in ſuis doctiſſimis commentarijs ad nota conſtitut. in titul.*Dalle alienationi de boni de'minori*.gl.4.nu.9.

Cæterum,vt quotidiana eſt hæc q̄ſtio & a multis tracta.ita etiam eius veritas valde dubia eſt,vt teſtatur Padilla d.l.fi.nu.7. Ideoque etiam ex his eſt, quæ imperiali deciſione egeret.

Sed retenta opinione Gloſſ. ꝙ valeret obligatio cū renunciatione,ſemper intelligit ſi mulier fuit certiorata de benefi-
3 cio.Velleia.Nā deficiente † certioratione obligatio non teneret gloſſa ordinaria, & communiter approbata ī d.§.fi.C.ad Velleia.Dyn.conſil.5.uerſicu.ꝙ autem.Soc. in conſilio 163.columna fi.libr.1.& eam magis cōmunem dicit Alexa.in l.in repudianda.in additio.ad Bar.de acquir.heredit.& in l.ſciendum.numero 29.D.de verbur.obligat.& eam glo.ſequitur, & dicit notabilem Abb.in cap.penult.nume. 11. de emptio.& uēditio.Archidiac.poſt Hoſtien.& alios per eum relatos in ca.quamuis.de pact.in 6. Alciat. de prēſump. reg. prima præſumptione 42.Et hanc opinionem ab omnibus teneri teſtatī Padilla. In d.l.fina.C.de iur.& fact.ignor.nume. 10. poſt Ful.Crot.Butigell.Tiraquell. & alios ab eo relatos,& nouiſſimè Andr.Gail.lib. 2.obſeruatio.obſerua.77. nume.3. Ratio autem eſt,quia mulier præſumitur ignorare diſpoſitionē illius Senatuſconſulti,& aliorum iurium ſibi competentium gloſ.nota in auth.de inceſt.nupt. §.primo,in verſic. ſciens.Alexand.in dict.leg.ſciendum. numero 29.Vnde cū cenſeatur ignorare,nō videtur iuri ignorato renūtiare vul.l.mater.D.de inofficio.teſtamen.gl.in authe. quomodo opor.Epiſ.§. ſed etiam. Ro.Alexand.Iaſ.& alij in dict.l.ſciendum.D.de verb.oblig.ignorantia enim tollit conſen
4 ſum.Et iuramentum† appoſitum in actu, in quo deficiat conſenſus,nihil operatur Iaſ.in l.ſi conuenerit.num.17.ff.de iuriſd. om.iudic. Debet enim iuramentum habere tres comites,iudicium,iuſtitiam, & ueritatem.cap.fi.22.quęſt.5.& cap. animaduertendum. 22. quæſtione 2. iuxta illud Ouid.Cidippe Accontio.

*Conſilio prudenſque animi ſententia iurat,*
*Et mihi iudicij uincula nulla ualent.*
*Sed ſi nil dedimus præter ſine pectore uocē*
*Verba ſuis fruſtrà uiribus orba tenet.*

Et illud Cicer.primo officior.ex antiquo Poeta,

*Iuraui lingua,mentem iniuriatam gero.*

Et pulcher text.in l.obligationum ſubſtantia.§ fi. D.de actionib. & obligationi.

Et in dubio cùm hęc certioratio ſit fa-
5 cti, mulier non præſumitur † certiorata. Dyn.dicit cōſil.5.Abb.in cap.ſi diligenti. de foro compete.nu.9.Aretin. inſtitu. de exceptio.§.item ſi.colum.14.verſic.circa hoc quæritur.dicens ita tenere glo.& Doctor.cōmuniter.in dic.l.fin.§.fin. ad.Velleia.Pau.de Caſt.in dict.l. nu. 5.Iaſo.dict. l.ſciendum poſt gl.ibi nume.31.Alberi.in l.omnes.C.de hæret.& in l.ſed & ſi quis. §.quæſitum num. 22.ff.ſi quis cautio.Cæpol.caut.196.& 197.late Tiraq.in l.ſi unquam,in præfatione.num.136.C.de reuō can.donat.& communem etiam affirmat Padil.in dict l.fi.numero 11. poſt.Aufrer. Rip.& alios ibi citatos. Menoch. de præ-
* ſumpt.libro 3 præſum.82.numer.7. quo iure vtitur Senatus quamuis Ricar. aliter teneat,vt dicit Alexa.in d.l.ſciendum.numero.29.
6 Talis autem certioratio † non requiri-

tur,ſi fuit obligatio facta ĩ iudicio, & hoc
calore iudicij,vt eſt tex. in dicta l.fi.§. vlti
mo,ad Velleia.per quem ita tenet Rom.
in d.l.in repudiand. D.de acquirẽ. hære.
Soc.in ſuis fallen.reg.273.Sed cõtrarium
tenet Angel inſtit.de exceptio.§. item ſi.
col.14.verſi.nota ergo tu cauſidic.Dec.in
l.penul.nu.30.C.de pact.cautius igitur eſt
vt etiam iudiciali obligationi addatur cer-
tioratio.

Sed ſi inſtrumentum dicat mulierem
7 †certioratam,præſumendum erit pro eo
Alexan.in dicta.l.ſciendum,& ibi Seyſell.
num.18.& commu. teſtatur Padill.in d.
l.fin.nume.13.C.de iur & fact.ignor.poſt
D.Alcia.de præſump.reg.3.præſump.13.
* Et ita obſeruat Senatus,quamuis hæc quæ
ſtio ſatis dubia ſit,& ignoretur quæ ſit ue
rior,vel communior, vt dicit Guter.d.c.
20.nu.3. poſt Iaſ.in l.ſi duo patroni. §.idẽ
Iulianus,num.19.de iureiuran. qui latę eã
examinat,& de ea valde dubitat.ita ut de
hac re cõſultus noluerit reſpondere,& cũ
hac opin.Senatus videtur reſidere Serafi.
de priuileg.iuramen.cap.63.nume.17.&
cap.118.& 119.vide Georg.Natt.in repe-
titio.capitulo quãuis.in principio.nu. 54.
de pactis.

Sed circa hoc quæritur,quod ſi reperia
tur †inſtrumentum notarij non extenſum
ſed vt vulgo dicitur ceteratum, ut cõmu-
niter ſit apud Longobardos,in quo ita eſt
ſcriptum.*quæ mulier informata &c.renun
tiauit &c.* An intelligatur de renunciatio-
ne,& certioratione Velleiani? Hanc quæ
ſtionem formata Iaſ.in l.Gallus §. idẽ cre
dendum nume.20. Et reſpõdet videri in
tellectum de Velliano.Ego ſuper hac re-
dubito,& exiſtimarẽ alia vidẽda fore eiuſ-
dem notarij inſtrumenta ad longum extẽ
ſa,& ſi ex illis conſtet de conſuetudine no
tarij exten dere illã dictionem,&c.ad Vel-
leianum,& ſimilia, tunc procedat opinio
Iaſ. Quod ſi de tali conſuetudine nõ con-
ſtet,non poſſit intelligi de alijs iuribus, &
priuilegijs,ſed ratione incertitudinis non
intelligatur renuntiatum Velleiano. argum.
l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tuto.Præſertim
cum ſimus in renunciatione ſtricte intelli
genda.

Cęterum, ꝙ dicitur de certioratione,
procedit nõ ſolum in Velleiano,ſed in re
nũtiatione cuiuslibet beneficij, & priuile-
gij,vt fuit magiſtrale dictum Ioã.And. in
cap.quamuis de pact.in 6.quem refert,&
ſequitur Alexa.in additio ad Bart.in dict.
§.penul.column.2.C.de pact.ubi Dec.nu
me.31.Arti.conſilio 33.conſultatio præ-
miſſa.colum.5.Marſi.in rubrica de fideiuſ.
num.37.& in muliere,vel minore,& ruſti
co renuntiantibus.l. ſecundæ C de reſci.
vendit.ꝙ debent certiorari tenet ibi Bar-
tol.& Bal.in quarta quæſtione Bart.in di-
cta l.ſciendum,& in auth.ſacramenta pu-
berum.C.ſi.aduerſ.venditiõ.Alexa. conſi-
lio 27.Viſo libro primo.& in dicta l in re
pudiãda.Fulgoſ.conſil.257.Finus.colum-
na ſecunda.And.Gail.obſeruat.77 li.2.nu
mero 3.

Declaratur etiã, & limitatur prędicta
9 certiorationis regula,quãdo† renuntiatio
ſit in caſibus,quibus de cõſcientia mulier
tenetur ſe obligare,exẽplum ſi ſumpſerit
tutelam filiorum, ad quã de iure tenetur,
ita tenet Bal.in fi.ſi quis in ius uocan.non
ierit allegat authe.matri,& auiæ.C.quan-
do mulier.tutel.offic.fung.pot.vbi etiam
Bar.num.12.And.Gail libro ſecundo ob-
ſeruat.cap.77 nume.2.Dicens ita pulchrę
diſtinguere Alber.in l.ſciendum num.16.
de verborũ obligat. Et hęc opinio Bald.
comprobatur,quia niſi ita dicamus, nulla
eſſet differentia inter renuntiationẽ, quæ
ſit in cõtractu,cui lex reſiſtit,& in contra-
ctu,cui lex aſſiſtit,ſed in hoc contrariũ te
net Alexa.in dicta l.in repudianda dicens
tex.allegatum a Bald.nõ probare hãc ſuã
opinionem, & idem in dicta l.ſciendum.
nume.33.& Iaſo.in dicta l.in repudianda.
quia cum dicta authentica matri, & auiæ
ſimpliciter dicat mulierẽ debere Velleia-
no renuntiare,quando accipit tutelam,ſe
quitur quod in tali renũtiatione requirun
tur ea, q̃ generaliter in renuntiationibus
neceſſaria ſunt argumen.l cui iuriſdictio.
D.de iuriſdictio omnium iudicũ, & dicit
Alex.Bal hoc tetigiſſe.in l.4.§. quæſitum
circa tertiam col.ff.ſi quis cautio, & nihil
firmaſſe.

Retenta autem opinione contraria, &
* quam ſolitus eſt ſequi Senatus, ꝙ etiam
cum renuntiatione.Velleiani facta certio
ratione non valeat obligatio mulieris.

10 Limitatur,vt non procedat,ſi cum† ea
interueniat iuramentum,ita tenet Bar.in
dicta l.fi.§.fi.ad Velleia.Abb.in cap.ſi di-
ligenti



ligenti de foro competen.& in capi.ex re
ſcripto de iureiur.ubi gloſ. & eſt commu
nis omniũ fere ſententiã quam ſequi ſem
* per ſolet Senatus ita iudicãdo Licet Cyn.
in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.ten
ſerit contrariũ quem ſequitur Gramma.
d decis.76 nu.20.

Et hæc fallẽtia adeo uera eſt fauore iu
11 ramenti, ut nunc† nõ requiratur certiora
tio.Archid.& Ioan.And per illum textũ.
in ca.quamuis de pact.in 6.& ubi Georg.
Natta.nume 54.Anto.de Butr. dicto ca.ſi
diligenti.colum.6.quem refert, & ſequitur
Alexan.conſi.42.colum 4 uerſic.pro hoc
tex.optimus.libro.1.& latius in cõſi.146.
libro 7.& conſi. 27.colu. tertia uerſi. ubi
enim interuenit. libro. 1. Caſtrẽ. dictã l.
fin.§ fin.numero.8.dicẽs hoc eſſe quia iu
ramẽtum extenditur etiam ad ignorata,
Alexan. in dicta l. repudianda. nume.3.
ſed clarius in dicta l.ſciendũ.& in l.ſi duo
patroni. §. idẽ Iulianus. numero decimo,
de iureiuran.quem ſequitur Iaſ.in dicta l.
in repudianda.dicens ita tenendum, & de
hoc eſſe tex.in dicto cap.ex reſcripto.Ale.
conſilio.42.ſuper præmiſſo. colu. quarta.
libro primo,& in cõſilio 127.alias 227.Vi
ſo circa finem,dicens hanc opinionem de
iure ueriorem,idem Alexa.conſilio 27 vi-
ſo libello, colu. 3.uerſicu.ſecundo, obſtat
quod minor.libro.1.vbi dicit ita omnes te
nere,& hãc opinionem dicit eſſe approba-
tam in practica. Roma.ĩ dicta l.ſciendum
qui dicit de hoc eſſe textum rotundum in
dicto cap.ex reſcripto, Angel.in.§. item ſi
colum.14.uerſic circa hoc,de exceptio.di
cens ita tenere Bart.Bald.Ange.Salice.&
quod idem ſeruatur practica. Alciat. in l.
prima,§.ſi quis ita num.45. de uerborum
obligat.Curt.in addito. ad Caſtre. in dict.
l.fin.§. fin. dicens communem Alcia. in di
cto.cap.cum contigat, per illum textum.
numero. 223. dicens tenere Butr. Abba.
Felin.& alios per eũ relatos.Aufrer.in de
ciſio.Toloſana.37. Andr.Gail. obſeruat.li.
1.ca.77.numero decimo, dicens commu.
poſt Hippoli.in practica crimin.§.ſecun
do numero.64.Turzan.concluſio.131.nu-
mero primo,quam etiam communem, &
magis commune teſtatur Serafi. in ſuo
tractu.de priuileg. iuramen. capitulo.63.
nume.tertio,& ſequen. ubi ponit multas
rationes & Guter.dicto.capitul.20. nume
ro ſecundo dicens communẽ poſt Didac.
& alios ibi relatos ſubdit tamen Guter. q̃d
etiam opin. contraria uidetur communis
cum multis eã teneat relati a Tiraquell.
in l.ſi unquam numero. 151.C.de reuocã
da donatione.Et pro hac limitatione facit
dictum Bar.communiter approbatum in
l.ſciendum.de uerborum obligatio.nume
ro 8.& eiuſdem in l.2.nu.10. C. de reſcin
denda uenditio.q̃d ſi minor renunciet be
neficio minoris ætatis, & iurauerit,nõ po
terit poſtea reſtitui in integrũ ex eo, q̃d
non fuerit certioratus, & ratio eſt ſecũdũ
Bar.Quia ſufficit,quod de eo remedio fue
rit cogitatũ ſaltem in genere; tãto magis
in caſu noſtro ubi ſpecie facta eſt men-
tio de Velleia.ſuꝑ quo mulier licet in ſpe
cie non ſciret quid ꝓuideret, potuit tñ in
genere ſcire id inductũ in aliquẽ eius fa-
uorem.Aliam rationem ponit Caſtre. di
cta.l ſi duo.§.idem Iulianus. quę fuit Ioa.
Andr.in cap.1.de pac.libro.6. Quod iura
mentum de futuro tendens ad corrobora
tionem facti,& ad tollẽda remedia cõtra
factum extendatur etiam ad remedium iu
ris, quod iurans ignorabat ſibi competere
propter authoritatem iuramenti,& ex his
patent duæ reſponſiones ad regulam, ꝙ
iuri quod quis ignorat,& c.d.l.mater.quia
non procedit,quando adeſt ignorantia iu
ris,item quando nõ fuit in genere nec in
ſpecie cogitatum,& tertiam rationem ad
dit.Caſtre.dicto.§ idẽ Iuſtinianus. nu.13.
ut non procedat, quando interuenit iura
mentum, quia tũc tollitur ius inuocatum,
non propter renunciationẽ ſed uigore iu
ramenti.Nam ſecundum eũdem Caſtre.
in dicta l. fin.§.fin. numero 8. iuramẽtum
trahitur etiã ad ignorata, & ualet obliga
tio iurata mulieris ꝓ marito, uel pro alio
abſque renunciatione per dict.capit.ex re
ſcripto.de iureiuran.& cap.cum cõtingat
de iureiuran.ubi Docto.& Bal. in dicto c.
ex reſcripto poſt gl.ibi, & iuramentũ ha-
bet uim certiorationis gl. & Doctores in
dicto capi. ex reſcripto.certioratus autem
non eſt amplius certiorandus.l.prima.§.fi
nal de dote prælegata. Tertio facit quia
ſi cũ certioratione ualet renunciatio Vel
leiani ſecundum opinionem gloſ. & mul
torum Doctorum in dicto.§.fina.Abb. &
alii in dicto capitulo,ſi diligenti de foro
competenti ergo, ut iuramentum aliquid
operetur

operetur dicendū eſt,quod eo interueniēte non ſit neceſſaria certioratio, cum iuramentum aliquid ſemper addat contractui iurato Iaſ.in l.ſi conuenerit.num.8. Alex. conſil.27.volum.4 incipien.Viſo verſi.& quod non,libro primo. Et hoc argumento vtitur Ang.in dicto §.item ſi. col.15.in principio.inſtit.de exceptio. Additur, & alia ratio,quia iuramentum habet uim expreſſi l.cum pater.§.filius matrem.ff de legat.2.& ſic uides quot rationibus, & authoritatibus hæc opinio fulciatur.

Sed contrariū,quod immo non obſtan
12 te iuramento certiorato requiratur, † tenent Ioan.And.& Ant.de Butr.in ca.pen. de emptio.& uendi.dicētes, quod ad hoc ut minor, uel mulier iurātes excludantur a beneficio reſtitutionis,debent prius, certiorari de talibus beneficijs ſibi competētibus. Et contra ſupraſcriptam opinionē in cauſa Velleiani,& ſimilium expreſſe tenuit idē Ioan. And.in addit. Spec.de obli. & ſolutio.§.primo verſic.Vbertus,& in titu.de renunt.& concluſ.§.primo in addit. quæ eſt in verſi.quomodo huic dicto,quo refert Alexan. in dicta l.ſciēdū. nu.31. & ſequitur Barbat.cōſi.53.præclare ſcripſit. colum.3.& columna 10.libro 2. & conſi. 55.in fine.eodem libro. Fab.de monte in tracta.de emptione.& venditio. quæſt.8. principali.colum.9. Dyn.in d.l.ſciendum. quem refert Angel. dicto §. itē ſi.inſtitut. de exceptio.col.14.verſic. ſexto hic quæritur. & ibi dicit opinionem hanc multū æquam,& quamuis Salic.in dicta l.fina.§. penult. dicat hanc quæſtionem ualde dubiam, tamen fere inclinat in hāc partem. Marſil.in rub.de fideiuſſ.nume.37. ita fuit de mente Fulg.conſ.237.Finus Guidonis. col.2.& Bal.in l.3.C.de decur.Bologn.cōſil.45.col.2.

Et hęc opinio licet de rigore iur.ſit ualde dubia & diſputabilis,tamen attenta æquitate putarem non eſſe recedēdum ab ea,quia ſumus hic in exceptione Velleiani,quæ eſt fauorabilis, & conſequēter adiuuanda & extendenda ad ſexus fragilitatem protegendam, ut in ſimili dicit. glo. in l.ſed & ſi. §.non ſolum in uerbo habebit. ad Macedonian. facit cap.odia.de reg. iuris in ſexto.

Et pro hac opinione contra communem facit,quia iuramentum non obligat, ubi deeſt conſenſus, debet enim habere tres comites,iuſtitiam,iudicium,& veritatem,ut dicūnt Doctores, in caſu autē iſto ſatis deficit conſenſus propter ignorantiā. l.ſi quis per errorem.ff.de iuriſd. om.iud. ubi Iuriſconſult.utitur his uerbis.

Nihil eſt tam contrarium conſenſui,quam error, qui imperitiā detegit.

Quæ ignorantia cum a iure præſumatur, non dicitur ſuppleri per iuramentum per regulā, quod iuramentum non trahitur ad ignorata ſecundum Bart.in d.l.ſciēdum.nu.8.ubi not.Nec tollit iuramentum præſumptionē ignorantiæ, quę a iure reſultat Alex.d.l.ſciendum.nu.26.

Ad contraria autem reſpondetur,quod illud dictum Bart. & commune procedit in caſu ſuo,ideſt in minore,qui iurando efficitur tanquam maior, ut not.in authen. in ſacramenta puberum. ergo ſi eſt ut maior non debet reſtitui, quia minor ſolum reſtituitur.toto tit.de minor.Pręterea ſpeciale eſt in muliere, ut non ſufficiat eā ſcire de ſuo beneficio in genere, ut per Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres quæſt.2. de uerb.obl.quem refert,& ſequitur Alexan. in d.l. ſciendum nume.30. & d.l. in repudianda nu.7. Vnde cum hæc quæſtiones ſint diuerſæ, ex his non eſt inferendum, vulga.l. Papinianus exuli.

Ad capitulum ex reſcripto. de iureiur.
13 vbi dicūt Doctores eſſe caſum† rotundū, poteſt reſponderi ſecundum primū intellectum gl.quod Velleianum non impedit obligationem naturalem,& ciuilem,& cōſequenter dari actionē Pau.de Caſt.in rubri.C.de non num. pecu. num.3. & idem Caſtren.in auth.ſi qua mulier.num.2.uerſic.in tex.ibi ſiue multoties.C.ad Velleia. Vnde cum ibi dicatur conueniendam ēt vxorem,id non eſt cōtra communes regulas, ſed per hoc non ſequitur quin ſi ipſa excipiat, poſſit Velleiani auxilio agentis intētionē,expellere,ideo pręſertim,ne inducamus iurium contrarietatē,erit ita de plano ītelligēdus ille tex. ut aduerſus mulierē tenuerit obligatio, & conueniri poſſit,nec plus dicit tex.ergo nec nos addere debemus pręcipuè ut euitetur abſurdus ītellectus,vulg.l.2.C.de condi.inſer. Hunc intellectum ſequitur Alex.d.l.ſciendum.
num.



nu.36.Nec obſtat,quod ſit diuinatiuus, ut dicit ibi Iaſ.Quia etiam diuinatio tolleratur, ut iura concordetur. Et cum negari nō poſſit quin his textus habeat plures intellectus,ideo ab eo non debet ſumi argumentum.

Nec etiā diſplicet alia ſolutio, quæ reſultat ex alio intellectu, quem ponit Ale. in l.ſciendū num.36,quod ibi fuit certiorata,quod confirmo,quia lex intelligenda eſt ſecundum terminos habiles l.qui teſtamento.C.de teſtam.

Ad tertiū reſpōdetur,quod potius uerba ſunt ſuperflua iudicanda, quam quod quis indebite lædatur,Bar.in l.ſi §.in computatione,nu.8.de iure delib.

Verum his non obſtantib. me reclamāte & ſententiam meā tuente Senatus cenſuit referente D. Ruffia obligari mulierē iurantem etiam ſi non renunciet, nec etiā certioretur,per d.cap.ex reſcripto & c.cū contingat.& cap.quamuis & cap.licet de iureiura.in 6.qui textus magis conſiderāt animæ periculum,quam bonorum diſpēdium,iuxta illud Euangel.Quid prodeſt homini ſi totū mundum lucretur animæ uero ſuæ detrimentum patiatur?

Declara tamen iuramentum ſuppleat certiorationē, quādo agitur de beneficio & priuilegio clauſo in corpore iuris,alias ſecus. Dec.in l.pen.nu.21.C.de pact.

14 Amplia ſecundo,ſi mulier in eodē † inſtrumento fateatur ſe principalē debitricem,quia præſumitur etiā tunc fideiuſſiſſe.Spec.de ſolu. §. uerſi.ſed pone uir, & uxor.colum.3.Abb.conſil.44. in præſenti num.1.lib.1.Bologni conſil.45 Samaritana colum.2. & Docto. in dicta authent.ſi qua mulier. præſertim Odofred. & Bart. num.3. & ibidem Bal.colu 2.poſt Iacob. Butrig.& Alber.nu.2.& uidetur color quæſitus Alex.in additio.ad Bar.in l.ſi mulier D.ad Velleia.Sali.in d.authe.poſt Nicol. de Matarel.Are.in §.item ſi inſtitu. de exceptio,colum.16.Franſciſ Mar.d. quæſtione 508.Et idem eſſet in eodē inſtrumento uterque fateatur ſe recepiſſe pecuniā, ut dicunt ſupra allegati Doctores, quamuis Ioa.And.in addit. ad Specu. in d.§. ſed pone,poſt Vbert.de Bobio uelit mulierē ſaltē teneri pro dimidia.Sed contra Ioan. And.quod immo mulier in nihilo teneat iudicauit Senatus me referente 20. Martii 1551.attentis aperitiſſimis uerbi Senatuſconſult.relatis ab Vlpiano in l.2. D.ad Senatuſconſul.Velleian.ibi.*Quæ pro alijs reæ fierent.* Sed ſi cū muliere nemo ſe obligaret,tūc teneret obligatio ſecūdum opinionē Azo.in ſumma, C ad Velleia.col. 3.in princip.per l.ſi fœnebris C.eo. quod putarem uerum niſi ſubeſſet præſumptio fraudis,& ea obligatio tēderet in fauorem mariti,uel alterius,non autem ipſius mulieris principaliter uel directe qui ſecum muliere nō obligaſſet data opera ne eſſet contra eum locus obligationi per illā ſolam factæ.

Ampliat tertio,ut hoc procedat nō ſolum in mutuo,ſed in omni alio contractu ita tenet Alber.& Sali.in dicta authentica ſi qua mulier. Aliæ ampliationes, & limitationes colligi poterunt ex his,quæ dicā infra deci.ſeq.uxor pro marito,

Mulier pro marito intercedere non poteſt,& quid ſtante iuramēto ad materiam authētica ſi qua mulier.C.ad Senatuſconſult. Velleianum.

## *DECISIO CCXXIII.*

1 *Vxor pro marito intercedere non poteſt.*
2 *Mulier conſtituens ſe principalem debitricem cum uiro non tenetur & nu.4.*
3 *Renuntiatio beneficij auth.ſi qua mulier. C.ad Velleian. per mulierem facta non uallet,*
5 *Mulieris interceſſio pro coniūcta perſona mariti non tenet.*
6 *Geminatio contractus non nocet muliere ſi deiubenti.*
7 *Vxor etiam in criminalibus pro marito ſi deiubere non poteſt,fallit ex iuſta cauſa præſente iudice.*
8 *Vxor fideiubens pro marito cum iuramento obligatur de iure canonico,fallit ſtante enormi læſione.n.9. & nu 12.& 13.*
10 *Iuramentū non ualidat cōtractum re ipſa doloſum.*
11 *Enormis læſio quæ ſit in muliere pro uiro ſe obligante.*
14 *Mulier ſe obligans cum iuramento an præiudicat ſibi in argumento ſtante læſione,*

Mulier

15 *Mulier ſe obligans ſibi præiudicat aliquib. in caſibus, & nu. 16. & 19.*

17 *Renũtiatio hypothecæ a muliere cum iuramento facta, an teneat.* *

18 *Abſolutio a iuramento an ſit neceſſaria in muliere fideiubent, & quid ſtante enormiſſima læſione.*

2 VXOR † pro marito intercedere nõ poteſt, & ſi id faciat talis obligatio eſt ipſo iure nulla. authen. ſi qua mulier. C. ad Velleianum. neque requirit̃ beneficiũ exceptionis prout in Velleiano, reſiſtit enim hoc caſu nõ ſolum Senatuſcõſul. Velleian. & eius ratio fragilitatis, ſcilicet muliebris, ſed etiam diſpoſitio dictæ authenticæ, ſi qua mulier. & ratio illius authenticæ, quæ uidetur eſſe ea, quæ impedit donationem inter uirum, & uxorem, ne mulier blanditiĳ, & amore maritali ſeducta ſe ipſa ſpoliet, ut mariti voluntati in ſui perniciem obſequatur, ut dixi ſupra deciſio 32. Donatio in principio. Et hæc concluſio adeo uera eſt, ut amplietur
2 etiamſi uxor fateretur pecuniam † ad ſe ꝑueniſſe, fieretque in eo inſtrumento debitrix cum uiro, adhuc enim nõ obligaretur quia cõfeſſio pręſumitur facta in fraudẽ legis, & mulierem adhibitam, ut pro uiro fideiuberet, ita tenet Bar. Ba. Caſtre. Alberic. Salic. & alij in dicta authen. ſi qua mulier. Caſtr. conſ. 8. lib. 2. in cauſa, quæ uertitur. Abb. con. 44. in pręſenti quęſtione. numero primo. libro primo. Franciſc. Marc. quæſtione. 508. numero. 7. & ita obſeruat
* Senatus.

Amplia primo ſi uxor una cum uiro ſe obligans faciat ſe principalem debitricẽ cum ſolitis renuntiationibus, nam etiam tunc præſumit̃ interceſſiſſe, & fideiuſſiſſe pro uiro, ita tenet Spec. Ba. Ale. Aret. & alij, quos citaui ſupra deciſ. pręcedẽti. co. 2. uer. ampliatur ſecundo. Et hoc etiã in concuſſe Senatus obſeruat, neq; habet dif-
* ficultatem.

Ampliatur ſecundo, etiam uxor renunciaret beneficio huius authenticæ † ſine iu-
3 ramento, talis enim renunciatio nõ ualet per ea, quæ dicit Cyn. in l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pact. ita tenet Au. in §. itẽ ſi. col. 16. inſt. de exceptio. poſt Iacob. Odofred. Cyn. Bart. Bal. Caſtre. Salice. & alios Doctor. in dicta authenti. Abb. conſi. 44. in pręſenti. nu. 1. lib. 1. Bolgnin. conſi. 45. Samaritana. col. 2. quod etiam Senatus obſeruat, & ad hoc fortiori faciunt, quæ dixi ſupra deciſ. pręcedẽti in terminis Senatuſconſul. Velleiani.

4 Ampliatur tertio, etiamſi mulier † fateretur pecuniam verſam in ſui vtilitatem, ita tenet Nicol. de Matarel. Bar. Bal. Alberic. Caſtren. Salic. in dicta authe. idem Caſtren. conſil. 8. In cauſa, quæ vertit. libr. 2. Abb. conſ. 44. In præſenti quæſtione. n. 1. lib. 1. Franc. Marc. quæſt. 508. nu 7. quos refert, & ſequitur. Ang. in d. §. itẽ ſi. col. 16. uerſi. quæritur ergo. Tunc enim non tenetur, niſi pro eo, quod clare conſtet ad eam perueniſſe Specul. de ſolut. §. ante omnia. uerſi. ſed pone Berna. Landrian. in addit. ad Barto. in conſil. 12. punctus quæſtionis talis eſt.

Amplia quarto vt procedat non ſolum ſi mulier ſe obligaret pro marito, ſed etiã
5 † ſi ſe obligaret pro patre, fratre, uel filio mariti, & ita tenet Bal. Salic. in dicta auth. ſi qua mulier. Are. inſt. de exceptio. §. item ſi. colum. 16. in principio. verſic. ſextus caſus. poſt Nicol. de Matarel. & alios per eũ relatos, & ita uidi iudicari per Senatũ tũc Vercellis reſidentẽ in una cauſa S. Agatæ vbi vxor pro fratre mariti ſe obligauerat per apocham tribus teſtibus ſubſcriptam ſine iuramento, & Senatus illã abſoluit nõ ex capite Senatuſcon. Velleiani, cui renunciauerat, ſed ex dicta authe. ſi qua mulier. referente Do. Emiliano de Sãdiliano. Senatore. 5. Nouẽbris. 1555. cõſtabat enim ex coniecturis mulierem ad feciſſe viri cõtemplatione, quod ſi uir mortuus fuiſſet, tunc eſſemus in terminis pręcedentis dec. de Velleia. loquentis.

Amplia quinto ſi mulier ſit principalis & vir fideiuſſor, quia præſumitur colo q̃ſitus, & ita factum eſſe in fraudem. d. authen. Ang. in d. §. item ſi. colum 16. uerſi. quid econtra.

6 Amplia ſexto. etiamſi ſecundo caueat, quãuis enim geminatio magnæ ſit uirtutis reddat actum ualidum, qui alias eſſet inualidus, argumen. l. baliſta. D. ad Trebel. Barto. in l. cum ſcimus. C. de agrico. & cenſit. libro 10. & inducit actum magis de liberatũ. gl. in cap. ſi quis iratus. 2. q. 3. & lex generaliter loquens nõ intelligitur in

actibus



actibus geminatis, Roma. in l. ſi uero, §. de uiro, fallen. 31. D. ſoluto matrimonio, quia talis geminatio inducit magnã ſcientiam & deliberationem, Barba. conſ. 18. præclare, colum 15. lib. 2. vbi alia multa ſimilia cõgerit, & late Corſet. in tractatu de geminat. Tamen in caſu iſto geminatio nõ noceret vxori, Ange. in dicto §. itẽ ſi. col. 19. verſic. ex prædicta, & facit tex. in l. ſi mulier perfectæ ætatis. C. ad Velleia.

Amplia ſeptimo, ut ꝓcedat dicta auth. etiamſi uxor fideiuberet pro marito in cã
7 † criminali, ut eum liberaret a carceribus ita tenẽt Caſtren. & Sali. in dicta authen. Sed contrarium uidetur uelle Bal. conſ. 5. conſiderata, libro quinto, quem ita intelligit Caſtren. apoſtillator conſil. 8. libro ſecundo, licet ibi Bart. uideatur ſe fundare ſuper iuramento, & idem Val. conſil. 280. libro quarto, Cæpha. conſi. 51. nume. 21. libro primo, Ioſeph. de Ludouic. commũ. opinio. tit. de authorita. & conſenſu. concluſio prima, fallen. 11. Et ſecundum hanc
* opinionẽ iudicauit Senatus in cauſa Zoppi, & Aruolæ referẽte Domino Goueano 1585. 19. Iunij, ſed ibi cautio erat præſtita præſente iudice, & alias ampliationes ad hanc auth. facientes poſui ſupra in præcedenti quęſtione incipiente Velleianũ, vbi videre poteris, ne bis idem repetamus.

Amplia octauo, vt ꝓcedat. dicta auth. etiamſi mulier renunciaret, cum iuramento, ita tenent Bar. Bal. Ioan. Fab. & Salice. in dicta authen. ſi qua mulier, Specu. de ſolut. §. 1. colum. 4. verſi. ſecundo quæritur. Hoc tamen dicit Bar. in dicta auth. proce-
8 dere de iure ciuili, uerũ † de iure canonico mulier obligatur iuramento, vt ꝑ eundem Bar. in conſ. 124. pũctus quæſtionis. quæ opinio Bar. ſeruatur in practica, ut dicit Angel. dicto §. item ſi. colum. 16. Butr. Abb. & alij in cap. diligenti. de foro competen. & in c. ex reſcripto, de iureiuran. Et iſta obligatio, quæ oritur ex iuramento, ligat etiam in terris imperij, Bald. conſi. 5. conſiderata, libro. 5 Caſtren. conſ. 8. lib. 2. Afflict. 293 num. 2. & 322. num. 5. & hæc cõcluſio ſeruatur in practica, neque habet difficultatẽ. Quinimo ualeret renunciatio generis, ſi dicat omni legũ auxilio, Caſtr. in dicta authen. & Alexan. conſil. 146. libro 7. Quinimo ſi vxor promittit, & iurat obligatur etiam ſi non renũciet beneficio huius authenticæ, ut late pe Alex. conſilio 146. lib. 7 Aufier. in additio. ad Capel. Toloſa. 37. Vital. in clauſula renũciationis Velleiani. col. fi. in fi. & faciunt. quę dixi ſupra in pręcedenti quęſtione Velleianũ, licet more ſuo aliud teneat Pariſ. ad Alex. d. conſi. 146.

Hoc autem quod dicimus obligari vxorem iuramento per ius canonicũ non pręiudicaret, ſi mulier ex tali fideiuſſione enor-
9 miter † læderetur, ut quia in totum uel in maxima parte remaneret indotata: gl. in dicta authe. ſi qua mulier. Pariſ. conſ. 65. num. 13. 14. & 15. libro 3. & conſi. 75. numero 13. & 16. lib. 4. Alciat. in cap. cum contingat. de iureiuran. nu. 223. & hanc opinionem cõmunem eſſe dicit Gul. practicar. obſeruat. lib. ſecũdo, obſeruat. 77. poſt Dec. conſi. 180. & 181: tunc enim cõtractus, & iuramentum præſumitur ſaltẽ metu reuerẽtiali extortũ. l. prima, §. quæ onerandę. D. quarum rerum act. non dat. etiamſi verba non interueniant. Alexan. ad Bar. in dicto. §. quę onerãdæ. poſt Pet. de Anchara. & Pau. de Caſt. per eum relatos, Barbat. conſi. 60. lib. 1. Bald. in §. ſacramenta. num. 8. de pace iuramẽ. firmã. Socin. conſilio 263. col. tertia, liceat B. & columna ſeptima, litera B. Cur. iun. in cõſilio 141. numero 11. & nume. 18. vbi dicit præſumi dolum, & metum, Ruin. conſilio 170. numer. 17. libro primo, & cõſ. 60. numero decimo, libro tertio. Caſtren. conſilio 174. contra ſuperius, lib. primo. Soc. conſilio 273. columna tertia, in principio, libro ſecundo, præſertim ſi eſſet puella innupta. Caſtren. dicto conſilio 174. nu. 3. Quamuis in hoc (contra tamen communem opinionẽ) contrarium teneat Aquẽ. in l. interpoſitas. C. de tranſactio. Præſumitur enim decepta vxore, & conſil. aduerſarii. Vitalin. in tractatu clauſular. de renũtiatio. Velleia. colũna tertia. uidetur enim dolum re ipſa ſaltem interueniſſe, ideoq; non ualere contractum, per l. ſi quis cum aliter ubi glo. & Doctor. D. de verborum
10 obligationib. Vbi autem interuenerit † talis dolus re ipſa cõtractus non firmatur iuramento, Dec. dicto conſilio 180. nume. ſeptimo, dicens communem, Curt. iun. conſilio 53. & conſilio 141. Cagno. in l. ſecunda. C. de reſcindenda uenditio. numero 79. & nume. 81. & mulieri conceditur

abſolutio

absolutio a iuramento, & ita obseruari in
practica d'c't Afflict. decisio. 322.nu.11.
11 Dicitur autē enormis † læsio, quādo mu-
lier nō potest indemnitatem consequi in
bonis viri, & ideo remanet indotata. Abb.
in consi. 8. tria sunt. lib. 2. nume. 9. & non
inspicitur tempus obligationis, sed solutio
nis, Afflict. decis. 312. & 313. & audiui ob-
seruatum per parlamētum Regium, cum
occuparet hāc prouinciam: solebat enim
ille magistratus fauere mulierib. hoc mo-
do læsis quamuis iurassent.

Sed contrariū, quo talis læsio non cōsi
deretur, sed quod iuramētū omnino obli
12 get † mulierē lęsam, tenet Lupus in rub.
de donat. inter virum, & vxorem. §. 17. nu
me. 33. versic. poteris limitare Boer. quæ-
stio. 23. nume. 9. Afflict. decis. 311. num. 4.
dicens ita teneri communiter per canoni
stas, & ita iudicatū fuisse in consi. Neapo-
litano. & communem dicit Alciat. in dicto
cap. cum contingat. nu. 64. & magis com
munem dicit Bursat. in consi. 66. num. 15.
lib. 1. Rola. consi. 70. num. 2. libro secun-
do. Etiamsi omnino indotata remaneat.
D. Sola in gl. ad nou. consti. de aliena. mu
lier. fol. 43. nu. 13.

Certe quæstio hæc non est sine magna
difficultate. Verū ego semper existimaui
13 hanc secūdam opinionem ueriorē, vt mu
lier † iuramento obligetur, etiamsi omni
no indotata remaneat, cū omnia iura Ca-
nonica indistinctè simpliciter loquantur,
& solū excludant casum, quando iuramē-
tū inducit periculum animæ, & æternæ sa
lutis, præsertim tex. in cap. ex rescripto. &
in ca. cum contingat. de iureiuran. & in c.
quamuis de pact. & ita in contingentia fa
cti in causa Taurinēsi vxoris Ioan. Longi,
quę pro viro fideiusserat erga Moyse Theo
dorum Hebræum, ego eā cō lemnaui ad
obseruantiam iuramenti non obstante ab
solutione obtēta ad effectum agēdi, & ex
cipiendi, cūm posset illud iuramentum ser
uare sine dispēdio salutis æternæ. Verum
* cum a tali sententia fuisset appellatum. Se
natus post multas disputationes & recla-
mātib. aliquot ex Dominicis sententiam
meā reuocauit, existimās esse pręiudiciū pu
blicum, & contra publicam vtilitatem ta-
lia iuramenta obseruare quibus mulieres
omnino indotatæ remanerent. Et exinde
semper Senatus hoc iure vsus est cum hoc
temperamēto, vt si mulieri remaneret di-
midia pars dotis, tunc teneret obligatio iu
rata. et ideo si mulier habēs mille in dotē
fideiubendo pro viro totam amittit, cū ni
hil ab eo consequi possit, nihil omnino ua
let contractus iuratus, tanquā dolo extor
tus. Si uero promisisset tātum scutos quin
gentos, vel minus, tunc subsistat contra-
ctus iuratus.

Sed quæsitum fuit, quid si mulier lædā-
14 tur † in augmēto dotali? Et uidebatur idē
ex no. in l. cum principalis, & in cap. acces
sorium de regulis iur. Et quod dos, & aug
mentum doti pari passu ambulant. auth. si
sponsalitia largitas. In contrarium diceba
tur, quod eum stylus Senatus inductus ex
causa dotis sit ex quadā æquitate, ne mu-
lier omnino indotata remaneat, non dēt
hoc trahi in consequentiam in augmento
dotis, in quo uidetur mulier de lucro ma-
gis, quam de damno tractare. Cū diuersa
sit ratio damni euitādi. & lucri consequē-
di l. fi. §. licentia. C. de iure deliber. de hoc
vide aliqua per Afflict. dicto decisi. 311.
Quæ practica potius inoleuit ex quadam
æquitate, quam aliqua ratione.

Limitatur primo dicta authent. ut nō
15 procedat, quādo mulier obligat se cū † ui
ro pro sua, vel cōmuni vtilitate, vt per Ca-
stren. in dicta authen. & Landrian. ad Bar.
consi. 124. pūctus quæstionis, vel si oblige
tur fauore dotis. Lupus in ca. per vestras.
§. quinto cū dicitur. de donat. inter uir. &
vxor. addit. ad Salic. in d. authen. si qua mu
lier. vel si vxor aliquid recipere Roma. sin-
gul. 323. Aret. in §. itē si. instit. de except.
col. 19. in fi.

16 Limita secundo, ut nō procedat, † quā
do uir, & vxor fideiubēt simul in fauorem
tertij erga alium tex. est in terminis in d.
c. ex rescripto. de iureiuran. & Spec. de so
lut. §. 1. col. 3.

Limitatur tertio, vt licet nō teneat obli
17 gatio vxoris, teneat tn̄ † renunciatio hy-
pothecę in dicta authent. num. 4. versic.
quid si mulier. l. iubemus. C. ad Velleiā. &
authen. siue a me C. eo. Franc. Marc. quæ-
stio. 508. colu. 5. & latius per Vitalem in
clausula renūciationis. l. Iul. de fundo dot.
col. 2. qui loquūtur, quando mulier nō se
obligat, sed consentit obligationi viri se
obligantis, & hypothecantis omnia bona
sua.

Sed



Sed cōtrariū, & forte melius tenet Spe
cul. dicto §. 1. colu. 4. versi 3. quæritur Vi-
tal. in clausu. renūciationis l. Iuliæ de fun.
dotal. Neque enim plus debet ualere cō-
sensus simplex eo modo vestitus, quā ex-
pressa obligatio, & renunciatio posset ta-
men operari talis cōsensus, ut mulier non
posset opponere se executioni, q̄ fit in bo
nis mariti, si supersunt bona etiā pro suis
dotibus tamen si adest iuramētum, habe-
bis locum opinio Albe. ex his. quæ late re
fert Affl. decisi. 311. & Rolan. consil. 79.
nu. 20. libro 2. vbi etiam ampliat hoc es-
se verum. si mulier in totū remaneret in
dotata, ut ibi per eum num. 26. & ita cen-
* suit Senatus in causa Salueti 1587. 10. De
cembris referēte Do. Senatore Appiano.
Sed cum temperamēto, vt supra dixi mo
do mulier omnino indotata non remane
ret & posset habere recursum in bonis ui-
ris. De hac quęst. uide Serafin. de priuil. iu
ra. c. 95. & c. 76. nu. 12.

An autem mulier, quæ renūciauit cum
iuramēto possit petere absolutionē. Do-
ctores uidenē distinguere, quod si enor-
miter læsa fuerit omnino concedenda sit
18 absolutio, immo sine absolutione † agere
possit. Alex. consi. 89. uiso libro 2. & mul-
tos ad hoc refert Cur. sen. consi. 43. super
contingentia num. 7. & 9. & hanc opinio
nem, quod tunc nō requiratur obsolutio.
probat tex. in dicto cap. Quintauallis & es
se magis communem dicit Ludouicus de
cis. 27. nume. 18. & 20. & secundum hanc
* censuit Senatus in causa Sanct Martini &
Vanasini vbi mulier fuit restituta ob enor
missimam læsionē aduersus obligationē
iuratā, licet in contrarium allegaretur de-
cisio. Borguin. 9. in prima parte, & alia su-
pra adducta.

Si vero enormiter, vel enormissime nō
sit lęsa, tūc absolutio peti nō poterit Ab.
in ca. cum contingat. num. 24 versiculo
octauus casus. Archic. in cap. quamuis de
pact. & ibi Gemi. & Imol. quos refert & se
quitur Curt. sen. dicto. consil. 43. num. 1.
Imol. in cap. Quintauallis colum. pen. de
arbitr. Angel. in l. si quis pro eo. Paul de
Cast in authe. sacramenta puberum. col.
3. & ibi Doctores. Roman. cons. 417. in ca
su. colum. fin. Antonin. Episco. Florent. in
sua summa parte 2. titu. 10. cap. 6. in septi
mo casu, Curt. sen. consi. 63. nume. 25. Et
quamuis contrarium teneant Vincen. &
Ioan. And. dicto ca. cum cōtingat & Abb.
consil. 8. Laurentia libr. 2. num. 7. Tamen
prior opinio uidetur verior, nisi interue-
nissent minæ. Imol. dicto ca. Quintauallis
Curt. sen. dicto consi. 53. nu. 1. Afflict. de-
cis. 322. nu. 5. Tutius tamen erit, ut in om
nem casum petatur absolutio iuramento
ad effectum augendi, & excipiendi, vt per
Afflict. d. decis. 322. nu 6.

Limita quarto, quod diximus ex iuramen-
19 to obligari procedere nisi † uxor iurasset
prius se pro uiro nō fideiussuram, neque
obligaturam suas dotes. Bar. in l. si quis pro
eo. ff. de fideiuss. vers. pro hoc induco. post
Host. & Io. And. ibi relatos Serafin. in tra-
cta. de priuileg. iura. cap. 95. nu. 7. & c. 76.
nume. 13.

## Baculo aliquem percutiens qua pœna puniatur, & quid si percussus fuerit Ecclesiasticus.

*DECISIO CCXXIIII.*

1 *Baculo aliquem percutiens tenetur pœna in iuriarum.*
2 *Clericum percutiens baculo qualiter puniri debeat.*
3 *Tex. in auth. sed nouo iure. C. de episcop. & cle. declaratur.*
4 *Baculo si quis aliquem percutiens illum occidit, qua pœna plectatur.*

BACVLO aliquem percu-
1 tiens † tenetur pœna iniu-
riarum. l. itē apud. §. si quis
pulsatus. D. de iniur. Carer
in §. homicidium. nu. 344.
versic. iure uero. & sic pœna extraordina-
ria l. fin. de iniur. ubi Iuriscons ul. ponit ua-
rias pœnas iuxta offendēris, & offensi qua
litatem, prout etiam, l. apud Labeonem, §.
quod ait prætor, eodem titulo, & in eo, qui
percussit baculo personā mediocris quali
tatis, quod sit banniendus, decidit Gram-
mat. decis. 17. in fine, & idē tenuit in suis
cons. & talem extraordinarię puniri dicit
Afflict. in constitutio. si quis aliquem, nu-
me. 25. dicens pœnam arbitrariā, & quā-
uis ibi Afflict. dicat de uerberante cū bar
do. tamē id interpretatur pro baculo, prout
exem-

exemplificat Bar. de cap. quem ipſe citat
in dicta conſtitu. ſi quis aliquem, num. 2. *
* & in caſus contingentia Senatus condem
nauit quendam Vercellen. qui baculo a-
lium ciuem percuſſerat pœna exilji per
triennium.

Augetur tamen hæc pœna, ſi quis per
2 cuſſerit † clericum, vel alium in dignitate
conſtitutum, prout occurit ſuperiori die
bus in ciuitate Cherij, ubi quis baculo per
cuſſerat prępoſitum, ſeu vt vulgo dicitur
guardianum monaſterij Sancti Frācíſci in
clauſtro eiuſdem monaſterij, hoc enim ca
ſu augenda erat pœna ex qualitate loci ſa
cri, & in domo propria ipſius guardiani.
Quidam enim exiſtimabant illum eſſe fu-
ſtigandum & banniendum. authen. ſeu no
uo iure. C. de epiſc. & cle. Ego exiſtimabā
attenta qualitate pſonæ, & loci hunc gra
uiori pœna eſſe puniendum, & ſaltem re
legandū per quinquennium ad triremes.

Si enim percuſſiſſet laicum baculo erat
in exiliū mittendus, vt ſupra dixi, hic au
tem attentis circunſtantijs grauis multo
erat delictum, item probabam hoc ex l. ſi
quis in hoc genus. C. de epiſ. & cleri. vbi
punitur pœna capitali pro leui iniuria ſa
cerdoti facta, ut apparet ex illis dictionib.
*aliquid iniuria.*

Nec obſtat dicta authen. ſed nouo iure
3 † quia intelligit ille tex. de iniuria leuiori
cum l. C. de tali iniuria loquens uidet ni
mis rigoroſa, & ideo ibi dicitur pro tali in
iuria, ideſt leui, quod etiam magis demon
ſtratur ex corpore. vnde illa authētica de
ſumpta eſt ab Irner. dicit enim *aliquam in
iuriam*, quod etiam magis exprimitur ex
traductioni Haloādri *aliquid contumeliæ*,
dictio enim illa *aliqua & aliquid* de leui,
& modica intelligit, & arctat ſignificatio
nem orationis ad rem modicam. l. hāc le
gem, D. de contrahen. emptio. quē tex. ad
hoc ſingulariter citat Oldra in conſ. 226.
col. 3. & Tiraquel. qui multa ad hoc more
ſuo congerit in l. ſi unquam. C. de reuocā
da donatio. in §. omnia bona, nu. 15. Cer-
tum autem eſt, quod multum intereſt, an
clerico inferatur leui iniuria, vel grauis.
Nam primo cauſa Epiſcopus poteſt abſol
uere, c. peruenit. de ſenten. excōmunicat.
ſecundo uero caſu non, ca. ſi quis ſuaden-
te. 7. quæſt. 4. Dicitur autem grauis, uel le
uis iniuria conſideratis circunſtantijs arbi
trio iudicis. Abb. in dicto. cap. peruenit, de
* ſentent. excommunic. Itaque Senatus cen
ſuit iuxta opinionem meam illum eſſe cō
demnandum ad triremes per quinquen
nium, & ita fuit exequutum.

Quid autem dicendum ſit eo in caſu,
4 quando quis baculo † aliquem pcuſſit, ex
cuius percuſſionibus mortuus eſt percuſ
ſus, an tunc erit pœna homicidii talis per
cutiens plectendus, an uero alia extraordi
naria, uide plene per Gomez. uariarū, re
ſolution. libro. 3. cap. 3. numero 17. ubi vo
luit talem pœna. l. Corneliæ dignum eſſe
cuius opinionem credo ueram ſi occiden
di animo percuſſerit. ꝙ ex percuſſionum,
& vulnerum qualitate prudens iudex diiu
dicabit.

## Pactum de futura ſucceſſione, an ualeat, & quibus in caſibus ſubſiſtere poſſit.

### DECISIO CCXXV.

1 *Pactum de futura ſucceſſione non ualet, &
qua ratione id conſtitutum ſit. nu. 2.*
3 *Pactum de futura ſucceſſione an iuramen-
to conualidetur. & nu. 5. & 6.*
4 *Iuramentum contra ius publicum interpoſi
tum non ſubſiſtit.*
7 *Pactum de hæreditate factum ualet in uim
vltimæ voluntatis, ſi ſit quinque teſtibus aſ-
ſiſtentibus corroboratum.*
8 *Pactum de futura ſucceſſione inter liberos
factum, an ſubſiſtat. & nu. 9.*
10 *Pactum de hæreditate inter liberos ualet ſi
æqualiter fiat diſtributio hæreditatis.*
11 *Pactum de futura ſucceſſione factum valet
ſi ſuper re particulari factum fuerit.*
12 *Pactum de futura ſucceſſione ſtante conſue
tudine, uel ſtatuto toleratur.*
13 *Conſuetudo altera lex eſt, & ſeruanda.*

PACTO hereditatē dari nō
1 poſſe, † neq; ſup futura ſuc
ceſſione interpoſitū valere
certi, & indubitati iuris eſt,
l. hæreditas. C. de pact. con
uēt. l. pactū. l. licet, & l. fi. C. de pac. l. ex eo.
C. de inutil. ſtipulationib. l. fi. D. de ſuis, &
legit. l. ſtipulatio. 61. D. de verborū oblig.
l. cum donationis. 34. C. de tranſactio Bar.
Bal.



Bal. & omnes Doctores ī iur. ſupra addu-
ctis. Paris. conſi. 24. numero. 8. libr. 2. late
Ozaſc. deciſ. 100. per totam Michael Graſ
ſus in. §. ſucceſſio ab inteſtato. quęſt. 9. nu
me. 1. Hartamnus practicar. obſeruatio fo
renſ. libro. 2. titul. de pact. cap. 3. in princi.
ratio eſt. quia per tale pactum libera teſtā
di facultas aufertur, quæ cum publici iuris
ſit contra bonos mores tūc fieri dicitur. d.
l. ex eo. pacta uero contra bonos mores p̄
ſtita ſuſtineri non poſſunt l. pacta quę cō
tra C. de pact. & d. l. fi. C. eo Votum enim
captandæ mortis talia pacta indicunt cō
tra l. cum tale. 72. D. de conditio. & demō
ſtratio & ideo improbus appellatur, qui
de uiuētis hæreditate eſt ſolicitus l. 2. §.
interdū. D. de vulg. l. ita. tamē. 27. §. a patre
C. ad trebellian. pactis enim adimi teſtan
di libertas non poteſt. l cum duob. 53. D.
pro ſocio Quib. rationibus, & aliis multis
axioma hoc Doctores noſtri defendunt,
2 pro cuius confirmatione addebam ego,
† quod cum multis formulis, & ſolenitati
bus deſideratis teſtamēta fuerint a iure de
creta, & ordinata ita pro illorum ualidi
tate ſeptem etiam teſtes requirātur, incō
ueniens erat, ut tota hominis diſponētis
ſubſtantia ſolo pacto trāsferentur, qua ra-
tione donationem omnium bonorū pro-
habitā fuiſſe rederimus. d. l. ſtipulatio. de
uerborum obligatio.

Huic regulæ ampliationes ſubnecti poſ
ſint, quæ a Doctoribus in ſupradictis locis
& iuribus colliguntur, præſertim ex ſcri-
ptis. D. Ozaſcum in dict. deciſio. 100.
ubi nec etiam reciprocum pactū ſuper fu
tura ſucceſſione ualere contendit cōtra
Hippolit. ſingular. 333. & Viuium commu
nium opinionum in uerb. pactum. primo,
Et ex ſcriptis per Graſ. in dict. §. ſucceſſio.
3 queſt. 9 Sed quæſtio in hoc tractatu ſatis
ardua, & cōtrouerſa eſt an huiuſmodi † pa
ctum iuramento adhibito confirmari poſ-
ſit. Multi enim & quidem magis commu-
niter uoluerūt tale pactum iuramēto nō
confirmari, ut uidere licet ex authoritati
bus late cōgeſtis per Ozaſc. d. dec. 100. nu
me. 31. quibus addo Bal conſ. 441. uiſis ſta
tutis in princip. li. 5. & hanc partem dicit
communem, & ab ea iudicando, & con
ſulendo, recedendum nō eſſe Io. Guter. in
tract. de contract. iurat. ca. 59. num. 4. 5. &
9. licet alteram opinionem dicat ueriorē
& iuxta illam in Hiſpania practicari. amā
ta. l. regia, per quam fuit mādatum, quod
talia pacta ſeruent, Rodericus Xuarez. in
l. quoniam in prioribus quæſtio. 9. nu. 15.
C. de in officio. teſtamē. Martin. Montero
ſcen. in dict. l. pactum. nu. 22. C. de pact.
H. Gabriel. conſi. 138. ubi uoluit hoc pce
dere etiamſi facultas teſtandi reſeruetur.
Fulgoſ. conſ. 73. colu. 3. & ſi quem male
pro cōtraria allegat Auferrius in loco in
fra citādo Papien. in forma libelli, ut pa-
cta ſeruentur in gl. ſuper uer. pacta. n. 9.
uerſi. 3. autē caſu, cuius ampliationis ra
tio redditur ſatis urgens, quia cum ſit cō
tra bonos mores hoc pactū. d. l. ex eo iu
ramentū contra bonos mores præſtitū
non ſubſiſtit cap. nō eſt obligatorium. de
regul. iur. in ſexto. Sic enim & cōtra iuris
4 communis, & publici † rationem interpo
ſitum iuramentum nō ualet. l. 7. §. ſi paci
ſcar. in fin. D. de pact. l. ſi qs uir. §. ultimo
D. de legat. primo. l. adigere 6. §. adigere
D. de iure patro. Et quāuis aliq. diſtingue
re uoluerit inter mores ciuiles, & natura
les in materia capit. non eſt obligatoriū
illa tamē diſtinctio non poterit in tali pa
cto militare, quod tam ius publicum quā
naturale concernit.

Sed contrarium multi alii non medio
5 cris doctrinæ uiri defēdere † uoluerūt Ba.
ſequuti in §. morib. tit. ſi de feud. fuer. cō
troue. inter dom. & agnat. cōſiderātes iu
ris Canonici diſpoſitionem in ca. quāuis
ciues conditores magis animæ periculū
quam iuris ſolenitates & hominū facul
tates cōſiderare uoluerūt. Et ita tenet Au
ferius addit. ad Capel. Tholoſ. quæſtio
453. & 454. dicēs ꝙ licet alias cōſuluiſſet
contrarium, tamen mutauit opinionē p
pter multi arreſta curiæ parlamēti. Ioan
Fab. in dict. l. fin. C. de pact. Maſuer. in ſua
praxi. titu. de ſocietate. n. 19. & 20. Papō
li. 20. ti. 2. arreſto primo Tiraq. de primo
gen. queſtio. 7. n. 7. Lupus in rub. de do-
natio inter uir. & uxor. Dec. cōſ. 655. nu.
16. Alci. in dict l. pactum. & ante omnes
ſupra citatos hoc expſſe uoluit antiquus
Doct. Pileus. q. 120. ubi pp periuri peri
culū ab hac opinio. cōſultus recedere du
bitauit & nouiſſime hāc opinio. eſſe de
iure ueriorē, & magis tuta fauore animæ
& quia in dubio iudicandū ſit p obſer-
uantia iuri ſcribit Serafinus de Serafi. in

tra de priuil.iuram.priuil.20.nu.28.& 89
6 Pro cōcordia cogitabam ego†diſtingui
poſſe ne inæquiuocis ambulemus, ꝙ aut
ſumus in pacto ſuper alterius hęreditate
interpoſito iuxta terminos l.fi.C.de pac.
& tunc cum tale pactū ſit omni iure im-
probatum iuramento confirmari nō poſ
ſe,iuxta glo.communiter probatam in l.
qui ſuperſtitis.D.de acquirēd.hæred. Di
dac.in capit.quamuis.in princip.nume.1.
in fi.de pact.libro ſexto Put. deci.113.n.
4.lib.ſecundo,aut uero ſumus in pacto fa
cto cum eodem,de cuius hæreditate tra
ctatur iuxta terminos l.pactum,quod do
tali.C.de pact.& C.dę collatio.& hoc ca
ſu ueriorē eſſe illorum opinionem,qui uo
luerunt iuramentum confirmari,& tūc q
dem ſubſiſtere, ſed uocabiliter, ita ut ex
quacūque iuſta cauſa reuocari poſſit per
promittētem iuxta ea quæ ſcribit Cape.
Toloſan.dicta quæſtio.454.Tiraquel. de
primogeniis.quæſti.8.Curt.iun.in dict.l.
pactum.numero quarto.Martin.Mōtero
ſcen.ibidem numero 14.Vaſq.de ſucceſ
ſio.progreſſ.libr.ſecundo.§.18.requiſito
29.limitatio prima.nu. 195. & 199. Put.
dicta deciſio.113.numero ſeptimo.Bella
mer.conſil.17.colu.fin. pro quo ultimo
dicto facit text.in l.cum donationis,C.dę
tranſact.ibi.

## Nec ad implendū promiſſum hæreditatis propriæ pollicitatio ni quiſquam aſtringitur.

Quaſi uelit Imperator ſubſiſtere pactū
ad libitum volūtatis. Quamuis bona cau
tela eſſet hoc caſu impetrare abſolutionē
iuramēti ante reuocationē, ut periurii pi
culum euitetur,& hac diſtinctione adhibi
ta ſaluari poſſent contrarię Doctorum au
thoritates,& aperitiſſime diſſenſiones cō
ciliari licet Didac. in dicto cap. quāuis in
princi.numero ſecundo. uoluerit tale pa
ctum reuocari nō poſſe, quod & ante eū
late defendit Aufrer.dicta quæſt.454. nu
me.4.Et ita ꝓcedere poteſt Senatus no
ſtri deciſio.de qua apud Dom.Ozaſ.dicta
deciſio.100.neque enim hoc caſu dubitā
dum eſt de paciſcētis periculo,non ſecus
atque ſi teſtamentum condidiſſet.
Et hoc multo magis ꝓcedere exiſtima
rem, ſi ultra iuramentum in inſtrum ēto
7 †quinque teſtes adhibiti fuerint,tūc enim
exemplo militū poſſet in uim ultimę uo
lūtatis tale pactum ſuſtineri, ut per Clau-
diū Seiſſellum in dicta l.licet. Craue.con
ſilio 136.numero.10. Alciat.conſ.135.nu-
mero.9.& 10.& nouiſſime ita tenuit Mi-
chael. Graſſ.dicta quæſt.9. numero quar-
to in fin.Dec. conſilio 184.cuius opi.ue-
riſſimā dicit Vaſquius dicto §.18. nume-
* 10.202.per tex.in l.ubi ita donatur D.de
natio.& ita iudicatum fuit in quadam ar-
dua cauſa Sabaudiæ de Chiaraſonaii,quæ
fuit corā Pricipē diſputata 1566.10.Maii.
Ampliatur hæc communis regula, ꝙ
pacto hæreditas dari non poſſit ut proce
8 dat,etiamſi†ab ipſo patre inter liberos pa
ctum fuerit interpoſitum.dicta l.pactum
& dicta l.hæreditas.illa ratione,quam ele
ganter adfert Hotoman.in dicta l.pactū.
quia filii meritis potius quam pactionib.
ad paterna obſequia prouocandi ſunt.l.ſi
quando.35.§.1.C.de inoffi. teſtamen. &
parentes ad benigne ſuis liberis faciēdū,
& Reipub. expedit liberos parētum ultio
nem,& exhæredationem metuere, quod
nō eſſet ſi pacto hæreditas eſſet promiſſa
ita ut ab illis hoc ius auferri non poſſit ra
tione pacti.l.ſicut.C. de oblig.& actio.&
hanc ampliationem communem aſſerit
Vaſquius dict.§.18.numer.193.in fi. Sed
aduertas,quod articulus iſte,ubi de pacto
a patre inter liberos facto ſuꝑ illius hære
ditate tractatur diſputabilis eſt, & cōtro-
uerſus inter Doctores,& iura ſunt ꝓ utra
que parte.Nam Alexand. Cur ſen. Socin.
ſen Iaſo.Dec.& Riminald.tam in dicta l.
pactum.qua in l. ſtipulatio. de uerborum
obligati. tenēt ualere huiuſmodi pactum
inter liberos,cum quibus ſtat Barto.ante
eos,ita tenens.in l.tale pactum.§.ſi D.dę
pac.cuius opinionem cōmunem dicit Ro
man.in authē.ſimiliter. C. ad legem Falci
diam Gra.in dicta quęſtione nona,nume
ro quinto.& in.§.inſtitutio.quęſt.19.nu.
mero quarto.dicens,quod opinio.Barto.
ſeruaretur in practica, & hāc opinionem
magis communem teſtatur H.Gab.conſi
lio.137.numer.13.&.14.Burſat.conſ.13
numero.25.libro ſecundo Cōtrariū uero
Caſtre.Iacob. Cur.iun.& Purpura.deſen
dunt in dicta l.pactum.Pet.Dyn.& Fulg.
in dicta l. licet conſulendo ſequitur Alc
xand.conſilio.28.numero quarto.lib.ter
tio ꝗbus nouiſſime ſubſcribit Marti. Mō





teroſcen.in dicta l.pactum num.17.& 18
reſpōdendo ſatis ſubtiliter contrariis, &
ſequitur Magdale.in tract.de numero te-
ſtium a teſtamen.requiſito par.prima.ca-
pit.16.nu.250.& pluribus ſeq.uolens pri
uilegium.l.licet, non poſſe extendi ultra
militum perſonas.
9 Ego dicerem in hoc puncto†non eſſe re
cedēdum a cōmuni opinione,quæ eſt, ut
valeat huiuſmodi pactum inter libros à
patre factum præſertim ſi iuramētum in-
terceſſerit,ſed reuocabiliter,vt ſupra dice-
bam,vt dixit in ſpecie.Gabriel. dicto cōſi-
lio 137.nume.30.vbi voluit, quod pactū
futuræ ſucceſſionis,quod regulariter non
ualet,ſed ſpeciali fauore inter aliquos ſu-
ſtinet in uim ſupremi iudicii veluti in mi-
litibus,filiis,& Eccleſia ſi reuocabile ſicut
quælibet vltima volūtas.Sicut enim mili
tis teſtamentum in vim vltimæ volūtatis
ſuſtinetur quoquo modo,ita etiam patris
pactum,quaſi teſtamentum inter liberos
quod minus ſolenniter factā admittitur,
ſuſtineri poteſt.l.hac cōſultiſſima.§.ex im
perfecto.C.de teſtame.l.fin.vbi glo.C.fa-
mil.herciſc.l.fi.C.de codicil. Maſue.in ſua
praxi.tit.de ſucceſſio.nu.44.in fi
Et hoc quidem apud me nullam habe
ret difficultatē quotieſcūque pater inter
10 liberos paciſcēdo ęqualiter hæreditatem
†diſtribueret, nam ſecus eſſe crederem ſi
inæqualis eſſet diſtributio, & in huiuſmo
di pacto æquali iter liberos facto loquunē
ferè omnes Doct.ſupra citati poſt Pileū.
dict.quæſt.120.qui voluerunt valere pa-
ctum tempore matrimonii a patre factū,
vt filia æqualiter cum liberis ſuccedat ꝓ
qua re in terminis iſtius ęqualitatis,& quę
ſtionis noſtræ extat aurea,& elegans Leo
nis Imperatoris(qui Philoſophus appella-
tur)nouella conſtitutio.19. titul.de pacto
paterno,ex æquo heredem futurum filiū
qui non tantum ratione promiſſionis fa-
ctæ,ſed etiā ratione æqualitatis ſeruandæ
huiuſmodi pactum valere ſtatuit, quo fit,
vt nō aſpernenda ſit illorum ſententia q
voluerunt.§.ex imperfecto nō procedere
quādo inęqualiter filios hæredes pater
ſcripſiſſet.de qua re ſuo loco dicemus. Et
hæc opinio in patre ſuſtineri magis poteſt
qa non eſt dubitādū,ꝙ in filios cadat uo
tum captandæ mortis,cum patris hæredi
tas ſaltē pro legitima illis iuræ naturæ de
beat.Et l.hæreditas.loquitur in caſu,quan
do extraneis pacta deferē,filiis enim quan
do datur hęreditatis pacto,datur illis, qui
bus de iure ſpectat,& qui nihilominus ve
nirent ab inteſtato.Et cum communi opi
* nione tranſiuit Senatus,qu od ſuſineatur
huiuſmodi pactum in vim vltimæ volun
tatis inter liberos, quia leges in hoc caſu
ſolā parentum voluntatem cōſiderare vo
luerunt.
Limitatur nunc ſupradicta regula,quod
pacto futura ſucceſſio non detur, ut non
procedat ſi pactum nō ſuper tota hæredi
tate,aut ſuper quota hęreditatis,ſed ſuper
11 †re particulari fuerit interpoſitum, nam
tunc omnes in eo conueniūt,quod pactū
huiuſmodi etiam non iuratum ſubſiſtat,
in hoc caſu de receptiſſima Doctorū ſen-
tētia innumeros Doctores allegādo teſta
tur Graſſ.dict.quæſtio.9.num.10.Gabriel.
conſi.140.num.1.Natta.conſi.474.num.
1.Pute.dict.dec.133.Iaſ.conſil.211.colu.
5.lib.2.& conſ.173.col.5.lib.4.Hartman.
pract.obſeruat forenſ.li.2.tit.de pact.c.3.
* in fi.& cum hac limitatione ſemper trāſi-
uit Senatus.
Limitatur ſecūdo,vt nō procedat ſi in
contrarium extet ſtatutum,vel conſuetu-
do,quāuis enim hoc in caſu noluerint ali-
qui valere huiuſmodi pactum,vt Capell.
Toloſan.dict.dec.453.numero 3.& com
munē videatur fateri Graſſ.d.quæſt.9.nu-
mero 8.verius tamē eſt,ut conſuetudo.&
12 ſtatutū†poſſint huiuſmodi pactis robur
tribuere,& propterea hanc limitationem
tenuit Bal.in l.cum Archimedoram C. vt
in poſſeſſionem legator. & conſuetudinē
iſtam obſeruari teſtantur Aufrer.Tiraque.
Ioan.Fab.Papon.& Maſuer. in locis ſupra
citatis.Franc.Marc.dec.136.in fin.par pri-
ma.& de Germanię cōſuetudine teſtatur.
Ioan.Aurpachus ſingul.allegatio.libro.2.
ca.21.Zaſ.dicta.l.ſtipulatio.de verborum
obligatio.& Graſſ.dict.quæſt.9.numer.4.
qui dicunt durum eſſe cōtra ipſam cōſue
tudinem obtinere,ex qua Germanię con-
ſuetudine credo proceſſiſſe Longobardo
rum pactum.Morganatica appellatum,de
quo in titul.de filiis nat.ex matrimon. ad
Morganat.contrac.li 3 feud. Conſuetudi-
ni enim & antiquitati plurimum tribuen-
dū,eſt adnot.in l.de quibus.D.de legibus
& in l.fin.C.quæ ſit longa conſuetudo Et

13 conſuetudo† ipſa altera lex eſt, & modo non ſit cōtra diuina præcepta facit licitū quod alias erat illicitum. Vnde ſicut in lege decerni poſſet, vt dicit Lupus in d.rub. de donatio.inter vir.& vxor.& factū fuit in Hiſpania, vt teſtatur Guter.dict. capitu. 59.non video quare & conſuetudini idē tribuendum non ſit. Et idem dicerem in ſtatuto, quod lex muncipalis dicitur, Sed reſtringerem iſtam conſuetudinē,& ſtatuta diſpoſitionē, vt procedāt reuocabiliter & faciant valere pactū in uim ultimæ voluntatis, ita vt accedente reuocationis iuſta cauſa reuocari poſſit, ꝑut uidet̄ ꝑmittere tex.in d.l.fin.C.de pact.& ſi iuramētum interceſſerit abſolutione impetrata reuocatio admittet̄, vt dicit Alciat.in d.l. pactum.C.de pact.

Plures alias limitationes addere poſſē ſed quoniam deciſiue nobis agēdum eſt, melius erit illas apud Doctores videre, ꝙ̄ referre,& uidēdus Seraſihus in d.l.tract.de priuile. priuilegio.20.Ozaſ.& Graſſ.in locis ſupra citatis,& vide omnino Burſ.cōſi. 136.li.2.per totum.

## Reductio contractus ad æquitatē quādo per iudicē facienda ſit.

### DECISIO CCXXVI.

1 *Iudex poteſt contractum factum inter partes ad æquitatem reducere.*
2 *Fornarius ſeu molendinarius, qui promiſerunt granum, uel panē pro tota familia, an teneantur familia augumentata.*
3 *Conductor, qui prædia in perpetuum cōduxit, an teneatur de augumento monetæ, ſi penſio in immenſum creuerit.*
4 *Præſcriptio temporis non officit, quin cōtractus ad æquitatem reducatur.*

REDVCTIO contractus ad æquitatem fieri debet,
1 quando res† tractu temporis efficeretur iniqua, vel in infinitum creſceret, & hæc eſt ſingularis & mirabilis facultas iudicibus data, ut hoc caſu poſſint etiam contra paciſcentium pactionem, & ſtipulationē pronūciare,& ad æquitatem reducere, ut eſt ſingularis,& notabilis text.ad literā in l.cum quidam.17.in pri.D.de uſur.& de infinitate euitāda ſunt iura in l. ſi quis in fi.D.de pericu.& commo.rei uendi.l.2.§. ſi quis.D.de.l.3. Per quam regulam inferunt Doctores ad caſum, ꝙ ſi Piſtor, uel
2 furnarius† promiſerit coquere panem pro tota familia gratis, vel pro annua pēſione minima, & deinde poſt aliquot tēpus creuerit familia in immēſum, reducit̄ res ad ęquitatē ita, vt nō teneatur niſi pro familia, quæ extabat tempore factæ cōuentioni,& idem dicūt in Molendinario, vt per Pileum quæſt 48. Iaſo.in l.quominus.nu. 136.& ſeq.D.de fluminib.vbi nume.144. ponit regulā, quod ſermo generalis, & indefinitus non trahitur ad futura, quando reſultaret magnum præiudicium.

Ex quibus inferebatur in facti cōtingētia coram Senatu, quod quidā de Vicono
3 qui cōduxerat in† perpetuum quaſdam poſſeſſiones ꝓ florenis cētum annuis, ſoluendis de moneta currēti tēpore ſolutionis, cum eueniſſet, ꝙ creuiſſet aureus propter deteriorationē monetæ in lōge maiorem æſtimationem, quam erat illa tempore cōtractus, nā aureus, ꝙ ualebat tempore cōtractus groſſ.21.creuerat ad groſſ. 110.non tenebat̄ ſoluere totum, id quod per augmentum monetæ ſoluere ꝓmiſerat, ſed reducendam rem ad ęquitatē, ita ut per florenos centū ſoluerentur floreni quinquecētū de illa moneta deteriorata cū alias ſoluendi eſſent nouem centum &
* ita fuit reſolutum per ſupradicta,& faciūt, quæ ſcripſi de emphyteoſi ſupra dec.120. Emphyteota.

Et quāuis aliqui dicerent nō eſſe recedendum a pactis, eo attento, ꝙ fuerat penſio ſoluta per multū tempus iuxta promiſſionē de moneta currenti tēpore ſolutionis, ita ꝙ videbat̄ præſcriptum in fauorē locatoris.ad nota.in ca.cum olim 2.de cēſib. Tamen reſponſum fuit non eſſe tantū
4 tribuendū iniquitati† præſcriptionis, vt cū damno alterius locator locupletaret̄,& ut inquit Comicus Summum ius ſumma iniuria,& ſub nimia iuris ſubtilitate ꝓnitioſe nonnunꝗ̄ errat̄.l.ſi ſeruū.91.§.ſequitur. D.de ver.obli.& ad hæc faciunt, quę dixi deci.214 incipiē. Pecuniæ augmētum, ꝙ pecunia ſolita ſolui pro gabella reduceret̄ ob monetæ deteriorationē ad quid minimū, ꝙ poterit augeri non obſtāte præſcri

ptione



ptione, de qua, in d.c.cum olim.& quæ de ſtatuto ſcribit De.conſ.335.quem in ſimili retulimus dec.239.Vallis peruſiæ uerſi. nec officit.

## Feudū quando rectum, & proprium dicatur,& quādo in eo fœmina ſuccedere poſſit, late examinatur, adiectis aliquibus ad materiā deuolutionis feudi pertinentib.reſolutionibus.

### DECISIO CCXXVII.

1 *Vaſallus non tenetur recognoſcere feudum niſi requiſitus.*
2 *Succeſſor in feudo habet iuſtā cauſam ignorandi rem eſſe feudalem.*
3 *Minor excuſatur ob non petitum inueſtituram,& integram reſtituitur.nu.4.*
5 *Feudum ſi ob non factum fidelitatem caducum efficiatur, agnatus aperitur.*
6 *Caducitas ut incurratur, ſex requiruntur.*
7 *Feudi natura cognoſcitur ex prima,& ultima inueſtitura.*
8 *Feudum fœmineum ſi tranſeat in aliam familiam, tranſit cum eadem natura.*
9 *Clauſula pro ſe,& hæredibus,& ſucceſſoribus uniuerſis in inueſtitura poſita fœminas comprehendit.*
10 *Princeps poteſt iuri in ſe quæſito derogare.*
11 *Princeps ex certa ſcientia poteſt naturam feudi alterare.*
12 *Tutor non poteſt feudi naturam in præiudicium pupilli alterare.*
13 *Proteſtatio ius proteſtantis conſeruat.*
14 *In conflictu inueſtiturarū poſteriores ſunt attendendæ.*
15 *Clauſula in feudum antiquum, auitum,& paternum, nō operatur contra inueſtitū.*

VOCATI fuerunt coram Illuſtr. Camera Ducali D.D. coniuges de Vagnonib. Antoninus, & Blanca inſtante procuratore patrimoniali,& poſtulante feudum Caſtri veteris eſſe caducum, quia Dominus Antonius maritus monitus ꝑ commiſſarium extentarum ad agnoſcendum prædictum feudum nō cōſignauit. Secū do, quod ipſi coniuges intra annum,& diem inueſtituræ reuocationē nō petierunt. Tertio, quod fidelitatis iuramentum non præſtiterunt. Quarto, quia feudum eſt maſculinum proprium, & rectum, cuius propterea eſt incapax.D.Blāca vt fœmina. Prædicti autē coniuges ſetuentur infraſcriptis rationibus.

Ob conſignationem non factā allegāt
1 vaſallum† non teneri recognoſcere feudū & cōſignare, niſi fuerit ab ipſo domino requiſitus. Ba.l.plures apocis.C.de fi.inſtru. Iacob.de feu in gloſſ.dictique vaſallis.38. col.2.nu.1. Hic autem non conſtat, quod D.Blanca fuerit reqſita cuius eſt feudum ſed quicqd factum fuit id contra D Antoninum maritum factum legitur, cuius culpa, immo & dolus vxorē non afficit, toto tit.ne uxor pro marito.

Quinimo nec vxor, nec maritus in culpa, nec dolo ſunt; quoniā ignorabant feu-
2 dalitatē bonorum ut ſucceſſores,† ut tradunt Doctores in l.qui in alterius. regu. iur.ubi.Cagnol.n.5.in dubio enim omnia præſumūtur allodialia,& ideo donec eductum fuit ea bona eſſe feudalia, ſunt in ꝓbabili ignorantia & excuſandi, iuxta tradita in l.altius.C.de ſeruit.& aqua. vnde admonuit aduocatos Ia.in gl.& cum pacto de non alienando.c.20.col.1.n.45.ut cauti ſint in proponenda ſcientia rei feudalis imo ibi.n.11.dicit, quod etiam data mora, & culpa feuda non debent cadere in commiſſum, quia tales penæ magis ad errorē, quam vt exigantur ſunt impoſitę, & eas ab aula receſſiſſe, ſcribit.Nat.conſ. 593.n. 6.& ignorātia excuſat a recognitione. Rolan.conſi.66.n.8 & 9.li.3.

Ad ſecundam obiectionem adaptātur quę ſubſcripta ſunt,& vlterius dicitur, ꝙ domina Blāca vti vocata ad feudū de quo agitur, ut infra dicetur, inueſtituram petere non tenetur a renouatione vero nō pe
3 nitus excuſatur tanquā minori 25.ann.† accedente aliqua probabili cauſa, quare inueſtituram non petierit. Prun.conſ.100.Iaſ. conſi.78.li.1.Peruſ.conſ.24.

Cum etiam conuenta ipſa ante hanc litem ignoraret bona ea eſſe feudalia. Cur. de feu.par.4.cap.2.ꝛ.5.& 28.& eſt tex.in §.ſi vaſallus alienauerit.ſi de feu.fuer.controue.& maxime uerifimilis eſt eius ignorātia, qa mulier minor, & minus alterius,

 ſuſſe-

ſuffecta,& dū hoc eidem innotuit obtulit ſeparatam renouationem inueſtiturę capere, omnia ꝑmittere, & præſtare ad quę uaſallus tenetur.

Et eadē ratione ignorātię excuſātur a iuramento nō præſtito cum non ſcirēt bona feudalia & cuius naturę forent accedente minori ætate,& ſexus fragilitate & ad hoc ut uaſallus cadat a feudo ob iuramentum nō præſtitum neceſſe eſt,quod interpellatus fuerit ter,& quod moroſus & cōtumax fuerit,ut eſt tex.in tit.q̄ fuer. prima cau.§.eſt & alia.Grat.conſil.40.libro primo.

Et in omnem caſū eſſet Domina Blā
4 ca reſtituenda in integrum † ad omnia ꝑdicta peragēda.gloſ.in uerſ. annorum. §.pręterea ſi quis.ſi de feu.fue.cōtrouer. Brun.conſi.23.nu.3.De conſi.418.n.23. Hippol.conſi.62.Marian.Soc.conſi.18.& 37.Schurf.conſi.164.

5 Rurſus ſi feudum aperitur† ob nō ꝑſtitum iuramētum fidelitatis,agnatis nō domino aperiri receptior,& æquior uult ſententia.Grat.conſi.2.nu.19.lib.1.

6 Accedit quod ad hoc,ut quis† commiſſū obtinere poſſit ſex regulariter sūt neceſſaria,quę omnia nedū probata.immo nec propoſita conſpiciuntur, ut legiē ex Guido Papæ.quæſt.484.& 165.Iaſ.conſ. 64.lib.3.Pariſ.conſ.86.lib.4. probādum & id fuerat,cuius Cæphal.meminit in cōſil.29.nu.14. quæ & confirmātur per Iacob.in glo.qui quidem num.48.& in gl. ita quod.nume.17.Brun.conſi 38.nu.7. nec tuta ſententia eſt,quod ob omiſſā inueſtitur ā commiſſo locus ſit, Afflict.in titu.quo temp.mil.§.ſancimus,num.6.dolus enim ad commiſſum neceſſarius uidetur.§.quoniā inter de prohib.fue.alienat. per tot.& cōtemptus domini directi apertus neceſſarius eſt ex traditis per Marſi.in conſi.53.62.& 124.nu.10.Crauet. conſi. 151.nu.18.& 142.nu.17.Dec.conſi. 144. nu.6.Soci.conſi.66.li.3.Soci.iun.con.115 nu.14.li.2.

Ad ultimum uero dicitur, quod feudū de quo agitur eſt fœmininum, & ſemper fuit nam ex extremis probantur media ī unaquaque re cap.inter dilectos ubi Do. de fide inſtrumē.Vnde cū de anno.1306. nominatim feudū iſtud factū fuerit fœmineū, ab anno 1490. citra ſemper hoc feudum in manibus fœminarum,ſeu deſcendētiū ab illis ſteterit. plane ſequitur quod inueſtituræ medio tempore obtētę fœminas comprehenderunt;prima enim,
7 † & ultima inueſtitura ſpectādæ ſunt reliquis inter mediis omiſſis.Afflict.deci.195 nume.5.

Ad cognoſcendum enim naturā feudi prima illius inueſtitura eſt attēdēda. Bal. in pręlud.feud.num.47.Curt.iun. conſ.1 Dec.cō.193.ac tanti roboris eſt prima inueſtitura, ut per eā derogetur omni iuri feudorum.Bal.in tit.de duob.frat.a ca. in ueſt.Afflict.deciſio.265.nu.101.& 335. nume.15.& pacta quæcunque etiā extranea in ea amittitur,Brun.conſi.41.nu.2. ita ut quādo poſteriores īueſtituræ diſcordant a priori per errorem,& impreſſionē factæ præſumantur,& poſteris nō nocēt. Dec.conſ.489.nu.17.

Ex quibus ſequitur quod quādo uirtute primæ inueſtituræ feminæ ad ſucceſſionem feudi admituntur, nō obſt. poſterioribus in ueſtituris ſolos maſculos.uocātib. fœminæ deficientibus maſculis admituntur. Dec. conſilio.193.nu.3.& 464.n.27. & 498.n.18.Curt.de feu.2.par.q.7.n.62. libro.1.

Et dicatur, quod feudū ad quod erāt uocatæ fœminę tranſiuit in aliā familiā cuius inueſtituræ non ſunt cōformes primę īueſtiturę familiæ de Montebello.Reſpondetur etiam quod tranſiuerit ad aliā
8 familiam,nihilominus fœminæ† alterius familię in feudo primę familiæ conceſſo admittuntur, quia feudū non dicitur nouum,ſed antiquum,niſi nominatim dictū ſit feudum nouum eſſe.Caſtren.cōnſi.44. libr.2.Dec.conſi.53.Grat.conſi. 4.n.6.libro.1.Iaſ.in proœm.feud.num,97.ubi dicit incumbere domino probādi onus feudum eſſe nouum.Brun.conſi.29.n.6.Ferrent.conſ.87.nu.18.

Qua ratione dicit Afflict.in tit.quid ſit inueſti.§.pręterea.num.7.quod ex mutatione perſonæ non mutatur ipſius re cōditio,ſeu natura,etiamſi a lōgobardis in Frācos feudū perueniret, & ob magnam perſonæ mutationem nō fit mutatio feudi,& primam in ſe cōditionem retinet,& qui cōtrarium dicit id probare debet Lu. de.Pe.in l.1.C.de impo.lucr. deſcri.col.2. lib.10.uer.& faciunt.

Quæ



Quæ maxime procedunt,poſtquam recentiores inueſtituræ relationē habent ad antiquas,nempe ad eas obtentas ꝑ illos, a quibus ius,& cauſam nouiſſimo loco inueſtiti habuerūt,& ſic ad inueſtituram anni 1306.ex qua feudū iſtud eſt fæmininū & alienabile:omnes enim inueſtituræ obtentæ per familiam de Vagnonibus uidentur ſe referre ad primam de Montebello anni 1306.

Et ulterius licet inueſtituræ ſuſceptæ ꝑ Dominos Vagnonos ſint pro ſe,& hęredibus quibuſcunque,nō propterea excludūtur fęminæ etiamſi feudum ſit Eccleſiaſticum Soci.conſi.257.uolu. 2. Cur.de feu. prima par.quæſt.6.capi.6.colum.3.Corn. conſi.16.uol.1.Pariſ.conſi.12.nu. 20. uolum.1.& conſilio 23.Gozad.conſi.8.n.2. Rola.conſilio 42.uolumine primo,immo admittūtur etiam hæredes extranei,ut infra dicam.

Nec obſtat decretum huius prouinciæ, *Quod feudum cenſeatur eſſe rectum, &c.* quia uti iuris communis correctorium ſtricte eſt interpretandum,Craue.conſil.197. nu.5.Et ex eo non potuit Princeps præiudicare iuribus uaſallorū iam quæſitis:feuda enim in uim pacti,& cōtractus obtinentur,quibus non poteſt Princeps cōtraueni re iur.vulg. Et ideo cum ante conditū decretum Domini Vagnoni haberēt feudū tranſitorium ad hæredes quoſcunque, & ſic ad fœminas, non potuit illis præiudicari.

Nec obſtat inueſtitura ꝑducta per procuratorem patrimonialem anni 1363. nā ſcriptura priuata eſt,& nō eſt alicuius primi acquiſitoris ipſius feudi, ibi enim dicitur in feudum antiquū,& paternum, ideo ex priore inueſtitura regulatur feudū, de qua nō apparet. Rurſus illa inueſtitura nō eſt niſi pro dimidia feudi,& eſt relatiua ad aliam inueſtituram,de qua non conſtat.

Nec etiam obſtat reſeruatio principis facta inueſtitura Chiarlotæ, quia reſeruat omnia alia iura ſpectantia ipſi domino directo per clauſulam, *Saluo iure &c.* ut legitur eadem inueſtitura, ne repugnantia in eodem actu iudicatur.Dec.cōſ.185. nume.11.

Ex aduerſo uero dicebatur, quod licet aliquibus inueſtituris legantur inueſtiti.
9 Domini Vagnoni † pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus uniuerſis, quæ uidentur admittere etiam extraneos hęredes, & fęminas.Bal.in l.1.quæſt.34.de rerū diuiſ.& in cap.imperialem.in princip. colum.penul. uerſicu.ſed quid ſi.Alexan. in l. Gallus, §. etiam ſi parēte.de liber.& poſthum.& alibi ſæpe,ut in conſilio 7.libro 7.Iaſ. in prælud.feud.colum.19.& in alijs locis citatis in additio.ad Alexan.conſilio 30.libro primo,Iacob.in uerſicu.& cum pacto,columna 4.Curt.de feud.in 3. par.colu. penult. ubi hanc magis cōmunem eſſe atteſtatur, & in conſil.1.colum.2.ubi hanc ueram,& communē dicit.Ozaſc.deciſio.26.nu. 18. Alciat.reſpon.176.Brun.cōſi.9.& 10.Tamen contrariam ſententiā tenuerunt alij, uidelicet Areti.in dicta l. Gallus.§.& ſi parente.Dec.conſil.163.& conſil.185.nu.4. ubi communem dicit.Pariſ.in cap.in præſentia.de probat.nume.102.quē ſequitur Cagnol.in l.fi.de regul.iur.Barbat in rub. de feud.colum.2.& in conſil.65.colum.9. uolum.1.& dato,quod cōtraria opinio ſit communior,tamen in caſu hoc ſumus extra omnem difficultatē ſtāte decreto quo diſponitur,quod per talia verba nō cēſeatur immutatum,nec alteratum feudum a propria,recta,& ſimplici natura feudi.

Hinc ſequitur,quod cū feudum hoc receperit certam formā ex antiqua inueſtitura anni 1363.nō potuit alterari per iſta uerba geminata,ad hoc enim,ut alteratio fiat,& recedatur ab antiquioribus inueſtituris,neceſſe eſt,ut expreſſe dicatur,quod de communi conſenſu aliter ſit inueſtitura,quā aliās eſſet ſolitum. Dec.conſ.163. nu.4.Caſtr.conſi.142.col.fi.li.2. Dec conſil.360.nu.3.& conſi.185.nu.3.

Nec obſtare dicitur,quod decretum ſit conditū poſt inueſtituras prędictas, quia decretū cōprehendit inueſtituras factas, & faciendas etiā preſuppoſito, quod ſub
10 illis uerbis generalibus fœminæ uocarentur,nam illud ius erat in ſpe, cui † poteſt Princeps derogare,& illud tollere. Doct. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, de liber.& poſthum.& in cap.quæ in Eccleſiarū. de conſtitu.Brun.conſilio 1.col.7.Felin.in dicto cap.quæ in Eccleſiarū,col.20. Roma. conſi.436.col.4.

Pariter nō obſtat inueſtitura 1490.ubi expreſſe uocantur fæminę tū ratione deficientis uoluntatis concedentis,quam po

 teſtatis

teſtatis ipſius. Primũ deficit, eo quod ſtantibus antiquis inueſtituris ex quibus apparebat feudum hoc eſſe rectum, & ꝓpriũ, non conſtat de certa ſcientia ipſius concedentis, ꝙ uoluerit alterare naturam feu-
11 di, prout requiritur† ad hoc, ut receſsũ dicat ab antiquis inueſtituris, ut uoluit Bru. conſil. 1. colum. fin. Caſtren. conſilio 176. libro 1 & conſi. 242. libro 2. Dec. con 193. nume. 4. & conſilio 390 nu. 3. Nec eſt ueriſimile hoc uoluiſſe facere in præiudicium filij pupilli, cuius ius remittere, aut cædere uoluiſſe nõ præſumitur Ratione etiam de-
12 ficientis poteſtatis ipſius† tutricis, feminæ ex dicta inueſtitura nõ poſſunt uenire, ex traditis in l. pactũ curatoris. C. de pact. & ſicut prælatus Eccleſiæ non poteſt ſine cõſenſu capituli præiudicare Eccleſiæ, & alterare naturã feudi, puta feudum nouũ iure antiqui feudi concedere. Curt. in 1 par. par. 8. q. princi. col. 4 multo minus poterit feudum alterare cõcedendo inhabili, & incapaci, cum ergo æquiparẽtur prælatus, & tutor in hoc, quod nõ poſſunt conditionẽ pupilli, & Eccleſiæ facere deteriorẽ, ut in d. l. pactum. Ergo, &c.

Inueſtitura anni 1504. facta Chiarlottæ non obſtat, quia uerba generalia pro hæredibus, & ſucceſſoribus uniuerſis, reſtringũtur ad maſculos ex diſpoſitione decreti, quod erat iã conditum, quicquid ſit de iure communi. Præterea fuerunt addita illa uerba de more tamẽ patriæ capacibus, ex quibus uidetur tolli omnis difficultas, cũ notiſſimum ſit de more patriæ deſcendentes tantum maſculos, & agnatos fore capaces feudorum, non autem feminas, & extraneos, ut atteſtatur Iacob. in uerſic. & quibuſcunque. hæredib. col. 2. Cagnol. in l. fin. de reg. iur. in fi.

Nec obſt. quoq. fæmina ſit admiſſa, quia etiã in feudo femineo, niſi expreſſe prouideatur, quod deficientibus maſculis feminæ ſuccedant, fæmina non admittitur, prout refert Afflict. communiter teneri in ca. vni. de feud. fæmin. & idẽ inquit in fæudo trãſlato ad fæminam ex gratia Principis.

Accedat proteſtatio Principis, ex qua ius ſibi cõpetẽt nullatenus remittere intẽdebat, nempe, quod per admiſſionẽ fæminæ ad feudũ nolebat iura ſua remittere, quæ ſibi competebant per mortem patris ipſius Chiarlotæ, & defectum maſculorũ
13 ſta enim proteſtatio conſeruat ius† ſuper quo proteſtaẽ, ut late per Doct. in §. morte, de oper. nou. nunciat. & in cap. cum M. Ferrarienſis. de cõſtitut. Nec obſtat, quod ſit contraria facto, quia limitatur ꝑ doct. præalleg. nõ procedere in dependentibus a mera uoluntate proteſtantis tunc enim non tollitur per contrarium actum, item quãdo depẽdet a conſenſu duorum, nam accedente cõſenſu proteſtati ualet proteſtatio, faciunt quæ not. Bart. & alii. in l. 2. C. de iure emphy. & Bald. in l. 2. D. ſi quis cautio ubi tradunt, quod ſi dominus recipit pẽſionẽ ceſſatam ab emphyteota pro tẽpore præterito cũ proteſtatione quod ſaluum ſit ſibi ius caducitatis, & priuationis, nõ intelligitur remiſſa pœna priuationis per acceptionem canonis, immo etiã hoc procedit ſi dominus receperit penſionem futuram, ſecundum Bar. in d. l. 2. qui ab omnibus recipitur, quãdo empyteota conſentit proteſtationi.

Nec ultimo loco obſt. inueſt. ann. 1306. illius de Montebello. quia cum feudũ trãſiuerit in familiam Vagnonam, feudũ fuit effectum nouum, & recepit nouam qualitatem, & formam. Oldrad. conſil. 178. Afflict. deciſ. 112. nu. 5.

D. Senator Agatia q̃ erat huius proceſſus relator dicebat in hoc cõflictu inueſtiturarum, & opinionũ, quod ſtante illa cõmuni cõcluſione, quod ſub illis uerbis generalibus, uidelicet *hæredibus & ſucceſſoribus uniuerſis, uel quibuſcunque*, comprehenduntur fœminæ, quæ uerba leguntẽ in inueſtituris anni 1480. 1483. licuiſſe Duciſſæ Blanchæ tutrici in inueſtitura anni 1490. exprimere fæminas q̃ tacite ex legis diſpoſitione ueniebant ſub uerbis generalib. & ex eo nec ipsã tutricẽ exceſſiſſe officium ſuum, nec aliquod præiudiciũ attuliſſe iuribus pupilli, quod tanto magis præſumendum eſt, cum ad eam inueſtituram adhibiti fuerint proceres patriæ, & cõſiliũ eiuſdem Illuſtriſſimæ tutricis, ut in ſimili tradit Socin. iun. conſil. 11. n. 12. uol. 3. Et ita remanẽte firma inueſtitura anni 1490. non eſſe dubium, quin fæmininũ ſit iſtud feudum, & ceſſare decretum, quia non ſe extẽdit ad inueſtituras, in quibus fæminæ sũt expreſſe uocatæ, & pariter ceſſari proteſtationẽ factã in inueſtitura anni 1504. illa enim proteſtatio nõ potuit cõſeruare

ius,



ius, quod non cõpetebat, nec ſimiliter prodeſſe illa verba, de more tamen patriæ capacibus, Quia de more patriæ etiam fęminæ ſunt capaces, quando feudum eſt fęmininum.

Neq; obſt. quòd inueſtitura anni 1363. nocet tantũmodo hæredes, & ſucceſſores ſimpliciter, ex quibus verbis ſecũdum receptionem ſententiam fœminæ excludũtur, & quòd ad ipſam recurrendum ſit tãquam ad primam, poſtea quam nulla antiquior legitur. Neuiz. conſilio 11. num. 2. Quia ut ſupra dictũ eſt illa inueſtitura ſe refert præcisè ad aliã, de qua non cõſtat, vnde non poteſt ullo modo præſumi, nec fingi prima ad hoc, vt ad ipsã ſit recurrendum tanquam ad radicem, & præſertim, quia illa inueſtitura non eſt niſi de dimidia
14 feudi, & quando† ſumus in conflictu inueſtiturarum, & oritur dubium ob defectum aliquarum inueſtiturarum, tunc attendendæ ſunt poſteriores, uti declaratiuæ priorum. Quare in caſu noſtro potius attendẽdæ sũt inueſtituræ. 1480. 1483. & 1490. conformes, & ſubſequentes, quàm illa 1363. ſola, & defectuoſa.

Neque ob uerba in feudum rectũ antiquum, auitum, & paternum, quę vidẽtur tantummodo inſeruire feudo recto, & ꝓprio maſculino Iul. Clar. in §. feudum. numero 1. Quia iſta uerba leguntur etiã poſita in inueſtitura 1306. vbi feudũ eſt fœmininum, & improprium, & nihil operan-
15 tur contra beneficium † inueſtiti, & eius ſucceſſorum. Soc. iun. conſilio 77. numer. 73. vol. primo. Capic. deciſ. 94. numero 5. & 9 Pariſ. conſilio 4. Burſat. conſilio 4. nume. 24.

Cauſa fuit multum diſputata cum agetur de præiudicio Sereniſſimi Ducis.
* Tandem fuit per Illuſtr. Cameram iudicatũ aduerſus omnes petitiones ſ. procuratoris patrimonialis, declarando feudum Principi non ſpectare, qui petiit cauſam hanc, & ſententiã reuideri, in qua reuiſione Princeps dedit adiunctos, iter quos ego eram, & iterum cauſa hac diligentiſſimè diſcuſſa fuit communi calculo prima illa ſententia confirmata 1560. 20. Decembris.

## Sentẽtia nulla, quæ ex nouiter deductis fuit cõfirmata, an faciat numerum, ut tres ſententiæ cõformes dici poſſent.

### DECISIO CCXXVIII.

1 *Conformitas ſententiarum quando dicatur.*
2 *Sufficit, quòd ſententia concordent in ſubſtantia, ut dicantur conformes.*
3 *Sententia nulla non meretur nomen ſententiæ.*

TRES ſententiæ conformes quãdo dicantur, dixi ſupra deci. 121. Tertiò prouocare. & late tradit Didac. practicarum. quæſt. ca. 25. per totum. Quæritur nunc, quid ſi prima ſententia condemnat in ſcutis mille, ſecunda uero dicat male iudicatum, & nulliter per primũ iudicem, verum ex nouiter productis condemnat in ſcutis mille, ꝙ iudex facere poteſt, vt per Roland. conſil. 41. nu 42. lib. 1. tertius iudex confirmat hanc ſecundam ſententiam, an tunc dicantur conformes? dicebãt non uideri conformes arguendo ab etymologia uocabuli, quòd argumentũ validum eſt l. 1. D. de acqui. poſ-
1 ſeſſio. nam conformitas† dicitur, quando eſt eadem, aut omnino ſimilis formalitas. Dec. in l. lecta n. 10. D. ſi certum pet. ſed hic non ſolum eſt eadem forma primę, & ſequentis ſententiæ, ſed potius ſecũda deſtruit, & annullat primã Quinimo eſt difformitas ſententiarum, quando in prima adeſt clauſula alio non apparente, vel ſtantibus dictis, &c. Purpur. conſilio 129. in fin. & hoc caſu non videtur eſſe duæ ſentẽtiæ ſed una, quia à principio non ualebat, per no. per Dec. in l. quod initio. n. 12. de reg. iur. & in his terminis tenet Borgnin. Caualcan. deciſio. 25. par. prima nu. 21. Addo ego pro hac parte doct. Feli. in cap. inter cæteras. num. 4. verſic. reſtringitur tertio, in fin. vbi voluit, quod ſententia non dicatur cõformis, quãdo fundatur in alia cauſa, & ſic in noſtro caſu cũ fundet ſe iudex ſecundus ſuper inſtrumentis de nouo repertis, fundat ſe in alia cauſa, ergo nõ poſſunt dici ſententiæ conformes.

• In contrarium facit, quia nos proced

mus

mus de plano,& ſola facti veritate inſpe-
cta,ueritas autem eſt, quod tam in prima
quam in ſecunda ſententia pariformiter
condemnatur reus in ſcutis mille.

Itē,quia inſpicimus id,quod principali
ter agitur. ut dixi in dec.122.ſed principa
liter agitur, vt ille condemnetur in ſcutis
mille,quòd omnes ſententiæ faciunt,nec
curamus de modo dūmodo habeamus ef
2 fectum,& ſufficit,†quod dictæ tres ſentē-
tiæ ſint conformes in ſubſtantia. Soc.iun.
conſilio 74.colu.ſecunda. libro ſecundo,
& quod ſint conformes in effectu,Rui.cō-
ſilio 114.libro primo.Gabriel. de execut.
rei iudic.concluſio 2.numero 33.& 34.&
dixi ſupra deciſ.122.in tertio caſu,& ſcri
bit Dec.in conſi.385.col.prima.In ſenten
tiis enim cum de illarum executione tra-
ctatur,nō eſt conſiderāda formalitas uer-
borum,ſed rei effectus,& ſubſtantia pſer-
tim hic,vbi non alia de cauſa quæritur an
ſententiæ ſint conformes,quam cōſidera
to fine,qui in executione conſiſtit.alias ſe
quereretur,quod nunquam dicerentur con
formes,cum aliquid in ſecunda,uel tertia
inſtantia plus deductum eſt,cùm alia for
ma proceſſus fuerit facta,& moueatur ſe
cundus iudex alia cauſa quā fuerit motus
primus,quod eſſet abſurdum dicere,& eſ
ſet in facultate condemnati ſemper aliqd
noui producere,uel deducere, vt diformi
tas oriatur.

* Fuit concluſum eſſe tres ſententias con-
formes,etiamſi prima fuiſſet iniqua, quia
dicitur ſententia,licet contra ius litigato-
ris lata,& tranſit in iudicatum, & pro ueri
tate habetur,ac habet ueræ ſentētiæ,vim,
& effectū ſecus verò ſi nulliter fuit in pri-
ma indicatū,& ſecunda pronuntiat ſuper
3 illa nullitate,tūc enim ſentētia nulla†non
meretur nomen ſententię,quāuis ſit ſen-
tentia.Præfecti prætorio,vt per Vant de
nullitat.cap.quinto.nume.ſecundo.& ter
tio.& quod nullum eſt, nullum iuris effe-
ctum producit.Ideo ſententia nulla nun-
quam tranſit in rem iudicatam.Doct.in c.
quoniam contra de ptoba.

Nec obſtabat in caſu propoſito decre-
tū Sabaudiæ antiquū,in quo poſt tres ſen
tētias cōformes non pōt opponi de nulli
tate,quia hic non dicitur opponi nullitas
poſt tres ſententias,ſed fuit oppoſitum in
ſecunda inſtantia,& ſic in tēpore,& ſuper
ea iudi catum, & ita declaratum ſuper eā
nullitate,q̄ ſecunda ſententia in hoc tranſ-
ſiuerat in iudicatum,vt in ſimili caſu dicit
Dida.prac. quęſtio.cap.25.numero quin
to.verſicu.nono ex proxima.Præterea in
cauſa de quo agebatur eramus in tribus
ſentētiis latis Cherii, & vltima per Vica-
riū quæ ſententia Vicarii ſola nō hēt exe
cutionem,nec habet uim Pręfecti ptorio,
vt ſæpius iudicauit Senatus,decretū autē
noſtrum,vt habeat locū,requirit , vt vna
earum ſentētiarum habeat vim Præfecti
prætorio,vt quia eſt lata per Principē uel
Senatum,vel magnum Cancellarium , nā
nō præſumitur nulla, & ideo præſumitur
calumnioſè dici de nullitate, niſi de illa
aperte conſtaret,propter authoritatē iudi
cantium,& ita reſolutū fuit in cauſa Che-
rienſi Raſcherii,Referentibus.DD.Arcato
re, & Guerillo Senatoribus.24. Septem-
bris.1585.

## Iniuria an ſolo actu, & notu ſine verbis fieri poſſit,& de,eo qui fichas iudici fecit,qualiter puniať.

### DECISIO CCXXIX.

1 *Iniuria aut uerbis,aut re fieri ſolet,*
2 *Iniuriæ nomine uenit etiam contumelia.*
3 *Iniuria fieri actu ſine uerbis poteſt.*
4 *Manu,& digitis quis loqui poteſt.*
5 *Fichas facere,contemptum notat.*
6 *Eraſmus in adagÿs reprehenditur.*
7 *Contumeliam iudici nutu faciens qualiter puniatur.*

INQVIREBATVR qui
dam ruſticus, quod conui-
tium.ſeu contumeliam feciſ
ſet iudici,hoc ſcilicet modo
dū prætor ſeu iudex eidem
ruſtico iniunxiſſet,vt ad conſiliū uniuerſi
tatis ipſius loci, tanquam ex decurionibus
accederet,negaſſetque ruſticus ſe acceſſu
rum,comminatus eſt prætor de eius mul-
ctando,cui ruſticus nihil voce, aut verbis
reſpōdit,ſed ſublata manu, poſito ungue
pollicis ſub digito indice, pugnum faciēs,
(vt vulgo apud nos dicitur) quaſi in con-
temptū ficas fecit eidem iudici: Quęſitum
fuit,an hæc eſſet iniuria, vel contumelia,
aut



aut conuitium,& quale itē quæ pœna pu
niendus eſſe dicebant aduocati iſtius ru-
ſtici non poſſe hic dici iniuriam illatā, cū
1 iniuria,†aut uerbis fiat, aut re,uerbis autē
nulla facta eſt iniuria,cum nullum prola-
tum fuerit uerbum,ſed nec etiam re,cum
re dicatur iniuria fieri quotiens manus in
feruntur.l.prima.§.iniuriā.D.de iniur.l.il
lud §.ſane.D.eo.ibi.*ſiue pulſent,ſiue cōui
tuim dicant* Hic autem cum nō interuene
rit,neque pulſatio,neq; uerbale conuitiū
ceſſat iniuriarum actio.

Ex aduerſo fiſcus dicebat iniuriarū agi
poſſe,quia ſub nomine iniurię uenit etiā
2 †contumelia,quæ ſit etiam ſine uerbis,&
ſine verberibus, ſed ſolum per cōtemptū
& ſpretum contumeſiam facientis aduer
ſus eum,qui honorē meretur.l. 1.in prin-
cip.D.de iniur.iuncto.§.omnem, ibi iniu
riam,aut ad dignitatem,aut ad infamiam
pertinere dicitur.Quinimo hoc caſu uide
tur hęc contumelia ſub nomine atrocis
iniuriæ contineri,cū facta ſit magiſtratui.
l prætor edixit. §.atrocem ibi, *quaſi cōtu
melioſiorem*,&paulo poſt, *perſonæ fit atro
cior iniuria,ut cum magiſtratui fit.* eod. ti.
& in l.atrocem.C.eod.& in §.atrox inſti.
eo.& in l.ſed eſt queſtionis.D.eo.ubi Vl-
pianus poſt Pomponiū,ait, etiā ſine pul-
ſatione poſſe dici atrocē iniuriam perſo
na atrocitatem faciente.

3 Præterea etiā ſine uerborum prolatio
ne fieri uidetur iniuria per actus † verbis
æquipollentes.ut ex ſola manus eleuatio
ne,quod eleganter ait Vlpianus in l.item
apud Labeonem.§.primo in uerſ.manus
aduerſus eū eleuatæ.tunc eum utili actio
ne agi poſſe ait Iuriſconſul. Nam directa
non uidebatur cōcedi,ſi quidem deficiāt
4 uerba iniurioſa,& manus iniectio,nec mi
rum,nam manus † uidentur quodammo
do ſuis uariis motibus, & multiplicibus a
ctionibus linguæ, & uerborū præſtare of-
ficium, ad quod facit exēplum ab Accu.
ſomniatū in l.ſecūda.§.exact.D. de orig.
iuſ.dum narrat pro hiſtoria Græcū.& Ro
manum digitis,& manu ſine laborum nu
tu diſputantes, quod etiā refert. Marant.
in ſuo ſpecul.§ tertia.n. 20. Quod tamen
ridiculoſum dicit Bude. in dict.l.ſecunda
§.exactis uel potius,ut ibi ait Za. & ſequi
tur Cagnol.uidetur ex hiſtoria per locum
non autem ſerio ad Accur.narrata.

Sic & aliis multis modis manu quis lo
qui cenſetur,nam ſtringere manum indi-
cat dilectionem,ca.1.de ſpon.duo. Et eſt
ſignum cōſenſus.Angel. in repe.l.ciuitas.
nu 17.ff.ſi cer.pet.

Manus intra manum ponere donat ſi
delitatem,& obedientiā.Specul.de feu.§.
quoniam ſupra numero.66.Hinc Virg.7.
Aeneid.

*Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe Tyranni.*

Manum eleuare idem eſt, quod uerbis
iurare.Ge.14.D.Manum dare eſt pacem
facere,uel ſeipſum alterius domino ſub-
mittere.ut in Oratione Hieremiæ, *Aegi-
pto dedimus manum,& Aſſirÿ,ut ſaturare
mur pane.*Lucas de Pen.l.prima.co.11.C.
public.lętit.li.11. Manus paſſus attollere
eſt Deum inuocare.Virg.3.Aeneid.

*Paſſis de litore palmis*
*Numina magna uocat*

Manu impoſitio ſignum eſt abſolutio-
nis,uel benedictionis. & aliarum quaſi lo
quutionum,de quibus per Hoſtiē.in ſum
ma de ſacramen.non iteran.§.qualiter uſ
que in fin.Manus etiam inditium facit de
toto hominis ſtatu citra genus mortis id
eo cū hoc anno 1590.15.Ianuarii ppone
retur in Senatu fuiſſe repertum infantē
proiectum ſub niue a matre ſepultum, &
deſcriptio eius cadauere uirū fuit habere
manum in ore, quamuis mater cōſtanter
negaret peperiſſe infantem uiuum,tamē
* Senatus eſſe acriter ſuper hoc torquedā
cēſuit,arbitratus.infantem illum manum
ori oppoſuiſſe,ut ſpiritus ſuffocationi ſuc-
curreret cum manus toto corpori ſuccur
ſum ſemper pręſtare ſatagant,ex Gal.lib.
1.de uſu.partiū ca.4.& 5.uidebatur enim
id euenire ex ſtatu manus pueri, quod di
cit Gen.c.4.*Vox ſanguinis Abel clamabat
ad Deum* Ex quibus omnibus apparet, q
non ſolum lingua, ſed manu quis loqui
uideať, unde forte nō immerito diſertiſ-
ſime,& proprijſſime loquutus eſt. Virgi-
lius,dum dixit,

*Et ſic ore loquuta eſt*

Quaſi quod etiam manu,& nutu loqui
potuiſſet,& alibi.

uocemq;

*Vocemq; his auribus hauſi.*

Quaſi potuiſſet oculis manum demõ
ſtrationes uidendo audire. quamuis illic
Grãmatici pleonaſmon, & ſuperabundã
tiam loquutionis eſſe dicãt, idemq; Poe
ta oſtendit propriam & ueram loquutio
nem eſſe in uerbis, impropriam & fictã
in manibus eo uerſu.

*Cur dextram iungere dextra*
*Non datur, & aeras audire, & redire uo-*
*ces.*

Quinimo manus non ſolum loqui, ſed
etiam orationes uice fungi denotat idẽ
Virgil eo verſu.

*Pacẽ orare manu, præfigere pupibus arma.*

Quinetiam multos uidi, qui ſine ma-
nuum, & digitorum motu, & geſticulatio
ne quandoque ridicula neſciũt loqui, qua
ſi manus quãdam clariorẽ mentis expreſ
ſionem cõtineant. Ideoque Lacta. Firm.
in ſuo elegãti opuſc. de opifiſco Dei, ma
nus uocat rationis & ſapientiæ miniſtras
quare nõ immerito antiq manus Miner
uę conſecratas dicebãt diui nuſq; ille Hip
pocrat. item. & Galen de homi. mẽb. tra-
ctaturi, primum omnium tanquã magis
præcipuum manuũ tractatum præpoſue 5
runt, ut videre eſt apud Galẽ. libro primo
de uſu part. corp. humana ca. 3. 8. & 10. &
eo libro cap. 4. *pulchre* (inquit) *Ariſto ma*
*num organũ omnium organorum eſſe dixit*
Et quod ſola manuum figura, & diuerſa
actione inferri poſſit iniuria, denotat Per
ſius Satir. 6. eo verſu.

*O Iane a tergo quem nulla Ciconia pin-*
*xit.*

Ideſt nullus irriſor collectis in unũ dex
teræ manus digitis in formã Ciconiæ de
luſit. Sed ut manu iniurioſus actus fieri
põt, ſic & honoris cauſa quãdoque ex ma
nu demõſtratio inducitur, ut dicit Satiry
cus.

*Quam pulchrum eſt digito moſtrari, & di*
*cier hic eſt.*

Et ob id digitus ille pollici ꝓximus uo
cat index, & ab aliquibus ſalutaris, quia
eo comprimitur os ad ſilentium iudican
dum quod ualde ſalutare eſt unde Iuue
nal. dicit.

*Digito compeſce labellum.*

Nam loquutum eſſe inquit Sapiens ali
quando penituit, tacuiſſe nũquam, poteſt
etiã dici ſalutaris apud Chriſtianos, iuxta
illud Euangelicũ à Chriſto Saluatore no
ſtro dictum. *Si in digito Dei eijcio Demo*
*nia. &c.* Sicut etiam eodem digito ſcribe
bat in terram cum ſaluãdam procuraret
adulteram a Phariſæorũ accuſatione, &
eodem digito lutum fecit ad ſalutẽ ocu-
lorum cœci nati Quandam idem digitus
index aliquando minas indicet, & mortẽ
iuxta illud Franc. Petrar. in ſua Canzone
quæ incipit *Italia mia &c.*

*Del barbarico inganno.*
*Ch'alzando il dito con la morte ſcherza.*

Accedit, quod iniuria dicitur fieri, cum
aliquid ſit contra bonos mores regionis,
uel ciuitatis. d. l. item apud labeonẽ. §. idẽ
ait aduerſus bonos mores, &c. Sed in hac
patria ea eleuatio manus facto pugno ꝙ
ſupra, Italico ſermone uocatur *far le fiche*
ſoletque id oſtendere† maximum cõtem
ptum, uel ſpretũ, & idcirco is, qui hoc er-
ga ſuperiorem cõmittit grauiter punien
dus eſt, ꝙ oſtẽdit Doctiſſimus Poeta, &
Philoſophus Dãtes Aligerius Florẽtinus
qui apud inferos graui pæna impium illũ
puniri dixit qui in ſpretum Diuinę Maie
ſtatis ficcas Deo fecerat. ca. 25. inferni in
prin. ſub his uerſibus.

*Al fine delle ſue parole il ladro*
*Le mani alzo con ambe due le fiche*
*gridãdo tolle Dio ch'a te le ſquadro*
*Da indi in qua mi fur le ſerpi amiche,*
*Perche una ſerpe gl's'auolſe al collo*
*Come diceſſe non uo che piu il diche.*

Et apud nos in prouerbio habet cõten
ptus, & irriſionis cauſa, *piſſa chiaro e fa le*
*fiche al medico*, ideſt cum ſanus ſis nec me
dico egeas illũ ſperne, ſiquidem, honora
tur Medicus, ut inquit Salomon, propter
neceſſitatem, ſi poſt uerbũ illud neceſſita
tem



tem ponatur punctus, (quod tamen Medi
ci negant.)

Verum nõ ſolum ex communi conſue
tudine huius patriæ, & noſtrum tẽporum
ficas hoc modo alicui facere eſt ualde con
tumelioſũ, ſed etiam antiquitus apud Ro
manos forma hæc ſpernẽdi, & contemnẽ
di manu facta abſque uerborum conuitio
maxime iniurioſa erant, iuxta illud Iuue-
nal.

*Cum fortuna ipſa minaci*
*Mandaret laqueum, mediumq; oſtenderet*
*unguem.*

Ex tali enim cõpoſitione digitorũ me-
dius pollicis unguis oſtenditur in ſpretũ,
& in deriſum eius in quẽ actus ille conii
citur. Qua in re, ut parergice hoc dicã, de
ceptus uidet doctiſſimus Eraſmus putans
apud antiquos ſcriptores idem eſſe dicere
6 mediũ unguem oſtendere, † uel medium
digitum porrigere. Ego ut non in ficas eo
his adagiis irriſionem, & ſpretionẽ, ſeu de
ſpectum ſignificari ſic diuerſa eſſe adagia
diuerſoque modo figura ve fieri affirmare
auſim. Quippe ꝙ nec medium is digitum
oſtendat, qui medium unguem, neq; me-
dium unguem is, qui medium digitum, ſi
quidem medium digitũ is porrigit, qui in
alicuius deriſum eleuat digitum medium
ſeu infamem, uel impudicum, ut idem
Eraſ. declarat in Adagiis Chiliade. 2. Cẽt.
4. adagio. 68. citans locum Martial. lib. 2.
Epigram. 28.

*Rideto multum qui te Sextille Cinædum*
*Dixerit, & digitum porrigito medium.*

Sic etiam Virgilius ſi is eſt in obſceno
Poemate Epigram. 55.

*Derides quoque fur, & impudicum.*
*Oſtendis digitum mihi minanti.*

Qui digitus medius etiam infamis appel
labatur, ut apud Perſium.

*Infami digito luſtralibus ante ſalinis.*
*Expiat.*

Infamẽ autem aut impudicum eum di
gitum appellari credo ex his, q̃ dicit Ga-
leotus in tracta. da hominis partibus. li. 1.
ca. 4. uel potius ex his, quæ innuit Oui. li
bro 2. de arte amandi.

*Inuenient digiti, quid agãt in partibus illis.*

At medium unguem is oſtendit, qui in
contemptum id agit, quod apud Italũ vul
gus dicitur ficas facere, ſcilicet cum clauſa
palma pugno facto oſtenditur pollicis ca
put & medius unguis poſſit inter indicẽ
& medium digitum ita, ut medius unguis
pollicis, ut communiter uſu uenit tãtum
modo oſtendatur, diciturque tale cõuitiũ
quodammodo impudicũ, & non ferendũ
etiam ſit fiat a maiori in minorem, ut l. nõ
ſolum. §. ſi non dato ibi uel conuitũ non
impudicum. D. de iniur.

Ex quibus ad rem noſtrã redeundo, cũ
de pœna iſtius contumeliæ quereret cum
ageretur cum ruſtic. & utili perſona aliq
ex dominus arbitrabantur illum eſſe co-
7 nandum † pœna corporali fuſtigationis,
per tex. in l. ſed eſt quæſtionis. §. ſi atrocẽ
ibi *Præſidi offerẽdus eſt qui eum flagaris rũ*
*pat.* uel ſaltem flagellis cędendum, ꝙ mi-
nus eſt l. prætor ait. §. prętcrea. uerſi. ſed
ſi flagris. & l. fi. D. de iniur.

Nihilomin' Senatus mitius agendo, cũ
pœna iniuriarũ ſit extraordinaria, & iudi
ci arbitraria, ut dicit gl in §. in ſumma iſti
tu. de iniu. in uerbo extraordinaria. & di.
l. fi. D. eo. exiſtimauit hunc non eſſe puniẽ
dum pæna ſanguinis, per gl. in l. 1. ubi tex.
D. de furibus balnea, quem ad hoc ſingul.
dicit Cardinal. in ca. ex litteris. de conſti
tu. Itaq; condemnauit ruſticum in aureis
uiginti quinque erga fiſcũ. Et ad petendã
ueniam iudici iniuriato, in cauſa cuiuſdã
Ceſpitalenſis referente Domino Senato
re Boba poſtea Cardinali. 15. Septembris
1554.

Hęc tamen non procederent, ſi talis iu
dex eſſet iudex farinarius, ut dicit An. in l.
prima. C. ſi quacun. prædi. poſtea. Tunc
enim impune hoc facerent, ponens exem
plum in quodã iudice farinario Ciuitatis
Florentiæ, cui dum ſederet pro Tribunali
quidã Florentini iuuenes eidem iudici ſca
bioſo ſarrabulas ſeu femoralia extraxerũt
in maximum riſum aſtantium, dicens ſe
fuiſſe præſentem, & forte erat ex eiſdem
iuuenibus, qui per iocum id faciebant,
quam hiſtoriam, ſeu magis facetiã ab ipſo
Aug. forte deſumptã copioſius recenſet,
Ioan. Boccacius Angel. Contemporaneus
in ſuis feſtiuis narrationib. giornata octa-
ua. nouella 5. Sed dici poſſet illos iuuenes
impune pertranſiuiſſe, ex rationibus a Bo
catio relatis, uel quia non iniuriandi ani-
mo, ſed per iocũ, id feciſſent, quo caſu ceſ
ſat iniuriarum actio l. illud relatum. §. pri
mo, uer, ſed ſi quis per iocum. D. de iniur.

Quamuis

Quamuis & hoc caſu eos iocoſos iuuenes
nō omnino impunitos eſſū velit Iuriſcon
ſul.in l.capitalium §.ſolent hij quos iuue
nes appellant.D.de pœn.Sed & hoc iudi
cis arbitrio relinquitur,ut ibi tex.dicit.

Non eſt quod mireris cādide lector, ſi
inter has noſtras arduas , & rigidas iuris
queſtiones,iocoſam hanc interpoſuimus.
Moti enim ſumus exēplo eloquentiſſimi
Preceptoris noſtri Andreæ Alciati, qui
qn̄que ſolebat inter erudititiſſimas ſuas le
ctiones fabellas proponere, & antiquiſſi-
mus Doctor Oldradus in ſuis conſilijs q̄
ſtionē examinauit Quid nā in rerū natu-
ra prius fuiſſet,an gallina uel ouū. Sed &
grauiſſimi diuiniquę Philoſophi Socratis
muſa ſeria iocis sēper immiſcebat,ut Ga-
lenus teſtatur libr. de uſu partium capite
nono.Et ut inquit ille.

*Interdum poſitis miſcentur ſeria iocis.*

## Pactum in præiudicium dotis ꝓmiſſæ factum an ſuſtineatur.

### DECISIO CCXXX.

1 *Pactum in quo ut deterior dotis conditio non ualet.*

2 *Tex.in l.2.& in l.Et Attilicinus de pact. dotal D.declarantur.*

MARITVS poſt cōtractū
matrimoniū fatetur rece
piſſe dotes ſcutorum mille
pacto adiecto , ꝙ ſi dece-
dat cū filijs ſuperſtita uxo
re apud filios remaneant ſexcentū aurei,
& mulier repetere poſſit tantūmodo qua
dringētos. Mortuo itaq; marito ſuperſtitę
uxore, & liberis,deinde mortua uxore u-
nus liberorū ceſſit ſorori partem , q̄ ipſe
habebat in hæreditate dictæ matris. Soror
ex tali ceſſione agebat ad cōſecutionem
dotis ceſſæ,dicēs illam debere eſſe pro ra
ta mille aurorum,eo quòd pater cōfeſſus
fuerat habuiſſe mille aureos , & lapſa erāt
tēpora oppoſitionis nō numeratæ dotis, 1
nec obſtabat pactum factum inter mari-
tum , & uxorem , quòd uxori reſtituen-
tur tantummodo ſcuta quadrigenta, quia
1 tale pactum, in quo fiebat deterior † con
ditio dotis , non ualebat per l.ſecundam.
& l.Et Attilicinus.D.de pact.dotal.

Ex aduerſo dicebatur,quod ceſſio facta
a fratre intelligebatur tātummodo de do
te ſcutorum quatuor centum, quia proba
tur in actis,quòd uera dos illius mulieris
non erat niſi quadringentorum aureorū,
præſertim præmortuo marito cū liberis,
& inſpiciēdum eſt potius, quod in ueritа-
te eſt,quàm quod in fictione, & tāto ma
gis,quia uerba ceſſionis dicebant fratrem
cedere ius, quod habebat in hæreditate
dotis maternæ.Hæreditas autē matris nō
erat niſi ſcutorum quadringentorum , &
illa uerba intelligebātur de ea tantum do
te,quæ erat in hæredite matris.

Ad contrarium argumentum dicebat
2 quòd l.2.† C.de pact.dotal.& l.Atticilin.
loquuntur in uera dote, ubi nō poteſt fie-
ri pactum in præiudiciū uxoris , ſecus ue-
rò in ea dote,quæ non eſt uere data,& ita
uidetur de mēte gl.in d.l.2 C.de pact. do
tal.& tantò magis cum ſimus in ceſſione
ſtrictè intelligenda,& interpretāda cōtra
ceſſionarium,qui eā producebat. ex l.ue-
tetibus.D. de pact.& ita pronuntiatū fuit
* in cauſa Sancti Martini.& Azegli 27. Ia-
nuarij.1587. referente D. Agatia.Faciūt,
quæ in ſimili de cōfeſſione dotis receptæ
ſcripſi ſupra deciſio.142. incipien. Dotis
nomine.ubi uide.

## Pætens plus debita in quā pœnam incidat,& an liceat conuento debitum negare.

### DECISIO CCXXXI.

1 *Plus debito petente actore an liceat totum negare,uariæ opiniones diſtinctione propoſita referuntur.& nu 2.& 3.*

4 *Actore plus in qualitate petente an licet negare totum.*

5 *Iudicialis maieſtas per mendacium legitur.*

PLVS debito petēte actore
† an liceat totum negare.
Quæſtio hæc ſatis eſt fre-
quens in Tribunalibus & il
lam adeo intricatam dicit
Gabriel.lib.2.commu.concluſ.titu.2. con
cluſ.2.ut uix diſcerni poſſit,quæ ſit magis
communis



communis opinio , & diſputabilem dicit
Maſuer.ad Papiē.in forma poſitio.actoris
in gl.ſuper uerbo ponēs.Varię enim in ea
ſunt Doctorū reſolutiones:Nam quidam
dicunt quod aut loquimur ratione periu
rij incurendi,& tunc nō licebit totum ne-
gare,ita tenet Bart.in l.prima §.ſi ſtipulan
ti.D.de uerb.oblig Niſi plus petitū ſit ra
tione qualitatis.Barto.ibi,& Abb.in capi.
primo.de plus petitio.numer.15.& ibi in
additio.Alex.conſilio 183.uiſo.numer.8.
libr. 5.& infra dicam.& ita eſt communis
opinio,ut dicit Cagnol.in l.nō poteſt uide
ri improbus.nume.ſeptimo.D.de reg.iur.
& magis communem teſtatur Gabriel. di
cta concluſio.ſecunda.numer. ſecūdo.ubi
innumeros more ſuo ita tenētes allegat ſe
quitur Myſinger.ſingul.obſeruat.cētur.ſe-
cunda.obſeruatio.55.dicens ita Camerā
Imperialem iudicaſſe,ut omne periurij pe
riculum euitetur,& periculoſa quorundā
aduocatorum verſutia excludatur,quē ſe-
quitur Maſuer.loco ſupra citato, dicēs ita
in hac patria vidiſſe practicari,& hanc opi
nionem eſſe magis cōmunem, vt per Ro-
lan.conſilio 62.numero quinto.libr.quar-
* to.& ita cēſuit Senatus in cauſa Vercellē.
14.Aprilis 1590.Quāuis Dec.ibi dicat opi
nionem contrariam de iure veriorē,quan
do plus petitur in quantitate,iuxta.l.fina.
C.de plus petitio.vbi notāt Doct. & De-
cii opinionē magis cōmunem dicit, & uti
veriorem ſequitur contra Bartolū. Quin-
tilia.Mādoſ.in tractatu de monitoris. quæ
ſtio 29.dicēs illam in iudiciis,& in practi-
ca receptam,& æquiorem,ac rationi cōſo
nam per ea,quę ſcribit Marſil.de fideiuſſ.
in rubrica numer.339 uerſi. fallit niſi ab
ipſo.dicens contra Bart.eſſe communem 3
ſententiam , ſed erat,Non tamen poterit
actor de tali periurio opponere,cum ipſe
primo,qui poſitiones cum iuramēto aſſe
uerauit,pejerauerit.

Aut uero loquimur ratione moræ, &
expenſarū,& tunc Doctores uariant:Nam
aliqui propter opinionē Bart.in dicto §.
ſi ſtipulāti.uolunt,quod malè neget reus,
2 † & condemnetur in expenſis,niſi ſaltē fa
teatur eam partē debiti ad quam tenetur.

Alij uolunt , quod imo condemnetur
actor in omnibus expenſis erga reum,ad
quod facit capit.primū.de plus petit. ubi
uidetur tex.ad literā,ſiue ratione rei , ſiue
tēporis,ſiue loci fuerit facta petitio , & in
§.& hæc quidē.inſtitu.de actio. iuncta gl.
in uerbo cōſtitutio.& § hodie. inſtitu. de
exceptio.ubi tex.in dicto §.& hæc quidē
vult etiam in triplum agentem cōdemna
ri ,quod & Iuſtinia.ſenſit in l.ſecunda. in
fin.C.de plus petitio.& in Græco Baſilico
rum libro adnotatū eſt,teſte uiro Doctiſ-
ſimo Iacobo Cuiacio lib.12.obſeruationū
capit.21.qui nobis legem primā , & ſecū
dā illius tituli reſtituit.Et quo ad moram,
quod ex tali negatione non inducatur ita
omnes cōuenire dicit Gabriel.dicta cōclu
ſio 2.numero quarto, & hanc opinionem
uidetur tenere Ioan.de Ligno.in cap. pri-
mo.de plus petitio.quē refert Iaſ.in §. ſi
hæc quidem num.14 de actio.& opinio
nem Ioan.de Ligna.ſequitur Aret.in §. ſi
quis agens.nu.8.inſtitu.de actio.Idem te
net Salice.in l.properandū §.ſinautem al
terutra.vbi vult,quod ſolus actor cōden
netur in expenſis,& eum etiā refert, & ſe
quitur Areti.in §.hæc autem numer. quar
to.inſtit.de exceptio.Idem tenuit Craue.
conſilio 325.uerſic.aut loquimur,& facit
regula,quæ proponitur in l.fin.C.de plus
petitio.quod petens plus debito indicat ī
pœnam amiſſionis iurium ſuorum. Quā
regulam communiter receptū dicit Kirco
ui.commu.opinio.centur.tertia.cōcluſio.
77.& pulchre Cuiacius li.ſeptimo obſer-
uatio capi.27.ubi cauſa cadere dicit, ergo
ſi amittit uita ſua,cum nō poſſit abſtinere
erit in expenſis cōdemnandus,& hāc opi
nionem communē dicere poſſumus,ex al
legatis per Gabriel.dicta cōcluſione ſecū
da.nume.10.& 11.Pariſ.conſilio.104. n.
13.libro.3.

3 Alia & tertia fuit † opinio,quod cōpen-
ſentur expenſæ ꝓ rata victoriæ, ut uoluit
Imol.in l.qui ſolidum. D.de lega.ſecūdo.
& uidetur de mente Bart.ibidem,dum ſo
lū dicit,quod reus excuſetur ab expenſis,
& idem dicit Iaſ.in dicto.§.ſinautem alte
rutra num.17.& in §.hæc quidem.nume
ro 14.ubi clarius dicit debere fieri cōpen
ſationem , quod etiā uoluit Abb. in dicto
capit.1.de mutuis petio,nume.17.Bal.in
auth.& generaliter.uerſi.iuxta hoc quæ-
ritur.C.de epiſcop.& cleri Matheſil. ſing.
3.quos etiam refert Gabriel.dicta conclu
ſio.nume.11. in fin. & ipſe uidetur hanc
opinionem tenere ibi numer.16.& ſi hoc
modo

modo intelligatur Bart.in dicta l.qui ſoli-
dum.iſta erit communis opin. cum Bart. *
ibi ſit cõmuniter approbatus, ut teſtatur
Cagnolus in dicta l.nõ põt videri impro
bus. num. ſeptimo de reg. iur. per quem
tex.ſciẽtia in hoc caſu ab ignorãtia diſtin-
guitur, & bene quia ſcientia dolum conti
net manifeſtũ,nõ præſumptum, & in hac
diſtinctione tota uis huius diſputationis
meo iudicio cõſiſtit,ut uidere apud Ludo
uic.de actio.libro quarto.capit.quarto.&
* ſecundum hanc opinionem compẽſatio-
nis expenſatum uidi ſæpius iudicare Se-
natum, & pręſertim in quadã cauſa Tau-
rinenſis relata hoc anno 1562. de menſe
Februarij per Dominum Senatorem Cur
bium,& Bart. ſententiam etiam commu.
teſtatur. Didac.lib.1. variarum reſolutio.
cap.ſecundo nume.quinto. Aluaro.in di-
cta l.prima.§. ſi ſtipulanti.nume.48. licet
Mandoſius dicat contra Bart. eſſe magis
communem, quod non credo verum, ſi
bene numerentur Doctores.

Sed quid ſi illa pluris petitio erat non
in quãtitate,ſed in qualitate, ut quia quis
depoſuerat catenam argenteam deaura-
tam ponderis librarum duarũ, & poſtea
in iudicio petijt catenã auream. ponder.
lib.duarum,& reus negauit totum Bar.in
4 dicto §.ſi ſtipulanti uidetur † uelle, quod
liceat etiam ſine periurio totum negare,
quia alia eſt res,ut ſupra dixi,& ita in qua
litati petitione concludit Alex. in dicto.
§.ſi ſtipulanti.& conſi.183.num.8.lib.5.
& dicit Abb.in dicto capit.primo nume.
17.de plus petitio. in materia poſitionũ,
quod hæc opinio ſeruatur in practica, &
in periurium non incidere talem negan-
tem,dicit Didac.dicto numero 5. uerſic.
aſſeram.& facit l.prima. de pignor.actib.
iuncta glo. ubi qui dat æs pro auro dolo
facit,& cadit in crimen ſtellionatus, & ſic
ſi in periurium non incidit, tanto magis
erit erga eum actor cõdemnandus in ex-
penſis quia aliud pro alio petitum fuit,&
ſic in diuerſa ſpecie, quod nõ eſſet ſi plus
in quantitate, quia plus.& minus non fa-
ciũt differre ſpecie,& hoc pręſertim uide
tur procedere in noſtro caſu, in quo ma-
teria nõ erat indiuidua, ſed diuidua, quia
petebat aurũ,& erat argẽtum,ideo pote-
rat totum libere negare reus,cũ ſit in ſpe
cie,& qualitate,& erratum, imo etiam in
quantitate inſpecto pluris ualore auri.

* Contrarium tamẽ cenſuit Senatus,cõ-
tam cum quo procedatur uti corã Princi
pe,& Princeps iudicet uti Deus, requirit
quædã exhuberãtia bonę fidei, cũ Deus
ipſe ueritas ſit,quæ neque fallit,neque fal
litur.l.fin.C.de pondera.au.li.10. Benedi
ctus in c. Rainutius in uerbo ſi abſque li-
5 beris el 2.n 49.& iudicialis Maieſtas † per
mẽdacium læditur. Cuch.in tract. de mẽ-
ti cauſa poſſeſſ.nu.188.ideo multæ pęne
mendacibus ſunt a iure impoſitæ,ut dixi
deciſ.50.Et ſic reus debuiſſet ueritatẽ fate
ri reſpondendo, non ſimpliciter nego ali
quid habuiſſet, ꝙ reſtituere teneat prout
factũ erat, ſed nego habuiſſe catenam au
ream iuxta ea,quæ ſuper poſitionib. datis
ſcribit late Didac.dict.c.2.nu.5. uſque ad
nu 6 ubi uide omnino in materia poſitio
num pro quæſtione quam tractat Spec.
in tit.de poſitio. §.quinto. Vnde fuerunt
per Senatum compenſatæ expenſæ rõne
petitionis catenę. Et quia erant ultra cate
nam factę aliæ petitiones,quę fuerũt par
ti negatæ per reum, aliorũ uaſorum argẽ
teorũ, quæ tamen reus penes ſe habebat,
fuit ratione illorum cõdemnatur reus in
expenſis,ratione illius partis ex eo, ꝙ tot
uiderentur petitiones quot res per l.ſcire
debemus.de verb.obli. Nec obſtat hic, ꝙ
imo debuerat actor a tota petitione ex-
cludi, & ſic in omnib. expenſis cõdẽnari.
d.l.fi.alias unica. C. de plus petitio. quia
ultra ꝙ illa procedit in quãtitatis petitio
ne, nõ militat niſi qñ fuit exacta cautio
pluries per dolũ,&ſimul dolo plus petitũ
fuit,ut per Bart. ibi.nu. 4. ubi in fin.ponit
practicam illius legis,& in qualitatis plus
petitione.ita poſt Bartol. uidetur tenere
Abb.in dict.c.1.nu.15 de plus petitio. Bu
tr.Imol.Ale.Fel.Crot.& Butigell.quos re
fert Gabriel.d.concluſ.2.nu.20.

## Senatus an poſſit poſt latam ſententiam commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad inſtantiam fiſci.

### *DECISIO CCXXXII.*

1 *Senatus an poſſit poſt ſententiam latam, & publicatam mutare de pecuniaria in corporalem pœnam impoſitam. & nu.2.*
3 *Iudicis officium latiſſimum eſt.*

SENA-



SENATVS in arbitrarijs
multa poteſt,vt diximus ſu
pra in præfat. cũ latiſſimas
dicat hẽre hẽnas.Sed quæſi-
1 tum fuit an † poſt latã ſen-
tentiam haberet authoritatem iterum ſu-
per eadem cauſa iudicãdi, vt in hoc caſu.
Quidam fuit per ſententiam Senatus con
demnatus in aureos ducentum erga fiſcũ
nomine pęnæ. Inde poſt condemnationẽ
cum non reperiretur ſoluendo fuit petitũ
à procuratore fiſci,quod condemnaretur
in corpore iux. reg. qui non habet in ære
luat in corpore.l.fi.de in ius uocan.& l.1.
in fin.D.de pœn.c.finem litibus.vbi gl.de
dolo & cõtumac.Dubitabatur, an id iure
liceret, & videbatur dicẽdum non licere.
per l.iudex poſtquam.de re iud. cũ ſimil.
& ꝑ ea, quæ de poteſtate Senatus in hoc
caſu dicit D.Sola in Commentar. ad de-
cre.Sabaud.in decreto ad maiorem.tit.de
falſ.gl.vlt.nu.12.verſi.Secundo quantum
ad Excellentiſſimum Senatum. cui addo
Caſpar.Bea.in tract.de inop.debit.credit.
addicend.cap.18.nume.5. vbi poſt Felin.
Iaſ.& Tiraqu.uoluit,quòd iudex ante ſen
tentiam poſſit mutare pęnam ex cauſa,ſe
cus poſt.Et faciunt quę in hac materia ſcri
bit Vincen. de Franc.deciſ. 348.num. 6.
par.2.

2 Contrarium tamẽ verius † eſſe dictum
* fuit,qa Senatus in iudicãdo eſt loco prin-
cipis,& illius magna authoritas eſt,& per
reg.ſupradictam, quod qui non habet in
ære liceat in corpore.Et ꝑ hac parte circa
hanc eadem reg. mihi videbatur commo
dè poſſe induci tex.in l.1.§.generaliter.D.
de pœn.& ibi notãdum eſt in illis verbis.
*Pœnam eludunt* quaſi pręſupponat reos iã
fuiſſe in pęna pecuniaria condẽnatos,ſed
quia paupertate illam eludebant, debere
Præſidem in corporalẽ conuertere, & ad
idem tex.clarior.in c.finem litibus.de do-
lo.& contumac.vbi is,qui iam in expenſis
fuerat à iudice condemnatus, ſi nõ habet
unde ſoluat, iudex rurſus condemnat in
8 corpore,iudicis † enim officiũ latiſſ. eſt l.
2.D de iuriſdict.om.iudic.tanto ergo ma
gis hoc erit Senatui concedendum, quod
etiam cuilibet pedaneo iudici cõcedit lex
ciuilis,& canonica. Item quia non dicitur
hoc caſu Senatus mutare ſuã ſententiam,
ſed illam confirmat, ſed quia in pecunia
exequi non poteſt ex iuris authoritate,eã
in corporalẽ conuertit,ne ſententia eluſo
ria reddatur, & ita reſolutum fuit reluctã
* te D.ſola compatre meo honorando 29.
Nouẽbris. 1588. Præſide per illuſtriſs. D.
Amedeo à Ponte,qui multa bona iura ẽt
pro hac adferebat ſentẽtia.Et pariter ego
dicebã aliàs hac facultate fuiſſe vſum Se-
natum in ceſſione bonorum cõtra fiſcum
poſtulata per condemnatum, nã cum nõ
haberet in ære, fuit condemnatus iterum
per Senatum ille detẽtus, & fuit immuta-
ta pęna pecuniaria in pęnam corporalem
banni per decennium, vt dixi ſupra deci.
182 & ad hoc vide pulchrum tex.in l.illi-
citas.§.fi.de offi.præſid.

## Promittẽs vendere certo pretio,an vendidiſſe dicatur, ita ut ad traditionem compelli poſſit.

### *DECISIO CCXXXIII.*

1 *Promiſſio de vendendo an æquiparetur uenditioni.*
2 *Venditio quando perfecta dicatur.*
3 *Promittens uendere poteſt ex æquitate cogi. ad tradendum, & nu.6.*
4 *Promiſſio aliquando habetur pro ipſo contractu, ſed contra nu.5.*
7 *Volo, verbum denotat uoluntatem cum effectu.*
8 *Promittens vendere cum iuramento an uendidiſſe dicatur.*
9 *Retrouendere, promittens obligatur.*
10 *Venditio dicitur perfecta habita fide de pretio.*

PROMISSIO de venden
1 do, † venditio an idem
ſint ita quòd promittens
vẽdere,poſſit ſtatim cõpel
li ad traditionẽ; dubia eſt
quæſtio,& cum de ea in Senatu tractare-
tur,aliqui dicebant,quod promiſſio de vẽ
dẽdo adiecto certo pretio idem ſit, quod
ipſa venditio.

Primò, quia uidentur celebrati duo
contractus perfecti alterum uenditionis,
alterũ ſtipulationis ſuper ipſa uẽditione:
natura enim verborum,quæ in promiſſio
ne & ſtipulatione interueniunt, inducunt

contractum ſtipulationis ex uerb.obliga.
§.primo. inſtitu. de uerborum obligat.l.
ſtipulationē aliȩ, quæ eſt.5. §. ſtipulatio.
2 D.eodē.Venditionis verò † interueniēte
re,& conſenſu de emendo,& uendendo,
cū promiſſio,& ſtipulatio eadem in ſe cō
tineant.l.1.§.adeo. de pact. Item pretiū 4
certum,quæ tria concurrentia perfectum
contractum venditionis reddunt. inſt.de
empt.& vendi.in princ.& §.pretium.iun-
cta l.2.in fi.& l.nec emptio.D.eo.Quini-
mo etiamſi pretium certum non ſit adie-
ctum, haberetur pro adiecto,ideſt iuſto
pretio per arbitros ſtatuendo. Bertach.
de gabell.par.5.quæſtio.3.

Secundò mouebar ex his, quæ tradūt 5
Socin.& Rip.in rubr.de uerborum oblig.
num.10.& 11. nam ſi dico uendis; & re-
ſpondes, uendo. erunt perfecti duo con-
tractus ſtipulationis unum, alterum uen
ditionis.poſt Cyn. Iacob.Alber.Alex.Cu-
man.Ludouic.Roman.& Io.Fabr. & cō-
munem teſtatur Ripa d.loco.

Tertiò confirmatur ratione æquitatis,
& circuitus euitandi, propter quā poteſt
3 promiſſor ſtatim cogi ad tradendū,† ſicu
ti poteſt cogi facere obligationem de tra
dendo ex natura uēditionis. l.ex empto,
in princip.vbi Bar.de act.emp.facit dictū
Ioan.Andr.in addi. Spec.de obligatio. &
ſolut.colum.1. vbi promittens ſe obliga-
turum ad danda decem, ſtatim poteſt co
gi ad eorum ſolutionem,quod dictum cō
mendant,& ſequuntur communiter do-
ctor.Alexan.Socin.Iaſ. & Purpur. in l. cū
fundus.§.1.ff.ſi cert. petat.Idem Iaſ.in l.
dominus teſtamento. de condict. indeb. *
& in l.ſi fideiuſſor. §.1. de legat.1 num.
15. licet Dec. ſtudio contradicendi ipſi
Iaſ.ut ſolet aliter teneat in dict.l. cū fun-
dus.in princip.§.1.ad cuius tamen dictū,
& argumentum reſpond.Rub.Alexan.cō
ſil. 29. ad cuius ſcripta breuitatis cauſa
me remitto.

Quarto allegatur pro hac opinione
gl.in l in vendentis.C.de contrah. empt.
ubi ſi dico volo tibi vendere hanc rē pro
decem aureis, & reſpondeas uolo emere
pro decem, quod ſit celebratus perfectus
contractus venditionis,nam cum ſolo cō
ſenſu perficiatur,& hic adſit cōſenſus am
borum,nihil mirum ſi iam omnino perfe
cta ſit emptio,& uenditio. Aliud autē eſt
ſi dicam uolo aſcēdere arborem, quia cū
reſpiciat nudum factum corporeum,uo-
luntas & conſenſus non ſufficit, & hanc
gl.ita ponderat Rub.d conſ.29.col.2.ubi
aperte tenet,quod in caſu ſupra poſito di
catur perfecta uenditio. Facit quod qui
promittit id,quod pendet à ſola† uolūta
te,ut eſt uenditio,locatio & ſimilia, tunc
promiſſio habetur pro ipſo contractu.
Iaſ.in l.cum fundus.§.ſeruum ff.ſi cert.pe
ta.& ibi Alexan.nu.4. Curt.iu.nu.6. Pur-
purat.nu.14. dicens ita fuiſſe iudicatum.
Alciat.conſilio 117.Burſat.conſilio 101.
num.16.lib.1.

Ex aduerſo adducebatur glo.in l.in bo
nȩ fidei.ff.de eo quod certo loco.† ubi di
cit aliud eſſe conducere,aliud promittere
de conducendo,quam glo.ibi ſequuntur
Caſtren.& Iaſ.in l.quoties num.34.C.de
rei uendicat.& in l.manumiſſionis.num.
6.de iuſt.& iur.Dec.d.l.cum fundus. §.1.
ubi plures accumulant, cum qua opinio-
ne tranſit.Cur.iun. conſi 82.in 2. par.nu.
8.Berthac.de gabell.par.5. q.3. ubi dicit
aliud eſſe promiſſionem de donando, &
aliud donationem, ſicut aliud eſt renūcia
tio, aliud promittere de renunciando.
Boer.deciſ.3. & alia multa ſimilia exēpla
congerit latiſſ. more ſuo Tiraq.de retrac.
conuentio.§.fi. num.40 cum ſequen.&
Brun.de ſtatut.artic. 6.c.3. q.7. col.2.Ita
quod hæc uideatur communis Doctor.
opinio, & retenta hac communi opinio-
ne iuribus,& rationibus per ſupra allega-
tos Doctor.citatis,& a qua in iudicando
non eſſet recedendum, & ſecundum quā
uidi pluries iudicatum per Senatum,faci-
le ad contraria reſponderi poteſt.

Ad primū, ꝙ illud procedit,qn̄ uendi-
tio eſt pura, & concepto non in promiſ-
ſione uenditionis, ſed in ipſa uenditione
per uerba de præſenti. §.cum autem.ubi
gl.de empt.& uend. ſecus uero, quando
trahitur ad actum,futurū,quoniam ut in-
quit Philoſophus de futuris contingenti
bus non eſt determinata ueritas.

Ad ſecundum reſpondetur,quod in il-
lo caſu uerba ſunt præſentia, & præſentē
conficiunt emptionem, & pinguiorū re-
cipiunt interpretationem, tanquam ali-
quid iam ſit in eſſe productum.

Ad tertiū reſpondetur, quod in datio
ne pecuniæ cōſideratur circuitus,cū quis
com-



6 compelli poſſit † omnino ad dādum, ſed
promittens vēdere tenetur ad factum ad
quod quis præciſè cōpelli non poteſt,ſed
tantum agi poteſt ad intereſſe ratione vē
ditionis non factæ ut dicit Caſtren.in d.l.
in bonæ fidei & Doctor.in dicta l. cū fun-
dus.§.1.Vel ſecundo,reſpōdetur, ꝙ pro-
miſſor poteſt excipere, quod nolit ſtatim
conueniri ad traditionē rei, ſed potius ad
uenditionē,& ſi opponatur de circuitu. re
ſpond.quod euitatio circuitus ei noceret
cum obligatio prima fuerit tantum reſpe
ctu ipſius promittentes,ſecundus vero cō
tractus fiēdus erit vltro citroq; obligato-
rius l.Labeo.D.de uerb.ſign. Vnde ſua in
tereſt, vt prius fiat contractus emptionis
& venditionis cum ſolitis promiſſionib.
& obligationibus hincinde.

Ad quartū reſpondetur, quod gl.in di-
cta l.in vendentir, loquitur in diuerſis ter
minis,nam ibi eſt uerbum uolo, quod de-
notat præſente cōſenſum in venditione,
ſed hic verbum promitto denotat futurū
conſenſum ipſa uenditione.

7 Præter reſpondeo †,quod uerbum uo-
lo.denotat voluntatem cum effectu. l. fi.
iuncta gl.de rerum diuiſio, & quando cō-
currunt duorum uoluntates de p̄ſenti in
his,quæ conſenſu perficiuntur, diſpoſitio-
nem inducunt Bart. in l.cunctos populos
nu.3.de inſti.& iur.& in l.ſerui electione.
nu.4.de leg.1.

Limitat̄ tamen hȩc concluſio cōmunis
8 niſi,in promiſſione† adeſſet iuramentum
Boer.deciſio 3.nu.1 Menoch.conſi.1.nu.
234.Licet contrarium teneat Ioan. And.
quem refert, & nouiſſime ſequitur Dom.
Seraſi de Seraſinis in trac.de priuileg.iura
men.priuile.23.nu.27.

Secūdo limitatur in promiſſione de re
9 trouendendo † quȩ eſt adiecta contractui
venditionis ex rationibus, & authoritati-
bus relatis per Ari.Pinel.in l.ſecūda.C. de
reſcindenda vendition.par. ſecunda.cap.
3.nu.25.poſt Aretinum,Boerium,& Tira
quellum per eum citatos.

Tertio limitatur, quando poſt eam p-
10 miſſionem fuiſſet ſolutū † pretiū, uel de
eo habita fides,& ſequuta traditio, ita te-
net Tiraquell.in dicto.§ fi.num. 82. poſt
Bald.in conſi.452.Dom.Nicolaus lib. ſe-
cundo. Siluan. conſil. 49 conſultationi-
bus noſtris,nume.decimo. poſt.Soc.con-
ſil.170.colum. prima. & ſecunda vbi latē
hoc diſputat,probando conſilia. Alexādri
ſubdens, quod emptor tunc facit fructus
ſuos.& Nat.conſil. 171. pulchre Cæphal.
conſi.315.num.3.& ſequen.lib.3.& cum
* hac limitatione tranſiuit Senatus ſæpius,
& nuperrime cauſa Sauiæ,& Grafiæ.259.
12.Decembris,Referente Domino Sena
tore Sandiliano, in quo caſu erat aliqua
maior dubitatio quia nō fuerat facta pro
miſſio de uendendo, ſed remiſſio prædij
pro hypotheca, & ſecuritate cum promiſ
ſione de faciendo inſtrumēto uenditionis
ad omnem creditoris requiſitionē,diceba
tur attenta traditione, & certo pretio, &
poſſeſſione decem annorum continuata
per ipſum creditorē cum perceptione fru
ctuum,fuiſſe inductam perfectam uendi-
tionem,& quod inſtrumentū tantummo
do requirebatur ad faciendā probationē.
l.cōtractus.D.de pign. Quamuis & in hac
declaratione,& limitatione aliqui ex Do
minis contradicerent.

## Eccleſia; quæ regulariter non tenet̄ ad collecta, an teneatur, quādo priuatorum prædia aliquo titulo in eam ſunt tranſlata.

### DECISIO CCXXXIIII.

1 *Eccleſia non tenetur ad collectas.*
2 *Eccleſia an teneatur ſoluere collectas pro bonis a laicis acquiſitis & nu.4.*
3 *Natt.in conſi.515.reprobatur.*
5 *Statuto an induci poſſit, ut eccleſia collectas ſoluere pro acquirendis teneatur.*
6 *Collectas ſoluūtur ab eccleſiaſticis pro bonis regiſtratis, ſed contra nu.7.*
8 *Eccleſia tenetur ad collectas ſuper bonis acquiſitis ante acquiſitionem impoſitas.*
9 *Eccleſiaſtici tenentur ſoluere pro bonis acquiſitis collectas ſtante ſubmiſſione.*
10 *Eccleſia concurrit in oneribus tempore belli.*

ECCLESIA †regulariter
nō tenet̄ ad collectas nec
ad q̄ uis onera realia, vel
mixta uariabilia text. vbi
Doctores ī l.placet. C.de
ſacroſanct.eccleſ.& ibi plene Iaſ. & Thō.

 Parpal.

Parpal.quam regulam late examinat Re
mig.de Gonni.in tractat.de charitati. ſub
ſid.quæſt.61.62 tomo.15.tractatu.nouiſ
ſime impreſſorũ,vbi ponit aliquot amplia
tiones,& limitationes, & dixi ſupra deciſ.
116.num.1.

Sed quæſitum,fuit,an pro prædijs & lai
2 cis quocũque titulo acquiſitis,ſoluere †ec
cleſia teneatur, cum ad manus ſuas talia
bona peruenerint. Quæſtio eſt dubia, &
difficilis,iura enim que tribuunt eccleſijs
immunitatẽ ſunt generalia, & de hoc ca.
ſu non loquũtur, & propterea controuer
ſia eſt inter doctores. Nam Bart.in conſi.
180.tenet,quod bona, quæ in eccleſiam
peruenerunt,libenter a collectis, quando
non ſunt onera mere realia,ut prædia nõ
ſunt tributaria. cuius opinionem ſequitur
Fely. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ nu-
mero 76. de conſtitut. dicens hanc opi-
nionem eſſe veriorem,& ſuſtentabiliorẽ,
& Bar.opinionem in d.conſ.ſequuntur fe
re omnes Doctores & communem dicit
Belon.conſil.40.Ruin.conſil. 117. per to
tum lib.quarto.Ang.conſi.24. & eandem
partem tenuit Bal.in dicta l. placet. & ibi
Thom.Parpal.idem Bald.conſil. 132.Ca
ſus quidam.libro tertio.vbi loquitur in le
gato pio loco facto.Et tutiorem hanc par
tem dicit conſi.280.Pręmiſſio.libr.ſecun
do.ſubdens periculoſum eſſe tenere con
tra clericos.Nic.Feſtas de collect. par.4.c.
1.nu.3.per tex.quanquam de cenſi. & in
cle.pręſenti.eo tit.

Sed contra Bar. uidetur tenere Angel.
conſ.206.alias.244.inter ordinamenta.&
late.Natt.in conſ.515. lib.3.Pro quib. ui
detur ſtare potens ratio ęquitatis,qa alias
priuilegium immuntatis tranſiret ad ini
quitatem, remanente vniuerſitate cũ ma
iori onere ſuper prædijs, propter eccleſia
ſticorum bonorum exemptionem, quod
permitendum non eſt ut in ſpecie, ſcribit
Anchan.conſilio. 303. Bene verum eſt.
quod Nat.in d.conſi.515. non audet con
3 cludere contra Eccleſiam, † ſed firmat ſe
in ea opinione, quod priuatus laicus, qui
uel per vltimam volũtatem, uel alio titu
lo bona in eccleſiam tranſtulit, ipſe ſemꝑ
teneat ad collecta, ſed iſta opinio habet
duo inconuenientia non leuis momenti.
Primo, quia hinc ſequeretur maximũ ab
ſurdum,quod eccleſia haberet prædia pe
nes ſe immunia,& alius ſolueret onera, ꝗ
rem ſequuntur, quod eſſet magna iniqui
tas. Secundo,quia hoc auferret liberalita
tes,quæ pro anima in eccleſias conferunt
nec reperiretur aliquis, qui cũ eccleſia cõ
traheret,& quamuis ibi Natt.nu.13. verſ.
Nõ obſ.conatus fuerit reſpondere ad hoc
inconueniens,tamen (pace eius dixerim)
neſcit ſe in hoc riſoluere, ideo ego maxi
me dubito de illa opinione Nattæ,neq; vn
quã uidi illam ſeruari in practica, ſed aut
prædia poſt quã in eccleſia peruenerunt
fuerũt declarata immunia,uel ipſi clerici,
& eccleſia collectas ſoluere fuerũt coacti.

4 Retenta igitur opinione † Bar.tanquã
veriori & tutiori ſtãte generalitate iuriũ
de hac immunitate loquentium,cum qua
tranſiuit Senatus in cauſa Monialium Vil
læfrancæ contra communitatem Moretę
1561.28.Octo.& alias ſepius ꝑ text.aper
tum in c.1.de immu.eccle.li.6.Declarant
5 alliqui,ut non procedat † ſtante ſtatuto ꝑ
cipiente ſolutionem collectarum in mo
dum tributi,quia licet eccleſia non tenea
tur ad onera illud verũ eſſe dicunt in one
ribus variabilibus,& incertis, ſecus vero ſi
certa penſio,& tributum ſit ſuper prædijs
impoſitum,itã tenuit Bar.in l.ſcripto. §.
fi.D.de mu. & homo. quem ſequitur An
ge.d.conſi.206.& Anchara.conſ.303. Ex
quo Bar.ibi dat cautelã, ut bona trãſeant
ab eccleſiaſtico,cum onere vt fiat ſtatutũ,
quod prædia omnium ciuium,qui ſunt in
comitatur ſint tributaria,& affecta onere
tributorum pro collectis imponendis nã
tunc tranſirent in eccleſiam cum onere,&
opinionem Barto.ſeruari in practica dicit
Bald.dicto conſil.289.li.2. & Bar. opinio
nem communem dicit Soc.ſen conſi. 12.
lib.4.Belon.dicto conſ.40.& multis argu
mentis illam ſequitur. Nicol. Feſtas d.tra
cta.de collect.par.4.cap.2.nume.27 Sed
aduerte, quia licet uerum ſit eccleſiam te
neri pro oneribus certis, & inuariabilibus
quãdo ad manus ſuas laicorum bona per
uenerunt, tamen nõ poteſt per indirectũ
induci, vt contra eccleſiaſticã libertatem
ſtatutum operetur,ita tenuit Bald. d. con
ſilio 132.& dicto conſi.280.Fely.in d.ca.
Eccleſia Sanctæ Mariæ.num.76.de conſti
tu.& Bart. opinionem communiter dam
nari teſtantur Rui.d.conſ.117.numero 8.
Remig.Gonni.in dic.tracta. de charitatiu.
ſubſid.



ſubſid.d.quæſtio.61.num.44.& illius ſen
tẽtiam falſam dicit Bal.in d.l.placet.in 4.
nota.C.de ſacroſan.eccl. & illum reprehẽ
dit Tom.Parpal. ibi.num.77 ubi teſtatur
opinionem Bal.contra Bart.eſſe ueriorẽ.
& communẽ. & ibidem.Iaſ. in lect.1.cir.
ſi.Guid Pap.quæſtio.381.dicens bene fuiſ
ſe reprehensũ Bar.à Bal. quia talia ſtatu
ta contra libertates eccleſiæ,caſſa,& irrita
eſſe debẽt.auth.caſſ.C.de ſacroſ.eccle.&
multas authoritates adfert Feſtas à n.11.
uſq; ad n.26.Ex quib⁹ mihi uř poſſe dici
hãc eſſe magis communem opinionẽ, &
propterea durũ eſſet in iudicãdo ab ea re
cedere, propter periculum etiã excõmu
nicationis inditæ in d.c.1. de immu.eccl.
libro 6.Ideo Bar.remittit ſe Sãctæ Eccle
ſiæ iudicio,& re uera quæſtio nõ eſt ſine
difficultate,unde Calde. in conſi.2. tit.de
cẽſib.dicit illam egere deciſione Summi
Pontificis auditis tamen prius bene per-
penſis iuribus uniuerſitatum & dubiã fa
tetur.Cor.conſi.205 num.6.lib.1. & pro
Bar.ſtat magna æquitas,& ratio,quam ſu
pra in princip. contra hanc immunitatẽ
propoſuimus Et illum etiã late defendit
Tom.de collect.§.ſubiiciunt hoc loco.n.
14.& 15.& Nat.d.conſi.515. licet ipſe cõ
tra eccleſiam firmare non audeat.

Declaratur, & limitatur ſecũdo ab ali
quibus opi.Bart.in d.conſilio 180. ut Ec
cleſia pro bonis acquiſitis nõ teneatur,ut
6 non procedat,† quando adeſſet conſuetu
do,quod omnia onera diſtribuantur per
æſtimum ad æs & librã, & propterea bo
na eſsẽt allibrata & regiſtrata in publicis
cataſtris, quia tũc ad Eccleſiam trãſirent
cũ illo onere.Iaſ.in d.l.placet.col.fi. Cur.
Iun conſilio.68.numero quarto quem ſe
quitur Belon.dicto cõſilio 40.Anchar.di
cto conſi.303.Ange.d.conſ.206.Alex.cõ
ſilio 145. num.5.libro ſecundo qui tamẽ
non loquitur in Eccleſia. Franciſc. Marc.
deciſio.224.

7 In cõtrarium tamẽ eſt communis opi
nio Doctorum oneribus & collectis† ua
riabilibus & incertis, & illam ſequitur ip
ſe Barto.dicto conſilio 180.Bal.dicto cõ
ſil.132.& in ſua Margarita in §. Eccleſia.
numero primo.columna ſecunda.Abb.in
capi.fin.de uita & honeſtate clericorum
& in capitu.Meſſana.in fine de electio.&
conſilio.53.libro primo & conſilio de ci
motertio libro ſecundo.Gemini. & Fran.
in capitu. primo de immunita Eccleſia-
rum libro ſexto. Calder.in.in tit.de regu-
laribus,conſilio decimooctauo.Angel.di-
cto conſilio uigeſimoquarto.Parpal.in di
cta l.placet numer.25. Felyn.in dicto ca-
pitu.Eccleſia Sanctæ Mariæ numero.77.
uerſiculo ſecundo nota Siluan.conſil. 31.
Renſig.Gonn.dicta quęſtione ſexegeſima
prima.numer.44.dicens communem cõ
tra fallentiam. Guid. Pap.dicta quęſtion.
381. ubi dicit ita fuiſſe iudicatum. Barbã.
conſ primo libr. tertio.& hanc tutiorem
dicit ſumma Silueſtr. in uerbo immuni
tas, prima quæſt.5.Ruin.dicto conſi.117.
nume.3. Quorum opinionem uti magis
* communẽ ſequutus fuit Senatus in præ-
dicta cauſa Morettæ. Pro qua facit,quod
ſcribit Domin.Ozaſc.deciſio.136.nume.
ſecundo.quod immunitas ad bona allibra
tã extenderetur ubi etiam alias cum Barto,
opinione tranſeuntes recenſet.

Fallit tertio opi.Bar.ut non procedat,
8 quãdo collecta eſſet impoſita† ante acqui
ſitionem factam ab Eccleſia Bald.in Mar-
garita.in uerbo Eccleſia. numero. primo
colum.ſecunda.per tex.in l.incola ad mu
nicipal.Ang.dicto conſ.206.qui ſe reſtrin
git ad hunc caſum Belon.dicto conſil.40
Remig.dicta quæſtio.61.nume.49.& 50.
& hęc opinio eſt uerisſima, quia bono iã
ſũt pro collectis impoſitis hypothecata,
& tranſeunt cum iſto onere quicquid in
contrarium pro Eccleſia etiam in hoc pũ
cto uoluerit Ruin.dicto conſ.117. nume.
6.7.& 8.& hoc caſu non dicitur teneri Ec
cleſia ſed bona Eccleſiæ. ut per Ange.con
ſil.24.

Limitatur quarto prædicta opinio, ut
9 non procedat, quãdo quis cataſtrauit† bo
na ſua ſubmittendo illa oneribus quę ſol
uere promiſit ꝓ ſe, & hæredibus, ſi enim
iſta bona alienentur in Eccleſiã, trãſeunt
cum ſuo onere propter ſubmiſſionem,ita
uoluit Bal.dicto conſ. 280.uerſicu.nec ob
ſtat authen.libro ſecundo. Anchara.dicto
conſ.303. uerſiculo. & confirmat Natta.
dicto conſilio.517.numero.14. Belonus
dicto conſil.40.numero quinto & iuxta
* hanc limitationen cenſuit Senatus in præ
dicta cauſa Villęfrancæ,& Morettæ. Et
in alia cauſa Montisregalis, referente.D.
Crauet.15.Febr.1590.

Quinto fallit,quando onera inponun
tur ex cauſa belli, & alterius neceſſitatis
10 nam tūc iuſtum† eſt ut Eccleſiaſtici cum
ſæcularibus concurrant,cum de conſerua
tione ſui ſtatus etiã tractetur ſicut laico
rũ,& ita ſenſit Calder.in dicto conſilio ſe
cũdo,tit.de cenſib. & cum hac opinione
* ſemper tranſiuit Senatus,de qua uidẽdus
Ozaſc.deciſio .68.per totum. Et tãto ma
gis quando hoc bellum eſſet aduerſus hę
reticos,ut nũc euenit, cum Sereniſſimus
Dux noſter Carolus Emanuel bellum ge
rat iam duobus annis aduerſus uicinos hę
reticos,qui has prouincias, & totã Italiã
turbare conantur. Alias fallentias, & am
pliationes uidere poteris apud Doctores
ſuis locis.

## Credita cõditionalia, uel ĩ diẽ an ueniãt in legato uniuerſali omnium nominum debitorum.

*DECISIO CCXXXV.*

1 *Creditorum appellatione an ueniant creditores in diem, uel ſub conditioe in legato. & nu. 3.*
2 *Liberatione legata intelligitur de liberatione præſentis debiti, non poſt teſtamẽtum facti.*
4 *Obligatio in contractu cõuentionali retrotrahitur.*
5 *Text. in l. ſi ſcripſiſſet. 46. de leg. 2. declaratur.*
6 *Creditum ius futurum etiam extenditur.*
7 *Debitor in diem, uel ſub cõditione dicitur debitor proprie in legatis.*
8 *Indefinita æquipollet uniuerſali etiã in teſtamentis.*
9 *Legatum liberationis an excludat rei uindicationem.*

CREDITA omnia ſua lega
uit teſtator queſitum fuit
an credita cõditionali,uel
1 in die† uenirent ĩ legato
dicebat nõ uenire, niſi de
dita præſẽtia,& ad hoc ſu
btiliſſimus Do. Senator Goueanus allega
bat text.in l.ſi ſcripſiſſet.46. D.de legat.ſe
cundo ubi Barto.notat,ꝙ uerba pręſentis
tẽporis non porrigũtur ad conditionalia
uel in diem,& ibi uidetur tex in caſu iſto
ſatis apertus.

Ad idem uidetur tex.in l.ſi ita lagatũ.
D.de auro & argẽto legat.ubi ponitur re
gu.quod res legatæ ad preſens tempus re
ferentur,& ideo legans argentũ meum
intelligitur de eo qui erat tẽpore teſtamẽ
ti cũ aliis multis ſimilibus, quæ citat Mã
tic.de coniectur.ult.uolun.lib.3.cap.11.
num.1.& ſeq.Simon de præt.de interpt.
ulti. nolunt,lib.4.cap.9.nu. 136.cui addo
tex.in l.is cui ſub cõditione.D.de acti. &
obli.ubi dicitur eum non eſſe creditorẽ,
cui ſub conditione legatur, ergo idẽ dicẽ
dum quando teſtator legat omnia ſua cre
dita ,ut intelligiĩ de præſentibus, & puris
nõ de conditionalibus,uel de his, quæ in
diem debentur,& hæc procedũt etiamſi
teſtator ſit uſus uerbis uniuerſalib. ut di
cit idem Mantic dicto tit.11.num.4.uer.
quod procedit.poſt.Fulgoſ.Corn.Alexã,
Pari Soci. & alios ibi citatos quibus ad-
di poſsũt,quæ tradidimus late ſupra deci
ſio.168.Vſufruct.A deciſio.199.Donatio.
Et ampliaĩ in legata † liberatione debito
2 ribus,quæ fauorabilis quamuis ſit l.Arria
nus.D. de actio. & obligat. tamẽ legata li
beratione non cẽſetur liberati debitores
a debitis factis poſt teſtamẽtum ut eſt no.
tex.in l.Aurelius.§.primo. D.de lib.lega.
quem citat Mantic. ibidem.nu.5. & ſi te
ſtator.remitat credita,intelligitur remitte
re præſentia non autem futura,ſiue ſint ĩ
diem,ſiue ſub conditione.gl.in l.ſi a colo
no.89.D.de ſolutio.& ita cõſuluit Fulg.
conſi.37.Quidam in ſuo teſtamento.

3 In contrarium allegabatur ꝙ iſte dice-
bãtur uere,uel debitores creditores iuxta
opinionem Barto.& communem omniũ
Doctorum.in l.prima colum fina.de rub.
credit.Rip.nume.100.qui multis rationi-
bus tenet tales dici etiã proprie, & uere
debitores, & creditores per multas ratio
nes quas ibi allegat, & puto eum uerum
dicere;nã quamuis aliquo reſpectu diffe
rant creditor cõditionalis,uel in diem, vt
eſt in effectu exactionis, non tamen diffe
runt in obligatione,quia ita eſt obligatus
creditor in diem uel conditionalis adue-
niẽte die uel conditione, ſicut debitor pu
rus.l.is,qui ſub cõditione.§.fin.de actio.&
obligatio.quia tẽpus non eſt modus indu
cendæ, uel tollẽdæ obligationis,Et in ſpe





cie,quod legato facto a teſtatore, vt hæ-
res debita mea perſoluat,veniat ẽt reſtitu
tio dotis,cuius nec cõditio,nec dies adhuc
venit,tenet Alciat.in dicta.l.cõditionales.
ff.de uerb.ſignificat.& legatis mobilibus
veniunt fructus etiam pendentes.Mantic.
dicto titu.11.n.29.poſt Dec. ibi relatum, *
& latius idem Mantic.li.9.titulo.3. nume.
ſexto.

In hac quæſtione videtur diſtinguẽdũ, 8
aut ſumus in legato conditionali,& tunc
nondum purificata cõditione non eſt cre
ditor,aut in contractu inter uiuos,& tunc
etiam non purificata conditione eſt credi
tor,vt eſt tex. not.in dict.l.is cui.de actio.
& obligatio.& ratio eſt ſecundum Alciat. 9
4 in d.l.is cui.§.fi.quia in legato † conditio-
nali non retrotrahitur obligatio, ſecus in
contractu per rationem, quam ponit Iuri-
ſconſul.in l.fin.ff.communia prædio, non
enim ſicut viuentium,ita & defunctorum
actus ſuſpendi receptum eſt.

5 Ad l.ſi ita ſcripſiſſet,† & alia omnia iura
ſupra pro prima opinione allegata reſpon
det Rip d.l.1.ſi cert.peta.n.100. & 101.
Aliud.n.eſt dicere, ꝙ dare mihi oportet
Lucium,aliud quod Lucius mihi debet,ſe
cundo enim caſu venit etiam debitum in
diem.vt dicit Gofre.in dict.l.ſi ita ſcripſiſ
ſet.in princip.quia debitum eſt præſens li
cet in diem dilata ſolutio per l. cõtinuus.
§.cum ita.uerſic.nam & quod in diem,&
l.eum qui calendis.§.fi.de uerb. obl.

6 Et quando creditum, † uel res de qua
agitur,non eſt omnino noua,ſed a pręſen
ti dependet,tunc trahitur ad ius futurum
poſtea ſuperuentum ex cauſa quæ iã erat
de præſenti,vt eſt doctr.Bart.in l.ſi ita eſ-
ſet.n.3.verſ.item fallit ſi eſſet de acceſſio
nibus.ff.de arg.legat.

Præterea illa doctorum aliquorum cõ-
cluſio,ꝙ debitor in diẽ vel conditionalis
7 non dicatur debitor,fallit,qñ ſumus† in vl
timis volũtatibus. Iacob.Nigri.in repetit.
l.1.ff.ſi cert.pet.nu.77 vbi exemplificat ſi
teſtator mandat ſatisfieri omnibus debito
ribus ſuis quia veniunt etiam conditiona-
les.poſt Ioan.Andr.Pau.de Caſt.Alexa &
alios in l ſi ita ſtipulatus.§ cũ ſtipulamur.
de verb.obli p̃ſertim ſi eſſet debitor ſub
conditione,certa,& oĩno extituta,vt dicit
Iacob Nigri.d.n 77.uerſ.3.limitatione l.ſi
pupillus.§.q̃ ſub.conditione.ff.de nouat.

Et quãdo cõſideratur creditor cõditio
nalis.ut ius prætendens,non autem vti exi
gibile,tunc appellatione creditoris uenit
etiam cõditionalis.Iaſ.in d.l.ſi ſtipulatus.
§.cum ſtipulamur.ff.de uerbo.obl. Iacob.
Nigri.in d.l.nũ.78.in fi.

Et ex his cenſuit Senatus omnia debita
illius teſtatoris ſiue pura ſiue in diem,ſiue
cõditionalia venire in hoc legato, idq; ẽt
ſi nõ dixiſſet omnia,cũ† indefinita æqui-
polleat uniuerſali etiã in teſtamentis, niſi
aliter de mẽte teſtatoris appareat,Bart.in
l.ſi plures.96.ff.de leg.3.

Maius dubiũ eſt,ſi dicaĩ quicquid mihi
Lucius debet,& is poſſideat fundũ meũ,
rei vẽdicatione vti poſſem,an veniat† hoc
in legato & Gofred.d.l.ſi ita legaſſet.dicit
ꝙ non,ſed putarem contrarium,& ita te-
net D.Præceptor meus Alciat.in l.credi-
torem.de verb.ſignifi.ubi uide.

## Probãs ſemiplene ita, vt ſit lõcus iuramento ſuppletiuo, an obtineat in expenſis.

*DECISIO CCXXXVI.*

1 *Probans per unum teſtem ſi obtineat medio iuramento ſuppletiuo, an obtinere poſſet in expenſis. & nu. ſecundo & declaratur, num. 3.*

PROBANS per unum te
ſtem,adeo,ꝙ ſit locus iura
mento ſuppletiuo nõ ob-
1 tinet† in expẽſis,ita ſimpli
citer tenet. Alex.in l.pro-
perandũ.§.ſin autem,alterutra.n.17.verſ.
ſubdit etiam.C.de iudi.dicẽs hoc eſse ſin-
gulare.dictũ Bal in auth.generaliter.colu.
5.C.de epi.& cler.& Alex. ſequitur Iaſ.
dict.§.ſin autem colu.4.verſi 5. fallit alle-
gãt ad hoc tex.in l.eum qui iurauit. D.de
iureiur.ubi habetur,quod illi qui cõdem-
natur in actione,quę per inficiationẽ du-
plicatur,ex iuramento ſuppletiuo non cõ
demnatur in duplum,ſed in ſimplum, ea
ratione, quod videtur ſufficere ſi obtinet
actor in principali, virtute ſui iuramenti,
cum non haberet aliunde plenam proba-
tionem.

2 Ex aduerſo dicebatur,† hanc regulã non

ęſſe perpetuo veram, & procedere tãtum
modo, quando ſuccumbens aliquid etiã
pſtitit patre ſui vel ſi agitur de facto alie-
no, non autem de proprio ipſius ſuccũbẽ-
tis, & ita videtur velle Bal. in d. auth gene
raliter. verſi. 6. oppono. ibi aut nulla eſt cõ
iectura. iunctis his, quę dicit colum. 3. ver
ſic. ex prædictis quem de hoc citat Ale. cõ
ſili. 183. in cauſa & lite. col. 4. num. 15. ver
ſi. ſubdo, quod ſtãtibus prædictis propter
quas authoritates ita tenebat diſputãdo
Illud D. Senator Ciaueta. Verũ nõ obſtan
te hanc diſtinctione. Bal. poſt longã ſuper
hac re diſputationẽ, cum hæc quæſtio ſæ
pe in iudicium deducatur, tãdem cenſuit
* Senatus expenſas omnes cõpenſandas, &
ita ſemper uidi obſeruatũ, quod tamẽ de
3 claratur niſi ille † qui obtinet aliquid plus
quam ſemiplene probaſſet, & ſuccumbens
nihil omnino pręſtitiſſet, & ita videtur in
nuere Bal. d. auth generaliter. colum. pe
nul. dum dicit quod ſi uterque ſemiplene
probat. & vni ipſorum deferatur iuramen
tum ſuppletiuum, compenſantur expẽſæ,
Intelligendum eſt dictum Bal. ibi quod il
lo cui deferetur iuramentum aliquid plus
quam ſemiplene probante, neutri defere-
tur iuramentum. Et ſecundum hanc decla
rationem, & moderationem uidi Senatũ
ſæpius iudicaſſe.

## Dos data filiæ an imputetũ nepotibus in legitimam, ipſis agentibus mortua matre ad hæreditatem aui.

### DECISIO CCXXXVII.

1 *Dos data filiæ imputatur illi in legitimã.*
2 *Dos data filiæ an imputetur nepotibus in legitimam difficilis quæſtio.*
3 *Dos data filiæ imputatur nepotibus in legitimam iure communi inſpecto, per quod dos ad patrem redit.*
4 *Dos mortua filia imputatur, nepotibus in legitimam, etiam ſi iuxta opinionem Martini non reuertatur ad patrem, ſed contra nu. 5 & nu. 6.*
7 *Filius hæres matris tenetur imputare, in legitimam dotem, quam ab auo media perſona matris eſt conſequutus.*
8 *Dos imputatur in legitimã nepotibus, etiãſi extet ſtatutum, ut filij lucrentur ipſam dotem. Idem ſtãte ſtipulatione patris ſibi reddi. nu. 9.*
10 *Stipulatio patris eſt attendenda in ea quæſtione, an nepotes debeant imputare dotẽ matris in legitimam.*
11 *Dos data filiæ an imputetur in legitimam nepotibus ſi pater ſibi, ſi filio ſine liberis deceſſerit, dotem reddi fuerit ſtipulatus.*
12 *Dos data filiæ non imputatur nepotibus in legitimam, quando pater dotem filiæ reddi eſt ſtipulatus.*
13 *Dos data a matre filiæ non imputatur in legitimam nepotibus.*
14 *Dos data filiæ non imputatur in legitimam nepotibus, ſi filiæ ſit ſui iuris*
15 *Nepotes ſuccedentes auo cum patruis tenẽtur imputare dotem matris in legitimã.*

DOS data fuit a patræ filiæ
1 quam, eidem filiæ in ſuam
legitimam imputare certum
eſt, prout etiã imputatur in
legitimã neptis: ſi auus ipſi
nepti dote dediſſet. l. quoniã nouella. C.
de inoffi. teſtam. Sequebatur in contin-
gentia facti, ſi filia moriatur ante patrem
2 nũquid nepotes ex ipſa filia teneãtur † im
putare dotem datã matri in eorum legi-
tima. Quæſtio hęc difficilis eſt, vt dicit
Imol. in l. in quartam ad l. Fal. col. pen. ver-
ſi vlterius. & dubia ac quotidiana Alex. in
l. poſt dotem. co. penult. ff. ſolu. matr. & di
ſputabilis, vt inquit Iaſ. in l. quoniã nouel-
la. nu. 6. C. de inoffi. teſtamen. Corn. conſi.
190. in princip. libr. 1. & adeo difficilis. ut
pro ea intelligenda Bart. noctes inſomnes
duxerit, vt ipſæ teſtatur in l. in quartã. nu-
me. 12. & eſt quæſtio ſubtiliſſima, & fre-
quentiſſima, ſecundum. Rip. qui latiſſime
eam examinat in dict. l. in quartam. num.
189. eſtque ſatis ardua, & frequẽs, vt uult
Dominus præceptor meus Soc. iun. in dic.
l. in quartam. num. 138. & Michael Graſſ.
in §. legitima. quæſtio. 24. num. 6. Subdẽs
quod moderni in ea uix audent figere pe
dem, idcirco conueniens duxi, latius de ea
uerba facere, vt quid iudicãdum ſit facile
bonus iudex ſine labore ſcire poſſit. Et iu
dicio meo videtur diſputatio hæc potius
intricata, q̃ difficilis, ſeparatis enim caſi-
bus veritas & difficultas in pauſis conſi-
ſtet, ꝓpterea Soc. pro eius intelligẽtia. in
l. in quartam. num. 138. cum multis ſeq.
ubi per quatuor fere colum. quæſtionem
hanc examinat, ponit ſex caſus, quos fere
ad literam, & eodem ordine repetit Graſ.
dicta quæſt 24. Ego uero clarius procedẽ
do iuxta ſtilum meum deſumptum a Fel.
Iaſ. & Gabriel cõſtitutam regulam cũ ali
quot ampliationibus, & fallentiis, in qui-
bus omnes caſus a Doctoribus tractatos
excutiam.

Pono itaque regulam affirmatiuã cũ
Bartol. quæ eſt quod hæc dos imputetur
5 in legitimam nepotum, † inſpecto ſcili-
cet iure communis, per quod diſponitur
dotẽ a parte datã de ipſius bonis uti pro
fectitiam, mortua filia etiam cum liberis
redire recta uia ad patrem, & auum. l. dos
a parte. C. ſoluto matrimonio ubi glo. &
Doct. omnes, de qua late dixi infra q̃ſtio
ne 190 Dos a patre. Hęc cõcluſio ab om
nibus approbatũ, & clara eſt, & indubita-
ta, & eam tenent Bar. Alexan. Soci. Barb.
Bertran. Corn. Alcia. Piccus. Fernãd. Nõ.
Fabia. Corraſ. Rip. & alij paſſim a moder
nis citati, quibus addo Maran. quęſti. 10.
nume. 72.

Et indubitatam dicit Dec. in l. illã co-
lum. penul. C. de collatio. nume. 16. circũ
ſcripta opinione Martini, de qua dicã in
fra, & hoc caſu nepotes cum reperiãt hãc
dotem in annis aui, nulli dubium quin ſi
ipſam dotem accipiant, eam ſibi imputẽt
in legitimam, & hanc opinionem eſſe cõ
munẽ omnes affirmant in dicta l. in quar
tam ut per Socin. ibi num. 138. & Docto
res in d. l. illã Q. inimo neminem ab ea
diſſentire teſtatur Graſſ. dicta quæſtio. 24.
numero 6. & 14. uerſiculo, ſextus caſus.
quod ſi illa dos excedat ſuam legitimam
manebit apud alios deſcẽdentes aui pro
eorum rata.

Amplia hanc concluſionem eo clarius
procedere. quãdo pater ſtipulatũ ſibi red
di, quia tunc clarum eſt, quod nepotes te
nentur imputare in legitimã, ut per Ale-
xan. in l. poſt dotem, nu. 25. uerſic. tertio
limita. D. ſol. mat. poſt Io. And. Cyn. But.
& Bart. per eum relatos, & idem ſi pater
ſtipulatũ illi, uel illis cui de iure. Curt. iun.
conſ. 180. co. 3 poſt Dec. cõſ. 181. inſtru
mẽtum promiſſionis. circa finem, de qua
re dicam infra.

Amplia hanc regulam, ut procedat ẽt
ſtãte opinione Martini, de quã in d. l. dos
a patre. quæ eſt, ꝙ dos profectiua deue-
niat ad liberos, & deſcẽdentes ipſius filiæ
non autem ad patrem, quæ opi. ubiq; de
conſuetudine obſeruatur, non inductiua
ſed potius interpretatiua iuris cõmunis.
ut dicit Alex. in l. poſt dotem nu. 26. ubi
Fran. Curt. in ſuis addit. D. ſol. mat. & diximus.
d. deciſ. 199. nu. 5. & ita hanc regulã
firmat Bar. in d. l. in quartam. col. pen. &
in conſi. 190. lib. 1. incip. Gibertus alias in
cipit, pater dedit dotẽ. ubi late eam legib.
& euidentiſſimis, & urgẽtiſſimis rationi
bus comprobat, & fuit originalis opĩ. Iac.
Butrig & Bar. ſequuntur Pau. de Caſtr. q
dicit hanc opin. ueriorẽ. Rom. Alexan. &
alii, quos citat Dec. in l. illam ſubdens, ꝙ
licet articulus ſit diſputabilis, tamẽ ab ea
non eſt recidendum, & pro hac opin. cõ
ſuluit Alex. conſi. 24 lib. 1. Caſtr. cõſi. 108.
Dubitatio pręſentis. co. 1. lib. 2. & ipſmet
Bal. conſi. 463. Secundæ uxori. lib. 4. Cor.
cõſ. 190. pro deciſione li. 2. & infiniti alii
antiqui, & Moderni. Et quod hoc caſu cõ
munis opinio ſit cum Bar. teſtatur Rip. d.
l. in quartã nu. 189. & n. 191. dicẽs, quod
idem tenet Bertran. cõſil. 86. & 226. li. 3.
& communem teſtatur Barba conſ. 40 il
lud afferam. lib. 2. ubi latiſſime examinat.
Dec. conſi. 181. uerſi. tertio reſpõderi po
teſt. Fabia. in authen. nouiſſima num. 706
Noni. conſi. 49. Et ualde conſonam æqui
ti dicit Fulg. conſili. 10. circa finem, & cõ
ſilio 86. ſubdens opinionem Bar. ſibi ſem
per placuiſſe. licet opinio Bal. ſit commu
nis ſecundum ipſum, & hanc opinionem
Bart. etiam magis cõmunem teſtatur So
cin. iun. in dicta l. in quartam. nume. 142.
uerſicu. ſextus caſus, & uerſicu. ſecũdo fa
cit Peruſi. in dicta l. in quartam. num. 382
Beregar. ibidem artic. 3 num. 101. Alcia.
regula prima. pręſumptione 17. Fanut. in
tract. de dote. q. 11. nu. 8 poſt Bertra. cõ
ſilio 138. n. 4. uerſ ad tertium. & cõſ 142.
& 177. & Curt. iu. cõſi 180. co. 2. Et ratio
eſt, quia ſecũdum cõmunem opinionem
tunc filii nõ habent eam dotem tãquam
hæredes matris ſed conſuetudo dotem il
lã de iure reuertentem ad auũ eã auocat
ab auo, & ex quadã ęquitate poſthabito
iuris rigore dat nepotibus, ꝓut dicit Bar.
in dicta l. in quartã. Alex. in dicta l. illam
& cõmuniter Doctores præſertim Ang.
& Caſtren.

& Caſtren.& alij,quos citat idem. Alexa.
Caſtrenſi.conſilio.145.verſi colum. 2.li.
1.Curt.Iun conſilio 180.column.3.d.l.in
quartam num 191.& alij Doct. ſupra re-
lati,qui ſequũtur Bartol.quinimo ipſmet
Bal.contrarię opi.aſſertor hoc fatetur in
d.l.quoniã nouella nu.7. prætertim ſi filij
proteſtẽtur nolle eſſe hæredes matris.ſed
habere dotẽ ab auo ex cõſuetudine Mar-
tini.Alex.d l.poſt dotem nu.28. verſic.vi
ſis de materia.De qua tamen re ego dubi
tarem ex eo,quod dos dicatur proprium
patrimoniũ filiæ,niſi reſpondeatur, ꝙ ſit
patrimoniũ ipſius filiæ poſt mortem aui
non autem eo viuo,ideoque de ipſa dote
profectitia non poteſt teſtari ſecundũ ali
quos,& forte magis communiter,vt alias
ſcripſi.

Sed contrariam opinionem,quod ſtan
te conſuetudine Martini nepotes videan-
5 tur habere dotem† tanquã hæredes filiæ
& quod conſuetudo faciat ipſos hæredes
& habeant dotem tanquam quid aduenti
tium a matre & de bonis maternis nõ au
tem ex ſubſtãtia & bonis aui,dicunt mul-
ti Doctores,præſertim.Bald.in d. l.illam.
& Imo.in dicta l.in quartam colum.penul
tima.verſicu.ſecunda opinio. poſt Iacob.
de Beluiſ.& Barto.idem videtur ſentire li *
cet non ſatis clare in dicta l. poſt dotem,
columna penul. Bald.in l.quoniam nouel
la.C.de inofficio.teſtamen.& ideo non te
neantur eam imputare in legitimam, &
hanc opinionem comprobat Bald.multis
rationibus.& argumentis in dicta l.illam.
dicens hanc fuiſſe originalem opinionem.
Iacobi.de Beluiſio,& quod Iacobus Butri
garij decæptus imagine falſi.& ſtudio con
tradicendi contrarium tenuerat, quem
Bartol.ſequutus fuerat,ſed in hoc Bartol.
nimis errauerat,ſubdens,quod Bartoli ra-
tiones ſunt potius fantaſticæ, & coloratę
quam ſubſtantiales,quod mirandum, eſt
cum ipſmer Bald.in conſilio 210.iſte Do-
minus Chriſtóforus.columu. ſecunda.li-
bro ſecundo affirmat,quod Bart.non fue
rit. Doctor fantaſma,ſed valde ſubſtantia
lis,& Bal.licet titubandando ſequitur Cu-
mã.in conſilio decimo in Ciuitate Laudi
colum.ſecunda.dicens communem prę-
ſuppoſito, quod ſint hæredes matris, &
hanc opinionẽ veriorem dicit Thob. Nõ.
conſilio 49.nu.1.

6 Certe ueritas huius quæſtionis† dubia
eſt,& obſcura,& in ea ſe torquens Docto
res,nec mirum,ſiquidem quælibet ſenten
tia habet ſuos authores, & equidem claſſi
cos,& in ſua opinione pertinaces,& quod
imputetur firmat Iacob.Butrig.cuius opi-
nionem Bartol non ſolum validis rationi
bus tuetur,ſed in ea adeo perſiſtit,vt argu
mentis aliorum reſpõdere ſatagat,& affir
met ſe ſemper ita conſuluiſſe,& conſulto
rum,& hanc eandem But.& Bart.ſentẽtiã
defendit Barba.per multas col.d.conſ.40.
illud afferam.lib. 2. ſubdens,male dixiſſe
Bal.qui inuehitur contra Iacob. Butrig.di
cendo,quod non veritas, ſed ſtudio con
tradicendi Iacob.de Belui.ita conſuluerit
quia vt ibi inquit Barba.colum 3.verſi.&
adduco. ille Butrigarius fuit principalior
homo Italiæ ipſiuſmet Bal.teſtimonio.in
l.quicunque.C.de epiſ.& cle.

Hic articulus adeo dubius eſt,vt Socy.
iun.qui diligenter, & ſubtiliter eũ exami-
nat per duas,vel tres.col.in d. l.in quartã.
nu.142.reſpondendo modo vni modo al
teri parti,dicat vtranque opinio poſſe te-
neri,licet ipſe procliuior ſit in opinione
Bar.& magis communi,quę mihi videtur
ęquior,& verior,& cum ea vti communio
* ri inclinabat Senatu totus quando non ſu
mus in caſu limitationum, aut ſtipulatio-
num,de quibus infra dicam.

Caſtre.conſil 145.viſis,& conſideratis
colum.prima.lib.primo,& quidam alij ex
Doctor. exiſtimauerunt Bart.& Bal. non
eſſe in hac quæſtione contrarios,& conan
tur eos concordare, ſed certe hoc eſt fal-
ſum,cum ipſmet Bart.dicat, quod multi
Doctores tenebãt contrarium eius, quod
ipſe conſuluerat,& quamuis loquatur ob
ſcure,tamen aliqui uolunt, quod inter il-
los Doctores Barto.intelligat de Bald.vt
dicit Nicol.de Vbal de ſucceſſio. ab inte-
ſtato.parte prima.quæſtione 3.nume.24.
Item ipſmet Bald.expreſſe reprobat Bar-
tol dicens,quod in hoc nimis errauit,qua
re inficiari non poſſumus. quin.ſint con-
trarij in hoc principali articulo conſuetu
dinis Martini.

Amplia dictam regulam, quod nepos
teneatur imputare in legitimã, etiam ſi ſit
7 hæres† matris,non quidem rõne dotis,ſed
rõne aliorum bonorũ aduentitiorũ, tunc
enim cum eam dotem habeat non,vt hæ
res,



res,ut habet alia bona matris, ſed uirtute
conſuetudinis tanquam de ſubſtantia aui
tenebit imputare,præſertim ſi de aliis bo
nis inuentarium fecerit, & dotem ab aliis
bonis ſeparauerit,per titu um de ſeparat.
& hoc uidetur ex mẽte Imol.in dicta l.in
quartam,colu penult.uerſ.ulterius. uel ſi
nepotes proteſtẽtur nolle habere dotem
uti hæredes matris, ſed uirtute cõſuetudi
nis ut dicit Alex. in d.l.poſt dotem.n. 28.
uer & contra Rom.facit.

Quinimo etiam ſi demus uerã eſſe opi
nionem eorũ,qui dicunt nepotem eſſe hę
redem matris in ea dote, cum tamẽ pro
ueniat ex ſubſtantia aui putãt aliqui etiã
eſſe imputãdam.Barto in d.l.in quartam.
n.12.quem ita ibi intelligit Imol & ita te
net Rip in d.l.in quartam. nu.193.194.&
ibidem Pic n.235.poſt Imol.conſil.63.in
caſu præmiſſo.Cuma.cõſilio 86.circa pri
mum Caſtren.in cõſi.248.Et hãc opinio
nem multis argumentis defendit Doctiſſi
mus Par ſi.in addit. ad Alex.d.conſil. 24.
lib.1.& plenius in ſuis comment.ad cõſue
tud.Pariſi.§.125.Sed in hoc quando do-
tem habet nepos uti hæres matris,& non
uirtute cõſuetudinis,cum opinio commu
nis fere omnium Doctorum ſit in contra
riũ,licet exiſtimem opinionem Barto. &
Pariſien.ueriorem,& æquiorem,ab ea ta-
men communi opinione in iudicando nõ
* recederem, & in iſto caſu Senatus in hac
ſententia perſiſtebat,communis enim er-
ror facit ius.l.Barbarius. D.de offi.prętor.
Videntur enim communiter Doctor.hoc
firmare,ut quomodocunque nepos ſit hæ
res matris in ea dote,in qua ex communi
opinione mater habet hæredem.Alexã.d.
l.poſt.dotem.n.24.nũquam teneatur illã
imputare.Ita Caſtren.in conſil. 251. Cu-
ma.& alij relati per Dec.in d.l.Illam. col.
fin.qui dicit eſſe communem. ſequitur Ri
pa dicta l.in quartam.nume.193.198.Di
cens in hoc nullam eſſe cõtrouerſiã, ideo
ut teneatur imputare ſtãdũ erit in eorũ
ſententia.qui dicunt quod non habet, ut
hæres matris. Dicũtur autem nepotes, ue
nire ad dotem uti hæredes matris,quãdo
omnino dos erat matris,ut quia emãcipa
ta Caſtre.d.conſi.145.lib.1.col.2.uel filię
a patre donata,ut infra dicetur.

8 Amplia quarto,etiamſi talis† conſuetu
do Martini redacta ſit ad ſtatutum, quia
eundem effectum habet ſtatutũ cum con
ſuetudine in hoc caſu.Caſtre.conſil. 108.
Dubitatio.lib.2.Anchar.cõſ.50.Viſis. uer
ſiculo nam ab ipſo Bar poſt Iac.de Beluiſ.
& Bal.ibi relatum,& idem Anchar. conſ.
315.Dominus Bart.colum.fin.uerſicu. er
go hanc.Rip.dicta l.in quartam, nu. 194.
poſt Benedict.Capram.& alios ibi relatos
Curt. iunior. conſilio 180.præſuponitur
in facto.

9 Amplia quinto,quando† pater ſtipula-
tus eſt ſibi in omnem euentũ reddi dotẽ,
tunc enim dubiũ non eſt, quin nepotes ſi
habent dotẽ illam teneãtur imputare in
legitimã aui,& hũc cauſam eſſe extra om
nem cõtrouerſiam dicit Socin.iun.dicta l.
in quartam nume. 141. uerſi. quartus ca-
ſus.& Graſſ.dicta quæſt.24.num.12. uer.
quartus caſus. poſt Dec. in dicta l.illam
in primo caſu.& in hoc omnes Doctores
conueniunt,ut dicit Ripa. dicta l.in quar-
tam.nume.189.

Amplia ſexto,ſi pater ſtipulatus eſt do
tẽ reſtitui liberis, ſiue nepotibus ſuis, q̃a
tunc certum, eſt,quod illam habent ex ꝓ
uiſione aui, & hanc ampliationem de pla-
no procedere dicit Cor.conſi.90.num. 4.
lib.2.Socin.dicto nume.141.uerſicu. quin
tus caſus,& Graſſ.dicta quæſt.24.num.13.

10 Vnde diligenter† attendenda ſunt uerba
paternæ ſtipulationis,quia fere ſemper ab
illis pẽdet hęc quęſtio, nunquid ſit impu
tanda dos,uel non ut dicit De.in dicta l.il
lam colum.penul.Rip.dicta l.in quartam.
nume.196.uerſi. forma itaque ſtipulatio
nis.quod ſi maritus fateatur recepiſſe do-
tem a patre,& a filia,uidetĩ habuiſſe a quo
libet eorum dimidiam,ideoq; illa dimi-
dia quam habuit a filia,non erit imputan-
da.Alex.in dicto conſil.24.li.1. Si autem
pater ſimpliciter dat dotem ſine aliqua ſti
pulatione(quod raro euenit)tũc ſuccedit
illa terribilis diſputatio inter Beluiſiũ, &
Bulgarum,Bartolum & Baldũ, de qua ſu
pra dixi inſpecta cõſuetudine Martini. Si
uero ſtipulatur pater ſibi, uel filiæ, uel li-
beris filiæ uide ſingulariter Caſtre.d. cõſ.
108. dubitatur. colum.prima. uerſiculo
plus uidetur. Quid autẽ ſi ſtipulatur illi
uel illis, cui de iure, quod hoc caſu intelli
gatĩ ſtipulatus, iuxta cõſuetudinem Mar-
tini, & cõſequenter, quod imputent. Ale
xad.dicta.l.poſt dotem.nume.26.dicens
eſſe

eſſe mirabile dictum Bal. & menti tenen
dum.Ripa in dicta l.in quartã, num. 189.
Quid ſi pater ſtipulatur filiis filiæ;tunc ui-
detur imputandum Bar. in d. l.in quartã.
ubi Imol.col.fin.uerſi.ſi autem uoluiſſet.
& quamuis Ange.ibi uoluerit contrariũ.
quia donatio ab initio uoluerit,tamen pu-
tarem opinionem Bart. & Imol.ueriorẽ,
& æquiorẽ.Quid ſi ſtipuletur filiæ,& eius
hæredibus quod nõ imputentur tenet Ri
pa dicta l.quartam. nume. 194. poſt An-
charan.cõſilio 50.uiſis diligenter.Et ſi ſti
pulet pater reddi filiæ,& liberis, locus erit
imputationi,quia nepotes habent non ſo
lum ex ſubſtantia, ſed ex prouidentia aui,
non uti hæredes matris.Ripa in dicta l. in
quartam,nu. 196.poſt Corn. conſi. 190.ꝑ
deciſione lib.2.

Amplia ſeptimo,ut omnia quę dicũtur
in dote data filiæ procedãt etiam in dona
tione ꝓpter nuptias data filio , ut dicit ibi
Rip.nu.189.& ſeq.poſt Bertra.conſi.103.
li.2.in 4.dub.per rationes ab ipſo Ripa al
legatas.quas non tranſcribo,& hæc cõclu
ſio iudicio meo non habet difficultatem.

Amplia octauo,quãdo pater ſtipulatus
11 †ſit ſibi ſi filia ſine liberis, & cap.cenſetur
enim filiæ donata dos.Barbat.conſi.40. li
bro 2.uerſic.ſed ſi quiſpiam. quia hoc ca-
ſu remanet nepotibus uti hæredib. matris
& communem dicit Socin.iun.d.l.in quar
tam nume. 140.poſt.Alex.Corn Rui.rela
tos per Graſſ d.q.nu.10.per tex. in l.inter
ſocerum.§.cũ inter.D .de pact.dotal.Rip.
d.l.in quartam nu.193. Hanc tamẽ ampl.
ego non puto ueram , ſi quidem hoc caſu
apparet ꝙ pater nullo modo uoluit ſtipu
lari ſibi,ſed filiæ,& nepotibus ex filia,quo
caſu cum nepotes habeat. dotẽ ex pacto
& prouidentiam aui,& ſubſtantia eiuſdẽ,
certum eſt,quod tenentur imputare.Nec
ob.l.inter ſocerum.§.cũ inter.D.de pact.
dotal.q̃a ille lex hoc non dicit,ſed potius
contrarium infert,quod pater hoc modo
ſtipulando uidetur ſtipulari liberis nõ au-
tem filiæ.

Amplia nono opinionem Bar vt nepo
tes teneantur imputare, quando filia pro
ſe,& hæredibus ſuis renuntiat in fauorem
patris & hæredum ſuorum , ut communi
ter ſolet fieri. Ita ſingulariter tenet Curt.
iun.conſil 180.3.uerſicu accedit ad con-
firmationem.per rationes, quas ibi addu-
cit,quas non repeto,quod habet locum
filij ſint hæredes , ſecus forte ſi ueniã iur
proprio.

Fallit primo dicta regula , & limitatur,
ut nõ procedat quãdo pater expreſſe , uel
tacite ſtipulatur dotem reddi filiæ, nã tũc
cum filia eam dotẽ habeat præcipuam ex
donatione aui per legẽ Pomponius Phila
delphus D.famil.erciſc. & ſic nepotes ha
beant ex ſubſtantia filiæ, non ex ſubſtãtia
12 aui.†non tenentur eam imputare in legi
timam . dicitur enim peculium aduẽtitiũ
ipſorum nepotum,quod imputari non de
bet,ita tenet Caſtrẽ. in l. quoniam nouel
la.C de inofficio teſtamen & in dicta l.il-
lam dicẽs hoc fuiſſe de mente Bartol.ĩ l.
poſt dotem,col.am.penul. D.ſoluto matri
monio.idem tenuit Alexan.cõſilio 24. li-
bro 1.Caſtren. conſi. 108.dubitatio. li.2.
ſequitur Dec.in d.l.illam. colum.penulti.
poſt alios ab eo relatos & Imol.in dicta l.
in quartam co.pen.uerſi ſecunda fuit opi
nio poſt Iacobũ de Beluiſ & Bartol. in di
cta.l.poſt dotem.Bal.in l.quoniam nouel
la.& in dicta l illam poſt Iacob.de Beluiſ.
& Iacobum Butri. & Angel.in d.l.in quar
tam.Hũc etiã opinionem tenet. Alexan.
in dicta l.poſt dotem.num.30 & in dicta
l.illam.nume.11.uer.niſi auus.citans Do
ctores ſupra relatos, ſubdens,quod ita cõ
muniter tenent moderni,ut ibi ꝑ eum co
lum penul.uerſic.iſtud etiam. & Anchar.
conſil.47.uiſis diligenter.& idem Alex.ſe
quitur,& dicit communem conſi.24.uiſis
dubijs lib.1 Dec.dicta l.illam,nu.16.poſt
Bal.Caſtre.Anchar.Cuma. Cor quos ipſe
citat Rui.conſi.148. nume.7.libro 5.187.
num.5.uer.ſed præmiſſis libr. 2. Cæphal.
conſil 613.num.27.Crauet.conſil.555 &
dicit commu.Soc iun.dicta l.in quartam.
nume.140.Pari.conſ.60.nu 46.qui etiam
atteſtantur de communi, & hoc caſu opi
nionem Bald.eſſe indubitatam , quod nõ
fiat imputatio,tenet Fulg dicto conſil.10.
in fin.& conſ.86.Corn.conſil.149 in fine.
libro 4.Thom.Parpal.d.l.illam. in fine. &
communem etiam dicit Graſſ. dicta quæ
ſtio.24.nu.8.uerſi.tertius caſus. poſt Ale-
xan.conſi.128.lib.4.Noni.conſil.49.nu.4.
& in practica ab hac limitatione non eſſe
recedendum poſt Socin.iun.& Picum ibi
relatos.Et idẽ erit ſi ſtatuto , uel alio quo
uis modo dos ad filiũ ſpectet , tunc enim
nepotes



nepotes nõ imputant.Phanut. de dot.gl.
11.nu.7.& 8. Quãuis & hæc opinio apud
me ſit valde dubia,cũ Bar.in d.l. poſt do-
tem.eam nõ firmet, & idem in l. in quar-
tam.Caſtren.conſ.248.quinimo eam vali
diſſimis iuribus,& rationib. impugnat ſub
tilis Pariſien. in addit. ad Alex. d.coſi.24.
li.1.omnino videndus. Verũ cum in hoc
articulo opinio Bal.& ſequacium ſit com
munis,& ab omnib.fere recepta,eſſet cõ-
tra ſtimulum calcitrare cõtra eam iudican
* do uel conſulendo . Et idcirco Senatus in
cauſa de Podio Varini, & in alia cauſa Vil
lę nouæ , referente Doctiſſimo Domino
Goueano trãſiuit cum hac cõmuni limita
tione , & cũ eadem cauſa per reuiſionem
penderet coram toto Senatu , fuit ꝑ duas
ſeſſiones diſputata,& tandem confirmata
prima ſententia Senatus, referẽte Domi-
no Cortina,die 17.Ianuarij. 1590.

Prædicta tamen intellige,ſi filia eſt prę
ſens ſtipulationi paternæ cæterũ ſi ſit ab
ſens,& moriatur ante acceptationem, nõ
acquiritur dos ipſi filiæ,perinde ac ſi non
eſſet facta ſtipulatio,& cõſequenter nepo
tes imputabũt in legitimam Bar.d. conſi-
lio 40.nu.5.6.7.Verum in hoc Dec.tenet
contrarium in d.l.illam col.fin. uerſic. &
ampliatur.dicẽs,quod fauore dotiũ quæ-
ritur filiæ,etiam abſenti , & hãc opinionẽ
Decij puto veriorẽ pręſertim quando pa
ter ita ſtipulatur cum interuentu Notarij
ſtipulantis pro abſente ex his, quæ dixi in
alia deciſione mea 70. incipiẽte Donatio
abſenti.

Hanc limitationem amplia procedere,
& ſi pater mandaret, quod nepos imputa
ret.Caſtren.conſi.145.viſis.libro 1.col.2.
verſ.& iſto caſu Quod tamen ego nõ cre
derem verũ,ſi in ipſa datione dotis, & ſti
pulatione ꝓ filia pater ita ordinaſſet, tũc
enim videtur dotem donaſſe filię cum ea
conditione, vt nepos imputaret in legiti-
mam,potuit enim a principio hãc legem
apponere , ꝓut poſſet in donatione facta
filio,quæ imputat̃ ſi pater ita donaſſet, ut
imputaretur,per Docto.in d.l. in quartã
toto tit.C.de donat.quæ ſub mod.
13 Fallit ſecũdo, vt nõ procedat† opinio
Bart.& cõmunis in dote data a matre ipſi
filiæ,vel a maternis aſcendentib.tũc enim
talis dos eſt aduentitia, ideo nõ imputat̃,
ut per Soc.iun.d.l.in quartam.nu.138.
14 Fallit tertio , quando † datur dos filiæ
emãcipatæ,uel alias effectæ ſui iuris, vt in
ſtatuto Piſano , quo liberat̃ mulier nupta
a poteſtate patris, tunc enim nepotes nõ
imputãt dotem matris in legitimam aui.
Cec.dicta l.illam colum.fin.Soci.iun. di-
cta l.in quartam nu.138.Graſſ.dicta quæ-
ſtio.24.verſi.primus caſus. & idem ſi poſt
dotem datã filia emancipetur,vt per Soc.
& Graſſum , & alios ſupra relatos, & cum
iſtis limitationibus tãquam claris,& indu-
bitatis tenent Doctor ſuperſcripti poſt Pi
cum d.l.in quartam.nu.226.234. ſubdens
Soci.iun. d.nu. 138.quod in practica non
eſſet ab eis recedendum.

Fallit quarto,vt omnino, & indubitan-
ter nepotes non imputent, quando ſucce
15 dunt† cum alijs nepotibus,qui ſunt in pa
ri gradu,non autem , ſi ueniant cũ patruis
ad hęreditatem aui, nam tũc quãdo con
currunt cum nepotibus cum ſuccedãt nõ
repræſentando perſonam matris,ſed iure
proprio veniãt , non tenentur imputare,
ſed ſi uenirent cũ patruis, & ſint in remo-
tiori gradu, & neceſſario repræſentẽt ma
trem, tũc ſicut mater imputaret per dicta
l.quoniã in nouella.C. de inofficio. teſta-
men.ita etiam ipſi tenerentur imputare,
iſta fuit originalis diſtinctio Baldi in dicta
l.illam.& conſ.342.Caſus.lib.2. quam ſe-
quitur Salic.dicta.l.quoniã nouella. & in
l.ſcimus.C.de inoffi.teſtamen.Imol.dicta
l.in quartam.col.penult.qui dicit æquam
& rationabilem.Bened. in ca. Raynutius.
par.3.num.8.& illam ſequitur,& commu
nem teſtatur Dec.in d.l.illam.circa finem
Socin.iun.dicta l.in quartam. nume. 143.
verſi.& licet.ſubdens, quod tota hęc quæ
ſtio pendet ab illa diſtinctione Bal.& eam
ſequitur Rip.d.l.in quartam.numer.198.
poſt Imol. Salic.Ancha.Cor.Cap.Plumb.
Sperell.& alios per eum relatos, quamuis
contrarium teneat Fulgoſ.& Romã. quos
refert,& ſequitur Alex. in dicta l. illã ver-
ſic.nec eſt bona diſtinctio quam Baldi di
ſtinctionem etiã reprobat Nico. de Vbal.
de ſucceſſio.ab inteſta.par.prima,quęſt.3.
num.24.Quod ſi extraneus fuit ab auo in
ſtitutus,quod tunc nepotes non imputẽt
tenuit Fulg.in d.l. quoniam nouella. quẽ
refert ibi Caſtren.in fin.Rip.d.nu.198.&
videtur habere æquitatem licet Caſtren.
contradicat.

Plures

Plures alias quæſtiones in hac materia po
nit Rip. in d. l. in quartã qui multũ clare
& magiſtraliter loquitur & alii omnes re
petent. Burſat. conſ. 189. nu. 22. 25. & ſeq.
Riminal. Iun. conſ. 379. num. 38. cum ſe-
quen. lib. 4. Et quia omnino videndi erunt
ab his, qui plura de hac quæſtione deſide-
rant, ideo finem facio.

## Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, an includat patruum ita ut ipſe matrem Trebellianica excludat, ſi per ſtatutum legitimam conſequatur.

### *DECISIO CCXXXXVIII.*

1 *Statutum ciuitatis Hipporediæ, matrem ſuc ceſſione filiæ excludentis, declaratur.*
2 *Filiorum appellatione non ueniunt filiæ in odioſis.*
3 *Statutum odioſum, & exorbitans ſtricte eſt interpretandum.*
4 *Statutum excludens matrem eſt odioſum.*

STATVTVM Ciuitatis
Hipporediæ, cuius verba li-
1 cet non plene recitat † Ru-
be. conſ. 145. Tenor ſtatuti.
dicit, ꝙ mater non ſuccedat
filijs, niſi in legitima, & tale ſtatutum ſit
francum & præciſum. Mortua filia quam
pater inſtituerat, & patruum ſubſtituerat
mater volebat hæreditatem filiæ, & reſti-
tuere fideicommiſſum detracta legitima
& Trebellianica, quęſitum fuit an id ma-
tri liceret.

Et in illius fauorem adducebatur quod
ſtatutum excludit matrem a filiorum ſuc
2 ceſſione, non aũt filiarum, quia † in odio
ſis filiorum appellatione nõ veniunt filiæ
l. 2. D. de lib. & poſth. Arch. in c. ſi quis ſua
dente. 17. q. 4. l. 1. §. quare. vbi gl. in verbo
filia. D. de vent. in poſſ. mitten. Alci. in l. 1.
D. de verb. ſig. Rol. in conſ 73. n. 22. & 23.
per l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſta.

Item quia ſtatutum nõ dicebat expreſ
ſe, quid dicendum, quãdo cõcurrebant pa
truus cũ matre, ergo remanebat in diſpo
ſitione iuris communis per quod matri le
gitima, & Trebellianica debetur ſuper fi-
lij hæreditate.

Tertio, quia ſtatutum iſtud licet uidea-
tur fauorabile, cum ex verbis eiuſdem ad
datur ratio fauore agnationis, ut per Rol.
conſ. 80. nu. 5. lib. 4. poſt Ruin. in tract. de
ſtatu. art. 8. quæſt. 25. tamen cum ſit exor
bitans, & excludat matrem a luctuoſa filij
3 ſucceſſione, † ſtricte intelligendũ eſt. Ro-
land. d. conſi. 80. num. 17. li. 4. qui videtur
loqui in caſu noſtro. Nat. conſ. 514. nu. 20.
Et ideo ſi ſtatutum factũ fauore agnatio-
nis dicit, quod ſtantibus fratribus, filia nõ
ſuccedat, frater patris non excludet filiã.
Rolan. cõſ. 156. per totum illud conſ. li. 1.

Quarto pro hac opinione allegabatur
conſilium 145. Rub. qui multis aliis ratio
nibus rem hanc pro matre defendit, & cũ
ſit Doctor magnę authoritatis, nec habe-
at contradictorem, non uidebatur ab eius
ſententia recedendum.

Pro patruo adducebatur, quod ſtatutũ
illud erat factum fauore agnationis, ideo
erat extendendum, ita ut patruus tãquã
agnatus matrẽ excluderet de altera agna-
tione exiſtentem, & filiorũ appellatione
filiæ comprehẽderentur ex uera interpre
tatione, de qua dixi latè infra deci. vltima
4 Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ ſtatutum † ex-
cludens matrem eſt odioſum, ut per Nat.
conſ. 514. nu. 18. verſic. & quod ſtatutum
poſt Io. An. & Ang. ibi relatos, vnde licet
in capite fauorabili videatur poſſe latã ca
pere interpretationem, tamẽ odiosũ præ
ponderat, cum ſit in dubio facienda inter-
pretatio, quæ iuri cõmuni magis accedit.

Secũdo, quod verba ſtatuti videñt ſal-
tem tacite includere etiam patruũ ad ex
cluſionem matris cum generaliter matrẽ
excludat a ſucceſſione. Vtrum huic funda
mento, & aliis reſpondebatur præſertim
ex his, quæ late ſcribit Rub. d. conſ 145.

Cauſa hæc fuit diſputata, referẽte Do-
mino Compatre meo Domi. Guerillo, &
uota fuerunt ſecta, & ego cũ aliis aliquot
ex Dominis eramus cum opinione Rube.
ſed cum uota eſſent patria, nec uelle pri-
uilegio Præſidis uti, de quo alias dixi pro
curaui, ut concordaretur, hortatuſque
ſum ciues Hipporediæ, ut ad euitandum
litium anfractus ſtatutum illud declara-
rent iuxta opinionem Rubei, quæ uidetur
æquior.

Reductio



## Reductio ad æqualitatem an fieri poſſit, ſi multo tempore fuerit facta uno modo oneris diſtributi ſolutio.

### *DECISIO CCXXXIX.*

1 *Onera alterius quis portare non debet.*
2 *Antiqua obſeruantia ſeruanda. & nu. 10.*
3 *Immunitati præſcribitur per triginta.*
4 *Læſio probanda eſt habita conſideratione ad tempus alienationis.*
5 *Remedium l. 2. C. de reſcin. uen procedit etiã in diuiſi one.*
6 *Aequalitas in diſtributione ſeruanda eſt.*
7 *Grauamen ultra modum facultatum fieri non poteſt.*
8 *Cenſus diminuitur, bonis diminutis.*
9 *Præſcriptio non currit in actu reiterabili.*
11 *Tex. in l. qui ſe grauatos. C. de cenſibus examinatur.*
12 *Error calculi peti poteſt vſque ad triginta annos.*

VALLIS Peruſiæ in patria
noſtra Pedemõtana penes
Pinaroliũ diuiſa eſt in qn-
que parochias, quam ca-
put eſt parochiæ Peruſiæ.
Fuit inter dictas parochias illud antiqui-
tus obſeruatum, ꝙ in ſolutione taxarũ, &
ſubuentionum occurrẽtiũ, quæ ſoluuntur
Sereniſſimis Ducibus nr̃is Sabaudiæ, una
quæq; parochia. (ſaluis duab. ex minimis,
quæ faciebãt vnum corpus in hac ſolutio-
ne) ſolita fuit ſolutionẽ facere pro quarta
parte nulla facta diſtinctione facultatum,
& honorum, ac redditum ipſarum paro-
chiarum. Accedit nunc, quod in ſoluendo
taxu aureorum mille ꝑ dictam parochiã
fuit iuxta ſolitum factum compartimen-
tum, & aſſignata quarta pars taxus pro ſo
lutione ipſi parochiæ Peruſię. dicta paro-
chia reclamat ad hoc compartimento, di
cens ſe grauatã, & habuit recurſum ad Se
natum, coram quo petiit, quod iſtæ ſolu-
tiones, quæ fiunt per totam uallẽ, reduce
rentur ad ęqualitatem, ita ut compartitio
fieret ad plus, vel minus iuxta ſingularum
parochiarũ facultates, ne pauperiores ad
inſtar ditiorum onerarentur. Reclamant
aliæ parochiæ, ſed in progreſſu litis tres ex
dictis parochis liti renuntiant, & acquie-
ſcunt petitioni Peruſiæ, ut fiat æqualatio
petita, ſola Pinachia una ex dictis paro-
chiis remanet in contradictorio. Quæſitũ
fuit in relatione iſtius proceſſus, & cauſæ
an eſſet concedenda ęqualatio iuxta peti
tionẽ Peruſiæ, & plura hincinde per Do-
minos aduocatos ambarum partiũ addu-
cebantur.

Et in primis, ꝙ non eſſet facienda perę
quatio in fauorem parochiæ Pinachiæ, ſe
quentia adducebantur. Primo, quod licet
vallis prędicta generaliter diceretur Peru
ſiæ, nihilominus ipſe Parochiæ inter ſe
erãt diuiſæ regiſtro, & finibus, & nomine.
Vnde etiam erat ſolucionũ facienda ſepa
ratio, cum ſeparatorum diuerſum ſit iudi-
cium, vulga. l. Papinianus. D. de minor. &
1 vnus † non debet alterius onera portare,
toto titu. C. ne mar. pro vxor. & ne fil. pro
parte. l. prima. C. vt null. pro alien. debito
conuen. libro 11.

Secũdo, quia ita erat per multos annos
obſeruatum, ut parochia Peruſiæ cõcurre
ret integraliter pro quarta parte, nec un-
2 quam fuerat reclamatum, † vnde erat hęc
antiqua obſeruãtia ſeruãda, præſertim cũ
detur ſolus annus ad recurrendum in hoc
caſu, per tex. expreſſum. in l. qui ſe graua-
tos. C. de cenſib. lib. 11. Bar. in l. formã. §.
ſi quis veniam. D. eo. & cum minime mu
tanda ſint, quæ antiquam formam ſemꝑ
habuerũt, & diuiſioni præſcribitur per tri
ginta. Cagn. in l. 2. num. 194. C. de reſcin.
3 uẽdit. prout etiam ipſis † oneribus, ſeu im-
munitati, ut per D. Solã in gl. decretorum
tit. de iu. emphy. car. 42. n. 12. Et quamuis
dici poſſet fuiſſe forte antiquitus id obſer
uatum, quia facultates, & redditus erãt pa
res, ideo auctis vnius facultatibus eſſe etiã
pro ſua portione in alterius exonus cõtri
butionis partionem augendam Tamen re
ſpondebatur, quod iam facta erat diuiſio
parochiarũ, quæ inſtar erãt alienationis.
gl. ĩ l. inter omnes. C. de pręd. min. Bal. in
l. generali. C. de ſecũ. nup. Sed in alienatio
4 ne nõ cõſideratur læſio ſuperueniens † ex
poſt facto, ſed oportet illã probare de tẽ-
pore contractus, & ipſius alienationis. l. ſi
uoluntate. C. de reſcind. ven. c. cũ dilecto.
c. cum cauſa &c. ad aures de reb. eccl. nõ
alien. Cagn. in l. 2. nu. 215. verſ. primũ eſt.
5 C. de reſci. uen. cuius remedium † ꝓcedit
etiam

etiam in contractu diuiſionis.Gozadi. cō-
ſil.44.Cagnol.in d.l.2.num.59.Ratio eſt,
quia omne commodum, & incōmodum
poſt contractum cōtingēs acquiſitori ſpe
ctat.l.1.C.de peric.& commo.rei uēdi.&
in ſimili Non.conſ.32.vnde fit,quod ſi ali
cui conceſſa ſit immunitas onerum,tamē
ſi contingant caſus grauatorij nō extātes
tēpore cōtractus, nihilominus durat im-
munitas,ut ꝑ Dom.Ozaſ.deciſ.91.& qua
tenus augmentum aliquod ſit factum, eſt
factum induſtria hominum illius loci ita
ſeparati, vnde non eſt in alterius commo
dum producendum.l.vnica.C.de alluuio.
Tertio adducebatur in terminis conſi.
Riminal.iun.423.
Pro contraria uero parte, & in fauorē
Peruſiæ non minora adducebantur.
Et primo,qa ſumus in petitione æqua-
6 litatis,quæ in oneribus diſtribuendis † ſer
uanda eſt,cum nutritiua ſit,& conſeruati-
ua concordiæ.Socin.conſil.4. col.4.lib.4.
alias conſ.51.nu.8.lib.4. Crau.conſ. 148.
nu.13.414.nu.15.
Secunda pro hac parte videbatur tex.
ſatis clarus in l.omne territorium.C.de cē-
ſibus.& cenſitor lib.11.ibi.

## Et quod ſterilia ijs,quę culta,& optima ſunt,compenſentur.

Cui cōueniūt.l omnes.C. de operibus
public.l.pro locis.C.de annon. & tribut.li
bro 10.& l.2.C.eo cōfert tex.in l.1.& 3.
7 C.de diſcuſſionib.lib.10. & nemo † vltra
modum ſuarum facultatū grauari debet.
l.1.C de mun.patrim.Bal in l.per ſingula.
C.de diſcuſſ.ſed fieri debet diuiſio pro mo
do facultatum.l. reſcript. D. de muneiib.
& honor.gl.& Bar.in l.1.C.de apoc.publ.
libro 10.
Tertio adducebatur, ꝙ diminutis bo-
8 nis † cenſus diminuitur.l forma.§.1.D.de
cenſib.d.l.omne territorium. vbi gl. C.de
cenſib.& cenſitor. lib.11.& prædia ſterilia
adiūgi fertilibus debent,ut ipſa fertilia ſu-
ſtineāt onera ſterilium.l.1.vbi Bart. C.de
omni agro decer.lib.11. fecit etiā text.cū
gl.in c. quanti de cenſib.ubi eccleſia, quæ
ſpōte ſe obligauit ad procurationem vnā
ſingulis annis fratribus Sancti Irenei, tene
tur quoque aucto num fratrum ſi illius fa
cultates quoque auctæ ſunt ergo ſi dimi-
nutæ ſecus eſſet dicendum.
Nec videbantur obſtare contraria,quia
ad ſingula reſpondebatur,& ad primū di-
cebatur illud procedere, quādo eſſemus ī
re omnino ſeparata, in qua ſoluendo non
inſpiceretur communio,& partium diſtri
butio ꝑ quotas habito reſpectu ad ſingu-
las non vt ſingulas, ſed vt vniuerſas, un-
de non eſt illatio facienda de uno caſu ad
alium.
Ad ſecundū de antiqua obſeruantia re-
ſpondetur multis modis. Primo per hanc
obſeruantiam licet antiquam,cum non eſ
ſet decurſum tēpus triginta annorū, non
eſſe præſcriptum huic modo ſoluēdi quia
9 sūmus in actu reiterabili † cui nō præſcri
bitur per triginta,glo.& Bart in l.1.C. de
his,qui ſpont.mun.ſub. lib 10.& in l.2.§.
fin.C.de decur.Docto.in l.voluntatis.C.
de excuſa.tutor. quod præſertim ꝓcedit
in ſolutionibus factis ꝑ adminiſtratores
ciuitatis.Abb.Felin.& Dec.in cap.cum ac
ceſſiſſet de conſtit.Dec.conſi 72 nu. 50.
& hęc conſuetudo non poteſt induci, niſi
per longiſſimum ſpatium, & præſcriptio-
nē triginta, uel quadraginta annorum cū
ſit mala,& iniqua gl.in l. Domini prædio
rum.C.de agricol.& cenſ.li.11.Iaſ.in l. de
quibus.n.43.& 48.D.de legib.Crauet.de
antiquit.tempor.par.4 ſect.1.num.12.&
nume.20. vnde ſi fuit obſeruatum in uno
caſu, nō eſt hæc obſeruātia ad alios caſus
trahenda,vt in terminis collectarum con-
ſuluit Corn.conſi.142.libro primo, Alex.
conſi.68 lib.2.Feſtas de collect.par.2. c.
3.num.42.
Nec officit,ꝙ minime mutanda ſunt,
quæ antiquam formā ſemper habuerunt,
10 † quia illud uerum eſt reb. ſemꝑ ſic ſtan-
tibus, ſed ſi mutetī ſtatus rei, ut in noſtro
caſu,in quo auctæ ſunt tractu temporis Pi
nachiæ facultates,equum eſt,vt & ipſa cō
mutetur diuiſio portionum, prout de ſta-
tuto dicitur,ꝙ a principio licitum, ſi tem-
pus varietate reddatur iniquum,reparan-
dum eſt.Decius cōſ.335.Et dici ſolet,quę
de nouo emergunt nouo indigēt auxilio.
l.de ætate.§.ex cauſa.D.de interro.actio.
Anchar cōſ.23.l quæro.§.inter locatorē.
D.locati. ubi omnia intelligēda ſunt reb.
ſic ſtātibus,unde in quaque re dicitur prę
cipue in ſolutione, quod ſi tractu tēporis
efficiatur iniqua eſt per iudicē ad æquita
tem



tem inducenda implorato iudicis officio
ut dixi ſupra dec.120.emphyteota, & de
ciſ.226.Reductio.
11 Ad tex.i l.qui ſe grauatos.†multis mo
dis reſpondebatur,primo,quod nō proce
dit quādo pars ſciuit, uel ſcire debuit eſſe
hanc æqualitatem faciendum,unde eſt in
mala fide,quæ omnem præſcriptionē im
pedit.c.poſſeſſor de reg.iur.in 6.Dec.cōſi
lio ſexto,numero ſecundo,Dec.coſ.266.
& 262.Secundo reſpondetur ex ipſo tex-
tu ibi.

## Exceptis minoribus indefenſis.

Quia cum reſpub.ęquiparetur minori
bus pupillis.l.rem publicam.C.de iur. rei
pub.libro 11. eadem reſeruatio eſt ad rē
pub. extendēda.Tertio.reſpōderi poteſt
quod aduerſus temporis decurſū peti po
teſt reſtitutio,quę & ipſius minoribus cō
12 ceditur ſtāre pręſertim †errore, quo aten
to peti poteſt reparatio uſq; ad annos.30
l.calculo ubi gl.C.de adminiſtr. ter ad ci
uit.pertinen. Barto.in l.2.C.de iure fiſci.li
br.10 Quarto illa. l. procedit ī deſcriptio
ne æſtimi,& in actu non reiterabili,ſecus
ī actu reitabili,ut ſupra dixi,& tenet Bar.
in d.l.formā.§.ſi quis ueniam. D. de cenſ.
& preſertim ſi extraiudicialiter grauatus
fuerit conqueſtus,ut per Abb.in c.quia iu
dicant.3 q.de pręſcrip.ex quib.ceſſant,&
ea omnia in replicatione ſecū di fūdamē
ti dicta de alienatione,& argumento.
Ex his patet reſponſio ad Rimi.quod
non bene conſulerit.
* Senatus audita cauſæ relatione, & uiſis
allegationibus & omnib.maturè diſcuſſis
cenſuit reducendas eſſe iſtas parochias,&
cōmunitates ad æqualitatem etiā, quod
ꝑ 25.annos ſoluiſſent pro quarta.24.No
uembris 1588.referente.D.Guerillo.

## Iuramēto pſtito,an poſſit minor ope reſtitutiones teſtes ꝓducere,qui de nouo reperti ſunt.

### DECISIO CCLX.

1 *Minor an audiatur uolens poſt iuramen.
partus teſtes producere.*
2. *Probatio cōtra a iuramentum non admit
titur.*
3 *Minor aduerſus emiſſam probationem re
ſtituitur limitat.ut nu.4.*

TVTOR obtulit iuramentum
in cauſa pupilli pars iurauit
poſt aliquot dies tutor repe
rit aliquot teſtes ꝓ ſua itē-
tione fundāda † petit illos, 1
examinari,opponit,ꝙ imminebat timor
detegēdi periurii, & poſtquā pars iuraue
rat nō poſſe,niſi ad inſtātiā fiſci ꝓcedi cæ
terū quo ad partē ciuilē pclusā eſſe uiā
aliquid,quærēdi,cum ſolū Deum habeat
ultorem,tam ex iure communi,quam ex
decretis noſtris,quibus ſtātibus probatio
2 †contra iuramentum non admittitur, ut
per Deciū in capitulo tertio,numero ſex
to, & octauo de ꝓbatio poſt Bal.Romā.
& Angel.ibi relatos.per tex.in.§ fi.inſtit.
de tute.in fine & poſſe pupillum agere ꝓ
ſua indemnitate contra tutorem, qui fuit
facilis in iuramenti dilatione, iuxta nota
per Bartol.in l.ſi infanti. columna ſecūda
C.de iure deliberan. & quæ dixi ſupra de
ciſio 103.Præſcriptio. & ratio prohibitio
nis iſtius rei tā militat in minore, quam
in maiore.
Ex aduerſo dicebatur,quod ſi tutor nō
fuit negligens,poſſet pupillus in integrū
reſtitui aduerſus omiſſam allegationem
3 †probationum.l.ſi minor uigintiquinque
annis omiſſam.D.de minor.& admitti de
nouo in cauſa ciuili ad productionem te
ſtiū,ex not.per Caſtren. in l. tutor pupil
li.D.de iureiur. ubi etiam Corn. & ita cē
* ſuis Senatus referēte. Do. Senatore Cer
u .1587.16.Nouembris, & ad hoc facit,
quia minor aduerſus iuramentū alteri de
latum reſtituitur. Andr. Guil. practicatū
obſeruationum.libr.2.obſeruatio. 41.nu
mero 11.
4 Limitatur hac † concluſio ſi ex actis ap
pareret,quod tutor omnem exactā feciſ
ſet diligentiā pro habendis aliis probatio
nib. ante iuramenti oblationem, quia tūc
nō admitteretur maior ac probationem
poſt iuramētum, ita nec pupillus cùm ni-
hil omiſſum ſit, & uideī hoc inuere tex.
in d.l. tutor pupilli. & cū hac limitatione
in eadem cauſa trāſibat Eccellentiſſimus
Senatus.

## Iudæus blaſphemãs qualiter ſit puniendus,& ꝑ quẽ iudicẽ, & ꝗbus uerbis blaſphemia dicatur

### *DECISIO CCXLI.*

1 *Blaſphemia nõ dicitur quando quis tribuit Deo quod non eſt.*
2 *Iurans ad corpus Chriſti an blaſpemaſſe dicatur.*
3 *Contemnere Deum, quando quis iurando dicatur.*
4 *Iurare ad corpus Dei, uel ad corpus Chriſti differunt.*
5 *Blaſphemia acrius punitur in eo, qui ex conſuetudine ſolet blaſphemare, quam in eo, qui aliquando lubrico linguæ blaſphemat.*
6 *Iudæus blaſphemans qualiter puniendus.*
7 *Iudex cõpetens quis ſit in cauſa Iudæi blaſpemantis.*
8 *Iudex competens quis ſit in cauſa mota cõtra Iudeos liberos prohibitos tenentes.*

IVDAEVS blaſphemiæ accuſatus apud me fuit quod dixiſſet talia uerba, dum ludere cartis, *Al corpo di Chriſto la ſara coſi*, Quæſitum
1 fuit an eſſet blaſphemia, et qualiter plectẽdus, Et regulariter talia uerba quę nõ† tribuunt Deo, aut Sanctus, quod uerum non eſt non inducunt blaſphemiam, niſi id dictum appareat contumeliam, ut ſi quis iurat per membra pudibunda Sanctorũ, uel Dei, quia uidetur in contẽptum dici. Anan. in ca. 2. colum. 9. de maledicis ſumma Silueſtri. in §. blaſphemia, & latiſſime Boer. in quæſt. 301. per totam. Quintilia. Mandoſ. in tractatu de ingratitu. c. 62. in grat. 108. & ideo ſi quis iura per corpus, uel caput Dei, uel mẽbra Dei ponitur, ut eſt tex. ibi Bart. in auth. ut non luxurien. contra natu. & in ca. ſi quis per capillum. 22. quæſt. 1. Anan. in dicto cap. 2. colu. 9. uerſicu. eſt ergo ſciendum. & ratio eſt, ꝗa Deus non habet mẽbra, aut corpus, ut quidam hæretici dixerunt, Archidiac. in dicto cap. ſi quis per capillum. 22. quæſtio. prima. & Anã. in dicto capitulo ſecundo. columna nona, in fine glo. prima & iſtud procedit, quando talis iurans intelligit de Deo, ideſt Diuina natura, ut per Archi. in d. c. ſi quis per capillum.

2 Sed ſi ĩtelligitur de Deo, ideſt de† diuina perſona filii, qui corpus ſucepit nam ut in Euãgelio, legitur, *Spiritus carnẽ, & oſſa nõ habẽt, ſicut me uidetis habere, &c.* Tũc etiam aliqui dicunt eſſe blaſphemiã iurare per mẽbra Chriſti, quia eſt iurare per Creatorem, ut dicit Archid. in d. ca. ſi quis per capillum Anan. d. cap. 2. col. 9. in fine. glo. 1.

Alii uero dicunt, quod non eſt blaſphemia, ut ſentit apoſtil. ad Abb. in capitul. 2. de maledi. & idẽ ſentit Soci. in diffinitione blaſphemiæ conſilio. 102. libro primo & conſil. 119. libro quarto. S. Thom. 2. 2. q. 13. art. 3. c. 4.

Quidã uero, & cõmuniter diſtinguũt quod ſi id dicat iurãdo, uel affirmãdo aliquid, tunc nõ dicatur. blaſphemia, ita Hoſtien in ſumma de maledi. §. fi. in pri. ubi exemplificat. Burgundionibus, ſequitur Hoſtien. Anan. dicto capitulo ſecundo, in gl. 1. in fi. Silueſt. in §. blaſphemia addi. ad Abb. in. d. c. 2.

Secus uero, quando in contẽptum dicitur, ut etiam faciunt Francigenæ, & ita tenent Doctores ſupra relati, & Boer. dicta deci. 301. num. 14. qui dicit id facere Italos, qui iurant corpus, & ſanguinem Chriſti dicendo, *corpo de De*, Poteſt autem in
3 telligi in contemptum† duobus modis. Primo ſi iuratur per membra pudibũda, ꝗa tunc eſſet blaſphemia, & ita tenet Anã. in dicto cap. 2. col. 9. in fi. glo. Silueſtr. in dicto. §. Blaſphemia Boer dicta dici. 31. colum. 1 uerſicu. quinto. Secundo ſi iurat̃ in act. illicito, ut puta in ludo, & cum ira, uti exemplificat Silueſtri. in dicto §. blaſphemia. Tertio quando etiam extra actũ illicitũ, ſed ſine propoſito, & irreuerẽter dicitur ad corpus Dei, prout faciunt Itali, & loquitur Boe. in dicta quaſtione. 301. numero 14.

Item ſi dicatur, ad corpus uel ſanguinẽ Chriſti, ut faciũt Itali prout refert Boer. dicta deci. 301. num. 14. ubi uult, quod ea etiã ſit blasphemia ac ſi diceretur ad corpus Dei, quæ ipſe purificat. & quod Italia uerba ſonent in blaſphemiã, tenet Ioann. de Anan. in cap. nonnullis. de Iudæ colũ. penultima, dicẽs, quod in aliquibus locis etiam ſtatuti imponitur certa pœna contra





tra iurationes per corpus, vel ſanguinem Chriſti.

Ego tamen ſemper facerẽ differentiã,
4 †an dicat̃ ad corpus Dei, uel corpus Chriſti, nam quamuis vtraque videatur aliquo modo blaſphemia, & irreuerentia, tamen prior magis ſcandaloſa eſt, cum poſſit recipere non tantum ſensũ irreuerẽtiæ, quatenus intelligatur de Deo, ideſt Diuina ꝑſona filii Dei, IESV CHRISTI Saluatoris noſtri quam etiam hæreſis, & blaſphemię, intelligendo de Diuina natura, quę corpus non habet, & ita uidetur ſentire Anan. in dicto cap. 2. col 9. verſic. in ea gl. in fi. de maledi. Certum enim eſt etiam in blaſphemia diuerſos eſſe gradus, vt alia ſit grauis, alia grauior, & alia leuis, & alia leuior, & iuxta earum grauitatem plus vel minus quem puniẽdum eſſe, prout ſentit Silueſtr. in d. §. blaſphemia. & Franc. Marc. q. 509. vbi de vno, qui fuit viuus excorriatus, & Boer. d. q. 301. nu. 16. 17. de eo, qui fuit combuſtus.

Magis vero punitur, qui id facit ex conſuetudine, quamuis qui ſemel vel bis lubrico lingue, †ſecundum Alexan. conſil. 72.
5 inſpecto. nume. 8. lib. 1. Anan. dicto ca. 2. colu. 9. vbi vult, quod qui ex conſuetudine hoc facit, puniatur pœna authẽticæ, vt non luxurien. contra natu. Ille vero, qui ſemel tantum, puniatur pœna torturę uel alia pecuniaria, & Anan ſequitur Boer. dicta quęſtio 301. numero 11. verſicu. quare non ita. Iaſ. in l. ait pretor. § iurari. nu. 13. & 14. de iureiur. vbi quod poteſt etiã poni ad catenam arbitrio iudicis, & quod reiteratio blaſphemiæ acrius puniatur, tenet Franc. Marc. quæſt. 509. num. 8. & ita communiter ſtatutis cauetur, vt per Boe. dicta quæſt. 301. num. 15. Et in patria noſtra extat contra blaſphemos tam Chriſtianos, quam Iudęos decretũ antiquum Amed. lib. 1. c. 3. & c. 2.

In propoſito autem caſu Hebręi ita iurantis videtur quidẽ non eſſe blaſphemia cũ nõ attribuat Deo, vel Chriſto, id quod nõ habet, nec aliquid mali de Chriſto Saluatore noſtro dixit. Vnde non videtur habere locum tex. in ca. nonnullis. in fine de Iudæis.

Et ſi dicatur, quod licet non ſit blaſphemia, tamen nõ licere Hebræo nomẽ Chriſti in vanũ aſſumere, immo nec per eum iurare, quia cum in eũ nõ credat uidetur id in contemptũ facere, vt voluit Bart. in proęm. Digeſtorum. nu. 2. & Alexand. in l. tertia. § iurari. num. 4. de iureiuran. Ideo cum Hebræus non poſſit iurare, vt etiam voluit gloſſ. 2. in authentico iuſiura. quod præſtatur ab his. & Alexa. ad Bar. in dicto proęm. Digeſtorum. ſi hoc facit male facit vnde erit puniendus, cũ faciat cõtra legem: poſſet ad hoc reſpõderi, quod Doct. ſupradicti dicunt, quod nõ poteſt quidẽ Hebræus ita iurare, vt obligetur, tamẽ nõ ſequitur, quod ex hoc dicatur blaſphemare, aut etiam delinquere. Quinimo, & aliqui volunt ipsũ poſſe ita iurare, vt voluit Cagn. poſt alios ibi relatos in d. l. proæm.

Ego videns hæc verba, licet in blaſphemiam non ſonent, eſſe tamen ſcandoloſa præſertim in Hebræo, abſolui eũ a pœna
* blaſphemiæ, quę erat 25. ſcut. iuxta Decretum ſuæ celſitudi. Et illũ condemnaui in libris 25. monetæ nouæ, tertia ꝓ loco, tertia fiſco, tertia accuſatori applicãdis 1562 menſe Iulii. Quæ ſententia fuit per Senatum confirmata.

Præſuppoſito autẽ quod Iudæus uerę blaſphema uerba protuliſſet. Quæſitũ fuit
6 qua pęna† eſſet puniendus. Et quidem putãt hoc reſidere in arbitrio iudicis habita ratione qualitatis blaſphemiæ, tẽporis ẽt, & loci. glo. in capit. in nonnullis. in verbo animaduerſione. de Iudæ. & eã ſequuntur Antonin. in ſumma parte ſecunda, tit. 12. capitulo tertio. §. tertio, & Silueſtri in §. Iudæus. numer. decimo, Alexan. conſil. 233. ponderatis. lib 9. col. 1. vbi etiam concludit, quod Hebræus retinens libros in quibus oratur contra Chriſtianos non ſit puniendus.

Alii dicunt puniendum pęna capitis ꝑ authen. vt non luxurien. contra naturam. & ita tenet Hoſtien. de Iudæis. §. & in quibus. verſiculo cũ autem. Et videtur tex. in l. ſecunda, C. de Iudæ. ubi comburitur Iudæus, qui lapidat Iudæum factũ Chriſtianum, ſed dicta l. ſecunda videtur corrigi per legem Iudęi. la ſeconda. C. de Iudæi. ubi Iudæus circuncidens Chriſtianum punitur ſolum bonarum confiſcatione, & ꝑ legem Iudæos C. eodem. vbi ſolũ modo amittit priuilegia. Nec obſtat dicta authẽtica, ut non luxurien. quia illa nõ obſeruatur in crimine blaſphemiæ, vt per Calder.

in conſilio 2.in tit.de Iudæ.& ꝙ puniatur
ſolum pœna pecuniaria,tenet Bal. conſil.
110.in fin.libro 2.dicens tamen,quod de
bet banniri propter ſcandalum euitandū,
& quod mitius punietur, ſi talem blaſphe
miam protulerit prouocatus,& non ſpon
te.

Sed quod etiam corporali pœna puniē
dus ſit tenet.Anchar.conſilio 15.colu.ter-
tia.in princip.exemplificans in Iudæo ꝓii
ciente immunditias ſuper Cruce,cum fie
rent Litaniæ.Et in Iudæo,qui contemplit
Crucifixum,dicēdo. *Poſs'io eſſer ſoſpeſo co
me colui,che e la*,reſpiciens crucem, cū nō
eſſet blaſphemia,ſed ſolum maledictum,
fuiſſe punitum in ſolidis quingētis regal.
dicit Hoſtien.in dicto §.in quibus. verſic.
cum autem. prout etiā fuit punitus in pæ
na pecuniaria ſolummodo quidam . He-
bręus,qui dixit Chriſtiano , *La fede uoſtra
e da cezzo*.Socin.conſil.119.lib.4.Quo ta
men caſu ego putarem eū debere acrius
puniri etiam pœna ſanguinis,vt dicit. Sil-
ueſtri.in §.Iudæus.numero 9.verſicu.deci
mum quartū.Sed ſi talis Iudæus dogmati
zaret contra doctrinam Chriſtianam,eſſet
puniendus pœna hæreſis.Ana.in cap. po-
ſtulaſti. columu. penulti. de Iudæis. Et in
quodam Iudæo,qui dixerat fuiſſe tres de-
ceptores humani generis Moyſem,Chri-
ſtum,& Mahumetum fuit dictum eſſe con
* demnandum pœna fuſtigationis , & ban-
niendum.Et ſuperioribus annis Iudæo di
cente fidem noſtrā eſſe abuſum,& Ieſum
Chriſtum non fuiſſe Crucifixum,condem
natus fuit per me in aureis quinquaginta
& bānitus perpetuo a patria Ducali, quæ
ſententia fuit per Excellētiſſimū Senatū
cōfirmata 12.Maii.1568.Præſertim ea ra-
tione,quod in pœnis blaſphemiæ inſpici-
tur ſtylus prouinciarum.

Verum in blaſphemia cū in patria no-
ſtra ſit per conſtitutiones.Principū impo
ſita ſpecialis pœna cōtra blaſphemos in ti
tu.de blaſphem.& in ſpecie cōtra ipſos Iu
dæos in dicto cap.11.li.1.non videtur ab
ea conſtitutione recedendum iuxta not.
per Salic.in l.Iudæi.C.Iud.

7 Quæſitum etiam fuit † in eadem cauſa
cui ſpectaret cognitio blaſphemiæ contra
Iudæum,& quidam exiſtimabāt ſpectare
ad Eccleſiaſticum,vt tenet Cald.d.cōſ. 2.
de Iudæ,Aret.conſil. 158.copioſe.col.2.

Alii putabant puniendum per iudicem
ſæcularē.Bal.d.conſil.100.Si Iudęus. libr.
2.in prin.Et quod ſolum ſpectet hæc cau
ſa laico latiſſime concludit Socin.ſen. ſeu
quidā Doctor.de Valentia inter conſilia
Socin.conſilio 119.libro quarto cui ſe ſub
ſcripſit.idem Socin.& ibidem ponūtur de
cem & octo fundamenta pro hac opinio
ne.& idem tenet Ana.in dicto capit.ſecū
do de maledi.colum 11.verſi.circa prædi
cta.Hoſtiē.de Iudæ.§.& in quibus.verſic.
cum autem Iudæus,& capit poſtulaſti. in
verbo tuæ iuriſdictionis,& in capi.in non
nullis.§.fin.de Iude pulchre gl.in clemen-
tina prima.de Iudę.in verbo Principibus.
& ibi Cardin numero tertio, & Imol nu.
ſeptimo,& Anchar.in ſecundo notab. &
pro hac parte videtur tex.in d.c. in non-
nullis de Iudæ.

Tertio fuit opinio aliorum dicentium
quod ſit mixti fori,& ſit locus præuentio-
ni Felin.in capitu.poſtulaſti.de Iudæ. nu-
mero quarto.& ibi Ioan.de Anan.colum.
fina.circa fi.quem ſequitur Calderin.dict.
conſilio ſecundo de Iudæ Præpoſi.in cap.
gaudemus numero quinto.vſque in fi. de
diuort.& facit tex.in cap.poſtulaſti. de Iu
dæ.Et ſi puniatur per vnum , etiāſi mitior
ſit pœna, nō poterit tamē poſtea per aliū
puniri,Calderi.dicto conſilio ſecundo,co
lum.ſecunda.verſi.vbi enim.ſed in hoc cō
trarium tenet Anch.conſi.15.in fi.& for-
te melius,ne delictum remaneat impuni-
tum in totum,uel in parte,& cum hac opi
* nione Anchar.trāſiuit Senatus in cauſa cu
iuſdā Hebręi Cunienſis. 18.Nouembris.
1570

Quando autē Iudæus directo blaſphe-
mat in finem Catholicā , uel tenet libros
prohibitos , quos Talmudicos appellant,
8 †an cognitio ſpectet Eccleſiaſtico , vel ſæ
culari,vide Anchara in cap.ea,quæ.nume
ro 12.quæſtio.ſexta.de reg.iur.libr.6.Ho
ſtien.capit.gaudemus,de diuort.Soc.ſen.
conſi.66.colum.9.li.1.Burſat. conſil.90.
in primo,& ſecūdo dubio.li primo.Port.
conſ.4.per totum,& hæc quęſtio eſt maſ
ſime dubia,ideo illam vlterius examino,
ne longior ſim.





## Societas,q̄ morte finitur, quā do in hæredē ſocii durare poſſit.

### DECISIO CCXLII.

1 *Societas morte ſoluitur limita,ut nu.5.*
2 *Societas non durat in hæredes defuncti, li
cet expreſſe conuentum aliter eſſet.*
3 *Iuramentum non facit contractum tranſi
re ad hæredes.*
4 *Societas,licet finiatur morte , commoda ta
men & emolumenta cum hæredibus diui
di poſſint.*

CONTRACTA fuit ſocie-
tas in cōdictione vnus p̄-
dii,& pendente cōductio
ne deceſſit aliter.Sociorū
ſocius ſupereſt,prætendit
1 finitam†eſſe locutionem per mortem ſo-
cii.§.ſoluitur.inſtitu.de ſocieta.l. actione
§.morte. ff.pro ſocio.nec ad hæredē tran-
2 ſit,†etiamſi expreſſe cōuentum ſit,ut hæ-
res ſocius ſit.l.nemo poteſt.l.adeo in pri-
cipio.ff.eod.pręterquam in conductione
vectigalium cōcurrentibus tamen requi-
ſitis,vt in glo.in dicta l.adeo.& late deciſ.
Pedemō.76.ex ratione adducta per Bar.
in dict.l.adeo.communiter approbata,&
etiam,quia in ſocietate videtur electa in
duſtria perſonæ,quæ ceſſat in hærede. Et
quod nō tranſeat ad hæredes, & ſucceſſo
res,etiamſi ſtipulatio concepta fuerit pro
hęredibus,& ſucceſſoribus,conſuluerunt,
Corn.conſilio 121 libro primo.Dec.cōſi
lio 213.Ruinus conſilio 90.lib primo,Ro
man.conſi.106.Pariſ.conſilio 25.nu. 55.
volumine tertio,Alexa.conſilio 60. volu-
mine ſeptimo,& 110 numero quinto,vo
lumine tertio, Cæphal.conſilio 248. nu.
18.Bertran conſilio 91.numero ſecundo,
volumine 1.Pariſ.conſilio 84.& 68.uolu-
mi 1.Menoch.conſil.12.numer.12.uol.1.
Sebaſt.Medic.in tract.Mors omnia ſoluit
parte 2.concluſione 103.numero 288.&
ſequen.

Nec obſtat iuramentum,quod facit cō
tractum trāſire ad hęredes,vt tradit.Ioā.
Fab.in dicto §. ſoluitur.inſtit. de ſocieta.
quia opinio Fabr.eſt ſingularis , & contra
3 †eum tenuit Alexan.ponderādo ibi Bart.
in dicta l.adeo.ff.ꝓ ſocio.& Curt.ſen.con
ſilio 53.Grat.conſi.15.num,28.& nu.36.
ubi teſtatur de communi Franc.de Marc.
q.211.nu.3.quia iuramentum intelligitur
ſecundum naturam actus cui adiicitur, &
quod ſocietas ſoluatur morte,non obſtā-
te pacto iurato,tenet Cap.deciſione 174.
nu.5.

Econtra hæres ſocci contendit nō eſſe
finitam ſocietatem,quia expreſſe actū fue
rit,uel ad hæredes tranſiret , ſed ꝙ magis
urget,inquit ipſe ambo ſocii cōduxerunt
ſimul,& locatio facta legit ambobos, no-
minatim,unde licet ꝑ mortē alterius diſ-
ſoluta ſit ſocietas,ex qua negotia ſpectan
tia ad ſocietatē gerebātur communiter ta
mē hæres nō poteſt expelli de conductio
ne pro eius virili,quia res cōducta poteſt
diu cōmode inter ipſos, & dato ſine veri
pręiudicio,quod ſocius eſſe nō poſſit per
4 diuiſionem,commoda†tamē, & emolu-
menta prouenietia ex conductionę erūt
communia,non ſolū ea,quæ ante mortē,
ſed & ea,quæ poſt mortem ſocii percipiē
tur l.verum.§.in hæredē.vbi gloſ. & in l.
actione.§.ſi in rem certam.& §.morte.ff.
ꝓ ſoc.& ita declarat Pet.de Vbal.in tract.
de duob.frat.par.2.n.3.& Corn.in conſil.
122 li.1.Hyppol.Riminald.conſi. 52. nu-
* me,114.lib.1.Et ſic fuit per Senatū iudica
tum finitam quidem ſocietatem,quę erat
ex conuentione & hæredem ſucceſſiſſe in
portione defuncti rerum cōductarum , ꝙ
ſi commodam diuiſionem conductio illa
non recipiat, ceſſaſſe quidem primam ſo-
cietatem ex conuentione,ſed iterum inci-
diſſe hæredem cū alio cōductore in aliud
genus ſocietatis,q̄ vocatur ſocietas inci-
dens,de quo in §.item ſi inter alios. inſti.
de obli.q̄ ex quaſi contract. ceſſabunt ita
que omnia pacta,& cōuentiones conuen-
tæ inter primos ſocios ex prima ſocietate
conuentionali ex ſuperuentu nouæ perſo
næ,& cauſę.l.ſi unus.§.ante omnia.D. de
pact.& remanebūt inter ipſos ſucceſſores
illæ obligationes,quę tacite ex natura in-
cidētis ſocietatis ſolent accidere l.itē quia
in princ.ff.de pact.

Declaratur etiā ſuperior regula , quod
ſocietas morte ſoluatur, vt nō habet locū
5 quando†teſtator mandauit hęredib.ſocie
tatem durāre,quia tunc hæres tenetur,ut
poſt Dec.Cur.Pari.& Ozaſ. ſcribit Seba.
Medic.in d.concluſ.103.nu.292.

## Homicidiũ animo deliberato cõmiſſũ, ſed in alterius perſonã cui homicida nocere nolebat, an puniatᷣ uera pœna homicidii.

*DECISIO CCXLIII.*

1 *Homicidij pœna an plectatur qui unũ pro altero occidit, & nu.4.*
2 *Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus & nu.3.*

1 OCCIDENS Titiũ animo deliberato† putãs occidere Mæuium, an teneatur pœna ordinaria.l.Cornel.& ſic pœna mortis naturalis, & dubitatum fuit, & uerum eſt teneri, nã occidit hominem dando operam rei illicitæ, quo caſu non excuſatur, licet propoſitum habuerit Titium occidendi, & negari nõ poteſt qn ſit uerus homicida, & cũ hominẽ occiderit, & ſub mandato illo Domini in Decalogo, *Non occides*, tale homicidium continebitur. Ideo ueri homicidæ pœna mulctabitur, quæ eſt capitis, ut det animã pro anima.

Item certum eſt, quod propoſuerat hominem occidere, quo caſu ex iure cõmuni punitur pœna.l.Cornel.l.is qui, cum te lo.D.ad legẽ Corneliam de ſicar. Et quã
2 uis† illa l.ex generali conſuetudine Italiæ nõ obſeruetur, ut paſſim teſtantur Doctores, tamẽ ex forma nouarum conſtitutionum Sereniſſimis Ducis noſtri li.4.titulo *Dell'inſulto con animo deliberato*.res reducta eſt ad terminos legis antiquę, & ſic punitur propoſitum, licet non ſequatur effectus. Et pro hac opinione adducebatur Cl. in §.homicidium.nu.6.uerſ.dicunt etiam qui alios multo ad hoc propoſitum allegat dicens nihilominus quod hoc caſu tale homicidiũ eſt gratiabile, & quod talis homicida ſit pœna mortis plectendus expreſſe tenet Vaſq.controuerſ.illuſtr.capitu.96.nume.32.uerſiculo.ſed quid ſi poſt Bartol.in l.reſpiciẽdum. §.delinquunt. in fin.D de pœnis. Tertio pro hac opinione ego adducebam tex.ſatis clarum, & in terminis in l.eum, qui nocẽtem. §. ſi iniuria. D. de iniu.ubi hoc caſu inquit Paulus præualere quod principale, eſt iniuriam mihi facere uelle, nam certus ſum ego licet ille putet me alium eſſe, & ibi gloſſ. & Doctores.

In contrarium adducebatur dicta generalis conſuetudo Italię, quã etiam in Gal
3 lia† obſeruari teſtatur. Carol. de Graſſa. libro 1.Rega.Frã.iur.7.in §.ſimiliter.leges punientes affectũ. Et ad decretum allegatũ reſpondebatᷣ, quod remittit pœnæ moderationẽ arbitrio Senatus, quo caſu receditur a pœna ordinaria quę eſt mortis naturalis, per ea quæ dicit Barba.conſ.23.libro 2.in fine.& dixi ego ſupra deciſio. 12 & 161.& hoc elicitᷣ ex ipſius decreti uerbis, dum adfert pœnã.l. Iulię de ui publica, quæ non eſt capitalis, ut dixi ſupra de
4 ciſio.35. Et quod tali caſu de iure† communi, is, qui unum pro alio occidit, nõ teneatur pœna mortis tenet Carrer. in ſua practica crimina.§.homicidium. quęſt.3. ubi per multas col.hanc quęſtionem examinat. Placa.in epitom.delictorum. c.27. nume.1. Alba.conſi.30.n.12.dicens communem, & poſt omnes de cõmuni teſtatur. Clar. pro qua D. Vaudus inter quęſtiones ſuas lib.1.quæ.46.citat text.in l.illud relatũ.§.ſi quis hominem D.de iniur. Facit, quia homicidiũ, quod ſine dolo fit, ſed caſu tantum, & culpa, non punitur pœna ordinaria, ſed extra ordinam. Boſſ.in titu.de defenſ.reor. num.68. Clarum enim eſt, non fuiſſe hic animum Titium occidẽdi, quo caſu pœna minuitᷣ, ut per Clar. in dicto §.homicidium.nume.3.licet fuerit animus quo ad aliũ. Nec obſtãt allegata in contrariũ, quia uno uerbo ad omnia reſpondetur, quod non omnino ille occiſor excuſatur, ſed ponitur pœna homicidij, uerũ nõ adeo grauiter ac ſi eum quem occidere uolebat occidiſſet. Finge enim uoluiſſe homicidã, (ut in caſu propoſito de quo coram Senatu agebatur) occidere aliquem ualde egregium uirum, & nobilem & in magna dignitate conſtitutum, & uilẽ perſonam occidiſſe certe magis inſpiciendum, quod in ueritate eſt, quam quod in exiſtimatione.ex d.l.cum, qui nocentẽ.§. ſi iniuria.per quem tex.putabam ego potuiſſẽ de iure ſuſtineri primam opinionẽ in pœna enim legis Cornelię nõ habetur cõſideratio qualitatis occiſi, ſed id tantũ, an hominẽ dolo occiderit.l.1.D.ad l.Cornel.de ſicar. Nec an unum pro alio occide

rit,



rit, ſed tamen an occidendi animo hominẽ occiderit.l.2.ff.de eo. Nihilominus, vt eſt Eccellẽtiſſimus Senatus ſemper in pœnis, mitior, & clemens, ſecundum hãc mitiorem opinionẽ cenſuit, in caſu ſatis ar-
* duo cuiuſdam Tagliaferri de Cherio, qui proponens occidere quendã nobilẽ Chérienſem Scloppo a Rota illius nobilis famulũ vulnerauit, qui poſtea mortuus fuerat. die.17. Decembris.1585.

## Fatalia in cauſa appellationis, an & quãdo poſſint pacto litigantium prorogari.

*DECISIO CCXLIIII.*

1 *Fatalia non poſſunt pacto litigantium prorogari. & nu.2.3.& 4.*
5 *Fatalia etiam per multos annos poſſunt a partibus prorogari.*
6 *Fatalium tempus cõpromiſſo prorogatur.*
7 *Fatalia per procuratores prorogari non poſſunt.*
8 *Fatalia non poſſunt niſi per ſcripturam prorogari.*

FATALIA in cauſa appellationis, an poſſunt pacto litigãtiũ prorogari, anceps eſt q̃ſtio per ea, q̃ ſcribunt Doct. in c.ex ratione.de appel. Et
1 quod non poſſint † prorogari, uidetur facere ratio vtilitatis publicæ, ut quamprimum finis litibus imponatur.c.finem liti. de dolo.& cõtuma. Iſta enim rõne videntᷣ fatalia adinuẽta, ne rerũ dominia perpetuo ſint incerta, iuxta l.properãdum.C.de iud.& hoc dicit Caſſado.in titu.de appel. deciſ.9.n.5.ſed pacta cõtra ius publicũ facta non valent.l.pacta. de pact. ergo.&c. Secundo, facit tex.in l.nemo quę eſt l.3. C.de tempor.appell.vbi Imperator prohibet non ſolũ pacto, ſed quod maius eſt reſcripto Principis protrahi fatalia appellationum. Ad idem videtur tex.in l.oblatæ de appel.

Et hanc opinionem tenent Cyn.Ioan. Andr.Ricar.Mart.Silima.Abb.& Roman. quos refert & ſequitur Alexan.in l.properandum.in principio.numer.tertio.C. de iudich.Bertachin.in §.appellationis inſtãtia Bal.in l.Centurio.de vulgar.& pupil. Benedictus Vadius poſt fallent. Soc. nu. 46.in §.inſtantia appellationis, poſt Bald. in l.fi.§.fi.C de emptor.app. Ant.de But. in d.c.ex ratione.ita ut hæc videatur communi opi.

2 Contrariam opinionem, † quod poſſit ex conuentione partium prorogari, videtᷣ probare tex.in dicta l.fi.C.de tempor.appellatio, ibi, *uel nullum fatale obſeruare*, ubi tex.ponit rationẽ, cum inquit. *legum enim authoritatem in hoc caſu uolumus pactis litigantium mitigari*, ad idẽ eſt tex. in clem.quandiu.de appel.

Et hanc opinionem vti veriorem conatur ſuſtinere Dec.in dicto capitulo, ex ratione.numer. nono, de appellatio. Rot.in nou.tit.d.: dilat.deciſio ſecunda, numero ſecundo per tex.in authen.ſi tamẽ quam tempor.appellatio & in dicta clemẽ. quãdiu de appellatio. Ioan. Ferrar.in tractatu de appellatio.nume.156.capitulo nono. Et ſecundum hanc opinionem vti equio-
* rem iudicauit Senatus in cauſa Niceſi de Gatinaria, & Fabri, referente acutiſſimi ingenii viro Domino Mãfredo Goueano Senatore, qui multis rationibus hanc opinionem tuebatur. Quibus addebam, non tantum ratione publicæ vtilitatis, ſed etiam principaliter fauore partis fataliũ curſum adinuentũ fuiſſe, ideo fauori pro ſe introducto quemlibet renuntiare poſſe Res tamẽ apud nos redditur clara propter decretum nouum, de quo infra dicam.

3 Alia fuit Doctor.opinio, ut† concordarentur iura ſuperius allegata, quæ videntur ſibi cõtraria quod prorogari quidem nõ poſſint fatalia, ſed poſſint de partium conſenſu ſuſpendi curſu fatalium, & fuit opinio Peruſi.in d.c.ex ratione, quã refert ibi Dec.nu.9.dicens hanc differentiã eſſe uerbalem, & non realem, & per plures rationes illam reprobat.

4 Quarto fuit opinio, † quod poſſit prorogari de iure canonico, non autem de iure ciuili, vt per Imol. in l.Seius.& Augerius. ff.de verborum obligationibus, cum quo videtur inclinare Peruſi.in dicto capitulo ex ratione quam opinionem etiam reprobat Dec.in dicto capitulo ex ratione, numero 9.

Ampliatur dicta opinio Dec.quã ſequitur Senatus, vt talis prorogatio poſſit fieri

 non

n̄on ſolum per annum, uel biennium,ſed
5 etiam†per multos annos, quia militat ra
tio dict l.fin.§. fin.de tempor.appel.& d.
* clemen.quādiu.& ita cenſuit Senatus in
dicta cauſa Nicienſi Quamuis pro contra
ria allegaretur Bald.in dict.l.fi.§.fi quem
refert Alex.in dict.l.properandum nume.
13.verſic.dicit tamen.Et ex hac deciſione
& opinione Senatus īferebatur ad Decre-
tum noſtrum libro tertio nouorū Decre
torum in titu.de proſequ.appel.§.pen.dū
dicitur quod ſex menſes dari pro primo
tali poſſint de cōſenſu partium prorogari
vt intelligitur de prorogatione indifferen
ti etiā per multos annos donec durat con
ſenſu partium:nam ſi poteſt prorogari fa-
tali iure communi introductum , quod
eſt longius,tanto magis potuit prorogari
tale breuius ſtatuarium,quod facilius pro
rogatur quā fatale iuris communis , vt di
cit Benedictus Vadius in regula Inſtantia
appellationis.Bald.in extrauagan.de pace
conſtan.in uer.in cauſis.idem Bal in l.cen
turio de vulga.& pupila.quem refert.Ale
xand.in dict.l.properandum.nu.13.Quā-
uis in cōtrarium allegaretur,quod proro-
gatio videtur eſſe acceſſorium temporis a
lege.vel ſtatuto dati.Acceſſorium autē de
bet ſapere naturam ſui principalis c. acceſ
ſorium de reg.iur.& ſubrogatum ſapit na
turam temporis ad quod ſubrogatur. l. ſi
cum.§.qui iniuriarū.ff.ſi quis cautio.Vnde
ſi principale tempus eſt vnius anni , uel
biennium,vt eſt apud nos, non poterit in
longius tempus alterius anni prorogari.
Ampliatur hæc concluſio vt indubitan-
6 ter procedat,quando inter partes fuit cō-
promiſſum†per text.clarum in authenti-
ca,ſi tamen medio.C.de tempori. appel.
Specu.titu.legato.§.reſtat. uidere uerſicu.
idem ſi inſtantia.Guil.Pep.quæſti. 240.la
te per Ripam in l.nemo.poteſt de lega.1.
num.87.cum ſequen.Quod tamen proce
dit,ſi intra decem dies ſit appellatum. Ca
ſtren.in dict.authen.ſi tamen. Guid. Pap.
quæſt. 115.compromiſſum,& conſil.184.
in cauſa de præſēti.dicēs hoc procedere
etiam ſi inter partes conueniſſet de com
promiſſo faciēdo,& prorogari etiam de
cem dies ad hūc finem,dicēs ita fuiſſe iu
dicatum .ſequitur Peruſi.in d.c.ex ratione
nu.19.Marant.de ordi.iudicio.parte ſexta.
§.ſecundus,articu.nu.230.

Limitatẽ prædicta opi.vt talis proroga-
tio nō poſſit fieri per procuratorē,ſed re-
7 quiritur cōſenſus†expreſſus ipſius Domi-
ni.Bartach.de Epiſc.parte prima. column.
penulti.quæſt.13 Rip.in l. nemo poteſt.
de legat.primo.nume.88.Pro qua limita-
tione faciunt verba tex.in dicto §.fi. & in
dicta clemen.quamdiu.ibi *de partium ex
preſſò conſenſu*..
Limitatur ſecundo,vt talis prorogatio
non poſſit fieri,niſi per ſcripturā.text.eſt
clarus in dicta l fi.§ fin.C.de tempor. ap-
pellatio.ibi,*ſcriptura interueniente* , licet
ibi gl.deſtruens tex.dicat contrarium , &
ſecundum hanc limitationem vidi ſępius
* Senatum iudicaſſe , alias enim nunquam
eſſet litium finis,cum partes peterēt ſem-
per ſe admitti ad probandum fuiſſe factū
compromiſſum,vel conuentum de proro
gatione.

## Aquā,quæ naſcitur in ſuo , an poſſit quis diuertere in præiudiciū vicini inferiores,in cuius prædiis illa deſcendit.

### *DECISIO CCXLV.*

1 *Aquam in ſuo ſcaturientem in damnum uicini quis diuertere poteſt,limita.ut nu 5.& 6.*
2 *Aqua ſtatim atque naturali curſu ingreditur ſundum meum ſit mea.*
3 *Aqua licet diu tranſierit per fundum alterius,illi tamen ius non acquirit in præiudicium domini.*
4 *Præſcriptio non habet locū in his,quæ meræ ſunt facultatis.*
7 *Aquarum diuerſio quando concedenda nō obſtante conuentione.*
8 *Vtilitas maior præfertur minori.*

AQVAM , quæ naſcitur in
meo fundo, poſſum diuerte
re in præiudicium uicini in
1 feriores,in cuius† fundū de-
ſcendit aqua. l. 1.§.denique.
D.de aqua quotid.& æſtiu.vbi gl.in verb.
habere allega.18.cōcordantes.l.fluminū.
§.fin.vbi Bar.& Caſtre.ff.de dāno infect.
Ang.in l.ſi manifeſte.C de ſeruit.Dec. in
conſi. 244.n.2.Pariſ.conſi.111. li.1.Boer.
conſi.



conſi.24.nume.7.Et cū hac concluſione
ſemper,& ſine aliqua difficultate tranſiuit
* Senatus,& magiſtratus aquarum , in quo
ego præſidebam.
Ampliatur hęc ſentētia,ut procedat nū
etiam ſi aqua in meo fundo naſcatur , ſed
etiam ſi in eum intret,& per eum trāſeat,
2 nā ſtatim quòd†eſt ingreſſa fundū meū,
naturali curſu fit mea.l.1 §.illud labeo. D.
de aqua quotidia.& æſtiu.per quē tex.ita
dicit Bar.in l.quamuis.num.25. & ibi Iaſ.
& Rip.Bal.in l aquā.C.de ſeruit & aq. &
conſ.241.nu.2.libro 2.ad idem eſt tex. in
l.hoc iure.§.aqua.D.de aqua quotidia. &
æſtiu.Alex.cōſil.108.n.2.lib.2.Dec.244.
nu.5.Grauet.conſ.412.nu.3.Riminal.iun.
cōſi.24.lib.1.Vegius.conſ 24.n.1 & ſeq.
Ampliatur etiā ſi per mille annos aqua
3 illius fontis decurriſſet†in fundum uicini.
l.proculus.l.fluminum.§. uideamus.ff. de
dam.infect.l.ſicuti.§.ariſto.ff ſi ſeruit.uen
dic.l.aquā.C.de ſeruit.l.fi. in meo fundo.
D.de aqua pluuia.arcend.
Nec obſtat.l.1.§.duct' aquę.ff.de aqua
quoti.& æſtiu.ubi ille antiquus diſcurſus
ait ſi in agro de aqua pluu.arcēd. l. uſum.
C.de aquæduc.li.11.l.ſi quis diuturno. D.
ſi ſeruit. uendic.Bal.conſil.241.n.1.lib. 2.
Cæpol.de aquæduc.nu.51.& ſequen. Iaſ.
habet uim cōſtituti.& l.2.§.idem Labeo.
in l.quominus.nu.170. & ſeq.Pariſ. conſ.
112.libr.1.Burſat.conſi 41.n.12.ea enim
4 quæ ſunt † meræ facultatis ſint in præſcri
ptibilia.Crauet.de antiq.tempo.par.4.nu
mer.88.89.Zaſ.conſi.15 nu.16.lib 2. Di-
dac.uáriar reſolut.cap.1.nu.6.titu.2. Ro-
land.conſi.53.nume.15.libro 2. Pancirol.
conſil.85.numer.8.& dixi latè ſupra deci-
ſio.16.quia aqua non debet diuerti à ſuo
ſolito curſu.l.2.in fi.C. ad l.aquil.l.ſi mani
feſtæ.C.de ſeruit.& aqua.l. 1.§. fin.ff. de
font.l.1 §.fin.de riuis.Bal.in c.ſi qs de mā
ſo.de controuer.inueſtit. Cæpol.de ſerui.
aquæduc.nu.21.& 56.præſertim in aqua
publicata,quę primo occupāti cōceditur.
Pariſ.conſi.110.num.4.lib.4 Quia illa iu
ra,& authoritates loquūtur,quādo aqua
ducitur nō ex loco publico,ſed ex priuato
quādo aqua non ex ſe naturaliter fluit, &
deſcēdit in fundū inferiorem,ſed ex ope
re manu facto,tunc enim uidetur inducta
ſeruitus.gloſ.in l.ſi cui. D.de ſeruit.l. 2. ubi
Bal.& Sal.C.ad l.aquil.& i l.ſi manifeſtę.

C.de ſeruit.ut per Calcā.conſ.56.Cæpol.
de aquæduc. nū.55.Bero.late conſil.139.
Crauet.124.nu.8. Hippol. Riminald. con
ſil.86.lib.1.Dec.244.num.9.
Limitatur nō prædicta concluſio, ſi ex
5 ſtatuto , uel conſuetudine†aliter introdu-
ctum eſſet,ut latè per Calcan.in conſil.56.
ubi loquitur de flumine Troni, quod non
poterat ab alijs etiam in ſuo diuerti in dā
num inferioris , qui aquam dicti fluminis
occupauerat.
6 Secundo fallit,†quod ſi eſſet conuentio
inter partes de aqua nō diuertenda , ut di
cit Bart.in d.l.quominus.quæſt.14. uerſic.
in contrarium uidetur. per tex. in l.1.§. ſi
quis hoc ceſſerit.ff.de aqua quotidian. &
* eſtiu.& ita cenſuit Senatus in cauſa Ciuita
tis Montis regalis contra Benetēſes , q uo
lebant aquam Loſnæ diuertere cōtra con
uētiones antiquas initas īter ipſas partes,
de non dimittendis aquis à ſolitu curſu.
1588.12. Decembris referēte D.Craueta.
Et quamuis allegaretur in fauorem Be
7 netenſium,quod diuerſio†aquarū illis cō
cedenda erat ex æquitate,quoniā aliquo
tempore anni fluuius Loſnæ præſertim.
*Verè nouo gelidus canis cum montibus humor.*
*Liquitur,& Zephiro putris ſe gleba reſoluit.*
Adeo creſcit,ut ſuperabundet , & extra al
ueos Mōtis regalenſium elabatur, quo ca
ſu aquæ ex eo fluuio,& ex lacu , & aliæ p̱
fines Bennetarum diſcurrentes, tam Mon
tis regalenſibus quàm alijs ſufficere pote-
rant,quo caſu lex mandat,ꝙ tibi non no-
cet,& alijs prodeſt,ut de facili cōcedatur.
l.reſcripta.C.de p̄cib. Imperator. offerēd.
& in cauſa aquarum eſt optimus tex. in l.
prima.§.idem aiunt.& in l.ſecūda.§.item
Varus.uerſic.quāquam.de aqua plu.arcē.
ubi uerba Pauli Iuriſconſulti hæc ſunt.

Quod factum quidē mihi pro
deſſe poteſt,ipſi autē nihil noci-
turum eſt,hoc æquitas ſuggerit
etiam ſi iure deficiamur.

Ex quo tex.apparet, quòd etiāſi actio de
ficiat ſupplere debeat officium iudicis, ad
quod etiam facit l.ſi creditores de euictio.
cum alijs cōcordantibus ibi in glo. allega
tis,& tradit Ioan.Faber in l.aquam.C. de
ſeruitu.& aqua Dec. in his terminis conſi.

224.nu.5.& 6.Tempore enim ſuper abū
dantis aquæ ſecundo eſt cōcedenda, licet
primo fuerit antea conceſſa,cum utrique
ſufficere poſſit.gl. in l.Præſes.C.de ſeruit.
& aqua ꝑ tex.in l.Lucio.D. de aqua quo
tidiana,& æſtiu.Cæpol.de aquæduct. nu.
26.dicēs ita fuiſſe determinatū Bononiæ.
Iudex enim æquitatem ante oculos habe
re debet.l.quod ſi Epheſi.ff. de eo, quod
certo loco.late Rolan.conſi.53.num. 5.li
bro 2.

Quæ omnia præſertim procedere debe
bant in hac patria, in qua Sereniſs. Dux
noſter prouidens utilitati publicæ, cum
reipublicæ interſit ſubditos locupletes ha
bere,magiſtratū erexit,qui prouideret,ut
aquę otioſæ nō eſſent in ſuo ſtatu, & qui
aquas poſſidēt vltra eorum neceſſitatem,
illa alijs aqua egentibus concedant, & ad
illud compelli poſſint.

Tamen ad hoc reſpondebant aduocati
Montis regalis negando factum,quinimo
prætēdebāt probaſſe,adeo magna eſſe, &
multa latifundia in territorio Mōtis rega
lis,quod ſeptem mille paſſuum longitudi
nem complectitur, vt etiam abundantes
aquę illis non ſint otioſæ,& adeo exiguas
eſſe poſſeſſiones eorū,qui uolebāt aquas
diuertere,vt eorum ratio habenda non eſ
ſet.p l.Scio.D.de minor.& maior vtilitas
8 in diuiſione aquarum præfertur minori l.
prima.§.plerunque. & §.pleroſque.D.ne
quid in flumi.publi.nec debet detegi vnū
altare,ut aliud cooperiatur.gloſſ in l.aſſi-
duis.C.qui potior.in pign.habean.& aqua
rū Magiſtratus à ſua Celſitudine erectus
poteſt quidem mādare,ut detur tranſitus
aquis,dummodo fiat ad bonū publicum,
& ſine aliorum iniuria.Rip.de remed.con
tra peſtem.parte vltima.nu.43.Bero.con
ſilio 139.num.25.lib.3.

Pręterea,quòd hoc erat inducere com
munionem iſtorum particularium in illis
aquis præſertim non continuis, quæ cum
diſcordias parere ſoleat,tātò magis in ne
gotio aquarum, dum quiſque vult agris
ſuis prouidere.iuxta l.præſes.C.de ſeruit.
Vnde continuæ cōtentiones, & iurgia ori
ri potuiſſent, quod erat omnino euitan-
dum.l.æquiſſimum.ff.de uſufructu.

Vlterius opponebat Ciuitas, quod de
hoc non fuerat tractatum, ſed tantū an li
ceret aquas illas contra formam conuen-
tionū diuertere,& quod ante omnia erāt
requirendi ipſi ciues curialiter ſecundum
Doctor.in l.quod tē.ff.ſi cert.pet.ab ipſis
particularibus,& ideo nō poſſe Senatum
ſuper hoc aliqd terminare, & ideo ſupra
factis motiuis,nō obſtan. cum ſupradicta
cōcluſione in fauorem Montis regalis trā
ſiuit Senatus congregatis claſſibus. cū de
cauſa ardua ageretur.

## Reuiſio Reuiſionis an ſit ꝑ Prin cipem parti petenti concedēda.

### *DECISIO CCXLVI.*

1 *Reuiſio reuiſionis concedi poſſit.*
2 *Reuiſio an concedatur, quando ſententia non ſunt conformes,ſed tamen ſumus in quarta inſtantia.*
3 *Appellatio conceditur ob publicam utilitatem.*
4 *Reuiſionis remedium quare introductum.*

1 REVISIO reuiſionis † an
cōcedi poſſit, & admitti du
bitatum fuit. Et ubi ſumus
in caſu,ubi quis lata ſenten-
tia cōtra ſe per cedulam ap
pellauit ad Præfectum,& pariter cōfirma
ta ſentētia per Pręfectum,iterum appella
uit Senatum, apud quē uictus tertio loco
appellat,uel reuiſionem petit, his nō audi
tur,& tāto magis ſi forte ex aliqua cauſa
admiſſa reuiſione in ea quarto loco ſuccu
buit,tunc.n. non eſt dubium, quin ſit reij-
ciēda noua ſupplicatio, & petita reuiſio,
tam attēta forma iuris cōis.C.ne lice.ter
tio,prouo.Quod intelligitur ab eodem ut
dicitur ibi in l.1.& uirtute Decretorū anti
quorum Philiberti.§.ut nihil in Repub.li.
5.ubi poſt tres cōformes ſententias uictus
amplius non auditur appellans,ſeu de nul
litate dicens,uel alias ſupplicans,aut recur
rens, quam etiam nouorū Decretorum,
ſeu nouarum Conſtitutionū huius patrię
in titu. *Del modo,& forma di ſupplicare,&
recorrere dalle ſentenze del Senato,&c.*

Sed dubium eſt,quando tres ſententię,
non ſunt omnino conformes,ſed utraque
partium habet ſententiam pro ſe,ita ut li
cet ſint latæ quatuor ſentētię,non ſunt ta
men tres conformes,& uidetur hoc caſu





dicendum eſſe admittendam reuiſionem
2 †per doctrinā Bart.ita decidentis circa ip
ſam appellationem in l.uni.in fin.C.ne li-
ceat tertio prouoca. & uidetur de mente
gl.fi.in d.l.1.ubi addit.Ab.in c. directā de
add & cū hac opinio.uidetur tranſire.D.
Senator Sola ita intelligendo nouā cōſti
tutionem in gl.2.nu.56. ſuper uerbo *vna
ſolvolta.*

Alij tamen ex Dominis dicebant ſecū
dam reuiſionem nō eſſe admittēdā, tum
propter magnam præſumptionē reuiſio
nis, cū in ſecunda ſententia reuiſionis ma
ior Præſidum & Senatorū numerus inter
ueniat,ita ut ſicut dicit Salomon,ubi mul
ta conſilia ibi ſalus, tum etiam quia hoc
admiſſo nunquam eſſet litiū finis contra
l.properandū.C.de iudi. Et contra mentē
Sereniſſimorū Principū, qui decreta mul
ta ꝓpter cauſarum expeditiones fecerūt,
& præcipue has nouas Conſtitutiones.Et
pro hac parte uidetur multū ſtringere Se
natus totius auctoritas. Nā ob id denega
tur appellatio a ſententia Pręfecti præto
rio propter exploratam eius fidem,& gra
uitatem,quaſi non aliter iudicaſſet,quā ip
ſe prīceps. l.unic.D đ of p̄fe pręto. Cum
igitur non tm̄ ſemel ſed iterum in cauſa
reuiſionis fuerit iudicatū, indecorum eſt,
& contra grauitatem tanti magiſtratus re
uiſionem admittere poſt tot inſtantias.

Sed ad hoc reſpōderi poteſt, ꝙ appel
3 latio cōceditur a iure cōmuni † ob publi
cam utilitatē,ut dicit Vlpian. in l.1.D de
appel.poteſt.n.detegi error prioris ſentē
tiæ,& ideo etiam a ſententia Principis re
uiſio conceditur, ut dicitur ī d.l.1.Præter
ea habemus titulū.D quod quiſq.iur. per
totū.& C.de repu.Neque enim claudica
re debēt iudicia l.fi.C.de fruc & lit.expē.
nec actori licere debet, qđ reo nō liceat.
Regula non debet de reg.iur.

Iniurioſum enim uideretur,ſi mihi for
te actori a ſentētia prima per Senatum la
te reuiſionem petere liceat,& idem nō li
ceat reo ſi per ſecundam ſententiā fuerit
prima reuocata per eundem Senatū.Nec
obſtabit ſi dicatur,quod ſecūda ſententia
lata fuit maiori cum numero iudicū,quia
forte ex his multi eſſe poſſunt, ꝗ pro pri
ma ſetētia ſtarent & antiquiores,ſed nu
me, ſiue calculo aliorum plurium cedere
coacti,ut dixi ſuꝑ deciſ.1.

Accedat,quod remediū appellationis
4 †ſeu reuiſionis non eā ſolum ratione īdu
ctum eſt, ut imperitia,uel forte dolus ſi di
ci poſt priorum iudicū corrigatur per d.
l.primam de appe.ſed etiā ea ratione. ut
liceat non ſolum noua inſtrumenta,& no
uas deductiones ꝓcedere,iuxta l.per hāc
C.de tempo.appel.quā ſanctionē (nō in
merito diuinam uocat ibi Iuſtin. & dicit
Cy.quod illa lex eſt tanquam liliū inter
ſpinas,additque ibi Imperator in fine pru
dētiſſimam illius legis rationem, quæ ad
caſum noſtrum plurimum cōducit.inquit
enim ita ſancitū ab eo, quo exercitatis iā
negotiis,pleniore ſubueniatur ueritatis lu
mine.Sed ea etiā ratione inducuntur plu
res ſētētiæ ad eum finem, ut cauſarū me
rita,& iuris defenſiones,quæ forte in pri-
ma, aut ſequenti ſententia reſolui nō po-
terunt,adhibitis quandoque peritioribus
aduocatis,qui melius quam primi iuris
nodos, & legum enigmata ſoluant ueri
tati, & conſumationi iudicio locus fiat,
ideo non ab re antiquarum legum condi
tores nō una,aut altera ſententia conten
ti fuere, ſed ternam quandoque, & quar
tam ſententiam admiſerunt, dummodo
non ab eodem plures quam tres appella
tiones.aut recurſus admitterentur per di
ctam l.primā. C.ne lice. tertio prouoca.
Neque adeo deferendum eſt ſequēti ſen
tentiæ Senatus ut primę omnino nulla ra
tio habeatur,ſi quidem quādoque euenit
ut bene latæ ſententiæ in peius reforme
tur,ut dicit Vlpian.in dicta l.prima.ff.de
appellatione.

Et ſecundū hanc opinionem iudicauit
parlamentum Delfinatus. ut dicit Guido
Pap.quæſtione 365.incipien.a ſententia
Pręfecti prætorio, ubi ampliat, etiamſi
reſcripto Principis, uel conſtitutione cau
tum ſit, ut non detur niſi unica reuiſio,
quia illud intelligi debet, quando ab ea
dem parte reuiſio bis petitur,ſecus ſi a di
uerſis, & idem obſeruat Rota Romana,
quæ ſuper eodem articulo, uſque ad ter
tiam uicem rotare conſueuit,& iudicare,
ut dicantur tres conformes,& ita fuit di-
ctum eſſe per Senatum obſeruandum in
futurum, niſi aliud Princeps decerne-
ret.

## Pupillus an teneat ad itereſſe creditori pris, a die morę prnæ.

### DECISIO CCXLVII.

1 *Pupillus an pro debito patris teneatur ſol uere intereſſe die a moræ ſuis patris et numero 2.*

3 *Hæredi debitum ſui anteceſſoris eſt denũ tiandum, ut in mora conſtituatur.*

DEBITOR die dicta in obligatione iurata non ſoluit & inde moritur relicto pupillo, qui uocatus in ius offert, quod debet. Quæſitũ fuit an teneat ad intereſſe mercatori creditori a die moræ paternę. Quidam dicebant
1 †non teneri, cum ipſe pupillus neſciret hoc creditum, & ſic ſaltem a die mortis patris, uſque ad diẽ petitionis ipſum non fuiſſe in mora, ideoque pro eo tẽpore, quo uidetur aliquid actum cum pupillo. argu. l. Aemilius Largianus. D. de minor. & non ultra teneri.

Alij dicebãt deberi, quia mora erat cæpta in uita patris, ob cuius morẽ pater tenebatur ex ſua promiſſione, & pupillũ teneri ex facto patris etiam ex tempore cũ eo decurſo ex Bar. in l. cum filius. §. i hac. nu. 3. D. de uerb. oblig.

2 Ego diſtinguebam, † aut in obligatione pater promiſit ſoluere certo die cum omnibus dãnis, & intereſſe, ut ſolet quotidie fieri, & tunc pupillus teneatur ad ſolutionem intereſſe ad die moræ uſq; ad diẽ ſolutionis. Nec obſtat, quod nõ fuerit pupillus interpellatus, aut illi denũtiata obligatio quia tale itereſſe nõ debetur ratione moræ, ſed ratione cõuentionis, & nõ eſt honeſtum, quod pupillus locupleteẽ cũ damno mercatoris creditoris nam in lucro uerſanti pupillo non datur reſtitutio quia illa competit tãtum ſtante læſione toto titulo de reſtit. in integ.

Aut nõ fuit expreſſe promiſſum intereſſe a patre, & tũc teneẽ pupillus ex mora patris uſque ad diem mortis ex nota a Bar. in d. §. in hac. num. 3. a die uero mortis nõ teneẽ, niſi fuerit interpellatus, uel niſi ipſe pupillus habuiſſet notitiam debiti paterni, imputetur † enim tunc credito-
3 ri, qui pupillo non denunciauit debitum ex quo ipſe ueriſimiliter prætẽdere poterat ignorantiam, per regulam. l. 42. qui in alterius, ubi gloſſ. & Dyn. D. de reg. iuris & not. per Docto. in l. quod te. ſi certum pet. ub. requiritur ſaltem quædam urbana denuntiatio, & ſecundum interpellatio. & ſecundum hanc doctrinam inclinabat Senatus 1589. 14. Decẽbris, Referẽte Domino Senatore Ferrerio, quãuis tunc cauſa illa non fuerit deciſa, ſed tantum interlocutorie ordinatum ſuper nno emergenti.

## Subſtitutus, ſeu illius filius an excludãt matrem a ſucceſſione filiæ, quando teſtator proprias filias excluſit, ſubſtituẽdo fratres aut alios de agnatione mortuo ſine hæredibus filio inſtituto.

### DECISIO CCLXVIII.

1 *Filiorum appellatione nõ ueniunt nepotes ex filio, quando in teſtamento propriæ filiæ ſunt excluſæ & nu. 12.*
2 *Fideicommiſſis mens. & uoluntas teſtatoris primum locum obtinent.*
3 *Voluntas coniecturata dicitur expreſſa uoluntas.*
4 *Fideicommiſſum cenſetur gradatim iniunctum, ſi teſtator bona in familia conſeruari mandauerit. & nu. 14.*
5 *Subſtitutio per ius accreſcendi fit tranſmiſſibilis.*
6 *Gl. in l. tale pactum §. fi. de pac. procedit in ultimis uoluntatibus.*
7 *Oldra. in conſ. 21. limitatur.*
8 *Fideicommiſſum regulariter eſt odioſum.*
9 *Conditio ſi ſine filiis deſicit filia nata licet poſtea moriatur.*
10 *Propinquioris appellatione etiam fæmina continetur.*
11 *Infans hæreditatem etiam non aditã tranſmittit in matrem.*
13 *Coniecturæ debent eſſe claræ, ut inducant fideicommiſſum.*
15 *Succeſſiue dictio, ſtat illatiue.*
16 *Filij uocati ex coniectura, non neniunt ad portionem cohæredis.*
17 *Fideicommiſſum reciprocum non inducitur inter nepotes in conditione poſitos.*

TEXTA-



TESTATOR excluſis quatuor filiabus, quas dotauit in ſcutis mille pro ſingula earum, inſtitutiſque duob. filijs ita ſubſtituit. *Ordinando detto teſtatore, che mancãdo uno de detti fratelli ſenza heredi del ſuo corpo procreati ſucceda l'altro reſtante, & morendo tutti doi ſenza Figliuolanza legitima il piu propinquo della linea paterna ſucceda è coſi ſucceſſiuamente ſino al quarto grado.*

Quærebatur an mortuo teſtatore relicta Rabina filia, ſuccedere deberet Ioſeph filius Ludouici, an vero per exiſtentiã Rabinæ filiæ excluderetur ſubſtitutus frater, & filius fratris, & an mortua poſtea Rabina relicta matre eidem Rabinæ ſuccedere deberet mater, vel Ioſeph ipſius Rabinæ Patruelis. Et pro Patruele ad excluſionẽ matris, & Rabinæ adducebatur opinio multorum Doctorum tenentiũ,
1 ꝙ in hoc caſu appellatione † filiorum nõ ueniunt nepotes ex filio, quãdo propriæ filiæ fuerint excluſæ l. uiua matre. C. de bon. mater. Caſtr. & alij in l. 1. C. de cõdi. inſert. Rui. conſ. 110. nu. 12. lib. 2. & cõſ. 168. nu. 12. lib. 3. Curt. iun. conſi. 112. nu. 5. Menoch. conſi. 197. nu. 51. & poſt alios quos latiſſimè citauimus ſupra deciſio. 188. incipiente, Conditio. ubi copioſè diſputauimus hanc quæſtionem.

Secundo adducebatur, ꝙ in fideicom-
2 miſſis mens, & uolũtas teſtatoris † primũ locum obtinet, & tanquã regina dominatur. l. in cõditionibus primũ locũ. l. publicis. in fi ff. de cond. & demonſtr. l. cum uerũ. C. de fideicommiſſ. & ideo nõ ſolũ expreſſam, ſed etiam tacitam, & cõiecturatam mentẽ teſtatoris debere attẽdi magis quàm uerborũ qualitatẽ, ut eſt tex. notiſſ. in l. hæredes mei. §. cum ita. ubi oẽs. ad Trebellia. Bal. & alij in l. quoniam indignum. C. de teſta. Ang. in l. 2. C. de lib. & præter. & tex. not. in l. ex pacto. §. rerum. de hered. inſti. & iſta eſt cõmunis, & vulgatiſſima reg omnium ſcribentium. Cur. ſen. conſi. 42. colum. 1 & 2. & conſil. 51. Soc. ſen. conſilio 14. & conſ. 43. Viſis. col. 2. lib. 1 Decius conſilio 15. colum. 2. & conſilio 28. colum. 1. & 2. conſilio 369. colum. 1. Quinimo uoluntatem ex conie-
3 cturis † collectam expreſſam voluntatem dici cẽſuit glo. not. in l. prætor. §. interdũ. verſic. expreſſum de nou. oper. nunciat. Dec. conſi. 68. nu. 13. & euidenter ac clarè apparere, quod ex cõiecturis apparet, probat Iaſ. in l. Imperator. num. 3. de leg. 1. Affict. deciſio 44. nume. 15. Menoch. conſilio 86. num. 52. Riminald. iun. conſilio 393. num. 53. 54. & quod uoluntas teſtatoris coniecturis deſumpta attendatur etiam contra propriam ſignificationẽ uerborum. Decius conſi. 49. num. 43. lib. 2. In caſu autem iſto demonſtratur hæc coniecturata uoluntas ex uerbis teſtamẽti, dum excluſis filiabus proprijs, morientibus ambobus filijs uocauit proximiorẽ vſque ad quartum gradum, certum eſt enim non poſſe bona teſtatoris ad quartum gradum peruenire, niſi concedamus neptem teſtatoris fideicõmiſſo quoque grauatam, qui enim vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens, & quod ſine antecedenti eſſe non poteſt. l. ad rẽ mobilem. ff. de proc. l. ſi homo mortuus. ubi Iaſ. de uerb. oblig. Craue. conſil. 174. num. 2. & ita arg. Cum. conſi. 2. in 5. dub. Rui. in conſi. 167. nu. 8. lib. 2. Cur. iun. conſilio 112. num. 2. Crauet. conſi. 663. nu. 6.
4 & 7. Et ideo ſi teſtator mandat † bona cõſeruari in familia, cenſetur inductum fideicommiſſum gradatim, & grauati unus poſt alium. Bar. Cum. & alij in l. ſi cognati. de reb. dub. Socin. conſi. 12. nu. 18. lib. 3. Pariſ conſi. 30. nu. 22. lib. 2.

Tertio adducebatur, quod hic Bernardinus, & Ludouicus fratres erãt inuicem ſubſtituti, & etiã coniuncti re, & uerbis, & ideo ſtante unione ſubſtitutionis & con-
5 iunctionis, & ſic iuris accreſcendi ea † ſubſtitutio, quæ ſua natura non eſt tranſmiſſibilis, efficitur tranſmiſſibilis. l. qui patri. & l. qui ex duobus. de acquir. hæred. Soc. conſilio ſexto numero 54. libro tertio. Iaſ. conſilio 154. colum. penult. verſiculo quarto principaliter. libro quarto. Ruin. conſilio 201. numero ſeptimo. libro ſecũdo. Pariſ. conſilio 76. colum. vltima. uerſi. poſtremo, & conſilio 77. num. 23. libro ſecundo quos ſequitur Cæphal. conſilio 283. num. 26. Menoch. conſilio 95. num. 11. dicens hanc opinionem communiter receptam.

Quarto adducebaẽ uerisimilitudo mẽtis teſtatoris, ꝗ excludẽdo ꝓprias filias nõ ẽ ueriſimile, ꝙ ſaltẽ mortua nepte uoluiſſet bona

bona ſua in extraneã omnino perſonam
prout eſt hæc mater transferri poſt habi
ta ratione agnationis,nobiliſque, & anti-
quæ familiæ ſuæ,apud quam per multos
annos amplum illud patrimonium con-
tinue perſtiterat, & ſi de hoc caſu fuiſſet
interrogatus, proculdubio pro Ioſepho
eius nepote qui nomen,& cognomen,&
arma ipſius aui,referebat,reſpondiſſet,un
de ſuccedit vulgata regula,de qua per gl.
no in l.tale pactum.§.ult.ff.de pact.quæ
6 gl.etiam †extenditur ad ultimas volunta-
tes per tex. in l.cum res de leg.1.l.Titius.
§.Lucius.ubi Alex.& Iaſ.in primo nota.
de lib.& poſth.Anch.conſi.339. col. vlt.
ver.pro hoc optime facit. Iaſ. conſ.203.
ver.ſecunda ratio. Curt. conſi.83. ver. &
ideo Soci, iun. conſi.168.verſi.demũ ex
omnibus libro primo.

Nec ob huic concluſioni vulgatũ con
ſilium Oldrad.21.thema tale eſt.Alexan.
conſ.31.ponderatis.lib.3.quia reſp.quod
7 illud conſil. non † procedit, quando ex-
tant graues coniecturæ in contrariũ,quę
reſponſio colligitur ex Roma. conſil.56.
Corne.conſi.14.num.4.lib.2. Deci.con-
ſilio 270.colum.fin. Curt.iun.conſi.111.
numero ſexto. & ita iudicatum in parla-
mento Delphinatos, & Neapolitano re-
ferunt Guido Pap.quæſt.531. Capic.deci
ſio.118.& in Rota.Roma. Caſſiodor.de-
ciſio.prima.de teſtamen.idem tenet De
ci.conſilio 477.numero 3.Pariſ.90 num.
39. & conſilio 75. numero ſexto libro
ſecundo.Ruin.conſilio 178. numero de-
cimoquarto.libro ſecundo. Crot. in l.fi-
liusfamilias.§.diui numero 123. Soc.iun.
conſilio 68.nume.uigeſimooctauo.lib.3.
Alc.conſi.482.in prin. & conſ.604.nu.4.
vbi teſtatur ſe ita vidiſſe iudicari, & cõſi.
777.nu.3. Mandoſ.conſ.93. & dix.ſup.la
te deciſ.96.Filij in conditione:in fi & ita
tenent Fulg. & Cuma. quos refert Marz.
conſi.4.col.2.uerſ. & quoniam. & conſi.
5.col.4.uer.ſed ultra ratione Craue.635.
ubi late.nu.10.uerſ.uoluntate hac.& nu.
13.& 16.& conſ.537.& 878.ubi uide de
opinione Oldra.tanto magis in caſu iſto,
vbi expreſſa uerba ſubſtitutionis erãt de
linea paterna uſque ad quartum gradũ.
Faciunt ſcripta,per P.A.a Petra de fideic.
q.9.num.235.

Pro cõtraria autẽ parte adducebatur,
8 quod fideicõmiſsũ regulariter† eſt odio-
ſum.l.cohæredi. §.cum filiæ.ff.de vulgar.
l.ſi arrogator.ff.de adop. & eo.debet fie-
ri ſtricta interpretatio.c.odia.de reg. iur.
in ſexto neque poterat fieri extenſio de
caſu ad caſum,neque de perſona ad per-
ſonam.Oldra.conſ.237.Aret.in l. Gallus
§.& quid ſi tantum.ff.de libe.& poſth. &
per alia iura,& Doct.quos citat Rol.con-
ſil.56.nu.18.& 24.lib.3.Natta.470.num.
6.Gabriel.in conſi.tertio numero 13 Bur
ſat.conſil. 337. Crauet.898. numero un-
decimo. & deficiente primo gradu ſub-
ſtitutionis,quod omnes alij ceſſent tenẽt
Doctores relati per Alexan. conſil. 139.
libro 6. Rui. 92. libro ſecundo. Menoch.
conſilio 85. numero. 46. & communem
teſtatur Craue. conſ.68.

Secũdo adducebatur quód ſubſtitutio
facta filijs,erat conditionalis ſi decederẽt
ſine filijs,imo latioribus uerbis ſupra rela
tis, *ſenza heredi del ſuo corpo procreati*,
quo caſu nulli dubium,quod Rabina Ber
nardini filia, & hæres fecerit deficere cõ-
ditionem ex ſupra allegato conſilio Ol-
drad.21.relato per Io. An. in addit.Spec.
rubri. de teſtamen.§. in primis.in addit.
incipien.quæſtio talis eſt. Caſtr.in l.ex fa
cto.§.pen.ubi concludit,quod ſufficit ex-
9 tare liberos tempore † mortis inſtituti,li
cet poſtea deceſſerint, & deficit talis con
ditio etiam unica filia exiſtente,& poſtea
mortua. Alexand.conſil. 31.libro tertio.
Deci.conſilio.291. numero quinto & cõ
ſilio. 223. numero tertio. conſilio. 377.
num.primo & 513. numero primo, & in
l.poſt aditam numero ſecundo.C.de im
pub. Alexand.conſi.139.numero tertio.
libro ſexto conſil.101.numero 12. libro
ſeptimo.Ruin.153.numero quinto conſi
lio 161.num.18.libro ſecundo. Nat.cõſi-
lio 191.numero ſeptimo.& conſil. 551.
numero vigeſimotertio. quo ſtante ma-
ter mortua filia ad eius ſucceſſionem tã-
quam proximior uenire debeat.auth.de-
functo. C. ad Tertull. præſertim quando
nullæ coniect. pro uocatione concur-
runt,ut dixi deciſi.96.in fi.

Tertio adducebatur,quod in teſtamẽ-
to iſto Ioſeph ſenioris nulla fuerat facta
mentio agnationis, neque maſculinatis,
quinimo poſt filios inſtitutos uidetur ex
preſſe ſubſtituiſſe etiam ſęminas deſcen-
dentes



dentes ex ſua linea,tam ex illis uerbis *ſen
za heredi del ſuo corpo*,quam ex alijs *sẽza
figliuolanza legitima*,quæ uerba ampliora
ſunt,& magis apta ad complectẽdum ẽt
filias,quam illud uerbum filiorum, quod
primo aſpectu in maſculinũ ſenſum ma-
gis accedit,& profecto, ſi hæc uerba uul-
gari.Italico ſermone cõcepta,fuiſſent oſtẽ
ſa Dominis conſultoribus patris, non pu
to,quod pro patruele conſuluiſſent ad ex
cluſionem matris,& tãto magis,quod ap
paret teſtatorẽ reſpexiſſe etiam ad uoca-
tionem fœminarũ deſcendentium, dum
dicit, *Il piu propinquo della linea paterna*,
10 hæc enim uerba apta erant†uocare, etiã
fæminas ex linea paterna deſcẽdẽtes. An
gel.conſilio 288.uiſo facto.Deci. in l.fœ-
minæ.numero 49.& numer. 119.de reg.
iur.Bar.in l.prima per illum text. de uer-
bo.ſig.Craue.conſilio 656.num. ſeptimo
ex quo colligit aperta mens teſtatoris uo
luiſſe excludere nepotes, imo ꝙ ipſe ne-
ptes facerent deficere conditionem.

Nec dicatur filiam deceſſiſſe infantem
trium,uel quatuor annorum, nec adiuiſſe
hæreditatem,& ad matrem nõ tranſmiſiſ
ſe,quia reſpondetur.

Primo, ꝙ pars agens agebat ſine actio
ne non exiſtẽte conditione,ſub qua uoca
ta fuerat,& quę cõditio defecerat exiſten
te filia.

11 Secundo reſpondetur †infantem patris
hæreditatem etiam nõ aditam ad matrẽ
tranſmiſiſſe glo.in l.apud hoſtes.C.de ſuis
& legit.Barto. in l.uentre. colum. 5.uerſi.
quarta regula.numero 19.ff. de acquiren
da hæredi.Alex.in l.ſi infanti.colum. pen.
C.de iu.delib.ubi hanc opinionem uerio-
rem,& communem dicit Deci.cõſi. 245.
colum.prima.& infantem patris hęredita
tem non aditam ad matrem tranſmittere
ex potentia ſuitatis probat Pariſi.conſilio
39.numero decimoquarto libro tertio.&
communem dicit.Burſat.cõſilio decimo
nono.nume.11.& dixi ſupra deciſ.88. in
cip.Infans filia.

Tertio dicebatur non eſſe nos in caſu
huius quæſtionis ex eo ꝙ mater mortuo
marito Bernardino nomine infantis hęre
ditatem adiuerat,& uti tutrix filiæ hære-
ditatem gubernauerat.

Nec obſtat,quæ in contrarium adducũ
12 tur, nam primum reſpond. quod † illa
opinio,quod neptis hoc caſu excludat, a
ſubſtituto patitur multas difficultates, &
contrarias opiniones, ut dixi dicta deciſi.
188.Præterea hæc coniectura non cõſide
ratur,quãdo ſucceſſiue in teſtamento ſunt
etiam poſtea uocatæ fœminæ,ut late pro
bat Petr.de Petr.de fideicomiſſ. quæſtio-
ne nona.numer.195.poſt Marzar. Cæph.
& multos per eum citatos.Nec eſt abſur-
dum,quod hoc caſu filia ſit deterioris cõ-
ditionis quam neptis, Gabriel.de fideicõ
miſſ.concluſ.5.numero duodecimo. Vlte
rius reſpondetur,nõ procedere in caſu no
ſtro ubi non per dictionem filijs,ſed alijs
ampliorib. uocabulis expreſſe uocatæ sũt
filiæ,& neptes.

Ad ſecundum reſpondetur, quod ca-
ſu iſto tantum abeſt,quod coniecturæ fa-
ciãt pro maſculis,ut potius aliæ fortiores
ſint coniecturę ex uerbis reſultantes ut ui
deamur eſſe in claris,in quibus non eſt lo
cus coniecturis vul.l.continuus. de uerbo
13 oblig.& tales †coniecturæ debẽt eſſe cla-
ræ,& efficaces inductæ ex uerbis teſtamẽ
ti.Alben.conſi.trigeſimoprimo. nume.de
cimo.Decian.conſilio uigeſimoſexto. nu-
mero 87.Crauet.conſilio 98. Burſat. cõſi.
51.& 52. & Rimin.iun.conſilio 388.nu.
172.libro quarto.Craue.763. Ozaſ.conſi.
35.numero 21.Graſſ.latisſime in §. fidei-
commiſſum.quæſt.quarta.numero ſepti
mo,& octauo.& ſicut ex coniecturis indu
citur fideicommiſſum, ita cõtrariis conie
cturis annullatur.

Ad tertium reſpõdetur non agi hic de
cõiecturis,cum per aditionem filiæ. infan
tis reſolutum fuſſet ius accreſcendi, &
quodlibet aliud ius l.poſt aditã.C. de im-
puber.

Ad quartum quod ratio gloſſ. l.tale pa
ctum procedit in caſu dubio, cum ex uer
bis non appareat de expreſſa mente teſta
toris, hic autem ſumus in claris, cum ex
ipſius teſtatoris uerbis manifeſte conſtet
uacatas etiam fœminas per ea,quæ ſupra
dicta ſunt.Accedat, quod etiã uerisſimile
eſt teſtatorẽ habiturũ fuiſſet rõnẽ ipſius
matris Rabinæ,tum ut cõfirmaret mentẽ
ſuam dum diſpoſitione iuris communis,
quæ ad luctuoſam ſucceſſionem filiæ uo-
cat matrem,tum quia ipſa nurus non eſt
omnino extranea ſocero,quinimo dicitur
de ipſius familia,& ideo ſi teſtator prohi
bet

bet aliquid nõ alienati extra familiam, nõ
excludi nurum a ſucceſſione filiæ , ut eſt
caſus de hoc in rubr.& nig.in auth. de re-
ſtitutio.fideicomm.

Nec etiam obſtat id, quod allegabatur
quod teſtator uocãdo propinquiorem de
linea paterna uſque ad quartum gradum
uideatur habuiſſe rationem agnationis,&
quod uoluerit inducere tacitum fideicõ-
miſſum in deſcendẽtia ſua uſque ad quar
14 tum gradum, quia non † procedit hoc ca
ſu,ubi omnino euanuit cõditio. ut per Fu
go.conſilio decimoſeptimo. Curt. iun. cõ
ſilio 739.numero 14.Oldra.cõſilio ſexto.
Crauet.cõſilio 67.numero octauo. Pariſ.
conſi.41.numero 33.libro tertio.late Mar
zar.conſil.15.numero 17.& tanto magis,
quod uocauit ꝓpinquos indiſtincte uſq;
ad quartum gradum. inter quos ueniunt
etiam fœminæ,ut dictum eſt ſupra. Neq;
vera eſt illa interpretatio,quod illa uerba
*Et coſi ſucceſſiuamente ſino al quarto grado*,
denotẽt reciprocam ſubſtitutionem uſq;
ad quartũ gradum quoniam intelligi de-
bent, ut minus lædant diſpoſitionẽ iuris
communis,quam ſit poſſibile.Crau.cõſil.
160.per l.quidam cum Titium de hęredi
bus inſtituen.Menoch.conſi.85. num. 88.
& intelligenda ſunt hoc modo, quod mo
rientibus filiis ſine prole ſuccedãt alij pro
pinquiores de linea paterna uſq; ad quar-
tum gradum,ideſt ſi nullus ſit intra quar-
tum gradũ ſed vltra , illi amplius non ad-
mittuntur , & ſic uerba illa ſtãt excluſiuè
illorum,qui erunt vltra illum gradum, nõ
autem,quod inter eos ſit inductum aliqđ
fideicommiſſum gradatim uſque ad quar
tum gradum ,& illa dictio *Succeſſiue* non
15 ſtat † repetitiuẽ ad ſubſtitutionẽ ad alias
perſonas ſed illatiuè,ut per Ruin.conſilio
102.num.11.lib.2.

Neque etiam obſtat,ꝙ dicebatur iſtos
filios in cõditione poſitos cẽſeri uocatos.
Primo,quia hic non concurrunt tales cõ
iecturæ,quæ inducãt uocationem,de qui
bus dixi dicta deci. 96. Præterea etiãſi ex
tarent tales coniecturæ,quę inducerẽt vo
cationem,intelligerẽtur uocati ad portio
16 nem patris eorum non † autem cohære-
dis.l.hæredes mei §.cũ ita. ad Treb. Nat.
conſi.501.nu.7.Cur.ſen.conſi.42.nu. 14.
& ita ab omnibus teneri dicit.Mãti.de cõ
iect.vlti.volunt.lib.11.tit.3.nu.27.Domi.
Panzir.conſ.156.nu.3.Ioſeph.de Ruſtic.
in tracta.an & quan.lib.in condit. poſi.li.
5.c.9.num.1.

Et fideicommiſſum reciprocũ licet in-
ducatur inter filios, nõ tamen cenſetur in
17 ductum†inter nepotes poſitos in cõditio
ne Soci.ſen.in d.§.cum ita. nu.13. & cõſi.
113.lib.1.Menoch.conſ.85.nu.43. Zanch.
in d.§.cum ita.in 7.par.num.85.Burſa.cõ
ſi.41.& 151.num.38.lib.1.& conſi.52. Cę
phal.conſil.188.num.20.præſertim ad ex
cluſionem matris,ut in caſu noſtro.Crau.
conſi.163.per totum.Petra dict. q.9. nu.
135.uerb.quinimo etiã.Menoch. 376.nu-
mero 65.lib.quarto.poſt Soci. Alcia. Tor
niel.Rip.& alios per eum citatos dicẽs ad
reciprocam ſubſtitutionẽ inducendã non
ſufficere,quod deſcendentes ſint uirtuali
ter,& interpretatiue uocati neque etiam
cenſeri ĩter expreſſe uocatos inductã ſub
ſtitutionem,niſi illa in tota hæreditate fa
cta fuerit cum aliquo ſigno uniuerſali, ne
que ſufficit ſi fieret ſimpliciter in hæredi
tate.Soci.in d.conſ.104.n.10.ubi ita Do.
cõmuniter tene e dicit ĩ d.l.hęredes mei.
§.cum ita.D.ad Treb.Crau.conſ.328.nu.
9.Menoch.d.conſi.376.num.27.& magis
communem aſſerit Burſa.conſ.51.num.8.
Crauet.306 num.2.

* Et ex his omnibus cenſuit Senatus neptẽ
excluſiue patruelẽ nepotem teſtatoris ex
alio filio Ludouico,& matrem debere ad
mitti ad ſucceſſionẽ filiæ infantis in cau-
ſa Dominorum de Rabiis Cunienſium re
ferẽte Domino Senatore Appiano 1589.
22.Decembris,confirmata ſententia Do-
mini Alexãdri Solæ iudicis Cunei, qui ita
iudicauerat.

## Statutum, vt rectè conditũ dicatur, quæ requirantur, & quãdo publicatũ dicatur, & plura circa materiam condendi ſtatuta.

### *DECISIO CCXLIX.*

1 *Conſiliarij, & decuriones habent authoritatẽ totius populi in negotijs uniuerſitatis.*
2 *Conſuetudo, & forma attendenda eſt in publicationibus ſtatutorum.*
3 *Publicatio ſtatuti non requiritur, quando obſeruatio illius ſui ordinata.*
4 *Notoria in ciuitate publicatione nõ egẽt.*
5 *Publicatio non requiritur, ubi eſt ſciẽtia & nume.10.*
6 *Statutum non ligat niſi publicetur.*
7 *Statutum ſi dicat,quod ex nũc obſeruetur intelligitur poſt publicationem.*
8 *Reformatio ſtatuti quando perfecta dicatur.*
9 *Principis confirmatio an requiritur in reformatione ſtatuti.*



STATVTVM ciuitatis Cu-
nei antiquũ , ꝙ erat ante
annũ 1380.diſponebat,ꝙ
mater ſuccederet filii ad
formam iuris cõis,toto ti.
D.& C.ad Sena.Ter.Inde anno 1582. q̃-
dã nobiles uiduæ unicã filiã habẽtes prę-
buerunt occaſionẽ tanquã cauſa impulſi-
uã,quod ordinaretur per cõſilium Cunei
reformanda ſtatuta,& data fuit cõmiſſio
quarto Doctoribus, qui poſtea retulerũt
omnes reformationes,quas fecerant,quę
fuerunt per conſilium approbatæ, & fuit
tũc ordinatũ, quod tales reformationes,
& ordinationes redigerentur in mũdum
deinde imprimerẽtur , & confirmarẽtur,
a Principe ſi opus eſſet,ĩter quas reforma
tiones fuit reparatum ſtatutum ſupra di
ctum,& ordinatum,quod mater non ſuc
cederet filiis,uel filiabus exiſtẽtibus agna
tis.Poſtea moritur, quædam ex dicti filia
bus ſuperſtitæ matre,ea mortua iterũ or
dinatur in conſilio, quod imprimãtur ſu
pra dicta ſtatuta reformata, & qđ obſer-
uẽtur abſque aliqua cõtradictione, & im
preſſa ſubſcribere ut per Secretarium, &
ſigillarẽtur , & reponereĩ talis liber ſtatu
torum ſic ſubſcriptum,& ſigillatum,reli-
qui uero libri impreſſi exponerẽtur uena
les ut omnibus innoteſcerent.

Dubitatum fuit , an ſtatutũ diceretur
perfectum,& publicatum,& decideret iã
tunc hunc caſum,ita ut uirtute dicti ſtatu
ti mater eſſet excluſa ab hæreditate filię
& dicebatur eſſe excluſam.

Primo,quia cõſiliũ Cunei potuit dicta
ſtatuta reformare , & reparare uigore cõ
ſuetudinis ipſius loci . Quamuis.n.non in
teruenisſet totus populus,tamen uidebaĩ
ſufficere interuentum conſilii nam qñ po 2
pulus eſt numeroſus,debẽt deputari aliq
conſiliarii,qui bona uniuerſitatis admini
ſtrẽt,& eam regãt cũ authoritate ſtatuẽ
1 di,& tales†conſiliarii hẽnt eandem autho
ritatem,q totus populus, ita tenet Præp.
in cap.Senatuſconſultum.diſt. 2. alleg.§.
Senatus.inſti.de iure natur.& glo.no.in l.
ſed ex dolo.§.1.D.de dolo.& in rub.quæ
ſit longa cõſuetudo idem tenet Rola. cõ
ſi.99.nu.20.li.2.Franc. in proœ. ſexti.§.
ſane.n.4.Bart.in l.omnes populi.nu. 16.
Augu.conſi.62.num.1.Grau.conſ.198.nu
mero 8.Cãgno.in l.2.nu.145 D.de orig.
iur.Dom.Sola in proęm.decret. Sabaud.
glo.3.nu.4.& hęc uidetur cõſuetudo to
tius patrię Pedemõtium,& ſufficit,quod
ex omnibus cõſiliariis adſint duæ partes
de tribus Bar.in dicta l. omnes populi.nu
mero ſexto.Dec.conſili.466. nume. 12.
Gozadin.conſilio.35.num.14.nec poteſt
generale conſilium impedire. Præpoſi.in.
capitu.præterea.nu.9.de ſponſal.Cephal.
conſi.96.nu.21.Ioan de Amic.conſil.42.
numero 13.

Nec requirebaĩ in caſu propoſito con
firmatio Principis, quoniã Comes Ame-
deus Sabaudię,Princeps Pedemontiũ, &
Dominus Cunei anno 1382. cũ ob receſ
ſum Regis Reiinerij Regis Hieruſalẽ, Cõ
mitis Prouinciæ,& Pedemontium,popu
lus ille tradidiſſet ſeipſum Comiti,conceſ
ſit illi licentiam faciendi,& reformãdi ſta
tuta, q̃ ex tunc haberentur pro confirma
tis,unde alia cõfirmatio nõ requirebatur
per ea quæ dicit Gozadin.dicto conſi.35.
Crauet.conſi.55.nu.8.Viui in ſilua opin.
§.743.nume.1 Ruin.conſil.166.n.5.li.4.
Cęphal.conſi.38.nu.21.& 23.

Secundo adducebatur, ꝙ ſtatutũ illud
erat perfectum,& impletum in omni ua
forma & ſubſtãtia,poſtquam ante mortẽ
illius puellę lectis in cõſilio reformationi
bus fuerat ordinatum quod illę reforma
tiones obſeruarenĩ,ex ſic illa reſolutio ui
debatur habenda pro ſolẽni publicatione
ſtatuti.Præterea præſumebatur publicata
ex eo,ꝙ talis reformatio reperiebaĩ in ar
chiuio ꝑ ea quæ no. D.Sola in d. proœm.
gloſ.4.num.10.neque enim ſolent publi
cari in plateis per proclamata cum lectio
ne ipſorum ſtatutorum quia hoc eſſet im
poſſibile,cum talia ſtatuta continens mul
ta capita,& magnum uolumen,unde†attẽ
denda eſt conſuetudo & forma, quę ſolet
fieri in talibus publicationibus ſtatutorũ

vel quæ ab ipſis conſiliarijs præfiguntur. Alexan. conſilio 52. nu. 2. libro 7. Felin. in ca. 2. nu. 7. de conſtitut. & ibi Dec. & in 2. lect. num. 7. poſt Butr. & Imol. Satis enim eſt, quod ſtatutum fiat manifeſtum in cõſilio. Pariſ. conſilio 49. nu. 2. libro 4. Caccialup. in l. omnes populi num. 37. & tãto magis cum apparet de mente conſilij ſtatuẽtis, & declarantis, quod ea ſtatuta, quæ
3 fuerunt declarata† omnium obſeruentur, tunc enim non uidetur requiri alia publicatio. Alex. conſi. 39. num. 4. libro 3. poſt Angel. in §. fin. in fi. auth. de non eligen. ſecundo nuben. Dec. in cap. 1. nu. 17. de poſtulat. prælator. Butr. in ca. 2. nu. 16. de cõſtit. Franc. cap. 1. §. 1. nume. 4. de conceſſ. præben. in 6. glo. in data ipſius 6. Menoc. de arbitr. iud. caſu 185. num. 3. Barbat. cõſilio 33. in fin. libro 1. Felin. in cap. 1. nu. 3. de re iudic. facit ca. viginti. 16. diſt. Bal. conſ. 348. nu. 2. libro 3. & pro publicatione ſufficit, quòd ſic rogata ſcriptura. Abb. in c. nu. 10. per eum tex. de poſtulat. prælat. Ang. in auth. de non eligen. ſecund. nuben. Alex. dicto conſi. 39 nu. 4. lib. 3. Rol. conſi. 99. nu. 37. li. 2. Bec. conſil. 2. nu. 10. Borgn. deciſio 30. nu. 9. lib. 1. Rodoan. de reb. eccl. non alienan. tit. de locat. §. item ex præmiſſis nu. 17.

Accedat, quod ea quæ fiunt in conſilio ciuitatis uidentur notoria, ita ut nõ egeãt
4 aliqua† publicatione. Alex. conſi. 81. nu 2. lib. 2. Socin. conſi. 134. nu. 3. libro primo. Salice. in l. 2. nu. 3. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Præterea non requiritur publicatio, quando talia ſtatuta ſunt repoſita in archiuio, ut pateant omnibus. Bal. in l. 2. §. ne poſtea de orig. iu. ubi. Cagnol. nu. 44. & 78. Roland. conſi. 99. num. 38 libro 2. D. Sola in dict. gloſſ. 4. nume. 10. & ſequitur Borgnin. deciſio. 30. num. 10. Serafin. de priuileg. iuramen. cap. 5. nume. 29. Goza. conſilio 98. numero 22. Ozaſc. deciſ. 69. numero 6. Gabriel. de probat. concluſ. 5. num. 5.

Vltimo dicebatur, non eſſe neceſſariã publicationem, cum illud ſtatutum eſſet notorium ipſimet matri, quæ de hoc cõquerebatur, & ſtante tali ſcientia publica
5 no† non requiritur, quia ex ea ligãtur ſciẽtes Bart. in l. omnes populi. n. 37. Bal. in l. ſacre. nu. 2 & 3. Grat. reſpon. 49. num. 37. Capr. reg. 5. n. 15. Rip. in rub. de conſt. nu. 37. certus enim non eſt certiorandus. Cæphal. conſilio 35. nume. 47. Pariſ. conſilio 49. n. tertio. libro quarto. dicens communem. D. de Sola. glo. 4. nu. 30. etiamſi ſtatutum ſit pœnale Menoch. d. caſu. 158. nume. 5. & cum eſſet archiuio etiam id eſſe loco publicationis, & perfectæ probationis. Roman. conſi. 266. num. 3. & conſilio 165. & 319. Gabriel. de probat. concluſ. 5. numero primo Maſchar. de probat. concluſ. 111. num. 10.

In contrarium uero multa adducebãt, & primo, quod tale ſtatutum erat imperfectum ratione formæ uſque ad annum 1579. quando fuit dictum, quod obſeruatur & imprimeretur. poneretur q; in archiuio, & exponerentur uenalia ipſa ſtatuta ut oẽs de eo poſſent habere notitiã, & donec iſta omnia ſint perfecta, non poterat dici illa reformatio ſtatutorũ perfecta, nihil enim dicitur actũ, quando aliquid ſuper faciendum l. cum Sileianũ. C. de his quib. ut indig. Alex. in l. Titia. col. 3. ſol. matr. & quamuis publicatio de ſe non requirat ſcripturam. Rot. de conſtit. deciſio. 1. tamen hoc non procedit, quando ſtatuentes eam requirunt, ut dicit Papazon. in additio. ad deciſio. 1. Rotæ Roma. poſt. Fel. & Dec. rubr. de conſtitutio.

Secundo dicebatur, quod ſtatutum nõ incipit habere uires, nec ligare ſubditos
6 †niſi poſt publicationẽ ipſius ſtatuti, & ita dixit tex. in auth. ut factæ nouæ cõſtitut. vbi dicit dari duos menſes a die inſinuationis, quæ inſinuatio ibi accipitur, pro publicatione, ut communiter dicunt Doct. & cap. in iſtis. §. legis. 4. diſt. ubi dicitur, ꝙ leges inſtituũtur, quando promulgantur, & dicitur promulgatio quaſi prouulgatio mutata V, in M. cauſa melioris ſoni ipſius uocis, ſicuti pro conuocio conuicium dicitur. l. itẽ apud labeonem. §. conuicium. ff. de iniur. id eſt, quãdo non ſolum ad ſapiẽtes conſiliarios, ſed etiã in vulgus ſtatutorum notitia deuenit, & quamuis Doct. intelligant d. auth. ut fac. nouæ conſtit. dum vult non ligari populos niſi lapſis duobus menſibus a die publicationis habere locũ tãtummodo in legibus imperialibus, quæ concernunt totũ orbem, nihilominus hęc uidetur communis opinio, quod etiam intelligatur de ſtatutis. Dy. in c. ignorantia. de re. iu. in 6. Iacob. de Bellapert. Gabriel.





& Rofred. quos citat Rayneri. de Forliu. i dict. l. omnes populi. nu. 55. Sed vtcunq; ſit, quia hæc quæſtio, quando incipiant ligare ſtatuta, multum eſt agitata, & obſcura, ita vt uix poſſit dari certa regula, & in ea iudicatur ſecundum cõſtitutionẽ ſuper qua ſtatuitur, & ideo ſacri Concilij Tridentini obſeruantia quando inciperet dubitabatur, ita vt neceſſe fuerit ꝓ huius dubij declaratione publicari Bullam Pij quarti, quæ impreſſa eſt poſt decreta Concilij, & multi tenent eſſe arbitrarium iudici, quando incipiat ligare ſtatutum, ut per Menoch. caſu 185. n. 6. quãdo nullum eſt appoſitum tempus, ut ibi per eum. Tamẽ in hoc omnes nullo diſcrepãte cõueniunt
ꝙ ſtatuti publicatio requiratur, vt eſt tex. 9
in dict. §. leges, & in dict. authen. ut factæ nouæ conſtit. in l. pen. circa fin. de decur. libro 12. l. fin. de decret. ab ordin. faciẽd. Inno. in c. cum acceſſiſſent. de cõſtit. Io. Monach. in cap. 1. de reſcript. lib. 6. Dyn. in l. ſi qs in graui, ad Sillã. publicatio. n. eſt actus perfectiuus ipſius ſtatuti, & ſine publicatione nullius eſt momenti, ut dicit D. ſola d. gl. 4. n. 5. poſt Bal. Ang. Abb. Alexa. Nat. & alios per eum citatos, quos nõ tranſcribo. Gabr. in commun. concluſ. de conſtitutio. cõcluſio. 1. n. 9. & poſito, ꝙ etiamſi in ſta-
7 tuto dicatur, ꝙ† ex nũc obſeruaretur, illud ex nũc intelligitur poſt factam publicationem. gl. not. in clem. 2. de hæretic. in uerſi. ex nunc. forma autẽ publicationis cum ſit diuerſa, ut dicit D. ſola dicta gl. quarta. n. 10. & 11. in caſu noſtro uidetur pręfixa ab ipſis ſtatuentibus dum ordinarunt, quod ipſa ſtatuta imprimerentur, & ex multis libris vnus ſigillaretur, & ſubſcriberetur per notarios, & inde reponeret in archiuio, & cæteri libri publici venales exponerentur, vt omnibus paterent, quę uerba uidentur importare requiſita hæc omnia pro integra, & perfecta publicatione, & donec ſingula facta ſint, non dicitur publicatio facta, & conſequenter nullã vim habere ipſa ſtatuta nouiter facta, & reformata: illa enim impreſſio librorũ cũ eorum ex poſitione in publico erat abeis habita ꝓ publicatione, quod cum hactenus factũ non ſit, non dr̃ facta publicatio aliquo modo.

Tertio allegabãt, ꝙ illa reformatio erat
8 † nulla, cũ nõ fuiſſet obſeruata forma cõſtituta per Dominum Præſidem Purpuratum anno 1535. in qua dicebatur, ꝙ in ſimilibus ſtatutis reformatorijs uidelicet, ꝙ ſinguli uocarentur ad domum, nec ſufficere pulſatio campanæ iuxta ſolitum, quæ forma uidetur etiam ex iure cõmuni. Prępoſ. in cap. plebiſcita. & in cap. Senatuſcõſultum. colum. 1. ibi, & ꝙ maior pars. diſt. 2. Quinimo uidetur prçterea requiri, ꝙ legatur reformatio corã cõſiliarijs, & ea lecta ſcribatur per notarium, & deinde ẽc legatur. Præpoſ. in cap. conſtitutio diſti. 4. Quæ cum facta nõ fuerint, redditur nulla dicta reformatio, ut per D. Solã. dict. glo. 4. num. 3.

Quarto opponebãt dicta ſtatuta reformata non ligare populum, priuſquam fuerint† cõfirmata à Principe. Præpoſ. dic. c. iſtis. colum. 2. uerſi. & ex his allegans exẽplum in teſtamẽto dicens, ꝙ licet teſtator ordinet, & notarius ſcripſerit, nõ tamẽ ualent illa ordinata, donec teſtator ex toto ſuam voluntatem expleuerit, & ea approbauerit, & ſuum teſtamẽtum uelle eſſe dixerit, nõ dicitur teſtamentum perfectum ꝓ tex. ſing. in l fideicommiſſa. §. 1. de leg. 3. Decian. conſilio 32. num. 49. lib. 2. Marſil. ſing. 547. omnia igitur tãto magis hæc obſeruanda erunt in legibus, & ſtatutis reuocatorijs iuris communis, quæ ſunt maioris præiudicijs.

Nec obſtat allegata conceſſio Amedei, quia non habet locum in illis ſtatutis, quæ princeps ipſe expreſſe cõfirmauit. tũc. n. ſicut ſtatuto interueniẽte cõfirmatio Principis, ita etiam debet interuenire in reformatione, & illius ſtatuti reuocatione, vt unumquodq; tollatur ea forma, qua colligatum eſt. l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur. vt tenet Rayner. in dict. l. omnes populi numero 54. & Barto. ibidem quæſtio 5. & Seuerin. numer 71. poſt Abbat. ibi per eũ relatum, etiam quod alias confirmatio Principis non requiretur niſi ad abundantem.

Non obſtant contrarium allegata, nã ad primum dicitur admitti, quod conſilium ordinariũ poſſit reformare ſtatuta, ſed illud intelligitur dummodo formiter procedant, & interuenientibus requiſitis alijs ſupra allegatis de quibus latè per Dominum Solam dicta gloſſ. 4. & diximus ſupra.

Ad ſecundum dicitur, non fuiſſe perfe-

ctum ſtatutum, neque factum iuxta for-
mam datã à D.Purpurato,& ab ipſis ſta-
tuentibus & contra l.diligẽter.D. manda
ti.& ſic nullũ.l.cum hi.§.ſi prætor.de tran
ſact.Cagnol.in l.ſi nec facilè.ff.de reg.iur.
Felin.in cap.cum dilecta.de reſcript.
Ad tertiũ dicitur nõ militare quod ſciẽ
tia liget ſubditos,niſi facta publicatione,q̃
20 omnino requirit̃ ſiue vno† ſiue alio mo-
do fiat,aliàs ſequeretur abſurdũ , quòd li
garentur ſtatim ipſi cõficientes ſtatuta, &
alij nõ ligarentur,& ſic una pars populi li
garetur,alia nõ,& diuerſo iure cenſeretur
iſta obligatio cõtra l.eum,qui ædes.ff. vſu
capion.ſex.n.debet ligare omnes vniuerſa
liter,& æqualiter.l.iura.ff.de legib.& ideo
bene dixit D.Sola , quod ẽt dicta ſcientia
nõ ligat populos,niſi facta ſtatutorum pu
blicatione,vt latè per eum in d.gl.quarta.
n.4.poſt Dec.ĩ cap.1.de poſtul.prælator.
Nec obſtat, ꝙ dicitur eam ſcripturã reper
tã in archiuio,quia ibi erat non vt ſcriptu
ra publica,& perfecta,ſed quę erat in fieri
qđ demõſtrarunt illa conſiliarij in ultima
ordinatione,q̃ obſeruata nõ fuit vnde nõ
probat.Ancha.qõ.49.n.4.Ozaſc.deci.69.
Ex his,& alijs quæ ſcribit Socin.Iun.cõ
* ſi.30.lib.1.cõcluſum fuit,dictam reforma
tionem non habere vim, nec ligare popu
lum,cum omnia nõ interuenerit, quæ de
iure,& ex ipſis ſtatutis requiruntur,& præ
ſertim cum agatur de graui præiudicio.ca
pit.ubi periculum. de electio.in ſexto. Et
ideo in dicta cauſa Dominorũ de Rabijs
fuit dictum, matrẽ debere admitti ad ſuc-
ceſſionem filię prædicto ſtatuto tãquam
abortiuo nõ obſtante,anno 1589.die 22.
Decembris.referente Do.Appiano.

## Vaſſallo,cui competũt emolumẽta iuriſdictionis etiam priuatiue quo ad Dominum , an ſpectet emẽda,ĩ qua ſubditus temerè appellãs fuit condẽnatus p̃ Senatũ.

*DECISIO CCL.*

1 *Vaſſallus inueſtitus de caſtro habet omnia*
*†emolumẽta priuatiuè,quo ad Dominum.*
2 *Emolumenta dicuntur pœnæ,& mulctæ.*
3 *Imenda temere appellantis an ſpectet vaſ-*
*ſallo,& numero quinto.*
4 *Edictum Principis applicans pœnam fiſco*
*non procedit quo ad feudatarios*

VASSALLVS inueſtitus de
caſtro hẽt oĩa emolumenta
1 iuriſdictionis priuatiuè† quo
ad Dominũ ut notat̃ in l.Im
perialem.§.illud.de prohib.
feud.alienatio.per Frider.Dominus meus
Præſes a Ponte latè inter quæſt. laudimia
les.q.24.& dixi ſupra deci.132. Saluaguar
2 diatus.emolumenta† autem, dicuntur pę
næ,& mulctæ, vt dicit Caſſan. in conſuet.
Burgun.tit.*Des mains mortes*.§.18.nu.35.
poſt Bar.in l.fina.ſolu.matri.ubi Caſſane.
exemplificat ẽt in pęnis contumacialibus,
quæ imponuntur à uaſſalis.Sed contingit
nunc talis caſus uirtute decretorũ Duca-
lium,temere appellãtes non ſolum cõdẽ
natur in expenſis,ſed ẽt ĩ emẽda,ex rõne
quã adducit Imperator inſtit.de pœna te
mere.litigan. Sed alias nõ ſolũ temere ap
pellans ſed etiam temere litigans vltra ex
penſas ſoluebat etiam pro pęna decimã li
tis.§.hæc autem oĩa.inſtit.de pę.temer. li
tiga. Vnde uidetur deſumpta practica hu-
ius patrię,ut deponãt,qui reuiſionem pe
tũt,decimam litis Quãuis de iure cõi nul
lam indictam eſſe mulctam temere appel
lantibus dicat Rebuff.in titu.de appella-
tio gl.1.artic.9.nu.1.ubi ſuper ac materia
ponit plures quæſt.Nũc euenit, ꝙ in terra
cuiuſdã uaſſali quis appellanti à ſnĩa ordi
narij,uel iudicis appellationẽ eiuſdẽ uaſſal
li ad Senatũ, qui pronũciauit appellãtẽ te
mere appellaſſe,illumq; in emenda pecu-
3 niaria cõdẽnauit,quærit an illa emẽda† ap
plicari dẽat fiſco Ducali an uerò vaſſallo?
Dicebat̃ dẽri uaſſallo,cui de iure ſpectãt
emolumẽta ſuę iuriſdictiõis,ut ſupra dixi.
Secundò,quia inſpicitur in his terminis
principium rei,quia à primordio tituli po
ſterior formatur euentus, & ita arguit in
hoc caſu emolumentorũ iuriſdicionaliũ
Alder.in rubrica.C.de uſufruct.col.2.uerſ.
item tale ius quæritur p̃ iura ibi allegata.
Tertio,quia declarauit Senatus aliàs an
no 1571.penultim.Ianuarij,in cauſa D.D.
4 Valpergiæ, & Molli edictũ† applicantem
pænam fiſco Ducali non intelligi quo ad
feudatarios, niſi vbi extra territorium Do
mini ſui delinquit,vt refert Dom.Põte d.
quæſt.24.verſi.limitant etiam aliqui.
Quarto



Quarto p̃ uaſſallo adduci poteſt decre
tum Sabaudiæ antiquam ſub rubri. *Quod*
*Marchiones,Comites,&c.* lib.5.vbi pœna ,
quæ a Sereniſſimo Duce contra infringẽ-
tes ſua decreta imponitur,ſpectat uaſſallo *
ergo idem hic dici poſſet, quia illa emen-
da eſt decretalis.
5 In contrarium adducebatur † text.in l.
vtrum.in fi.cum l.ſeq.ff. de peti. hær. vbi
licet alii fructus debeantur hæredi,& etiã
pœna quæ inhærẽt rei,tamen illa pœna ,
quæ debebatur ex contumacia non hære
di , ſed ad poſſeſſorem pertinet tanquam
quid ſeparatum,& extra rem.
Secundo adducebatur, ꝙ illæ pœnæ, &
mulctæ debentur,quę opera , & induſtria
vniuerſali acquiruntur , non autem illæ ,
quæ ex opera Domini directi, unde cum
hæc emẽda a Duce inſtituta ſit illi debebi
tur,& ita arguit idem Alb. in d. rub. C. de
vſufr.col.2.
Tertio facit, ꝙ emenda hæc debet̃ nõ
ex cõtemptu facto coram iudice a quo ap
pellatum,apud quem non tractatur de ali
qua emenda,ſed ex contemptu proceſſus
facti coram iudice ad quem corã quo ex
tali appellatione quaſi delinquitur , ut in
terminis ſtis dicit Io. Fab.in l.cunctos po
pulos.nu.22.verſ.ſed quid ſi emenda non
debetur in curia a qua appellatur. Dicit ta
men ibid.Ioann. Fab.quod curia Franciæ
ſeruat contrarium , ſ.quod nulla tunc de-
beatur emenda,ſed illud de ſtilo curię in-
telligi debet,ſecus uero vult de iure com-
muni.
Quarto facit,quia cũ Rex,vel Dux auo
cata cauſam ſubditorum a vaſſallis pęnæ,
& multæ ſunt Regls,ita tenet Pæt. Nun.
in tit.de man.reg.par.1.c.11.num.5.poſt
Caſſ.ibi reatum, & ita dicit,eſſe de conſue
tudine Hiſpaniæ.
Quinto facit,quia tales emẽdę poſſunt
a curia Senatus moderari,ut dicit Rebuff.
d.tit.de appellat.art.9.gl.1.ergo apparet,
quod remanent in diſpoſitione curiæ ad
quam,non curiæ a qua appellatum eſt, &
per conſequens & mulcta Domino illius
curiæ ſpectare debet.
Sexto facit,quia quãdo ſubditus alicu-
ius Domini inferiores ob contumaciã,uel
quid aliud punitur ab officiali Principis ,
pęna fiſco Principis applicabit̃.Dominus
Põte d.q.24.verſ. principalẽ autẽ conclu-
ſionẽ,& dicit Nat.cõſ.580. ꝙ mulcta con-
tumacis debetur fiſco citãtis D. Ponte in
ſæpe citata q.24.col.4.verſ.hinc infero .
Vnde per opinionem Fabri,quam ego
* adducebam,cenſuit Senatus emendam fi
ſco Ducali applicandam eſſe in cauſa cu-
iuſdam de Candello 1554.

## Melioramentorum æſtimatio, ipſorum ordinata ſolutione, qualiter faciẽda ſit, & quale tempus inſpici debeat.

*DECISIO CCLI.*

1 *Melioramentorum ſolutio an facienda ſit in*
*ſpecto tempore,quo facta ſunt,an uero inſpe*
*cto ualore rei tempore ſolutionis ordinatæ ,*
*& nu.2.& 4.*
3 *Tex.in l.domos.6 de leg.1.examinatur.*

MELIORAMENTORVM æ-
ſtimatio an fieri debeat ra
tione tẽporis quo facta ſunt
an uero eius ualoris , qui eſt
tempore,quo æſtimaret , &
quo quis condemnatus eſt ad ea exoluen
da,cum iam ualde creuiſſet eo tẽpore ęſti
matio omniũ rerũ,& operarum,nam con
demnatus uolebat ſoluere iuxta minorẽ
1 † æſtimationem,quæ erat , quando facta
fuerant,& pro eo allegabatur.l.in fundo
D.de rei uendicatio in illis verbis.
ſolum quod impenſum eſt.
Et ſic non habetur rõ ualoris rei tempore
æſtimationis,ſed tantũ illius ſummę,q̃ ve
re impẽſa fuit a principio.Et p̃ hac opinio
ne multa allegata Marz.ĩ tra. de fideic. q.
65.verſ.regula. n.eſt vbi poſt citatos quã
plures Doctores ita tenentes firmat ipſe
hoc modo regulã, ut id tantũ debeat̃, qđ
impenſum fuit,licet pluris ualet. Atq; ita
tenuit Capic.deciſ.92.nu.9. & Marz.dicit
ita iudicatum per totam Florentinã. Bur
ſa.plures more ſuo cumulans conſ. 11.n.
50.& conſ. 71.nu. 22. & conueniunt ver
ba Vitruuii libro ſecundo. cap. 8. vbi de
æſtimatione domorum loquens,*De lateri*
*tijs uero* (inquit) *dummodo ad perpendicu-*
*lum ſint ſtantes nihil deducitur,ſed quanti*
*fuerunt olim facti tanti ſemper æſtimãtur.*
Neque enim plus in rem domini uerſum
 eſt

eſt, niſi quatenus impēſum eſt etiam ſi res
hodie pluris valeat hſi fundū. D. de in rē
verſo. Neguzan. de pign. 4. membr. 5. par
te prin. nu. 11. Tiraq. de retract. cōuent. §.
7. nu. 8. Ludouic. deciſ. Peruſ. 58. in fin. Io.
Garz. in tract. de expen. & melior. c. vlt. qđ
potiſſime procedit in acquiſitione volun
taria, & utilibus expenſis. l. cum poſtulaſ-
ſem. §. fi. de dam. infec. facit tex. in l. Paulus
§. domus. D. de pig. P. A. de Petra de fidei
com. quęſt. 45. nu. 271. dicens crebiori cal
culo firmatam.

Victor verò dicebat, ſoluenda eſſe me
2 lioramenta iuxta ualorem currentem † tē
pore æſtimationis, & pro eo allegabatur
tex. in l. domos. 61. de legat. 1. vbi ſolui de
bent melioramenta, prout æſtimantur tē-
pore ęſtimationis, & prout tunc extabāt,
ſecundum vulgatam lecturam, per quem
tex. ita omnes cōcludere teſtatur Menoc.
de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 557.
vbi firmat regulam contrariam, quam opi
nionem æquiſſimam dicit Pariſ. in cōſue-
tud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 5. nu. 97. quem re-
prehendere intendens Menoch. diſtinctio
ne quadam relata irreſolutus in hac quæ-
ſtione tranſit. Et ꝙ meliorationes debean
tur inſpecto valore temporis reſtitutionis
conſuluit Cæphal. qui multos allegat cōſ.
311. nu. 93. lib. 3. Roland. conſ. 28. nu. 14.
li. 1. And. Gail. pract. obſeruat lib. 3. obſer.
121. nu. 12. Cagno. in l. 2. C. de pact. inter
emp. num. 175.

Verum quoniam ꝓ hac opinione alle-
gatur tex. in illa l. domos. in quo maximū
fundamentum cōſtituunt huius ſententiæ
3 defenſores, videamus † vos an fundamen
tum inde deductum ſolidū, & concludens
ſit. Nam Menoch. in d. loco. num. 558. de-
fendere videtur, illud Papiniani reſpōſum
non probare, cuius tamen rei cognitio fa
cilius habebitur ſi veram, & germanam il
lius loci lectionem conſiderabimus, lectio
enim varia eſt in finalibus illius. l. verbis.
Vulgati codices ſic habent.

ædificiorum quantitatibus æſti
matis.

Pariſ. in d. n. 97. ex ſuo, fortè Codice legit.

ædificiorum quantitatibus ex-
tantibus:

Ex qua lectione uerbum *extantibus*, pon-
derādo colligit valorem rerum tempore
reſtitutionis æſtimatarum conſiderando,
prout res tunc temporis extant & valent,
cuius inductionem improbat Menoch. in
d. nu. 158. Alij codices habent.

ædificiorum quantitatibus ex-
tantibus æſtimatis.

Gregorius Holoander vir quidem diligen
tiſſimus, ſed qui fortè nimia diligentia in
Iuriſconſultorum fragmentis illis à Tribo
niano nobis relictis cōmutandis vſus eſt,
in ſuo libro ſcriptum reliquit,

ædificiorū ætatib. examinatis.

Coniungitq; l. illam Papiniani cum altera
Vlpiani ſequēti, ſed reprehenditur ab An
to. Aug. lib. 3. emendat. c. 1. pag. mihi. 123.
Iulius Pacius in nouiſſima editione Pāde-
ctarum refert in notis ad hanc leg. in qui-
buiſdam manuſcriptis legi,

ædificiorum qualitatibus æſti-
matis.

In meo Codice opa viri doctiſſimi Anto-
nij Cōtij, & Lelii Taurelli edit. ſic habeo,

& ædificiorum ętatibus exami
natis.

Et vera ac Germana Florentinarū lectio
hæc eſt, ut Antonius Auguſt. qui illas lon-
go tempore præ manibus habuit teſtis eſt
ſicque legit ſubtiliſſimus Cuiac. lib. 6. ob-
ſeru. c. 3. qui uerbum, *ætatibus*, in illa l. ex-
ponit ex Græcis authoritatibus pro ampli
tudine, & magnitudine ędificiorum, & re
uera ab hac Florentina lectione receden-
dum nullo modo eſſe arbitror, quam om
nes ex recentioribus probant, cum illaque
conuenit & ipſius Haloandri lectio. Inter
prætorq; uerba illa,

ſumptuum rationib. deductis,
& ædificiorum ætatibus exa-
minatis,

Hoc eſt boni uiri arbitratu relictum, vt im
penſas in domo hæreditaria factas antiq-
tate, ædificiorum examinata, ſeu conſide
rata (ſic enim dictionem ætatis pro anti-
quitate ſumendam arbitror) fideicommiſ
ſarium ſoluere compellat. Sicque re ve-
ra Papinianus caſum noſtrum nō decidit,
ſed arbitrio iudicis decidendū relinquit,
quod & Celſo in dicta l. in fundo. in prin
cipio. D. de rei vendicatio. placuiſſe ani-
maduerti, vt hoc caſu iudex uariè rerum,
& perſonarum cōſideratione habita diiu-
dicet. Nec igitur ex hoc tex. aliorum opi-
nio probatur tenentium expenſarū tem
porum conſtructionis factarum rationem
duntaxat habendam, imo (ſi mihi aliquan
do ex coniecturata Iuriſconſult. mente id
dicere liceret) exiſtimarem potius ex ipſa
l. in fundo. elici contrarium poſſe ex vlti-
mis illius. l. verbis ibi,

Finge eam perſonam eſſe domi
ni, quæ receptum fundū mox
uentura ſit.

His verbis denotare Iuriſconſult. æſtima-
tionem tempore reſtitutionis ita faciēdā,
ac ſi is, cui reſtituitur prædium aut ædifi-
cium, vendere re tradita vellet, illudque
pretium hæredi, vel bonæ fidei poſſeſſo-
ri reſtituendum propter dictionem illam
mox.

Quidam in hoc articulo diſtinxerunt
inter bonæ fidei poſſeſſorem, & dominū,
vt bonæ fidei poſſeſſori tāquam negotio
rum geſtori, qui tantum, quę impendit re
cuperat, detur valor iuxta tempus factæ
meliorationis; Domino uera iuxta tem-
pus factæ æſtimationis, & in eo procedat
tex. in l. domos. quam diſtinctionem facit
Menoc. in loco ſup. citato, & ſequitur Rui.
conſi. 14. col. 3. in fi. & col. ſeq. li. 4. Rolan.
28. nu. 18. lib. 4.

Cæterū cum vnaqueque opinio nulla
diſerta lege defendi poſſit, & quæſtionē
hanc Iuriſconſ. ipſius iudicis arbitrio reli-
quiſſe uideam, cauſam arbitrariam iudi-
4 co, & boni † uiri arbitratu decidendam re
linquo, poterit enim bonus iudex ex rerū
& temporum circunſtantijs in alterutram
ſententiam inclinare, & ſi aliqua in dubio
iſtarum opinionum ſequenda eſſet, a po-
ſteriori tanquam veriori opinione recedē
dum non eſſe exiſtimarem, quæ eſt ſecun
dum ſententiam Menochij, vt tantum de-
bitor ſit, qui ea ſoluere tenetur, quāti æſti
mari poterant, tempore quo æſtimāda, &
ſoluenda eſſe iudicatum fuit, in quam opi
* nionem inclinabat Senatus in cauſa Tauri
nenſi Referentibus. D. D. Enuiarū & Gue-
rillo, licet cauſa poſtea concordata fuerit
anno 1588. 18. Decemb. & ꝓ hac opinio
ne addo, quod ſi in alio expēdiſſet, vel pre
tium melioramentorum retinuiſſet ædifi
cans, aliquid ſuperlucratus fuiſſet, unde
æquitas ſuadet, vt hic idem ſtatuamus, dē
damnū ex meliorationibus factis ſentiat,
præſertim ſi meliorationes non voluptua
riæ, ſed neceſſariæ ſint.

## Trebellianica an detrahatur de fideicommiſſo conditionali, quā do legitima filiorū excedit trientem, & importat ſemiſſem hæreditatis.

### DECISIO CCLII.

1 *De fideicommiſſo conditionalis detrahitur per granatum legitima, & Trebelianica.*
2 *Trebellianica an per granatum detrahi debeat, quando legitima eſt ſemis, & numero 3. & 4.*

IN fideicommiſſo conditio-
nali detrahitur ꝑ deſcendē-
1 tes legitima, † & Trebellia-
nica iuxta cap. Raynutius.
de teſtament. quæ regulari-
ter faciunt dimidiam hæreditatis, quia de
aſſe ſeu duodecim vncijs, qui faciunt to-
tam hæreditatem, detrahitur tertia pro le
gitima, quæ eſt quatuor vnciarum, & de
alijs octo teſtantibus detrahitur quarta, &
ſic duæ unciæ, ita ut remaneat ſemis gra-
uato, & hęc eſt omniū Doctorū receptiſ-
ſima, & indubitata concluſio, quæ a nobis
in practica perpetuo obſeruatur, & a qua
nō ſolet in iudicādo recedi, quicquid ſub-
tiliter magis q̄ uere alij contra claram iu
ris Canonici diſpoſitionē ſubſtinere, & de
fendere voluerit, quos ad longum refert
Michael. Graſſ. in q. Trebellianica. quęſt.
4. num. 1.

Sed quæſtio eſt, quid ſi ſunt plures filij,
ita quod legitima ſit ſemis, iuxta auth. no
2 uiſſima. C. de inoffi. teſtam. an tūc † etiam
detrahatur alia quarta pro Trebellianica?
Quæſtio eſt difficilis, & ꝓpterea irreſolu-
tus in ea tranſit Crau. conſ. 50. & ibi Strac
ca in ſuis addit. cogitandam uidetur relin-
quere ipſius reſolutionē, dicens hunc eſſe
nouum, & difficilem articulū, & de ea pa-
riter dubita Zāch. in l. hæredes mei. §. cū
ita. nu. 815. ff. ad Trebellia. Et quod detra-
hatur Trebellianica ex alio ſemiſſe tenuit
gl. in §. ſi quis autem. verſ. auferri. authen.

de hæredi.& Falcid.Ange.conſil. 287.Picus in l.in quartam colum.fin.D.ad Trebellia.Cagnol.in l.Papinianus. §.meminiſſe num.19. de inofficioſo teſtamen. Corne.conſilio 182.libro ſecundo Marzar.de fideicommiſſ.quæſtione 51.Curt.ſen.cõſilio 59.nu.25.Alben. conſilio 41.numero ſecundo.ſequitur dicens communem Caualca.in tracta.de vſufruc.mul. relict.pag. 274.in princ.& uidetur firmare Stracca in addit.ad Crauet.dicto conſil. 50.licet poſtea dicat cogitandũ propter anthoritatẽ Baldi,quæ magna eſt Communem etiã hanc opinionem dicit Eman.a Coſta in c. ſi pater.in verbo abſq; deductione. numero 9.de teſtamen libro 6. & magis cõmunem teſtator M.Anton. Cuch.in tractatu ſuo de legiti. ſeu magis in repe.ad authẽ. nouiſſima.ſub rubrica legitima, & trebellianica an quandoque ſemiſſ.exced.num. ſecundo.& ab iſta opinione tãquam communi recedendũ non eſſe ſcribit Graſſ.in dicto §. trebellianica quæſtione quarta numero ſecundo.& hanc etiã partem magis cõmunem dicit P.A. de Petra de fidei commiſſ.quæſtione 15. num. 211. citans pro ea Oldrad.in conſ. 171. in fin.qui tamen nihil dicit.

Et mouent omnes iſti Doctores ex generalitate regulæ,quæ deducitur ex dicto cap.Raynutius.cum non diſtinguant Doctores in detractione trebellianicæ ſi excedat ſemiſſem,uel non,& quia fauores ampliandi ſunt non reſtringendi,cum fauore hæredem deſcendentiũ, & aſcendentium ſit ordinata detractio.

3 Sed contrariũ † tenuit Bald.in conſilio 94.Punctus quæſtionis.libr. ſecũdo.& cõſil.1560.ſtatuto.& conſil.260.eodem libro Moder.Pariſ.ad Alexan.conſi. tertio. libro ſeptimo.vbi latè diſputat, dicens in puncto iuris veriorem.Dec. conſilio 228. circa fi.Curt.ſen.conſil. 75. numero 4.ubi erant decem filij.Didac.in ca.Raynutius. §.11.nu.9. & ab authoritate Bal. non audet recedere Crau.in d.conſi. 50.

Mouetur Bald.pro hac ſentẽtia ſatis uiua ratione,q̃a alias honoratus remaneret grauatus & grauatus uere honoratur diceretur. Præterea addebam ego,quod cũ ex ſpeciali priuilegio legitima liberorum, & aſcendentium,quæ alias erat quarta pars eius portionis, quæ ab inteſtato contingebat.l.parẽtib.C.de inofficio. teſtamẽ fuerit ad trientẽ,& aliquando ſemiſſem redacta, dicta authent.nouiſſima.non debet tale priuilegium damno fideicõmiſſarij cedere,& priuilegia non ſunt multiplicãda, & in dubio eſt adhærendum uoluntati teſtatorum,quorum diſpoſitio pro lege cuſtodit.§.diſponat.authen de nupt.& quibus lex ipſa nulla diſtinctione facta an ſint plures liberi,uel pauciores,liberam concedit facultatem de dimidia diſponendi extra liberorum perſonas.

Ex quibus uidemus opinionẽ Bal.fundamento non carere, & quæſtionẽ maxime dubiam eſſe,ideo cum iſta quæſtio in facti contingentia mihi decidenda cõtigiſſet,multũ dubitabam propter authoritatem ſupra citatorum Doctorum, tandem
4 non auſus fui † recedere a cõmuni opinione,quæ eſt contra Bal.& iudicaui detrahẽdam Trebellianicã illa ratione, quia licet filius habeat dimidiam eius,quod eſſet habiturus ab inteſtato, illa tamẽ dimidia nõ eſt totius hereditatis,unde ſi ſint ſex filij, de duodecim uncijs hẽt pro legitima vnã unciam, & pro trebellianica ſeſquiunciã, & ſic in totum habet ſolum uncias duas cum dimidia non autem ſex.unde nõ militat ratio Doctorum ſequentium Bal. & cum hac opinione contra Bal. tranſiuit Senatus ita iudicando in quadã ardua cauſa Botali de Pinerolio,referẽte doctiſſi. Do. Senatore Cerua 1589.Menſe Decembris.

Laudum dubium eſt per iudicẽ ordinariũ declarandum, & quando per arbitros declarari poſſit, & quid ſi reſeruata facultate declarandi per arbitros ipſi in declaratione diſſentiãt, an laudum nullum reddatur.

## *DECISIO CCLIII.*

1 *Sententia arbitrorum dubia eſt per iudicem ordinarium declaranda.*
2 *Arbitri an poſſint reſeruare ſibi facultatem declarandi dubia laudi.*
3 *Laudum an reddatur nullum licet homologatum ſi in declaratione dubiorum arbitri diſcordent.*
4 *Laudum latum die compromiſſi non valet, & num.7.*
5 *Laudum nullũ homologatum ualet in uim pacti uel tranſactionis.*
6 *Laudum Iudæorum habet paratam executionem.*

1 SENTENTIA arbitrorum dubia regulariter eſt per ordinariũ iudicẽ declaranda; vt per Abb. in ca. cum olim. de arbit.Marc.Ant. Blanc. in tract.de cõpromiſſ.q.23.in fi.Arbitris.nu. nõ cõpetit authoritas declarãdi laudum, uel arbitramẽtalẽ ſñĩam, quia functi ſunt officio poſt latum laudum prout nec põt iudex ſñĩam ſuã corrigere.l. iudex poſtea quam.D.de re iudica.ſic etiam in arbitris per tex.ubi gl. Bar.& alij in l.ab executore D.de appellatio.Bal. in l.ne in arbitris. in fi.C.de arbitr.Blanc.d.tract.de cõpromiſ. quæſt.9.nu.64.Alex.conſ.18.nu.2.lib. 7.

Limita niſi ꝑ laudum ſibi reſeruaſſent arbitri authoritatẽ declarandi, nam tunc
2 † videtur, ꝙ poſſint iſta facultate, uti ut colligitur ex traditis per Docto.in locis ſupra citatis,ſed contrarium,quod imo arbitri non poſſint eorum declarationẽ reſeruare, niſi talis facultas data fuerit in compromiſſio,tenuit Fulgoſ.conſ. 144. Ideo ꝑ reſolutione hãc limitationem declaro, ut procedat quo ad ualiditatẽ declarationis. dum modo arbitri declarẽt intra tempus in compromiſſo præfixum,quia alias poſt tempus nõ poſſunt etiam cum reſeruatione expreſſa declarare,& declarãdo inualida eſſet declaratio,vt in ſimilibus terminis pulchrè determinat Ale.cõſ.18.nu.1. volu.7 quod locum obtinet niſi partes tali expreſſe reſeruationi cõſenſiſſent, uel tacite per emologationẽ laudi,uel expreſſe id petẽdo ab ipſis arbitris,prout factum fuit in cauſa quadam ardua Hebræorum de Lates,vbi hoc attento iudicaui poſſe arbitros tali reſeruata facultate uti, imo cogi poſſe ad declarandum, ſicuti coguntur ad ſentẽtiam dicendã,& cum a mea ordinatione fuiſſet appellatum. Senatus illam ordinationem confirmauit 1587.15.Iulij referente D.Senatore Cerua.

Sed hoc caſu magna,& difficilis in prædicta cauſa ſuborta fuit dubitatio,dum poſtea in meritis cauſæ tractaret, quã a Doctoribus hactenus in ſpecie tactam nullibi uidi. An ſi in declaratione arbitri inter ſe ipſos deſſentiant,poſt ipſius laudi emolo
3 gationẽ laudum illud nullum † reddatur, & ob id ſi duo ſint lauda ad primũ recurratur.Et uidebatur nullum reddi, primo, quia iſta declaratio cum fuerit ab arbitris reſeruata in laudo dicitur pars laudi, ut innuit Alex.dict.conſilio 18.lib. 7.& arg. eorum quæ de fienda declaratione ſupra dixi,vnde cum in hac declaratione diſſentiant,dicuntur in ipſo laudo diſſentire, & ſic laudum nullius effectus eſſe poterit, cum non poſſit dici perfecta res,donec aliquid ſuper eſt agendũ, & præſertim cum in caſu noſtro cõpromiſſum diceret quod arbitri deberent clare, & ſine difficultate laudum proferre,ita ut eſſet concordes, ſicut etiam dicitur,quod ſñĩa iudicis debet eſſe liquida, & clara §.curare.inſti.de acti. niſi res ſit per ſe adeo intricata,ut certa,& clara ſententia ferri nequeat, ut per Dec. conſi.517.num.1.

Secundo, quia laudum fuit prolatũ eo
4 dem die cõpromiſſi,quo caſu dicitur † nullum,vt per Iacob.Butrigar.in l.prolatum. C de ſent.Specul.tit.de ſenten.§.quoniã. verſi.item oppone.Marc.Anton.Blan de cõpromiſſ tit.de ſenten.& executione cõpromiſſ.quæſt.9. & ſic habetur pro nõ lato ſaltem in quãtum pars illi innititur, ad nota.in l.ab emptione.vbi Caſtrenſ. n. 9. D.de pact.Alber.nu.4.Alex.conſ.10.vol. 1.Marc.deciſio.32.Tiraqu.de retract.conuent.§.6.gl.2.nu.9.

Tertio ego dicebã, quod ſicut arbitrorum cõſenſu factum eſt,& promulgatum laudum eſt authoritate ipſis arbitris in cõpromiſſo per partes attributa,mirum,nõ eſt ſi eorundẽ diſſenſu diſſoluatur, ex vulga.reg.l.nihil tam naturale D.de reg.iur. præſertim ſi diſſenſus eſt ſuper re principali.

In cõtrarium allegabatur laudum fuiſſe a partibus emologatum,& cũ iuramento firmatum,vnde meretur executionem non minus q̃ ſñĩa,quæ in rem tranſiuerit iudicatam laudi enim approbatio habet
5 uim † iudicialis cõfeſſionis irreuocabilis. Bero.conſi.32.nu.4.lib.3. & valet in uim trãſactionis,vel pacti.l.2.vbi gl.C.cõmu. vtriuſq; iudic.Roman.cõſ.173.Pariſ. conſil.24. libro 2. colum. penult. & fin.Abb.

cõſil.62. nume.2. libro 2.Papien.de ſen
ten.definiti.§.1.nu.16.Corn. conſil. 125.
& 245.lib.2.Soc.conſilio 220. viſis com-
promiſſo columna 3.in principio.lib. pri-
mo,Angel. conſil.168.& eſt clara, & ex-
pedita omnium Doctorũ ſententia quod
tanto magis procedit in laudo Iudæorũ,
6 † quod habet ẽt ſine emologatione exe-
cutionem paratã.apoſtil.ad Bar. in l.cum
antea.C.de arbit.ꝑ tex.in Iudęi.C. de Iu-
dæis.& præſertim ſtãte forma priuilegio-
rum a Sereniſſ.Principibusin hoc ſtatu ha
bitantibus conceſſorum, quibus cauetur,
quod inter ipſos cogantur, cõpromittere
eorum lites, & arbitrum ſententia valeat
in uim iudicialis ſententiæ.

Nec obſtat,quod arbitri in ea declaratio
ne diſſenſerint Primo, quia capita,quæ de
clarari petita fuerant, non habebant diffi-
cultatem,vt ex illorum ſectione colligeba
tur,& in claris declaratione non eſt opus.
Dec.in l.edita.nu.49.C. de eden.glo. in l.
quicquid aſtringẽdę.de.verborum obliga
tionib.Decia.conſilio 1.& 17. lib.primo.
Secũdo,quia declarari poſſunt per iudicẽ,
ad quem recurri ſolet tanquã ad bonum
virũ, vt ſupra dixi. Tertio declaratio non
potuit fieri poſt tempus præfixũ.Quarto
dato,& non cõceſſo ex hoc nullum reddi
laudum,illud ualet ſaltem in uim pacti, &
tranſactionis,vt dixi ſupra.

Secũdo,quia laudo lato res non eſt am
plius integra.l. id quod noſtrũ. vbi Cagn. *
de regulis iuris, tam tertio ius eſt quæſi
tum,quod auferri non poteſt,& per con-
ſequens propter ſolam declarationem re
quiſitam non erat laudum totum annul-
landum.

Tertio,q̃a in dubio fieri debet interpre
tatio,vt diſpoſitio,& actus valeat.l. quo-
ties. de verborum obligationib. cap. Ab-
bate.de verborum ſignificatio.præſertim
cum pars, quæ confirmationem laudi re-
quirit,certet de damno euitãdo, alia uero
de lucro captando, ut in his terminis pul
chre arguit Abb.in conſil. 62.numero ſe
ptimo,verſicu.tertio principaliter facit.li
bro 2. Sed hic laudum iam eſt ſequutum,
ergo pro illius confirmatione erit iudican
dum.

Nec obſtat, quod dicebatur laudũ nul
lum,quia latum die compromiſſi,quia re
7 ſpondebatur illud † verum eſſe,ſi cõſtaret
hos arbitros nõ fuiſſe de cauſa inſtructos
& iura partiũ nõ potuiſſe tam breui tem
pore cognoſcere:alias enim ſi iura partiũ
ante cõpromiſſum factum cognouiſſent,
nulli dubium, quod valet laudũ, & cenſe
tur,re cognita,& bene diſcuſſe prolatum.
Quod probabatur ex duabus coniecturis:
prima eſt,quoniã in ipſo laudo arbitri nar
rant iura partiũ diligenter, & ſingulatim
& poſtea omnia controuerſiarũ capita de
terminant Altera eſt ſi cauſa iam eſſet in
ſtructa coram primis arbitris per multos
dies,& inde ſecũdi poſtea ſup illis eiſdem
actis pronũciant,& ita ſe pulchre determĩ
nat Soc.ſen. conſil. 121. columna tertia.
libro.3.& conſil. 66. columna ſecunda,li
bro 4.pręſertim ſi arbitri sũt iuri probi vt
in eiſdem terminis poſt Socin. nouiſſime
tenuit Menoch. de præſumptio lib. ſecun
do,præſumptio 76.numer.30.& duobus
ſequẽtib. idque clarius apparet ex verbis
laudi in narratione, vbi lapſi arbitri dicũt
ſe inſtructos, horũ enim aſſertioni, quod
fuerint inſtructi de cauſa,fides adhibitur,
ut per Socin.& Zabar.per Menoch.allega
tos.Gabriel.tit. de ſenten.concluſ.6.num.
10.& ſequen.

Et iuxta hanc partem, quod laudem ua
leret etiamſi declaratione arbitri poſtea
diſſentirent,& ipſum exequendũ eſſe con
cordatis dubiis ex ipſa declaratione,& ex
tius idem Marſi.in pract.§.ſequens. nu.6.
& 7.Sed aduertere,ꝗa hęc cõcluſio Fe.&
Marſi.uidetur deſtruere id, ꝙ ſupra dice-
bam in prima ampliatione. Vnde concor
dando dicas,quod aut iudex ſolus ex offi-
cio,vel ex inquiſitione hoc facit, & poteſt
examinare etiã ad offenſam, & ita proce- *
dat prima ampliatio. Aut interuenit accu-
ſator,ꝗ teſtes producit,vel alius ꝓmotor,
& tunc procedit hæc opi.Marſil.quod ad
offenſam non liceat. aliud enim eſt teſtes
recipere,aliud ꝓducere, vt ponit additio
ad Abb.in d.c.cum clamor.incipien.an &
quãdo,& ita ſentit Aret. in d c.fraternita-
tis.col.6.ver.vtrum in cauſa criminali Fe-
lin.in d.c.cum clamor.col.pẽ.ibi dum di-
cit,ut petatur noua examinatio ad offen-
ſam.illud enim uerbũ petitur, præſuppo-
nit accuſatorem,& clarius id demõſtrat in
exemplo ꝑ eum poſito,& ad hoc facit, ꝙ
in criminalibus maxime abundat iudicis
officium,& poteſt iudex abſentibus accu-
ſatore,& reo teſtes examinare, & ſcientes
delictum ad illud indicandũ compellere,
ut not.Rip.in l. 4.§.hoc autem iudiciũ. de
damno infec.nu.77.& 80.& poſt Bald.&
Barb.per eum relatos,& ex officio ipſe iu
dex producit teſtes in criminalibus,ne dũ
publicatis teſtibus,ſed etiam poſt conclu-
ſum in cauſa,ut dicit Are.in d.c.fraternita
tis,col.9. verſi. utrum in cauſa criminali.
poſt Bal.in l.2.in princ.C.de eden.

Hãc tamen declarationẽ intelligo pro
cedere, quãdo iudex ſolus procedit ſine ĩ
ſtigatore, alias enim ſi adeſſet inſtigator,
uel accuſator,uel procurator voluntarius,
tunc etiam ex officio ad offenſam nõ poſ
ſet poſt publicationẽ examinare,per pul-
chras rationes quas ſubtiliter, & copioſe
conſiderat Aret.in d.col.9.ver. vtrum au-
tem ad offenſam.qui omnino uidẽdus eſt
& cum hac opi. Aret. uidetur concurrere.
Alex.in dicta l.4.§. hoc autem iudicium.
nu.29.poſt Fran.Tigrini quem ipſe Alex.
refert,dicens eius opinio de iure ſatis ſuſtẽ
tabilem.& eam ſequitur Marſil. in practi.
d.§.ſequens.nu.7.

Caſus tamen iſte eſt ſatis ambiguus,ꝗa
contra opinio.Aret.ideſt, quod etiã ſi ad
ſit accuſator. poſſit tamẽ iudex ex officio
ad offenſam teſtes examinare poſt publi
catos teſtes tenuit Bar. quem citat Alex.
dicto §.hoc autem iudicium,cuius opinio
teſtatur Alex.eſſe communem,& cum ea
ſimpliciter tranſit Aret. ſibi contrarius in
dicto cap.cum ueniſſent. de teſtibus in 4.
colum verſi.aduerte tamen.& in ca. cum
clamor.colum.2. vbi dicit ſe maturius co
gitaſſe,& ita etiam cenſuit Senatus 1556.
Menſe Septembris. me referente in qua-
dam cauſa Bugellen.quia non eſt bonum
ut veritas in criminalibus fauore publico
ammitatur, quandocunque procedatur,
ne dicta remaneant impunita.

## Statutum ciuitatis Taurini diſponens, quod agnati ſuccedant in domibus,an excludat etiam filias ab earũdem ſucceſſione mortuo patre ab inteſtato.

## *DECISIO CCLXIII.*

1 *Statutum Taurini deferens ſucceſſionem domorum agnatis,an excludant filias.*
2 *Statuta fauorem agnationis reſpicientia dicuntur fauorabilia, & latam capiunt interpretationem.*
3 *Princeps in modico ius partis lædere poteſt.*
4 *Statutum poteſt legitimam minuere.*
5 *Statutum ita interpretandum eſt, vt minus lædat ius commune,quam fieri poſſit.*
6 *Statuta ſunt reſtringenda,ut abſurdum euitetur.*
7 *Statutum non poteſt trahi ad perſonas non ſpecificata in ipſo ſtatuto.*
8 *Maſculinum regulariter concipit fœmininum.*
9 *Statutum Taurinen. excludens fœminas a ſucceſſione domorum declaratur.*

**S**TATVTVM extat in hac
Auguſtiſſima, & floridiſſi-
ma ciuitate Taurini Pede-
mōtanæ regionis digniſſima
Metropoli, & Principiū no-
ſtrorum, ac Senatus, & ſtudiorū antiquiſſi
ma ſede, & de qua ciuitate plura ad illius
antiquitatis, & nobilitatis demōſtrationē
ſcripſit D. Philbertus Pingonius, olim Se-
reniſſimorū Sabaudiæ Ducū Cōſiliarius,
& Sacri Palatij Referēdarius, in ſua Tauri-
norū Auguſta. Per ꝙ ſtatutum uocantur
agnati omnibus alijs perſonis excluſis ad
ſucceſſionē domorum in ea ciuitate, & in
oppido Grugliaſchi eiuſdē ciuitatis mem-
bro exiſtentiū in hęc verba. *Item ſtatutum
eſt in ſucceſſionibus ciuium, & habitatorū
Taurini, & Grugliaſchi, ꝙ iura Romana,
& Imperialia de cætero uindicent ſibi locū,
tam in maſculis, quam in fœminis, eo ſaluo,
&c. Si quis, uel ſi qua ab inteſtato deceßerit
nullo facto ordinamēto rerū ſuarum, quod
ubi fuerit, uel remāſerit aliquis agnatus de
functa perſona, præferatur cunctis alijs per
ſonis in ſucceſſionibus domorum cum perti-
nentijs defuncta perſona, &c.*

Quæſitum fuit ſtante tali ſtatuto, & prę
ſuppoſita illius ualiditate, an filia exclude
1 tetur† a fratribus, & agnatis in ſucceſſione
domorum mortuo patre ab inteſtato. Et
quoniā hæc quæſtio in eadem ciuitate ſæ
piſſime contingit, nec eſt ſine difficultate,
ideo operæ pretiū duximus illam diligen
tius examinare, præſertim quod audiam
fuiſſe ſuper hoc diuerſimode iudicatum,
ne de cętero ſuper eo dubitari contingat.
Et in fauorem agnatorum maſculorum al
legabať in primis fauor agnationis in iſto
ſtatuto cōſideratus, quo attento huiuſmo
di ſtatuta dicuntur laudabilia, & fauorabi
lia ex receptiori Doctorū ſentētia, de qua
plurib. authoritatibus, præſertim Bruni,
& aliorū more ſuo relatis teſtatur Burſa.
conſilio 280. nu. 5. Cæphal. conſilio 309.
numero 24. libro tertio. Hiero. Gabriel cō
2 ſil. 13. & latam propterea capiunt † inter
pretationem. Franciſ. Mar. deciſione 546.
numero 23. Cæphal. conſilio 490. nu. 32.
& 33. & conſi. 521. nume. nono, & quod
tale ſtatutum ſit factū fauore agnationis
demōſtrat in ſpecie huius ſtatuti. Aymo.
Crauet. conſi 236. numero decimo, verſi-
culo ad hæc. poſt Bald. in l. maximum vi-
tium. C. de libe. præter. hoc eſt enim expē
ditum, & cōmuni Doctorum calculo fir-
matū, quod quando ſtatutum agnatos uo
cat ad ſucceſſionem excluſis fœminis, tūc
cenſetur factum fauore agnationis, & nō
alia de cauſa, vt ſcripſi late ſupra deciſ. 37.
Statutum, & multis cōprobat Gabriel. li-
bro ſexto commu. concluſio. titu. de ſtatu
tis. cōcluſione ſexta, numero primo, & in
ſpecie in ſimili ſtatuto Florētiæ edito ſcri
bit Bald. inter conſilia Angel. conſil. 68.
quod eſt repetitum conſil. 281. col 3.

Secundo pro agnatis adducebať, quod
ſtatutum huiuſmodi uti agnationis, & fa-
miliæ conſeruatorium erat attēdendum,
& ad fœminas cuiuſcunque gradus exten
dēdum, quia ex eo in modico ius fęmina
rum lædebatur, cum loquatur tantum in
domibus, & nō procedat in alijs bonis, ſi-
3 cut dici ſolet, qđ Princeps in modico † ius
partis lædere poteſt. Natta conſil. 34. nu-
mero uigeſimotertio. Brun. conſi. primo.
colum. ſeptima. in principio. Et ſicut po-
4 teſt ſtatutum † legitimā minuere ex rece
ptiſſima & indubitabili Doctorum ſenten
tia, de qua teſtatur Crauet. in terminis no
ſtris conſil. 236. numero ſecundo. Alex.
conſil. 168. libro ſeptimo, Nat. 201. nume
ro octauo, lib. primo, Dec. & Cagnol. in l.
iura ſanguinis. D. de regul. iuris. ita etiam
& fortius poterit ſucceſſionis ſpem in hac
parte tollere, ut agnationis ſplendor con-
ſeruetur.

Tertio, pro hac parte cōſiderari, & pō-
derari poſſunt verba illa ſtatuti, *Præfera-
tur cunctis alijs perſonis in ſucceſſionibus do
morum*, per quę videtur ſtatutum indiſtin
ctè voluiſſe excludere fęminas fauore a-
gnati, cum oēs perſonas excluſerit, nā qui
totum dicit, nihil excludit, vulgatis iurib.

Et pro hac ſentētia in fauorem agnato
rum adducebatur illud conſ. Crau. 239. &
Brun in conſil. ſuo poſito poſt tractatum
de ſtatutis excludentib. fęminas in nouiſ-
ſima impreſſione. n. 30. q in fortiorib. ter-
minis ſup hoc ipſo ſtatuto reſpondentes
uoluerunt filiam non ſolū excludi ſimpli-
citer a ſucceſſione domorum, ſed nec etiā
poſſe legitimam, ſeu illius ſupplemētum
ſuper illis conſequi, & dicit ibidem Crau.
nu. 5. ita fuiſſe per Senatum noſtrū iudica
tū exiſtente Præſide D. Purpur. & ultra ꝙ
dicebatur, ita alias in facti cōtingentia ob

ſeruatum



ſeruatum fuiſſe, pro qua obſeruātia multi
teſtes producebantur, fuit prolatum, & ex
hibitum quoddam areſtū Illuſtriſſimi Lu
douici Ducis Sabaudiæ latū in ſimili cau-
ſa, in ſuperioribus audientijs Sabaudiæ an
no 1545. 29. Ianuarij, cuius areſti tenorē,
ut nihil antiquitatis ignoretur, ſubiiciā in
fine huius deciſio. cum ſit ualde notabile
pro confirmatione huius ſtatuti, ex quo
multæ rationes pro hac parte in medium
proponuntur, quæ ibi videri poterunt.

In contrarium, ꝙ imo ex huiuſmodi ſta
tuto filiæ nū cenſeantur a domibus exclu
ſæ maſculis exiſtentibus, ſequentia ſuade
re uidebantur. Primo, quia hoc ſtatutū eſt
exorbitans, & contra ius commune diſpo
nens, de quo in l. maximū vitium. C. de li-
be. præte. ubi ſublata legum antiquarum
differentia fęminas maſculis adęquare vo
luit Iuſtinianus. Ideo uti deuians a iure
communi erit reſtringendum, & ſaltē ad
5 literam interpretandum, ut minus † lædat
ius commune, quam ſit poſſibile. l. præci-
pimus. cum ibi no. C. de appel. Burſat. late
conſi. 208. nu 9. & ſequen. libro ſecundo.
Natt. conſi. 74. numero 8. volens hanc re-
gu. procedere etiamſi impropriarenť uer-
ba ſtatuti, debent enim potius verba im-
propiari, aut ſuperflua reddi, quam quod
damnum, quis indebite patiatur. l. ſi quan
do. in princip. C. de inoffi. teſtam late Fel.
in cap. primo. num. 17. de reſcr. Huius au-
tem ſtatuti exorbitātia imo abſurditas ex
eo oriri poteſt, qa p illud priuari poteſt fi
lia, ſeu fœmina omni ſucceſſione, & legi-
tima, quæ ſtatuto tolli in totum non pōt,
ex magis communi ſcribentium ſentētia,
de qua teſtatur Craue. d. conſil. 236 & di-
cemus nos latius ſuo loco. Eſſe enim pōt,
ꝙ moriatur quis relicta filia, & agnatis cū
una ſola domo, prout ſæpiſſime cōtingit
nullis alijs bonis in ſua hæreditate relictis
æquitas pati non videtur, vt priuetur filia
omni paterna ſucceſſione, imo hoc eſſet
abſurdiſſimū dicere, & lōge abſurdius iu-
dicare, quam abſurditatem conſiderauit
Crauet. ab eiuſdē opinione pro qua prius
conſuluerat recedendo dicto conſ. 236. in
fine ſtatutaque ipſa non ſolum in hoc ca-
ſu non debent late interpretari, ſed ſunt
6 † reſtringenda, ut euitetur abſurdum Bar
to. in l. omnes populi. 3. q. 6. quæſt. prin-
cip. nu. 55. verſi. ſecundo quęro D. de iu-
ſtit. & iure. vbi Iaſ. & alij, Pancirolus conſ.
188. numero 4. ut igitur euiteť huiuſmo-
di abſurdum videbatur dicendum filias
non excludi.

Sed huic argumento reſpōdebatur, ꝙ
ſtatutum ſicuti erat factum fauore agna-
tionis, ita etiam cenſebať in omni ſui par-
te fauorabile, unde interpretatio magis
erat facienda in capite fauorabili, quam in
odioſo. Nec militare poterat abſurdum
conſideratum, quia non cenſentur ſtatuē
tes per verba huius ſtatuti uoluiſſe, fœmi-
nas à cōgrua dotatione excludere ſed imo
cogendos agnatos ad ſuceſſionem domo
rum venientes dare cōgruā dotem filia-
bus non maritatis, ne dicamus ſtatutū uo
luiſſe ita agnationi maſculinæ fauere, vt iu-
ri publico derogaret, & ſi ſumus inter fra
tres hoc eſt clarum, ꝙ frater ſororem aliū
de non habentem Dotare tenetur, vt ſcri
pſi ſupra deciſ. 192. incipiente dotium ta-
xa. num. 7.

Secundo, in fauorem filiarum illud ad-
ducebatur, quod ſtatutum hoc ſicuti erat
ſtrictè interpretandum, ita etiam non erat
ultra perſonas in eo expreſſas extenden-
dum, qa non poteſt ſtatutum recipere ex
tenſiuam interpretationem, & licet ſit fa-
uore agnationis factum, tamen nō trahi-
7 tur ad † perſonas non ſpecificatas in ipſo
ſtatuto, ex doctori. Bal. in l. ſed & milites.
D. de excuſatione tutor. & in l. illam. C. de
collatio. Rube. conſ. 116. Corn. conſ. 97. li
bro tertio. late. Gabriel di. tit. de ſtatu cō
cluſ. 7. nume. 1. & per totam. Vnde cum
in hoc ſtatuto nō ſint nominatæ filiæ nō
videntur ipſæ ecclesiæ, ſed magis compre
henſæ ſub maſculino uerbo agnatis cēſen
tur, vt excludatur interpretatio cōtra ius
8 commune, quia regulariter† maſculinum
fœmininum concipit. l. qui duos 62. in fi-
ne. de legat. tertio. l. pronunciatio 195. in
principio. D. de verborū ſignificat. quam
regul. late firmat Rebuff. in l. 1. verſ. ſi quis
hanc. & conſil. ſequen. D. eo. quæ regula
abſq; dubio procedit in ſtatutis, vt p An-
cha. conſil. 111. Bald. conſil. 226. præmiſ-
ſis verbis libro quinto. Rebuff. in dicta l. 1.
pagina vndecima, verſic. 14. poſt Bar. De
ci. Cozadin. Curt. & Gemin. pulchre Gab.
conſilio 14. numero 23. & duobus ſeq. de
qua re dicemus inf. deciſ. 269. & ſub agna
torum appellatione fœminæ vti agnatæ

impro-

improprie continentur, ut dixi ſupra dict. deci. 37. nu. 2. & 3.

9 Huic fundamento reſpondebant aliqui quod licet filiæ nõ uiderẽtur expreſſe excluſæ, tamen cenſeri excluſas, non ſolum propter fauorem agnationis in ſtatuto conſideratum, quo attento maſculinum nõ cõcipit & fœmininũ, ut late probat Gabri. d. conſi. 14. num. 24. & 25. quia tunc cum ſit fauorabile, ut ſup. dixi, fit interpretatio iuxta mentẽ ſtatuentium reſtrictiue in fauorem agnatorũ ſed etiam propter illa uerba ſtatuti ibi.

*Præferatur cunctis alijs perſonis, &c.*

Tertio allegabatur iſtius ſtatuti in obſeruãtia, quæ etiam in contradictorio iudicio per multas latas ſententias dicebatur confirmata, ad quem effectum multæ ſententiæ per ordinarios iudices huius ciuitatis prolatæ, & innumeri teſtes recepit ſuper iſta inobſeruantia deponẽtes, producebãtur, multaque exempla huius in obſeruãtię in promptu demonſtrabantur, cũ multæ fœminæ reperirentur in hac ciuitate, quæ ſatis honorificas domos adhuc hodie ſibi ſucceſſione delatas poſſidebant.

Nec uidebatur mouere conſilium Crauettæ pro contraria parte relatum, quia dicebatur quod Crau. ſe ipſum in fine illius conſilij correxit, ſententiam illam Senatus dicens fuiſſe reuocatam in cauſa reuiſionis, reſpõdendo his quæ antea ſcripſerat.

Sed huic pariter fundamẽto reſpondebatur, quod iſta obſeruãtia non erat attẽdenda, cum de cõtraria obſeruantia multi alij teſtes deponerent & multæ ſententiæ in contrarium exhiberentur & præſertim illud areſtum Ludouici, quod erat clarum in caſu noſtro, & erat pro lege ſeruãdum, cum ſub nomine principis latum eſſet. §. ſed & quod principi. inſti. de iu. nat. gen. & ciuil. & quatenus extarẽt exempla in contrarium, non eſſe exemplis iudicandũ, & multas mulieres in poſſeſſione domorum exiſtere attento concordio, & cõſenſu partium.

Certe, quæſt. iſta ardua & difficilis reperta fuit, & multũ mouebat dominos illud areſtũ Ducis Ludouici, & fauor agnationis, mihi autem & aliis uidebatur nõ poſſe dici ex iſto ſtatuto, tanquã naturæ odioſo, & exorbitanti eſſe excluſas filias ab iſta ſucceſſione, præſertim ueniẽte caſu quod pater moriẽs inteſtatus ſolas domus ĩ ſua hæreditate relinqueret. Ideo cogitabã moderationem huic ſtatuto † ut illud procederet iuxta conſtitutionem iuris prothomiſeos, ſuper qua ſcripſerunt Afflict. & alii, nempe, ut agnati haberẽt domus iure prælationis, & præferentur in illarum ſucceſſione fœminis, ſed eſſe æquiualens, uel domus et extimationẽ dãdum ipſius, fœminis per agnatos, uel in pecunia, uel in bonis & ita ſuaderem magnificis Decurionibus huius ciuitatis, ut cum hoc temperamento ſtatutum iſtud declararent habito uoto, & conſenſu Sereniſſimi Ducis quod in reformatione ſtatutorum requiritur uerũ cum hæc queſtio ſæpius propoſita fuiſſet in Senatu, maior pars dominorũ trãſiuit in primam opinionẽ, quod imo filiæ excluderẽtur, modo congruas dotes haberẽt, quas ipſi fratres, uel alij agnati poſſent etiam ſuper ipſis domibus conſtituere, & ita fuit iudicatũ in quadam cauſa Grullaſchi referente Do. Senatore Balbo 1557. Et ad illud quod dicebamus de iure prælationis reſponderi poterat, quod hoc ſtatutum erat inductum in hac ciuitate ad exẽplũ iuris feudalis, vnde exierat in prouerbium, ut caſtrum habere uideretur, qui domũ in hac ciuitate poſſideret, de quo meminit Crauetta d. conſi. 236. nume. 13. ſed quando fœminæ excluduntur a iure feudali non habetur ratio iſtius iuris prælationis, imo nec legitimã ſuper illius fœminę cõſequuntur, niſi ex gratia Principis & cõſtitutione decretali, quando allodialia bona non extendet, idẽ igitur erit in caſu noſtro obſeruandum, prout etiam hæc porificat Bru. in ſup. citato conſil in fi.

Cæterum aduertendum eſt ſemel factã fuiſſe per conſilium eiuſdem ciuitatis declarationẽ ſup dicto ſtatuto in hęc verba.

*Quod mens, & opinio ipſorum credendariorum fuit, & eſt, quod ipſum ſtatutum ſic intelligi debeat, uidelicet, quod ſi quis uel ſi qua ab inteſtato deceſſerit de dicta Ciuitate Taurini aut de loco Greniliaſchi nullo facto ordinamento rerum ſuarum, & nullis relictis filijs maſculis legitimis ex eo, uel ea legitime procreatis relictis tamen filia, uel filiabus ſuis legitimis, quod ipſa filia, uel ipſæ filiæ ipſius decedentis ſuccedant, & ſuccedere debeant tam in domibus quam alijs bonis ipſius ſic decedentis.* Ideo forte hoc ſtante reſtringi



ſtringi poſſet prædictum ſtatutum ſtãtib. tãtum filijs maſculis, item ſi agnati, & nullæ filiæ extent ſed agnatæ. Sed nõ fuit iſta declaratio producta in cauſa de qua ſupra, & neſcio an teneat, cum non reperiatur à principe confirmata.

*Sequitur tenor ſententiæ latæ per Conſilium Sabaudiæ, ſeu Illuſtriſſimum Ducem Sabaudiæ Ludouicum ſuper caſu huius ſtatuti.*

IN Nomine Domini Amen. Anno a Natiuitate eiuſdem ſumpto, mileſimo quatercenteſimo quadrageſimoquinto, die uiceſimanona Menſis Ianuarij, Per nos conſilium Illuſtriſſimi Principis Domini noſtri Sabaudię Ducis, Chablaſijs, & Auguſtæ, Sacri Romani Imperij Principis, Vicarijq; perpetui, Marchionis in Italia Comitis Pedemõtiũ Gebennen Valentinenſiq; & Dienſis cum eo reſidens. Aſſignata in quadam appellationis cauſa coram nobis aliaque diu uentilata inter Micheletum Dauerij appellãtem ex una, & Catherinã relictam Perrini Daherij, tutricem Iacobinę eius, & dicti Perrini filię appellatæ partib. ex altera ad cõparendum coram nobis iuſque, & ſententiam diffinitiuam in & ſuper dicta cauſa per nos ferri uidendum, & audiendum per emptorie, & præciſè, prout de huiuſmodi aſſignatione vltimo memoriali in actis predictæ cauſę deſcripto, Dato Hebe. die decimaoctaua Mẽſis huius Ianuarij, per ſubſcriptum Secretarium confecto latius poteſt apparere, ipſa enim die dictæ aſſignationis uigore, cõparuerunt iudicialiter coram nobis prænominatus Micheletus Daherii appellãs, citra procuratorum ſuorũ reuocationem, ſecũ Aymone Rogardi, requirẽs inſtanter in & ſuper huiuſmodi cã ſecundum prædictæ noſtræ aſſignationis formã per nos ius dici, & ſentialiter diffiniri ex una parte, & Bartolomeus Bur. actor, vt in actis prædictis conſtat actorio noĩe d. Catherinę relictæ Perrini Daherii tutris pfatæ Iacobinæ eius, & d. Perrini filiæ appellatæ, ſecũ Dominico de Reuiglia ſco nuncio ad hoc miſſo, requirens eiuſdẽ iuxta prædictæ aſſignationis formã in & ſuper eadẽ cauſa per nos diffiniri, & ius dici, ex parte altera. Quibus partib. auditis uiſa prædicta ſentẽtia in cauſa primæ appellationis per Venerab. conſiliũ vltra mõtes reſidens lata ſub die penultima Mẽſis Aprilis, vltimo fluxi, viſiſq; actis, ſtatutis, & iuribus, ac etiam ſententia per iudicem ordinarium ciuitatis Taurini, in cauſa primæ inſtantiæ lata, de quibus in dicta ſentẽtia fit mẽtio, viſaque appellatione ex interpoſita dicti Micheleti ex parte, incõtinenti, uiua uoce, & reſponſione ſubſequuta, prout in fine dictę ſentẽtiæ cõtinetur, viſaq; introductione dictæ appellationis parte dicti Micheleti facta die quinta, Menſis Maii, hinc immediate ſequen. vna cũ literis prouiſionis ſuperinde obtentis, deinde viſo libello appellato, io iam dicti micheleti appellãtis parte porrecto, die decima menſis Octobris nuper lapſi, vna cum iuribus in pede ipſius deſignatis, ac etiam iuribus ipſa die per partem appellatam productis, cuius autem libelli tenor ſequitur, & eſt talis.

Coram nobis magnifico uenerandoq; conſilio cum Illuſtriſſimo, & Excelſo Domino meo Domino Sabaudiæ Duce reſidẽte dicit, & proponi prouidus, & diſcretus uir Micheletus Daherii ciuis, & mercator Taurinen. Quod cũ deceſſiſſet Perrinus Daherii ciuis Taurini relictis ipſo Micheleto dicti Perrini fratre, Catharina eiuſdẽ Perrini uxore, & Iacobina filia prædicti Perri. exorta eſt q̃ſtio inter ipſũ Micheletũ ex una parte actorẽ, & dictas Catherinã uti tuticem ipſius Iacobinæ, & Iacobinã dicti Perrini filiam conuentas ex altera occaſione duarũ domorum cum pertinentijs ſitarum in ciuitate Taurini, quas idẽ Micheletus aſſerebat ad ſe pertinere uirtute iuris muncipalis, & conſuetudinũ ſtigentium in ciuitate Taurini. Quod quidem ius diſponit, ut agnati in ſucceſſione domorum cæteris præferantur, ſi aliquis agnatus extiterit decedenti ab inteſtato, egregius iuris vtriuſq; Doctor D. Stephanus Scalia iudex ciuitatis Taurini, coram quo cauſa vertebat ſuam tulit diffinitiuã ſententiam in fauorem dicti Micheleti, a qua extitit appellatum parte dictarũ Caterinæ, & Iacobinę ad venerandum conſiliũ Illuſtriſſimi Domini Taurini reſidens. Quod quidem conſilium in cauſa appellationis

tionis ſuam talem qualem tulit ſententiã
die penultima menſis Aprilis proxime re
troacti,cuius tenor de uerboad uerbum ſe
quitur,prout infra.

Quoniam licet quoddã ſtatutum aſſer
tum ciuitatis Taurini ſit in cauſa produ-
ctum , illud tamen non coſtat robur obti-
nere iuris municipalis, quia notorium eſt
& ex productis coram nobis legitime cõ
ſtat ciuitatem hanc fuiſſe, & iam longiſſi-
mis temporibus retroactis domino Illu-
ſtriſſimæ Dominationis ſuppoſitam, quo
fit ut ipſius ciuitatis ciues non poſſint ad
correctionem iuris communis aliquid di-
ſponere,ſine ſui Principis authoritate , de
qua per aliqua producta nõ coſtat , & per
conſequens ipſum ſtatutum nõ obtinere
robur neque vires deficeret præterea ipſe
appellatus fundamẽto ſuæ intentionis.Cæ
terum ſi ſtatutum eſſet huiuſmodi nõ ſo-
lum communi iuri repugnaret, ſed ab eo
pro maximo uitio ſpecialiter , & ꝓcisè re-
probatum eſſet,cum ſi accuſatio naturæ ,
quæ nil in hoc reperiť peccaſſe, ſic intelli-
gi ergo debet,ut minns cõtrarienť iuri cõ
muni,quã fieri poſſit,iuxta omnium ma-
iorum noſtrorum ſententiam . At in caſu
præsẽtis cauſæ multo plus læderet ius cõ
mune excludendo filiã originaliter reã ,
quam non excludendo,& uerba ſtatuti al
legati hanc interpretationem nõ patianť
cum adiectiuum in ipſo ſtatuto poſitum
non habeat ſubſtãtiuum, in quo caſu ſecũ
dum communem omnium ſententia ter-
minus communis pro ſubſtãtiuo ſubintel
ligatur,qui eſt homo,quo caſu ex propria
ſignificatione maſculinum cõcipit fœmi-
ninum,ipſa etiam ex natura relatiui alius
ſit de numero incluſorum,quia agnata iõ
his,& alijs multis cauſis nos ad hoc mouẽ
tibus,& cuiuslibet,recte iudicantis animũ
mouere debentibus.Pronũtiamus hac no
ſtra diffinitiua ſententia , quã ferimus in
his ſcriptis ,per ipſum D. Iudicem a quo ,
male fuiſſe iudicatum , & cognitum , be-
neque ad nos fore.& eſſe appellatum,ſen
tentiamque ipſam reformando ipſam pu
pillam in perſonam pro ipſa agentiũ a pe
titione Micheleti prædicti originaliter a-
ctoris abſoluimus , uictum uictori in expẽ
ſis , in vtraque inſtantia factis & ſubſteris
(in quibus tamen interlocutione , ſeu per
media cauſarũ huiuſmodi merita partiũ
alter quam diffinitiue extitit condemna
ta) cõdemnãtes ipſarum taxatione nobis
impoſterum reſeruata . Quã quidem ſen
tentiam dictus Micheletus dicit eſſe nul
lam & ſi qua eſt illam dixit eſſe iniuſtam,
& ab ea tanquam iniuſta appellauit ad Il
luſtriſſimum,& Excelſum Dominum no
ſtrum prælibatum. Do.Sabaudiæ Ducem
& Apoſtolos petiit tẽpore opportuno li
teraſq; inhibitorias , & citatorias idem Mi
cheletus obtinuita pręfato Domino no
ſtro , qui vobis cauſam cõmiſit huiuſmo
di. Quamobrem petita nobis præfato ma
gnifico conſilio dictus Micheletus quate-
nus dictam ſententiam cõſilij Taurini re
ſidentis pronuntietis nullam , ac nulliter
& ex erroneis rationibus latam, & pronũ
ciatam , & caſu quo ſit aliqua , ipſam pro
nũtietis iniuſtã , & iniquam & ab ea iniu
ſte fuiſſe appellatum , maleq; per dictum
conſilium Taurini reſidens iudicatum , &
bene per dictum iudicem Taurini iudica
tum & pronunciatum, & ſingulis præmiſ
ſis , ac dependentib. emergentibus , & an
nexis ipſi Micheleto iuſtitiam miniſtretis
Guilielmus de Sandiliano-Viſis quoq; cæ
teris omnibus ex inde corã nobis in hac
cauſa inter partes ipſas agitatis,ac cæteris
videndis diligenter viſis & cõſideratis, &
ſuper omnib præhabita ſufficienti delibe
ratione participatoq; conſilio cum libris
& peritis ſignanter cũ egregiis utriuſque
iuris. Doctoribus Dominis Ludouico de
Montelo & Antonio Carrioni, quibus iu
ra dictarum partiũ transmiſimus viſitan
da quorum conſultationes,& deliberatio
nes infra de uerbo ad verbum duximus
deſcribendas,& inferendas,& quorum te
nor ſequitur,& eſt talis.

Viſis actis cauſæ uerten.per appellatio
nem coram magnifico conſilio Illuſtriſſi
mi Domini noſtri Sabaudię Ducis ſecum
reſiden.una cũ actis geſtis . Primo in prin
cipali cauſa coram iudice ordinario Tau
rini,& ſecũdo in cauſæ primæ appellatio
nis corã Venerabili conſilio Vltramonta
no,& ſentẽtiis per eos latis,tota uis cauſæ
ſuper eo reſidet, quod vigẽte ſtatuto in ci
uitate Taurini formaliter, quod in ſucceſ
ſionibus ciuium , & habitatorum Taurini
& Grugliaſchi iura Romana , & Imperia
lia de cætero uendicent ſibi locum tã in
maſculis, quam in fœminis ſaluo , quod
ſi



ſi aliquis, vel ſi aliqua ab inteſtato deceſſe
rit nullo facto ordinamento rerum ſuarũ,
ꝙ vbi fuerit, uel remanſerit aliquis agna-
tus defunctæ perſonæ, præferatur cunctis
alijs perſonis in ſucceſſione domorũ , cũ
pertinentijs defunctæ perſonæ. Pertinus
Daherij deceſſit ab inteſtato ſuperſtite Ia
cobina prædicta eius filia,& dicto Miche-
leto eius fratre , qui uelut agnatus in ſuc-
ceſſione domorũ prætendit ſe præferen-
dũ,excluſa dicta Iacobina uirtute dicti ſta
tuti,& contra ipſa Iacobina cum ſit agna
ta, & in gradu potiori dicit ſe admittẽdã,
& non excluſam per dictum ſtatutum, &
totam dubitationem facit, quia ſtatutum
loquitur in maſculino genere, ubi reman
ſerit aliquis agnatus, an comprehendat fę
mininum , ut trahatur ad agnatam , quæ
quęſtio aliam ſecum annexam trahit an
ſtatuta recipiãt interpretationẽ , & quã,
quas uelut inuicem connexas , ubi ſcilicet
de his tractatur per Doctor.ſimul etiã per
ſequentur gratia breuitatis. De prima tra
ctant Cynus, Albericus, & cõmuniter an-
tiqui in l.quicunque.C.de ſeruis fugi. vbi
etiam Bal. ſuccintè cum aliquibus notabi
libus quæſtionibus,materiam bene cõtin
gentibus. Iac.But. & alij plures in l.ſi quis
in tãtam C.vnde vi. & ibi etiam per Bar.
& Bald & Bart.plenè in l prima.ff.de uer
borum ſignificatio. Ioan.And.& Geminia
nus in capit.generali. de electio. libro 6.
Paulus de Liazar. in l.prima.de elect. ubi
in effectu transfert uerba Bart. ex l.1. de
verb.ſign. D.Archidia. in roſario 17. q.4.
c.ſi quis ſuadente.in quibus locis de ſecũ-
da quæſtione tractant nonnulli ex dictis
Doctor.principaliter autem eã attingunt
Bart.in l.omnes populi ff. de iuſt. & iure.
& Albericus in ſuo opere ſtat. prima par.
11.& 14.quæſtionib.Bal.etiam in d.l.om
nes populi.in §. quod incipit . Nunc ali-
quid uideamus de intellectu ſtatutorum.
in quibus locis incidẽter de priori tractãt,
an in ſtatutis maſculinum ad fęmininum
trahať . De prima quęſtione ſinguli uariè
diſtinguunt,quorum diſtinctiones lõgum
eſſet enarrare, & laborioſum ſine ſubtilita
te,propterea remittimus ad auctores,qui
facile uideri poſſint,ſolùm ergo,quæ pro
cõcluſione uera ſunt neceſſariò referẽda,
hic ponimus,nam eſt aduertẽdum, quod
aliquando profertur maſculinũ à lege,ali-
qñ ab hoĩne,aliqñ à teſtatore,aliqñ à par
tibus in contractib.aliqñ a iudice,ut ſi fiat
edictum à iudice,ne quis de nocte uadat
uel ſimile,aliquãdo à principe,&reſcripto
uel beneficio,& iſti caſus non pertinẽt ad
caſum noſtrũ,& ideo eos omittimus, ſed
aliquãdo ꝓferť à ſtatuto,ut in caſu noſtro
& in iſto caſu nõ loquuntur antiqui in eo
rum diſtinctione in d.l.quicunque, ſed tã
tum,quando profertur a lege,uel ab hoĩe
ſaluo,ꝙ in fine ſuæ diſtinctionis ſubiungit
Iac.de Are.nõ facere differentiam an pro
feratur a lege,vel ſtatuto,vbi ſit eadem ra
tio,de quo ſe remittit Cyn.ad ea , q̃ dicit
in l. 1.2.colum.in fi.quæ ſit longa cõſuet.
ubi in fi.primæ quęſtionis dicit Iac.de Ar.
voluiſſe,quòd vbi verba ſtatuti,uel cõſue-
tudinis aliquid poſſunt importare ſecũdũ
aliquam eorum ſignificationem licèt im-
propriam , & non eſt differens,non cura-
mus propriã ſignificationem. Quid enim
ſi ſtatutum dicit , quicunque uadat de no-
cte ſoluat 20.an mulier ſoluet?dicit,ꝙ ſic,
quia ratio eſt indifferens , & ſic ui rationis
ſtatuti comprehenditur in eo,& non ui ſi
militudinis,& ita cum eo perrãſit Cy.Ex
quo ſequitur eos uoluiſſe circa ſecundam
quæſtionem,ꝙ ſtatuta recipiant interpre
tationem extenſiuam per identitatem ra
tionis,& maſculinum trahatur ad fœmini
num,ubi ſit eadem ratio , & verbi ſtatuti
id patiãtur non propriè,ſed quia dicit ſta
tutũ ſi quis,vel quicunque ſic fecerit in tã
tũ puniatur. Hãc opinionem firmat Albe
ricus ibidem poſt recitatam opinionẽ Do
ctorum,rectè quidem ea ratione,quia nos
non facimus interpretationẽ trahẽdo ma
ſculinum ad fęmininum,quia iam hæc in
terpretatio eſt a lege facta in l.1.de uerb.
ſign.& refert Oldra.in eandem sẽtentiam
fuiſſe,dummddo ſit eadem ratio in fœmi
na quę in mari,ſecus ſi diuerſa.Hinc infert
ſi ſtatutum dicat,quòd filij bãnitorum ex
pellantur de ciuitate,nõ trahatur ad filias,
cùm non ſit eadem ratio : non enim ſunt
ita faciles,& audaces ad præſtandum ban
nitis præſentibus auxilium , & conſilium,
ſicut & mares,quia ſexus muliebris ad id
nõ eſt ita facilis & audax.Altius tamẽ,& ꝓ
lixius locutus eſt in præſenti materia idẽ
Albericus in opere ſuo ſtatutorum 1. par
te in 11.q.quæ incipit item quæro qõnem
recitatam,an ſtatuta recipiant interpreta
tionem.

tionem. & plenius in 14.q.factis aliis duabus quæſtionibus per modũ interpoſitionis, quæ incipit vltimo quæro generaliter in quibus qõnibus refert diſputationem, quam in ea materia fecit magnæ famoſitatis Doctor Dom. Signor. de Homodeis in l. Cęſar. D. de publi. cuius opi. ſi relatis omnium ueterum opinionibus, & reſponſionibus datis ad omnia argumẽta, ex quibus in cõtrarium mouebantur, facit, ꝙ ſtatuta interpretationem declaratiuã recipe rent, non autem extenſiuam, vel inſtructiuã, quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris a quorum propria ſignificatione non eſt recedendũ, quam ſententiam dixit ipſe Alberic. effectu in idem reſidere cũ opin. Dy. de qua ſtatim dicam, quam dicit communiter equi Doct. licet ſpecialius eam clarificauerit ipſe Dominus Signor. quãq; approbat ibi expreſè ipſe Alberic. eo excepto, quod quatenus ipſe Dy. dixit, quod in ſtatutis maſculinũ genus fęmininũ non cõprehendit: contrariam dicit idem Albe. communiter teneri per vniuerſum orbem, quia ſi ſtatuto cauetur, quod ſi quis tale delictũ fecerit, puniatur in tantũ, intelligitur qui, & quæ, & ſic maſculinum eo caſu trahitur ad fęmininum, & plura iura allegat. & opiniones Doctorũ, & maxime Guid. de Suzar. qui hoc tenuit in quadam diſputatione in ſtatutis pænalibus, etiãſi eſſet ſtatutum, quod ſtatuta non recipiant aliquam interpretationem, cuius dicto in hoc caſu non ſtat ipſe Albe. quia quod maſculinũ cõprehendat fæmininum eſt ex interpretatione, quam fieri vetat ſtatutũ, ſed ceſſante ſtatuto dicit, quod cõprehẽdit, & dicit ita cõmuniter per orbem ſeruari hoc, & firmat Bal. in l. ſi quis in tãtam. C. vnde ui. in q. quæ incipit, quæro an appellatione huius ibi ſi qs cõtra fœminã. vbi refert, quod cũ Ric. de Sali. iudicaſſet non cõtineri fœminã, fuit in ſindicatu in octo libris condemnatus. Idem etiam tenet in l. quicunque. C. de ſeru. fug. niſi quãdo ratio diuerſa poteſt aſſignari. Dy. autem, vt refert Albericus in d. l. quicunq;. & Bar. in l. 1. ff. de verb. ſig. fuit aperte in opinione contraria; quod in ſtatutis maſculinũ genus non cõprehẽdat fęmininum, quia hoc eſt ex interpretatione extẽſiua, & non ex propria ſignificatione verbi, vt in l. pronunciatio. ff. de verb. ſig. vbi vtitur Iuriſ. verbo *porrigitur*, quod notat extenſionẽ, & ita dicit gl. in d. l. 1. de ver. ſig. & ubiq; ubi loquit̃ de ea materia. Eandẽ opinionẽ, quod in ſtatutis maſculinũ genus non trahatur ad fœmininũ abſoluere, tenet Iac. Bu. in l. ſi quis in tantã. C. unde vi. Bar. autẽ videns altercationẽ plenius cæpit materiam attingere, & cauſam dedit, ut etiã poſteriores maxime Canoniſtæ pleniſſime etiã vltra eũ loquuti fuerint, & fecit duas quęſtiones in l. 1. ff. de uerb ſig. Prima fuit generalis an maſculinum conciperet fœmininũ. Secũda. In caſibus, quibus cõcipit an ſit ex propria ſignificatione, in prima cõcludit, qđ aut maſculinũ profertur ſub nomine proprio, & ita non concipit. l. ſi quis item. §. 1. cũ ſua gl. ff. de teſt. tu. niſi proferatur a lege legẽ condendo, vt in 1. conſtit. C. circ. ſi. & l. iura. D. de legib. aut ſub nomine appellatiuo, q eſt noſter caſus, & tũc, aut de mente proferentis conſtat, & tunc illi ſtamus. l. Lucius. §. quęſitũ. ff. de lega. 3. aut non conſtat, & tunc aut ſumus in materia differenti, & tunc non comprehendit. l. fi. D. de legi. tu. aut in materia indifferẽti, & tunc aut tractatur de fauore, & cõprehendit. ut ea. l. 1. de uerb. ſign. aut de odio, & ſi ſit rationabile adhuc cõprehẽdit. l. ſi quis, id quod. ff. de iuriſd. om. iu. ſecus ſi irrationabile. l. quiſquis. C. ad leg. iul. maieſt. quę omnia iura loquuntur in nominatiuis, uel adiectiuis reſpicientibus aliam ſententiã ſimpliciter prolatam, quo caſu tunc dicit Bart. comprehendi fœmininũ ex propria ſignificatione. In alia vero quæſtione an comprehendatur fęmininum ſub maſculino ex propria ſignificatione, dicit poſt recitatas opiniones, quo quoddã eſt verbũ commune, vt homo, & comprehendit vtrumque ſexũ ex propria ſignificatione. l. hominis. de verbor. ſignifi. Quædam vero ſunt nomina maſculina habentia propter ea fœmininum, vt equus eqna. & in noſtris terminis agnatus gnata, & non comprehẽdit ex propria ſignificatione, ſed ex interpretatione. l. pronũciatio. eo. ti. Quædam vero ſunt ſigna adiectiua, veluti ſi quis, quiſque, quicunque, quibus, & ſimilia, & tunc, aut adiicitur termino communi; vt quilibet homo, & tunc ex propria ſignificatione cõplectitur fœmininum ratione qua ſup. Aut adiũgit̃ alicui termino maſculino tãtum, & tunc caſu quo ad fœ



mininum porrigatur, eſt ex interpretatione, & extenſione l. pronuntiatio. ff. de uerborum ſignificat. Aut ponitur ſine termino, & tunc ſubintelligitur terminus communis homo, ideo ex propria ſignificatione complectitur. Ex quibus uerbis inferimus eius eſſe opinionem, quod in caſibus, quibus per interpretationẽ, uel extenſionem maſculinũ complectitur fœmininum in ſtatutis non comprehenditur, q a in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. ita expreſſe decidit, ꝙ ſtatuta nõ recipiunt interpretationem extenſiuam, quia ſunt ſtrictiſſimi iuris. l. conſtitutionibus. ff. ad municip. l. ſi uero. §. de viro. ff. ſolu. matri. & l. quidquid aſtringendę. ff. de uerb. oblig. & priorem eius dictionem intelligimus, ubi a lege profertur, & conſequẽtur, quod vbi profertur per maſculinum per adiectiuũ. reſpiciens aliam ſubſtãciam ſimpliciter ſine adiectione termini, ut ſi quis, quibus, q cunque, uel etiam cum adiectione termini communis, ut ſi quis homo etiam in ſtatutis maſculinum comprehendit fœmininũ & in hoc cõcordat cum ueteribus Doctoribus, qui omnes ita dicunt in iſtis terminis (Dyno excepto,) qui late loquutus eſt, ꝙ nõ comprehenditur, & quaſi ſimilis. Iacob. Butri. in l. ſi qs in tãtam. ſed cedit eorum opinio locũ cateruæ Doctor. Aut ꝓfertur ſub nomine appellatiuo habẽte ꝓprium fœmininum, ut equus, agnatus, & ſimilia, uel per ſignũ cui ſit adiunctus terminus maſculinus ſub maſculino, & tunc fœmininum ex propria ſignificatone non cõtinetur. Eandem Bar. diſtinctionem, & cũ declaratione ſupra per nos facta ultra eius uerba in l. 1. de uerb. ſignifi. ex eius dictis in l. omnes populi. videlicet ꝙ quibus caſibus maſculinum ex propria ſignificatione comprehendit fęmininum, in ſtatutis maſculinũ trahatur ad fœmininum ẽt qñ ſtatuta ſunt contra ius, ut in noſtro caſu, ſecus ubi ex interpretatione. ſecuti ſũt canoniſtę poſteriores, ut ſpecifice dicit notabiliter, & clare ſicut ſol, Gemin. ĩ c. generali. de ele. li 6. Nunc igitur ſic relatis opinionibus ad noſtrũ propoſitũ deueniendo ſi rectè attendatur eſt cõcors omnium Doctorum ſnĩa pro parte dicti Micheleti, pro cuius oſtenſione id primo uenit conſiderandum, ꝙ ſtatutum de quo agimus eſt contra ius, cum in ſucceſſione domorũ faciat drĩã inter agnatos, & cognatos, ꝙ eſt contra authen. de hære. quę ab inteſta. in princ. l. maximum uitium. C. de lib. præteri. cũ ſimilibus. Item, ꝙ nõ ſtatuti de quo agitur ſola fuit, cum alia eſſe non poſſit, ut prę ſeruaretur domus in agnatione ſuppoſita hac ratione incipiẽdo a Iacob. de Arena. & Cyn. eũ recitante in l. quicunque. de ſer. fug. dum ipſis uoluerũt, ꝙ nõ eſſet fiẽda drĩa, an maſculinum proferatur a lege uel ſtatuto ubi eſſet eadem ratio in fœmina, quæ in maſculo, non ne hic eſt manifeſte diuerſa rõ in agnato q̃ in agnata, cum per agnatum præſeruetur continue agnatio, in qua ſtatutum uult domus præſeruari eius ratione conſiderata, quæ eſt ipſius gubernaculum l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. l. ipſius. ff. de iur. patr. nõ autem per fœminam, quia ipſa ſibi caput, & finis eſt in agnatione ſua. l. pronũciatio. in fine de uer. ſignif. unde licet materia ſucceſſionis ſimpliciter loquendo ſit materia indifferens in maribus & fœminis, tñ rõ dicti ſtatuti in ſucceſſione domorum eam reddit neceſſario differentem in caſu noſtro, & ita in l. prima ff. de iure termi. in l. aũt. prima quæſit lõga conſuetu. loquuntur. Iacob. de Are. & Cyn. qñ in ſtatuto profert̃ maſculinum genus per adiectiuum reſpiciens aliam ſubſtãtiam ſine cum adiectione alicuius terminis, ut ſi quis, uel quicunque, in quo caſu nos ſumus, cũ in ſtatuto noſtro ſit prolatũ nomen maſculini gñis habens ſuum proprium fœmininũ. ſ. agnatus, cuius fœmininum eſt agnata, & pręterea etiã eo caſu ibi loquitur expreſſe, qñ eſt eadẽ ratio in fœmina, in noſtro aũt caſu attẽta rõne ſtatutũ eſt diuerſa ratio, ut prædictum eſt, & per hoc oſtenditur Old. conſequenter in hãc partem concludere, quia, graditur eiſdem terminis, an diuerſa uel eadẽ ſit ratio, ad quod optimum ſubiecit exemplum, ſi ſtatuto caueatur, quod filii bannitorem expellãtur a ciuitate, ut nõ cõprehendatur fœmina ꝑꝑ rõnis diuerſitatẽ, & ita recte in noſtro caſu, quia per filiam non præſeruatur agnatio non continetur uerbis ſtatuti loquentis in agnatis. Subſequenter, quod dixit in ſua concluſione. Albericus in opere ſtatuti quæſt. 14 ꝙ in ſtatutis maſculinum cõprehendit fœmininum, & ita ſeruari per orbem, ipſe loquitur, qñ ſtatutũ utitur ſigno reſpiciẽte aliã ſubſtan-

ſubſtantiam, ut ſi quis, quicunq; &c. Quo
caſu communis eſt eis ſententia, & uera,
ſed nos nõ ſumus in eo caſu, ut iam dictũ
eſt, & in eodẽ caſu loquitur Guido de Su
zaria, ſ. qñ ſtatutũ vtitur uerbo ſi quis, &
quicunque. In eodem caſu loquitur etiam
Bald. in l. ſi quis. in tantam. C. unde ui. ubi
refert. Bar. de Saliceto fuiſſe condemnatũ
in ſindicatu, eo quia in contrarium iudica
uit, Dyn. autem & Iaco. Bu. abſolute ſunt
pro hac ſententia. Bar. quoq; vt ſup. decla
ratus. Paulus de Liazar. & Clariſſime Gẽ.
ubi ſupra in caſu noſtro, ubi ſtatutum lo-
quitur per nomen maſculinũ agnatus, ha
bens proprium fœmininum ſcilicet agna
tam, & hanc ſententiã præmiſſis attentis
ueram habemus attenta ratione ſtatuti, q̃
multum coadiuuatam mẽs ſtatuentiũ, cui
in noſtro caſu ſtandum eſt ſecundũ Bar.
in d. l. 1. ff. de uerbo. ſignific. quæ clare de
tegitur ultra rationem ex modo loquẽdi
ſtatuentium, quia ubi uolunt comprehen
dere maſculos, & fœminas, ſemꝑ hoc ex
ꝓtulerunt uerbis expreſſis per uerba ex ſui
natura comprehendentia proprie vtrũq;
& maſculum, & fœminam, ut ibi tam in
maſculis, quam in fœminis, & ibi ſi quis,
uel ſi qua, & ibi defunctæ perſonæ, & ibi
cunctis alijs perſonis. Si eorum fuiſſet er-
go mentis uerbum agnatus extendi ad fę
minas agnatas, profecto ita dixiſſent, ut in
alijs partibus agnatus, uel agnata, cum ita
facile, ut ĩ alijs locis, hoc ſpecificare potue
rint l. 1. §. ſinautem ad deficientis. C. de ca
du. toll. & ex modo loquendi præceden-
tibus, & ſequentib. colligitur mens loquẽ
tis, l. ſi ſeruus plurium in fin. D. de lega. 1. &
ſic etiam ex cõſuetudine loquendi patris
familia, ut in l. uel uniuerſorum D. de pi-
gno. act. & iſtud corroboratur per rationẽ
a maiori, nam ubi mulier moriens ſine or
dinamẽto habet filios, & agnatos ui dicti
ſtatuti ſublatis filijs, qui matri ſunt cogna
ti, ſucceſſurus eſt agnatus licet tertio, uel
quarto gradu ita habẽt uerba ſtatuti licet
rigoroſa, & hoc fauore agnationis, ut ĩ ea
domus præſeruetur, quãto ergo magis di
cendum erit ex mente ſtatuentium agna
tam nõ debere uenire extante agnato. Ex
quibus concludimus bene per iudicem or
dinarium Taurini fuiſſe pronuntiatum, &
male conſequenter per conſilium Taurini
reſidens cuius rationes ſalua bona pace do
minorum in eo reſidentiũ nõ procedunt
quarum prima fuit, ꝙ ſtatutum in ſubſtã
tia deficiat, quaſi ſtatutum fieri nõ potue
rit cõtra ius per Taurinenſes, qui ſubſunt
iuriſdictioni illuſtriſſ. Dom. noſtri, quæ tol
litur, quia fuerunt per Dominũ confirma
ta, & patres fatentur ita eſſe ſtatutũ, & in
ſuis allegationibus præſupponunt, ẽt pars
ipſa reſpond. poſitionibus confeſſa eſt ſta
tutũ ſe referendo ad uolumen ſtatutorũ
Taurini. Secũda fuit, quod ipsũ ſtatutorũ
eſt repugnas iuri, & accuſatio naturæ, quę
tenuis eſt quia laici etiam contra ius com
mune ſtatuere poſſunt, ut in l. omnes po
puli. D. de iuſti. & iur. licet eccleſiaſtici nõ
ut dicit Archid. in c. ſi quis ſuadent, & Ge
mi. in c. generaliter. Alia fuit, ꝙ excluden
do filiam magis læderetur ius commune
ſed nil ab rem, quia hoc cõtingit eo, quod
aliter fieri nõ poteſt propter uerbi ſignifi
cationem, & rõnẽ ſtatuti, per quod ita po
tuit diſponi Vltima fuit, ꝙ cum adiectiua
in ipſo ſtatuto poſita non habeat ſubſtan-
tiuum, debent ſub intelligi ex cõmuni ſen
tẽtia Doctor. termini communes homo,
ſed ſalua pace in ſtatuto nõ ſunt duo adie
ctiua, ſed adiectiuum cum ſuo ſubſtãtiuo,
ſ. aliquis agnatus. agnatus. n. eſt ſubſtãtiuũ
ſi adiiceremus terminũ communem ho-
mo, oportet eum reſtingi iuxta naturam
termini cui iũgitur. ut dixit Bar. in l. 1. de
uerb. ſing. ſed etiam procedere dicta ratio
de adiectione terminis cõmunis, quando
diſpoſitio profertur ſimpliciter ſi quis re
ſpiciẽtis aliam ſubſtantiam, ut ſi quis, qui
cunque, quo caſu loquũtur Doct. propter
quos moueri potuerũt iudicãtes. Sed ubi
eſt nomen habens de ꝑ ſe ſuum ſignifica
tũ ut agnatus, non eget ea adiectione, ſed
in dubio in caſu noſtro, ubi eſt expreſſum
adiectiuũ cũ ſuo ſubſtantiuo ceſſat dicta
adiectio, nec eſt, qui dicant eſſe fiendam.
Forma autẽ ſentẽtiæ illa uidetur eſſe poſt
recitationẽ uiſionis actorũ, quæ facile col
ligi põt, & pronuntietur ꝑ conſiliũ Tau
rini reſidens erroneæ, & male fuiſſe ꝓnũ
ciatum, cognitũ, & iudicatum, & bene ab
eius ſentẽtia parte d. Micheletti ꝓuocatũ
& appellatum, & ipſam ſñiam reforman
do fuiſſe, & eſſe bene per iudicem ordina
rium Taurini in cauſa principali pronun-
ciatum, & iudicatum uictam patrẽ uictri
ci in expenſis tã huius quã primæ inſtantę
con-



condemnando taxatione earum vobis re
ſeruata Laus Deo. L. de Montello A. Ca-
rionus viſaque noſtra aſſignatione parti-
bus ipſius vltimo facta ad ius & ſñiam au-
diẽdũ in diem præſentem cadente illã in-
ſequendo nos memoratum conſiliũ pro
tribunali more maiorum ſedentes Deũ,
& ſacras ſcripturas præ occulis habẽtes ni
hil de contingentibus ſoliciti Deique no
mine inuocato, & ſignum venerãdæ San-
ctæ Crucis faciendo dicentes in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen. Ad
hãc noſtrã diffinitiuã ſententiã tenorem
dictę conſultationis uti iuri cõſonæ inſe-
quentes ꝓceſſimus, & procedimus in hũc
modũ. Quoniam ex cauſis, rationibus, &
motiuis in dicto conſilio expreſſis cõperi
mus iudicem ordinarium in cauſa primæ
inſtãtię bene iudicaſſe, & ꝓpterea, & alias
iuſtis de cauſis nos ad hoc mouentibus ꝑ
ipſam noſtram diffinitiuam ſententiam,
quam fecimus bis in ſcriptis, pronuncia-
mus, & declaramus per iam dictum conſi
liũ à quo, male, & erroneæ fuiſſe cognitũ,
pronũciatum, & iudicatum, ne neque par
te dicti Micheleti prouocatum, & appella
tum fuiſſe, & eſſe, & conſequenter ipſam
ſententiã reformando pronuntiamus, &
declaramus per iam dictũ iudicem ordi-
narium Taurini in prima inſtãtia, & prin-
cipali cauſa bene fuiſſe, & eſſe iudicatum,
& cognitum uictã partem victrici in ex-
penſis tam huius quam præcedentis inſtã
tiæ condemnantes, ipſarum taxatione no
bis impoſterũ reſeruata, & a qua quidem
ſententia noſtra prænominatus Bartholo
meus Burgen. nomine p̃miſſo illico viua
uoce ad prælibatum Dominũ noſtrũ Du-
cem eiuſque generales audientias de pro
ximo tenendas ſupplicauit, apoſtoloſque,
& literas dimiſſorias ſibi dari poſtulauit,
q̃ ſupplicationem, vti friuolã, & inanem
a nulloque grauamine interiectam nõ ad
miſimus, nec admittimus niſi ſi & inquã
tum de iure fuerit admittenda aliter non,
hanc reſpõſionem loco apoſtolorũ de iu-
re debitorũ eidem Bartholomeo Burgen
ſi quo ſupra nomine facientes. Data lata,
& lecta fuit hæc noſtra ſentẽtia Gebennis
loco in quo iura ſunt patribus ꝑ nos reddi
ſolita anno, & die ſupra primo ſcriptis.
Per conſilium pręſentibus dominis Iaco-
bo de Valpergia, & Ioan. Coſtis.

Nũdinas in oppidis, uel ciuitati
bus vt cõcedere ſolus Princeps
põt, an illarũ exercitium per lon
giſſimi tẽporis ſpatium præſcri-
ptum auferre etiam poſſit.

## *DECISIO CCLXIIII.*

1 *Nundinæ quæ dicantur, & unde ſic dictæ.*
2 *Nundinarium conceſſio ad ſolum Princi pem ſpectat.*
3 *Nundinarum exercitium non obſtante an tiquiſſimo uſu auferre Princeps poteſt.*
4 *Mercata ſine Principis licentia fieri poſ ſunt.*
5 *Mercatum alterius locis nõ poteſt una ciui tas uel oppidum per concurſum impedire.*

1 NVNDINAE dicũtur mer-
catorum † cõuẽtiones certo
loco, & tẽpore mercimonio
rũ cauſa, dictæ nundinæ, ꝙ
ſingulo nono die fiant. Nunc
vero cõmunis vſus facit, vt nundinæ dicã-
tur annua ſolennia emporia, ſtatis diebus
facta ſemel, aut pluries, quæ vulgo nunc
feras, vel quaſi ferias vel a ferẽdo dictas,
ꝙ quilibet illuc veniat cauſa aliquid defe
rendi. Mercata vero octauo quoquo die
fiunt. Bald. in l. 1. C. de nundi. Licet nundi-
næ ẽt capiantur pro ferijs ruſticorum, de
quibus. Macrob. Saturnal. li. 1. ca. 15. & 16.
& diximus ſupra dec. 39. Ferijs.

2 Sed annuarum nundinarum † conceſſio
ad ſolum Principem ſpectat, ſeu ad alium,
qui iura Imperij habeat cũ ſit hoc ſpecia-
liter de reſeruatis. ſupremæ poteſtati. l.
prima D. de nundin. ubi doctores, præſer
tim Alberic. & eſt ſpeciale vt tẽpore nun
dinarum, vel mercatuũ poſſint aliqui cõ-
pelli ad vendendum contra. l. Nec emere.
C. de iure deliberan. Alberic. in leg fina.
C. de nundin. dicens, ita ſeruari per totam
Italiam, vt poſſint illis diebus compelli
non habitantes ad conueniendum in ciui
tatibus, & illuc victualia uendenda defer-
re, ſequitur Alex. in additio. ad Bart. in d. l.
nec emere.

3 Amplia, vt Princeps poſſit nundinã † au-
ferre alicui oppido, vel ciuitati, quamuis il
las per lõgiſſimum tempus exercuerit, ẽt
ꝙ excedat hominum memoriam, vt late

conſuluit Natt.conſil.511. & 512.in cauſa
mercati.ſeu nundinarum Ponti ſturiæ, &
ſecundum opin.Natt. iudicatum fuit iam
* ultra.15.ann.per Senatũ in mercato Bre
duli ciuitatis Montis regalis,quẽ princeps
noſter Sereniſſimus tranſtulit in loco Ca-
raſſoni eiuſdem ciuitatis, quia eſſet illud
ius ſoli Principi ſpectans & non præſcri-
ptibile tanquam de regalibus, & quia ſic
ſibi facere placeret,quamuis cõtrarium in
ſimili caſu conſuluiſſet Alcia.cõſil.208.cu
ius opinionem ueram crederẽ,ſi talis præ
ſcriptio inducta eſſet,quæ titulum conceſ
ſionis a Princepe pręceſſiſſe præſumi face
ret, ut de cẽtenaria præſcriptione dicitur
i l.hoc iure.§.ductus aquę. D.de aqua quo
ti.& æſtiu.nam illa habet uim tituli,& con
ceſſionis iuſtæ,& decẽter factæ,ut late per
Doctores ibi notatur,ſi hoc allegetur.

Poteſt enim idem Princeps mercatũ,
q fieri ſolet in certo loco ciuitatis, in aliũ
locum pro publico beneficio trãsferre per
ea,quæ dicit Luc.de Pen. in l.prima. colu.
prima & ſecũda.ut ruſtican.ad null.obſeq.
* & ita etiam iudicatũ fuit per Domin. Cã
cell.& alios delegatos in cauſa Vertẽte in
ter Pontem,& Burgum loci Garezzi.

Fallit in mercatis noſtris, q̃ ſemel, uel
bis ſolent fieri ſingula hebdomada in ali-
qua ciuitate, uel oppido. Iſta enim licet
multis in locis a Principe conceſſa legan-
tur in hac patria,nihilominus tamen etiã
4 ſine Principis† licentia fieri poſſunt,ſecun
dum Nicol. de Matarel.& Bal.in l.prima.
colum.prima.C.de nundin.& continet po
tius factum,ideſt obſeruantiam, quam ius
cum careant priuilegiis, & aliis immunita
tibus, quæ ſolent cõcedi nundinis, ut ibidẽ
Bal. & talis mercatus uidentur etiã de iu-
re gentiũ,ut homines ſimul uno loco con
ueniant mercãdi cauſa l.1.§ cõuentionis.
D.de pact.iuxta l.ex hoc iure gentium, ibi
commercium,emptiones,uẽditiones,&c.
D.de inſti.& iur. & de mercatis uideť lo
qui Plato relatus a Caliſtrato Iuriſconſ.l.
in l.ſecunda.D.de nundin. aduertendũ ta
men eſt ne ſimiles mercatus, aut nũdinæ
fiant eodem,uel eiſdem diebus in duabus
ciuitatibus uel oppidis uicinis ad decem
miliaria quia alter alteri per cõcurſum no-
5 ceret, & id contigere poſſet † qui prior
eſt tempore alteri inhiberi facere a Princi
pe, uel ſuperiore magiſtratu per regulã.l.
qui prior.D.de iudic. Argumẽto eorum,
quæ dicit Ioſeph.de ruſtic.in tracta.de fi-
lijs in conditione poſitis, capitu.ſexto.nu
mero.54.poſt Roland.conſili.59. in cau-
ſa.numer.51.libro tertio.& Anton.Ciof.
conſilio 16.cõſultationi.colum.prima,&
ſecunda libro primo.Et cum ſimilis con-
trouerſia contigiſſet inter Carignanenſes
qui ſub Sereniſſimo.Duce Emanuele Fili
berto,tunc erant,& Carmagnolenſes Mar
chionatus Saluciarũ, cum ambo in oppi
do vellent eodem die mercurii mercatũ
habere,fuit cauſa hæc per cõmunes, arbi
* tros a Principib.deputatis cognita,& tan
dem reſolutum nõ poſſe impediri merca
tũ Carmagnoliæ quin eo die omnes ſub-
diti Ducis noſtri illuc accedere poſſent,
15.Decembris.1560.

## Contumacis pęna quę ſi in criminalibus,& an procurator, uel coniunctus pro ipſo comparens ſit audiendus, anque illi procuratori, vel coniunctio actorũ copia ſi petant danda ſit, & quid ſi pro ſuo intereſſe petant.

### *DECISIO CCLXV.*

1 *Contumacia dicitur delictum,et dolo æquiparatur.*
2 *Contumax non poteſt declinatoriam opponere.*
3 *Contumax appellare nonpoteſt.*
4 *Contumacempoteſt iudex ſuo arbitrio punire.*
5 *Contumax uerus qui dicatur.*
6 *Procurator,uel coniunctus pro cõtumace non admittitur.*
7 *Procurator in criminalibus non admittitur,& num.16.*
8 *Acta an ſint communicanda procuratori contumacis.*
9 *Statutum,quod in contumaciam delinquẽtis pronuncietur delictum,pro cõfeſſo eſt obſeruandum.*
10 *Acta omnia tam ciuilia, quam criminalia partibus edenda ſunt.*
11 *Excuſator admittitur in criminalibus.*
12 *Informatione,& inditia an edenda ſint, & num.13.*





14 *Edictio actuorum criminaliũ qualiter fiat, ſi ſint plures ſocij delicti,& inter eos ſint aliqui contumaces.*
15 *Copia proceſſus non datur reo, niſi de mandato iudicis.*
17 *Princeps poteſt ex gratia admittere in criminalibus procuratorem ad defendendum.*
18 *Acta an ſint edẽda in criminalibus tertio pro ſuo intereſſe comparenti.*
19 *Pater poteſt pro filio contumace comparere.*

CONTVMAX legib. adeo
odioſus eſt, ut in ꝓuerbio
ſit,quod aduerſus cõtuma
ces iura clamãt,ita Mileus
in ſua praxi.criminal.tit.de
probat.n.9.Rot.deciſ.16.in tit.de dolo, &
cõtuma.in nouis.incipien.cum iura clami
tẽt.per tex.2.q.7.§. ſunt quorũ,& c.de il-
licita.24.quęſ.3.Aequiparatur enim dolo
1 hęc cõtumacia,ut apparet†ex rub. de do-
lo & cõtumacia.& trãſit in delictũ l.cõtu
macia.D.de re iudic.ubi Caſtrẽ. not.gl.in
uer.exceſſiuũ in c.ad apoſtolicę.de re iu-
dic.lib.6.Bar.in l.pe.D.de re iudi.& in l.ſi
plures.D.de adminiſtr. tutor.Ideoq. non
2 poteſt contumax† opponere delicatoriã
ſecũdum Innoc.in c.ad petitionem.in pri
ma col.ad fi.de accuſa.Imol.in c.ſi duob.
col.1.in fi.de appellat.Alex.in l.ſi quis ex
aliena.ff.de iudi.Et cõtumaci debet dene
gari audientia,ut not.in ca.tuæ.ut lite nõ
conteſta.Bal.& Alexan.in l.1.§.fin.ff.ſi qs
iuſdicen.nõ obtempera. Quinimo quam
uis appellatio ſit fauorabilis, & defenſio-
nis ſpecies, ut pulchre dicit Hermoge-
nianus in ſua greca cõſtitutione in l.Impe
3 ratores.D.de appella.tamẽ†nõ poterit ap
pellare l.1.C.quorum appellat. nõ recipi.
Bal.in l.fi.in 3.col.in fi. ff. de integ. reſti.
& in l.cõtumacia.in prin.D.de re iudi &
in l.ex cõſenſu.§.fi.ff.de appel. ſed nec ẽt
recurrere,uel ſupplicare ad prĩcipẽ. Imol.
in dicta l.ex conſenſu.§.fi.Alexan. in l. ꝓ
perandũ.§.ſinautem reus.C. de iudi.Mar
ſil.in ſua praxi.§.opportune. numero 89.
Et ideo ſi admiſſa eſſet appellatio,& com
pareat cõtumax coram iudice appellatio
nis,debet ille iudex pronũciare nõ eſſe lo
cum appellationi,& cauſam remittere ad
primum iudicem ut illi debitus honos ſer
uetur,ut dicit Dec.d.conſi.34. nu.1. poſt
Bart. & Pau.de Caſt.ibi relatos.Et uiginti
quatuor pœnas cõtra contumaces tam in
ciuilibus,quam in criminalibus ponit Ma
ran.in ſuo Spec.par.6.in titu.de contuma
cia nu. 9. uſque ad num.44.& alias addit
Carau.in ritu magnę cur.220.per totum.
Sed in propoſito noſtro cõtumaci ad iudi
4 cium non uenienti poteſt iudex† ſuo arbi
trio pęnas imponere fiſco applicãdas.l.1.
D.ſi quis in ius uoc.nõ ier.l.eos.C.de mo
do mulct.Et hæc præcipue ꝓcedũt in ue
ro contumace,ut ꝑ Dec.conſil.34.col.3.
5 qui dicitur is,† ad quem notitia citationis
peruenit,ut magiſtraliter more ſuo diſtin
guit Bart.in l.fi.D.de integ. reſtitu.quem
communiter ſequũtur Doctor.præſertim
Maran.de ordi.iudic.par.6.ti.de appellat.
§.ſecundus actus nu.274.Bart.& Imol. in
l.ex cõſenſu. §. fi. ff.de appellat. Requitur
enim,quod notitia ad eũ uere perueniat
neque ſufficit,quod uetiſimiliter potuerit
peruenire,potuit enim non ꝑuenire,ut ſin
gulariter dicit in d.deciſ.Rotę. Rom. 26.
de dolo,& cõtumac.Sed dicitur etiam ue
rus cõtumax,is,qui medicato receſſu poſt
delictum commiſſum ne apprehẽderetur
uel citareť perſonaliter ſtatim a loco deli
cti receſſit,& aufugit in lõginquas partes
nã in ſui odium habetur pro præſente, &
dicitur uerus cõtumax, ut per Alexã.in l.
properandum.§.ſinautem reus.col.3. nu.
15.uerſi.5.cõcluſio C.de iudic.per tex.in
clem.1.ut lite nõ conteſt.& ibi Pet.de An
char.& per Bal.& Ba.ab Alex.relatos & ſe
quiť Ant.de Canar. in tit.de excuſatio. q.
9.n.6.Marian.de ordi.iudic.par.6. §.ſecũ
dus actus tit.de appellat.nume.289. Nata
conſi.240.num.3.& pro uero contumace
apud nos repetatur ex communi ſtylo, &
* practica Senatus noſtri,& omnium iudicũ
& ita uidi ſæpius iudicari, neque enim de
bet ſua mendicata,& doloſa abſentia illi
ꝓdeſſe,perinde enim eſt ac ſi uere appre-
henſus diceret nolo comparere,cum data
opera ſtatim delicto cõmiſſio aufugit, ne
uerbo,uel facto apprehẽdatur,uel compe
tere cogatur,paria enim ſunt re,uel uerbis
mẽtem ſuam aperire l.Paulus.D.rem rat.
hab.Et ꝓ hac opinione eſt not.tex.in l.2.
§.fi.ff.ſi quis cautio.ubi plus dr̃,quod hoc
caſu,qñ doloſè receſſit,et ſuperueniẽs im
pedimẽtũ eũ non excuſaret a cõtumacia.

Et ex his dicebatur in odium ipſius tan
quam uere contumacis non eſſe audiēdū
6 procuratorem† eius immo, nec coniunctū
alium, qui circa procuratoris nomē, ſed ut
defenſor allegabat delinquentis abſentiā,
& excuſationem, & petebat acta cōtra cō
tumacem delinquentem facta ſibi cōmu-
nicari, & ita ī ſpecie tenet Clar. in practic.
criminal. §. fin. quæſtione 49. numero 6. &
ſequen.

Ad quod facit communis omniū Do
ctorum concluſio quæ colligitur in l. pen.
§. ad crimē D. de public. iudi. quod in cau
ſis criminalibus capitalibus non eſt admit
tendus rei procurator, ſed tenetur ipſmet
7 reus perſonaliter † comparere, ut dicit la
te per Bar. in d. §. ad crimē. & ibi. Rub. Ale
xan. latiſſime, & ubique criminalium rerū
ſcriptores præſertim Clarus. in §. 32. & 33
Andr. Gail. in tit. de pace public. li. 1. c. 10.
per tex in l. accuſare. §. fi. & in l. penul. §. ad
crimē D. de pub. iudi. glo. in cap. ueniens.
de accuſa. & hanc opinionem communē
teſtatur Gail. poſt Spec Afflict. Ale. Giral.
& alios ibi citatos de qua omnium latiſſi-
me, & copioſiſſime ſcripſit D. Menoc. lib.
primo, de arbitr. iudic. ubi per 26. colum.
hanc quæſtionem examinat multos caſus
proponendo adeo ut uix aliquid ei ſuper
addi poſſit.

Quidam tamē ex Dominis in propoſi
8 ta quæſtione exiſtimabant † communicā
da eſſe acta procuratori, aut ſaltem defen
ſori, qui pro contumace cōparebat, & ſal
tem ea, quæ concernebant citationes con
tra eum factas, & pęnarum declarationes
adducebantque tractari hic de pęna pecu
niaria, in pęnarum declaratione contenta
quo caſu procurator admittitur, & ex cō-
muni Doctorum ſupra relatorum ſenten
tia per text. in l. 1. D. an per alium cau. ap-
pel. & quāuis principalis cauſa eſſet de cor
porali pæna, in qua nō admittitur procur
rator, tamen quando criminalis cauſa inci
dit in ciuilem, & pecuniariam, tunc procu
rator admittitur. Felin. in ca. meminimus.
col. 5. uerſicu. itē addo poſt Gemi. in c. ex
antiquis. co. 2. uerſi. nota primo. 54. deſtin.
Sed ad hoc reſpondebatur, quod non attē
ditur hæc pęna cōtumacialis pecuniaria,
ſed potius primæua capitalis. l. rogaſti. ff. ſi
* cer. pe. & ita obſeruat ſtylus Senatus, quod in
iſtis cauſis ſiue agatur de principali deli-
cto. ſiue de pænis iſtis cōtumacis alib. nū
quam admittit defenſorē, quando pendēt
a capitali delicto, quod ſtylus ualidus eſt Ma-
rā. d. par. 6. §. contumacia. n. 9. in fi. Foller.
in d. §. ſequitur par. 4. 3. par. n. 2. poſt Ioā.
And. in c. ciuitatis. de dolo, & cōtu. Bal. de
pace iuram. firman §. iniuria glo. in l. loco
rum C. de omni agro deſer. Ex quibus pro-
9 batur ualere etiam ſtatutum, † quod in cō
tumaciam rei pronūtietur delictū pro cō
feſſo, quamuis de iure communi aliter ſit,
ut per Foller. d. §. ſequitur. n. 1. licet in hoc
de confeſſo. aliqui teneant contrarium, ut
per Marſil. conſi. 49. quod nō examino, cū
nos habemus claram conſtitutionem. li-
bro 4. nouarum conſtitutionum in tit. *Del
reo in. §. Et in caſo che il reo.* & cum ea anti-
quam obſeruantiam.

Pręterea dicebatur communicāda eſſe
10 acta ex uulgata reg. quod omnia† acta tā
ciuilia, quam criminalia partibus edenda
ſunt. l. 2. ubi Doct. omnes. C. de edē & in
c. 1. de probat. ubi Felin. n. 17. & tāto ma
gis acta iſta cōtumacialia concernentia ci
tationes, & declarationes pęnarū, cū pro
nuntiatione delicti pro confeſſo, & banni
menta, hæc enim omnia publice fiunt, &
pro roſtris affigūtur ad hoc, ut in cōtuma
cis notitiam deueniant, ut illius augeatur
contumacia, unde cum in hoc fiſco nullū
fiat præiudicium, ſed potius beneficiū, &
commodum conſequatur, non uidebatur
actorum prædictorum copia deneganda
iuxt. not. per glo. in cap. 1. de dolo, & cōtu
mac. in uer. non periclitatur, & præſertim
ſi ille defenſor, uel coiunctus, aut etiam
procreator proteſtetur nolle abſentē cō
tumacē in meritis defendere ſed ſolū ab-
ſentiam, & iuſta impedimēta, allegare, pu
ta ſuperuentam infirmitatem, latronū de
tētationem, & ſimilia quæ de iure admit-
tuntur. Fel. in d. ca. meminimus de accuſa.
col. 3. uerſi. not. ibi uiarum, diſcrimina late
Maran. d. §. contumacia n. 2. & ſequen. uel
finge. iudicem nimis breues dilationes da
re, uel mulctas grauiores imponere & ni-
mis per eū bona annotari, ut dicit Burſat.
conſil. 225. nume. 115. Ideoque uelle a tali
modo exceſſiuo procedēdi appellare uel
ad principē recurrere quod ſine illis actis
facere non poteſt ex forma nouarū cōſti
tutionum. Certe hoc caſu non ſunt peten
ti deneganda acta, & ita omnes conclu-





dunt tenentes, quod licet uerus contumax
non appellet, nec poſſit de ſtylo etiam ad-
mitti defenſor ad deducendum in meritis
11 cauſę tamen† audietur proponens has ex-
cuſationes, uel proceſſus, & citationum, ac
pœnarum declarationis nullitatem, ac etiā
alias exceptiones dilatorias Bal. in authen.
nunc ſi hæres. col. 1. in uerſi. & ex hoc in-
fertur corollarium. C. de litigioſis. Abb. in c.
dilectus. col. 2. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. Fe
lin. in d. c. meminimus. col. 4. uerſic. not. ibi
excuſaret. Alex. conſ. 138. num. 14. libro 6.
And. Gail. in titu. de pace pub. libro. 1. c. 10.
nu. 16. dicens communem poſt Port. con-
cluſ. 38. libro 5. quæ eſt inter commu. opi.
Gabriel. in tit. de criminal. quæſt. 9. Guido
Papæ, deciſ. 338. Iaſ. in l. is qui. C. qui teſta-
men. fac. poſſ. poſt Innocen. in cap. cum ſu-
pra. de re iudi. Quod ſi denegetur actorum
copia, poterit ille hoc requirens appellare
ab ea denegatione ad ſuperiorem.

Quinimo non ſolum acta prædicta eſſe
12 edenda quidam uoluerunt, ſed etiam† iu-
dicia, & informationes ad patrem ſumptas
& ita tenuerunt Bal. Fulg. Caſtren. & Ale.
in dicta l. ſecunda, C. de eden. Barbat. conſi-
lio. 47. ſcribitur præclare. colum. 10. uerſic.
præterea. libro primo, Foller. in pract. §. da-
tis defenſionibus num. 73. Verum hæc opi-
nio a multis reprobatur, & contrarium te-
net Soci. in dicta l. ſecunda, numero. quin-
to, & ibidem Purpur. numero 11. & 12. poſt
Angel. in l. quæſtionis. D. de quæſtio. & eſt
de mente Barto. in l. fin. de quæſtio. & ratio-
nem huius opinionis ſatis elegantem ponit
Socin. dicto numero 5. Clar. in §. fin. quæſt.
49. numero 7. 8. & 11. & communem dicit
Boſſ. in titu. de delinquen. poſt Aret. in ca.
cum oporteat. de accuſatio. per tex. in cap.
qualiter, & quando. il ſecondo. §. debet. de
accuſatio. qui tamen tex. ſi bene conſidere-
tur probat opinionem primam contrariam.
Veruntamē licet quæſtio hæc in iure diffi-
cilis ſit, nihilominus apud nos nullam ha-
bet difficultatem, attento longo uſu, & ſty
lo, perpetuo enim hoc iure uſi ſumus non
* ſolum in Senatu, ſed in quibuſcunque cu-
rijs huius patriæ, ut nunquam tradatur co-
pia indiciorum, niſi ut infra dicā, ſed quan
do ordinatur, uel decernit a iudice, uel Se-
natu actorum criminalium copia, ſemper
adijcitur hæc clauſula, receptis tamen infor
mationibus, & ita cenſuit Senatus in cauſa
Domini Richeti Taurinenſis, uti uere con
tumacis, & quāuis fiſchales idebi.e de hoc
conquererentur, quantum etiam ad acto-
rum editionem, tamen Senatus in hac opi-
nione perſtitit, tanquam de iure uera, & de
ſolito ſtylo Senatus, allegabantur ad hoc
multa exempla, præſertim in cauſa fiſci, &
Domini Dionyſij Foſſanenſis eoque magis
quando ea ratione petuntur acta, ut poſſint
ad ſuperiorem recurrere.

Hoc autem, quod diximus de informa-
tionibus non edendis, limitatur non procē
13 dere, quando tales informationes† ſunt pu-
blicatæ, id eſt facta prius reſponſione per
reum, quod uelit ſtare ipſis informationi-
bus, ut rite receptis, uel alias facta eorum
iudiciorum, & teſtium repetitione uocata
parte, tunc enim datur reo copia informa-
tionum, & hoc modo poſſet procedere opi.
Bal. Caſtren. Fulgoſ. Alexan. & aliorum ſu-
pra citatorum. Sed & quandoque occurrit
caſus, ut tales informationes exhibeantur
etiam ſine illa reſponſione a contumacibus
facta, ut eſt exemplum, quando ſunt plures
correi eiuſdem delicti capitalis quo cū alij
aufugiſſent, alij uero in carceribus detine-
rentur, tunc enim licet cauſa iſta ſit coniun
14 cta, tn̄ contra detentos procedetur, † non
expectato aduentu contumacium, cum non
ſit conueniens ob aliorum abſentiam alios
in carceribus macerari, debet enim, ut in-
quit Imperator in l. 1. C. de cuſtod. reo-
rum, ſtatim inquiſitio fieri, ut nocentes con
demnentur, & innocentes abſoluātur. Hoc
igitur caſu ſi rei detenti petant copiā non
ſolum actorum, ſed etiam informationum
illis erit exhibenda facta prius repetitione,
uel reſponſione per reos pręſentes, de qua
ſupra, ſed exhibetur cæterata, quatenus in
ea complices abſentes nominantur, & hæc
eſt communis obſeruantia huius patriæ, &
Senatus, quam etiam obſeruari in Mediola
nenſi Senatu teſtatur Boſſ. in titulo de de-
licto numero quadrageſimoſexto, dicens
male facere iudices, qui aliter procedunt,
& Clar. dicti quæſtione 49. numero ſepti-
mo, & octauo.

Notandum eſt etiam, quod copia acto-
rum criminalium dari non debet reo, ſiue
15 pro eo agenti, niſi de mādato iudicis. † Bal.
in dicta l. ſecunda, C. de eden. Dec. in l. fin.
C. eodem. in ſecundo notabili, & quamuis
Dominus Purpuratus. in dicta l. ſecunda,

numero 28. diſtinguas ut ſi in loquamur in ſimplici actuario, & procedat opinio Bald. aut in principali ſecretario curiæ, qui eſt notarius publicus, & tunc non requiratur mandatum iudicis, ſubdēs, ꝙ ita uidit mul toties obſeruari, tamen putorem ego cautius agere ſecretarium curiæ ſi iudicis man datum expectat ad remouendam omnem colluſionis, uel fraudis ſuſpicionem & ita uidi ſemper obſeruari, & ſi alter fiat, erit is notarius ſeuera uerbali reprehēſione dignus, de qua loquitur Iuriſconſ. in l. tertia, uerſi. & quia. D. de offi. præfect. uigil. quod ſi in tali traditione actorum dolus aliquis etiam interueniſſe, pœna iudicis arbitrio pro modo culpæ puniendus eſſet, pſæſertim ſi ex eo damnum fiſcus pateretur, l. diuus Adrianus. in fin. D. de cuſt. reor.

Amplia hoc procedere, ꝙ danda ſit copia actorum, quādo poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam cōtra reum abſentem, nam quamuis de iure communi abſens nō poſſit condemnari l. abſenti. D. de pœn. tamen quando uirtute ſtatutorum, uel cōſuetudinis, ut eſt in patria iſta, deueniri poteſt ad ſniam condemnatoriam, tunc admitti-
16 tur † procurator pro abſente ad eum defendendum in meritis, & ita tenent omnes ſupradicti præſertim Alexand. conſil. 4. lib. 6. Dec. conſil. 429. num. 1. & 2. Andr. Guil. dicto capitu. 10. Menoch. dicta quæſt. 80. Sed quamuis hoc ſit de iure communi, nihilominus ſtylus huius patriæ aliter obſeruat,
* quia nō auditur nec procurator, nec defenſor, qui in meritis loqui uelint pro reo contumace, eoque magis quando quis citatur (ut fieri apud nos ſolet in criminalib. cauſis) perſonaliter comparíturus. Capic. deciſio. 143. Ruin. conſi. 115. colum. 2. circa medium. lib. 5. quod facere poteſt iudex, etiam pęna ſit minor relegatione. Capic. dicta deciſio. 143. in fin. quod tamen ego non admitterē ita paſſim eſſet enim deſtruere conſultationes, & iuris regulas, de quibus per Doctores ſupra citatos, præſertim Gail. Gabriel. & Menochium, & de hoc etiam generali ſtylo, & obſeruantia, ut etiam defenſor non admittatur, teſtatur etiam additio ad Alexan. dicto conſil. 4. lib. 6. & Clar. in §. fina. quæſtio. 32. & 33. qui ſtylus ualidus eſt, ut per Alexan. conſi. 65. num. 10. lib. 6. Nec uerum eſt, quod auferat defenſionem, quæ eſt iuris naturalis, quia non eam aufert, ſed ſolūmodo coarctat, quod facere poteſt. Carauit. in ritu magnæ curiæ. 220. nu. 15.

Præterea aduertendum eſt, ꝙ de iure cō muni non poteſt in contumaciam pronunciari delictum pro confeſſio Bal. in l. prima colum. 2. uerſi. oppono, quod contumax. C. quomodo, & quando iudex. Alex. conſilio 70. num. 9. lib. 1. Foller. in practic. par. quarta tertiæ par. §. ſequitur. num. 1. Sed ex conſtitutionibus noſtris dicto lib. 4. tit. Del reo, §. Et in caſo, che il reo, aliter obſeruatur, quę conſtitutio, & ſtylus ualidus eſt Bald. in dicta l. prima colum. prima. in fin. uerſic. ſed hic queritur. quæ pronunciatio delicti pro confeſſo magni eſt præiudicij, quia remouet appellationem. Folle. dicto §. ſequitur nume. 35. unde uidetur defenſor admittendus qui poſſit ab indebito modo procedendi talem pronunciationem appellare, & de ea conqueri, & inter ea ſuſpendi proceſſum dicit Afflict. in cōſtitutio. Grādis. nu. 12. pręſertim opponēdo nullitatē, in forma procedendi. Burſat. conſil. 116. nu. 120. ubi latiſſime de hac materia.

Poteſt etiam pro tali contumace recurri
17 † ad Principem, ut ex gratia admittat procuratorem ad defendēdū, & quamuis difficile obtineri ſoleat, nihilominus poteſt. Princeps ſi uult ex ſua certa ſcientia hoc concedere, cum ſit iuris poſitiui, & præſertim eo caſu, quando contra abſentem poteſt deueniri ad condemnationem, uel pronunciationem delicti pro confeſſo, tunc enim cum de iure communi procurator admittatur. Cyn. in l. res. in tertia quæſt. C. de accuſat. Gabriel dicta concluſiō. 18. num. 34. Signorol. conſi. 2. Ruin. 118. lib. 5. de facile res redibit ad ſuam primæuam naturam, ut in his terminis tenent communiter doctor. ut refert Gabriel. tit. de criminal. concluſio. 9. n. 12. poſt Alex. & alios ibi citatos, eoque magis ſi comparet non uti procurator, ſed ut defenſor. Gabriel. d. concluſio. 18. num. 35. ubi infinitos allegat, quos non repeto, cui addo. Dec. conſi. 429. lib. 1.

Quæſitum præterea fuit in eadem cauſa, an tertio comparenti pro ſuo intereſſe, ut puta uxori pro defenſione ſuarum dotium, uel filijs pro ſua portione retinenda, quam lex defert in bonis patris condemnati, uel banniti, de qua late dixi ſupra deciſ. 104. Confiſcatis bonis, aut alij creditori, qui pro ſuo particulari intereſſe uolunt in iudicio





cio comparere, & petunt acta ſibi exhiberi
18 an illa edēda ſint. † Et quidam ex dominis putabant non eſſe tertio danda acta contumacialia, quaſi non admittatur principalis reus, ergo nec tertius, qui acceſſorie uenit ad cauſam, cum ſit eadem natura acceſſorij, quæ eſt principalis, vulg. regu. capitu. acceſſorium. de regul. iur. in ſexto. Ideo ſicut principalis repellitur, & etiā eius procurator uel defenſor ex antiquo ſtylo huius patriæ & aliorum locorum, ut teſtatur Pariſien. ad Alexā. conſilio quarto. libro ſexto & Clar. dicta quæſtione 49. ita nec tertius debet audiri.

Sed in oppoſitum dicebatur admittendū tertium pro ſuo intereſſe in hac cauſa criminali, & contumaciali, & ita tenent communiter Doctor. præſertim Bal. in authen. nunc ſi hæres colu. 1. C. de litigioſ. Craue. conſi. 14. num. 2. Felyn. in dicto cap. meminimus. colum. 4. verſicu. ſexta concluſio. de accuſatio. Imo, etiamſi illius tertij interſit non principaliter, uel ſecundario Signorol. conſilio 61. colum. 1. in fi. per l. prætor. §. primo de edendo, & non ſolum admittendus eſt tertius, ſed ſi dubitare de aliqua colluſione, quæ eſſe poſſet inter fiſcum & reū contumacem, poteſt tertius excludere a iudicio ipſum reum, & eius procuratorem, & ipſe ſolus cauſam agere, vt ſingulariter dicit Bal. dicta authen. nūc ſi hæres. colum. 2. verſic. ſextum corrolarium. Item poſſet
19 pater † pro filio contumace comparere, & reuocare confeſſionem a filio factam ueram vel fictam in ipſius patris præiudiciū. Bald. in l. prīcipaliter, C. de liberal. cauſa allegās vulgare prouerbiū, [ Colui di chi è l'aſino lo piglia per la coda. ] Et in iſtis terminis, quod vxor, vel filij pro eorum intereſſe in cauſa contumaciæ interuenire poſſint, conſuluit Burſat. latiſſime in conſi. 225. nu. 125. & 127. dicens communem. Quare admiſſo ipſorum interuentu neceſſario ſequit concedendam illis eſſe copiam actorum, aduerſuſque, & grauamē, & nullitatem opponere poſſint, ex regu. l. cui iuriſdictio. D. de iuriſdictio. omnium iudicum, & ēt ex alia regula, quod quicunque habenti intereſſe acta ciuilia, uel criminalia dare debent d. l. ſecunda ubi Doctor. C. de edendo. Et ita
* cenſebat Senatus in prædicta cauſa Richetti Taurinenſis exhibenda eſſe acta uxori p ſuo intereſſe comparenti, exceptis tamen informationib. 15. Martij. 1590. prout & ſimilibus alijs cauſis factum fuerat. Quod ſi iudex, uel Senatus acta petenti ea non decernit, poteſt is tanquam grauatus ad Principem, aut alium ſuperiorem recurrere. Purp. in d. l. ſecunda. C. de eden. nu. 29. & 31. poſt Bar. & alios ibi relatos, dicens uideri iudicē denegare, quando bis, uel ter requiſitus ea edi non mandat.

## Vaſſallo inueſtito de iuriſdictione an ſpectet cognitio, & emolumētum pænarum, quando offenditur in iudicio ſupremus iudex, ut in præſentatione falſæ ſcripturæ, uel in depoſitione falſi teſtis.

## DECISIO CCLXVI.

1 Falſi cognitio an ſpectet uaſſallo, uel dño, quādo coram domino falſitas fit uel producitur, & nu. 11. & 12.
2 Pæna delicti pecuniaria eſt offenſo domino in ſuæ iniuriæ applicanda.
3 Teſtis ſi falſum deponat corā alio iudice, ꝗ ſuo ordinario, per illum coram quo falſum depoſuit eſt puniendus. & nu. 8.
4 Vaſſallo inueſtito de iuriſdictione cōpetit cauſarum cognitio priuatiue quo ad dominum.
5 Emolumenta dicuntur fructus iuriſdictionis.
6 Vaſſallo ſpectat pæna ex edicto Principis deſcendens.
7 Bal. in l. prima in fi. C. ſi a non competen. iudi. declaratur.
9 Subditus non pōt prorogare iuriſdictionem uaſſallo inuito, & renitente.
10 Gratiam, & compoſitionem de delicto nō poteſt facere Princeps in præiudicium uaſſalli.

SVBDITVS eiuſdē uaſſalli falſificauit apochā in terra eiuſdē uaſſalli, & cum lis eſſet illi ciuiliter mota ſuper rebus attingentib. dictū apocham per tertium coram Senatu, idem ſubditus exhibuit in iudici apocham, quæ cum reperta fuiſſet falſa fuit producens inſtante procuratore fiſcali Sereniſſimi Ducis noſtris detentus, & ſup cauſa iſta falſitatis inquiſitus,

quod cum ad uaſſalli notitiā perueniſſet,
comprauit,& petijt cauſam ſibi remitti,tā-
quā inueſtito,de feudo cum mero imperio,
& omnimoda iuriſdictione. Procurator fi-
ſci opponit ſpectare cognitionē iſtius cau
ſę Senatui, corā quo fuerat producta apo-
cha,& principi ſpectare emolumētū pœna
1 le pecuniarum. Quęſitum fuit an eſſe † cauſa
uaſſallo remittēda, & an illi ſpectaret emo
lumentum.

Pro fiſco adducebatur Doctri. Bal. in l. 1.
in fi. C. ſi a non competen. iud. ubi uoluit,
quod etiāſi is, qui deliquit ſit homo ligius
alicuius, tamen pæna, & cognitio ſpectet il
li domino, in cuius territorio eſt commiſ-
ſum delictū, ſed hic uidetur delictum per-
petratum coram Senatu magiſtratu ſuprę-
mo, cuius maieſtas uidetur offenſa ex pro-
ductione falſæ apocæ coram ipſo, ergo ad il
lum ſpectabit cognitio, & ad principem
emolumentum pœnale, ex regula gene-
2 rali, quæ habet, quod quando † eſt offenſa,
pſona domini, pęna delicti ipſi ueniat appli
cāda; ut habeat ſuæ iniurię ultionem. Bal. in
titu. de capitan. qui cur. uend. nu. 2. Afflict.
ibi. num. 12. Pariſ. de Put. in tractā. de re inte
grat. feud. capit. 83. num. 6. Iacobin. in uer-
bo. de caſtro Rubei montis, num. 15. Brun.
conſil. 31. num. 18. Natt. conſi. 580. numero
7. Rollan. a Valle conſi. 73. numer. 12. 14. &
15. & num. 21. lib. 4. Ex quo in ſimili infert
Capic. in inueſtitu. feud. pagi. mihi. 127.
uerſicu. & ſciendum, quod ſi concedatur
alicui fructus obuentionum ex delictis, &
prouentibus, non ueniunt pænæ, in quas
quis incidit ab cauſam delicti commiſſi in
concedentem, quia illud, quod alicui debet
in ſuæ iniuriæ ultionem, non debet alteri
conferri.

Secundo pro fiſco principis adducebatur
tex. in l. nullū. D. de teſtib. ubi ſi coram alio
iudice falſi teſtes producantur, dicitur, qđ
ille iudex coram quo teſtes producti fue-
runt cognoſcat, & punias. Sed magis in ter-
minis in producente falſam ſcripturam co-
ram iudice, quod ſit ab eo detinendus, eſt
tex. in l. penu. C. de probat. in quo tex. illud
notandum eſt, quod ibi non dicitur puniri
producentem extraordinarie ratione con-
temptus, ſed expreſſe dicitur, quod punia-
tur pæna falſi. Vnde inferunt Doctores ad
3 teſtem falſum deponentem † coram uno iu-
dice, licet ille teſtis ſit alterius iuriſdictio-
nis, uel clericus, quod pæna, & cognitio il-
lius falſitatis ſpectat illi iudici etiam laico,
& non poſſit de hoc alius iudex conqueri
ita tenet Benedictum ca. Raynutius. in uer-
bo. & uxorem. ſecunda dec. nu. 434. Aufrer.
de poteſta. ſecular. ſuper eccleſiaſt. regu. 1.
nu. 8. Didac. pract. quæſt. ca. 18. nu. 8. Facint,
quę dicit in his fere terminis. D. meus a Pō
te quæſt. Laudim. 24. col. 4. in ultima impſſ.
verſi. hinc infero. Et præſertim, quia hic fi-
ſcus iam in cognitione præuenerat, & non
erat amplius locus remiſſioni cauſæ. l. ubi
cæptum. de iud.

Ex aduerſo uaſſallus dicebat cauſam eſ-
ſe ſibi remittendam, & pænarum emolu-
menta ſibi in hac cauſa ſpectare. Primo,
4 quia uaſſallo inueſtito de mero, & mixto
imperio, & iuriſdictione competunt † co-
gnitiones, & emolumenta delictorū priua-
tiue quo ad dominum, ita ut non poſſit per
ſuperiorem in cognitione, & emolumento
rum præceptione turbari Bal. in l. 1. quæſt.
43. D. de rer. diuiſ. Iacobin. in uerbo. uica-
rius. nume. 41. Neuizan. conſilio. 61. nume.
9. & 11. Roland. conſilio 21. num. 10. 11. &
16. libr. 4. Natt. conſilio 408. nume. 7. in fin.
libro. 2. & conſilio 240. nume. 4. D. Sola. in
gloſſ. ad dec. antiq. Sabaud. in decret. quia
pluribus. gloſſ. 3. numer. 3. Boſſ. de pęn. nu-
mero 35. Grammatic. deciſio. 30. & dixi ſu-
pra deciſio. 132. Saluaguardiatus & quo ad
emolumenta pænarum ratio eſt in prom-
ptu, quia uaſſallus eſt inueſtitus de fructi-
5 bus † iuriſdictionis, quarum pars iſta ſunt.
Bar. in l. fin. D. ſoluto matrimon. Natt. con-
ſil. 580. & 659. num. 1. lib. 4. & eſt bona do-
ctrin. Bal. in l. fi. colum. 2. uerſicu. item nota
D. de conſtitut. princip. Præpoſit. in capit.
primo. in prin. colum. 3. de pace tenen. Qđ
quidem magis obtinet in patria noſtra, in
qua uaſſalli feuda habent titulo oneroſo,
attentis oneribus, & ſeruitiis pro feudo de-
bitis, ut in iſtis caualcatis modo factis ipſa
docuit experientia unde dicit Barbat. in ad
ditio. ad Abba. in cap. cæterum. de iudi. ſub
num. 5. in uerba exceſſus, quod uaſſallus in
iſtis caſibus ſemper tractat de damno eui-
tando, & ſint fere omnia feuda emptitia, &
pro eis ſoluuntur dominis laudimia ſatis
egredia.

Scđo, quia ſi inſpiciamus originē delicti
res uř clara in caſu noſtro, qa delictū eſt fa-
ctum in loco, & terra uaſſallinā ibi fuit apo

cha



cha falſificata, & ibi fuit immutata ueritas,
quæ erat nocibilis, licet poſtea fuerit corā
Senatu producta, quæ productio nō debet
nocere, ipſi uaſallo, cui ex falſificatione
erat ius quæſitum, quo attento cauſa prin-
cipalis erat coram ipſo tractanda, quia cu-
iuslibet rei origo, & principium ſpectanda
ſunt. l. 1. cum ibi nota. D. de iuſtit. & iure. l.
rogaſti ſi cer. pet.

Tertio pro uaſallo adducebatur ſatis ur
gens ratio, quia pœna in hoc caſu, quæ im-
ponitur huic delicto falſitatis cōtra iſtum
inquiſitum, eſt decretalis, ut legitur inter
ipſa decreta antiq. Sabau. Amed. Sed pęna
6 Edicti, ſeu decreti loquentis † de confiſca-
tione ſpectat uaſallo tam ex communi Do
ctorum ſententia, de qua per Nat. cōſ. 659.
col. 1. iuxta quam iudicatum fuiſſe per Illu
ſtrem Cameram teſtatur Do. Præſes a Pon
te. d. quæſt. 24. colum. 4. circa finem Bened.
in cap. Raynutius. in uerbo, & uxorem. nu-
me. 437. quam ex ipſorum decretorum cri
minalium diſpoſitione, quibus ita nouiſſi-
me cautum fuit. Neque obſtat doctri. Bald.
ſupra pro fiſco principis allegata in d. l. 1.
7 quia † Bald. ibi loquitur, quando ſubditus
commiſit delictum in loco alterius uaſal-
li, quia tunc cognitio, & pœna uidetur ſpe
ctare iudici, & domino loci delicti, licet in
confiſcatione bonorum regula ſit qđ unuſ
quiſq; dominus bono obtineat, quę in ſuo
territorio poſita ſunt de qua per Rebuff. in
l. 2. pag. mihi. 27. uerſic. notandum tamen,
D. de uerborum ſignificat. Nec eſt uera cō
ſequentia, quam facit Bal. quod cui ſpectat
cognitio, eidem ſpectare debeat, & emolu
mentum, nam ſi iudex uaſalli condemnat
aliquem in pœna pecuniaria, & ille appel
let, & Senatus confirmet, talis pœna appli
catur uaſallo, nō autem principi quamuis
agatur ex ſententia confirmante non ex cō
firmata, & hęc inſeparabilia eſſe docet Ol-
drad. conſi. 17. col. 3. in fi. Item licet ſubdi-
tus meus committat crimen lęſę maieſta-
tis in principem extra territorium meum,
& cognitio ſpectat principi, tamē emolu-
menta, & confiſcatio bonorum in territo-
rio meo exiſtentium ſpectat mihi, ut notat
D. Ponte. d. q. 24. col. 3. poſt Nat. & Brun. &
alios per eum citatos.

Minus obſtat. l. nullum, quia illa lex non
procedit in territoriis uaſallorum ſtāte re-
gula ſupra firmata. & cum habeant feuda
titulo oneroſus, & ſaltem poſſet procedere
quo ad delicti cognitionem, non autē quo
ad pœnæ applicationem, quę iure proprio
feudatario ſpectat. Item ubi delictum eſſet
factum alibi, quam in territorio uaſalli, ut
in caſu noſtro. Ideo id, quod dicebatur de
8 falſo teſte, non uidetur † habere locum in
terris uaſallorum, prout tenuit Alex. in ad-
ditio. ad Bart. in d. l. nullum. in 1. lectu. poſt
Spec. in tit. de teſte. §. 1. nu. 45. & ſæpius in
* fauorē uaſalli cenſuit Senatus in teſte, præ-
ſertim in cauſa Caſalis Borgoni. 1585. & in
alia Caſtelletti referēte Do. Senatore Cer-
ua 1587. & in cauſa Plozaſchi 1588. refe-
rēte D. Senatore Sola. Quamuis in hoc pun
cto uideatur contradicere D. Præſes in d. q.
24. Nec officere uidetur regu. l. ubi cęptum,
quia illa pręuentio fuit facta inſcio uaſal-
9 lo, cōtra cuius iuriſdictionem, nec † etiam
prorogatio ſubditorum admittitur, ut not.
Doct. in l. Imperialem. §. pręterea ſi inter.
de prohib. ſeu alien. per Frider. & in ſpecie
D. Ozaſ. deciſ. 78. nu. 18.

Nec dicatur, quod poſſet princeps face-
re gratiam huic falſario, & habere compo-
ſitionem, quę in noſtro caſu iam uidebatur
tractata cum ipſo principe, quia id facere
10 non poteſt princeps in † pręiudicium ua-
ſallorum, prout ſcribit Do. Pręſes. d. q. 24.
col. 3. dicens ita fuiſſe iudicatum per Sena-
tum in cauſa Noui.

In hac quęſtione aliqui erant in ea opi-
nione, ut nō eſſet locus remiſſioni, ſed poſ-
11 ſet puniri a iudice, † coram quo falſam ſcri-
pturam exhibuit, & etiā ab alio iudice ſuę
originis in quo apocham uitiauit. per doct.
Clar. in §. ult. quęſt. crim. q. 38. n. 13. dicens
hanc eſſe communem ſentētiam in hoc ar-
ticulo, & ante eū id uoluit glo. fi. in fi. in d.
l. nullum. quā ſequuntur ibi Alber. & Bald.
& idem Bal. in l. ubi. C. de fal. in fi. ea ratio-
ne, quod hic ſunt duæ perſonæ iniuriatæ,
▲ primo iudex loci in quo falſificata fuit ſcri
ptura, vel teſtis pductus, ſecundo iudex co
ram quo eſt producta. Et tunc uoluit Clar.
quod puniatur per primum iudicem extra-
ordinariè, & per ſecūdum ordinaria pœna
quam ſententiam prius tenuit Boſſ. in tit.
de falſ. nu. 103. qui ita conciliat Bar. contra-
rietatem, & dicit opinionem Bal. in d. l. vbi
in fi. eſſe communem. & tenendam per l. 2.
C. de ſportu. Salic. in d. l. nullum uerſi. op-
ponitur ab extra.

Sed

Sed contrarium in hoc voluit Cyn. in d. l. nullum. in h. dicens ibi glo. illam male reſpondere, & diſtinguendum eſſe, prout ipſe diſtinguit in d. l. ubi in fi. C. de fal. ubi dicit, quod ſi prima pœna ſit grauis, tūc non debeat ulterius puniri, ſecus ſi leuis, & hāc opinionē tenere Petrum, licet alij teneant quod omnino amplius puniri non debeat, & in hac opinione Cyni fuit Bar. in d. l. nullum. per l. Senatus. D. de accuſat. Sed ut dixi ſupra poſt Clar. & Boſſ. communis eſt contra Bart.

Hinc aliqui in hoc caſu dicebant ſequē-
12 dam opinionem † Alberti Galeoti, qui in ſua Margarita titu. de teſtib. nume. 31. poni quæſtionem de facto contingentem. Quidam litigabat coram iudice Parmæ, producit teſtes falſos examinatos Cremonæ, quæſitum eſt an iſti teſtes accuſari poſſint corā iudice Parmæ, vel Cremonæ. Pro iudice Parmæ allegat dicta l. nullum. pro iudice Cremonæ authē. Qua in prouincia. C. vbi de crimi. tandem reſoluit, quod ſit in arbitrio ipſius iudicis Parmæ, uel ꝓcedere contra teſtes, vel eorū accuſationem remittere coram iudice Cremonæ, & dictum Galeoti ſequitur Specul. de teſte. §. 1. num. 45. Alberi. in dicta l. nullum. uerſicu. quid ſi teſtis forenſis. Sed iſta opinio licet uideatur conſtituere caſum arbitrarium, tamen non videtur eſſe diſſimilis ab opinione Cyni, & Bar. ut iudex tantum unus procedat, ita ut non poſſit duplici pœna puniri.

Senatus poſt multas diſputationes, & re bene diſcuſſa, & intellecta cū ageretur de magna conſequētia, & de intereſſe Principis cenſuit cognitionem in iſto caſu ſpectare Senatui, cum eſſet locus præuentioni, quia ꝓuenerat, iuxta ea, quæ dicit Boſſ. in titu. de falſ. ſed pœnam, & emolumentum condemnationis ſpectare uaſallo, ſed quoniam hic erāt duo delicta ualde diuerſa, ut dicit Io. de Ana. in c. 1. col. 3. de crim. fal. primum falſitatis apochæ, quod commiſſum fuerat in loco uaſalli, quod puniēdum erat pœna ordinaria grauiori alterum contemptus Senatus, corā quo fuerat falſa apocha prodocta, quod leuiori pena puta alapa puniendum erat, iux. d. Io. And. & But. in d. c. 1. de falſ. Boſſ. d. tit. de falſ. & quia pœna colaphi nō erat in uſu, ut euitarentur circuitus noui proceſſus, fuit dictum dimidiam condemnationis applicandam fiſco principis & aliam dimidiam fiſco uaſalli Comitis Collegij Generi mei 1589. 16. Decembris referente D. Senatore Cortina.

## Numerus liberorum an & quando parentes ab oneribus liberet.

## DECISIO CCLXVII.

1 Numerus liberorum ab oneribus non excuſat.
2 Numerus liberorum diuerſimode excuſationem affert.
3 Tex. in l. ſemper. §. legem. D. de iure immun. declaratur.
4 Numerus duodecim liberorum ab omnibus muneribus excuſat. amplia, ut nu. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. & nu. 13.
11 Immunitas parētibus data propter numerum liberorum non durat ipſo mortuo.
12 Adoptiui filii excuſationem a muneribus non præſtant.
14 Numerus liberorū an excuſet a gabellis.
15 Numerus duodecim liberorum, an excuſet ab oneribus, qua belli cauſa impoñūtur, & quid in donatiuis, & taxu. numero 16.

NVMERVM liberorum non excuſare a muneribus, tam realibus, quā perſonalibus
1 † iure cautum fuit. l. 2. §. numerus. D. de uacatio. mu. l. ſemper. §. legem. D. de iure immunit. l. 1. D. de iis, q. numero lib. ſe exſcu. Licet enim admodum fauorabiles leges fuerint parentibus plures liberos habentibus, ita ut etiā ubi de præiudicio & intereſſe fiſci tractat liberorum, cauſa uti fauorabilior fiſco præferatur. l. cum ratio. D. de bon. dam. & diximus ſupra deci. 104. Cōfiſcatis. in qua l. ius trium liberorum pro legitima, ſeu portione in bonis patris delinquentis conſequenda adnotare poſſumus, & addere his, quæ de iure liberorum docte, & luculenter ſcripſit Macrus Vertranius in ſuo tractatu de iure liberorum, non tamen uoluerunt fauores iſtos ita ampliare, ut a muneribus propter liberos parentes liberarentur.

Sed hanc regulam non adeo firmam legiſlatores eſſe uoluerunt q. n. aliqñ propter liberorum numerum parētibus ſuccurrere
2 uoluerint, ſed diuerſimode. Aliqñ † enim pro-



propter quinque liberorum numerum excuſabantur a muneribus l. nepotes. C. de his, qui nume. libe. Aliquando uero ex numero duodecim liberorum parentem decurionem a muneribus liberatū eſſe legimus. l. ſi quis decurio. C. de decurio li. 10. cui legi cōuenit Iuliani Imperatoris lex in C. Theodo. poſita ſub tit. de decurio. l. 55. libro 12. Vbi tamen non 12. ſed. 13. liberorum parēti excuſationem tribuit Imperator in hæc uerba.

*Qui pater ſit tredecim liberorum, non modo ad curiam non uocetur uerum et iam ſi ſit decurio honoratiſſima quiete donetur.*

Aliquando uero numerum excuſationem, & immunitatē ſexdecim liberorum parētibus conceſſam uidemus, ut in l. ſemper. §. legem uerſi. demonſtratur. de iure immunita. Propter quam iurium diuerſitatem, & uarietatem ardua orta eſt penes antiquos iuris noſtri interpretes diſſenſio, quænam iſtarum immunitatum ſeruanda, & qui nā liberorum numerus conſiderandus, ſed cū munerum alia ſint patrimonialia, alia uero perſonalia, in perſonalibus omnes conueniunt, ut ad illorum liberatiouem quinque liberorum numerus ſufficiat per text. in d. l. nepotes ita Rebuffus, Aug. & alii cōmuniter i d. l. ſi quis decurio. C. de decur. ſed in patrimonialibus, & realibus muneribus non conueniunt, ſed magna eſt inter ipſos altercatio, & perplexitas, ut inquit Ferdinā. Paez in tract. de excuſan. paren. a publ. muner. ob. numer. liberor. numero 21. in fi. unde Alber. in l. 2. numer. 5. de uacatio. mun. dicit mirabiliter diſcordare iura de immunitate iſta loquentia, & uideri non ſolum iura, ſed & gloſſ. Doctores in hoc manifeſte diſcordare, & pro iſtorum iuriū diuerſitate Acc. in d. l. ſemper. in uerbo ſexdecim, uariis ſolutionibus relatis rē non explicat, ſed inuoluit.

Alii uero dicunt iura in patrimonialium munerum excuſatione non diſcordare, ſed corruptā eſſe lecturam illius text. in d. §.
3 legem cum † ibi non ſexdecim, ſed duodecim legēdum ſit, prout dicit Alber. in d. l. ſecunda. de uacat. mu. uel ſi legamus iuxta eūdem Alber. non 12. ſed 13. ut ſcribit in rubr. de mun. & honor. numero 88. & in d. l. 2. nō diſſentient a text. in d. l. ſi quis decurio ſecundum lecturam, quia legi Lucas de Penna ibi, quæ lectura eſt ſimilis legi ſupra allegatæ ex. C. Theod. Sed hæc ſolutio ſuper lecturæ uarietate fundata non eſt tuta, cum omnium Codicum tam ueterum, quam recentiorum teſtimonio deſtituatur, & non eſt hæſitandum quin in dicto. §. legem. uſus fuerit Imperator uerbo ſexdecim, prout ex Florentiarum Pandectarum lectione, quas ſtudio, & opera uiri diligentiſſimi Lelii Taurelli editas præ manibus habemus ſatis conſtat, & ex Græca illius uerbi lectione ſatis aperte colligitur. Bald. itaque in d. l. ſi quis decurio. diſtinxit quod aut pater eſt decurio, & tūc ſufficiat pro excuſatione. 12. liberi, aut nō eſt decurio, & requirātur ſexdecim. l. enim ſi quis decurio. quę de duodecim liberorū numero mētionem facit loquitur in decurione prout in eodē loquitur l. C. Theodoſiani, l. uero ſemper. §. legem. loquitur generaliter, & ſic etiam extra perſonam decurionis, & hanc Baldi diſtinctionem ſequitur Rebuff. in d. l. ſi quis decurio. dicēs alios Doctores ita tenere, & tenent Alex. conſilio. 123. colum. fin. lib. 5. Imo. conſilio. 77. Ruin. conſi. 127. colum. ſecunda libro. 4. Petrus Antibolus de mune. §. 2. de diuiſio. mune. Caſſan. in conſuetudine Burgund. rub. 1. §. quarto nu. 56. & communem dicit Ferdi. Paez. in d. trac. de excuſa. parentum. nu. 25. poſt Alber. in d. l. 2. dicens ab iſta cōmuni opinione pro ſolutione dictorum iurium non eſſe recedendum.

Verum quicquid dicat Albe. de communi, & Ferdinan. dicto loco, magis communis, & receptior ſentētia illa eſt, ut indiſtincte tam in decurionibus, quam in priuatis circumſcripta legum uarietate, quæ negari nullo modo poteſt,
4 † numerus duodecim liberorum ſufficiat ad immunitatem parentibus, tam pro patrimonialibus, quam perſonalibus muneribus inducēdam, & ita tenet Bar. poſt gl. in di. §. legē. & in d. l. ſi quis decurio. & ibidem Angel. Ioan. de Plat. & Andr. de Barul. Bald. conſilio. 312. in principio. libro tertio. Anchara. in capitu. licet. de cenſib. Alexand. in addito. ad Bartol. in dicto. §. legem. Angel. in §. primo. colu. 2. inſtitut. de excuſatio. tuto. dicens in practica ſeruandam; & ita uidiſſe iudicatum Bononiæ, & Florentiæ. Guido Papæ, quæſtione. 401. Antibol. de mune. part. 3. num. 12.

Sali-

Sali.in l.ſi pater numero.quarto.C. quãdo prouoca. non eſt neceſſ. Deci. in l.fina. columna fin.D. ſi certum peta. Fulgoſ. conſ. 52. columna ſecunda. & de communi teſtantur Ruin. conſilio.124. nume. quinto, libro quarto. Anan.conſili.ultimo.ubi Bolog.Alcia.de præſumpt.regula prima . præſumpt.76.Roland. qui late diſputat conſilio.66.numero.35. libro primo.& conſilio 52.numero tertio libro ſecundo, Nat. conſilio.556.libro tertio. qui teſtatur talem eſſe conſuetudinem huius patriæ. Purpurat. inter conſilia feudalia uariorum conſilio trigeſimooctauo. numero quarto. uerſi. permiſſis tamen.dicens ab ea in iudicãdo non eſſe recedẽdum . Pancirol. conſilio ſecundo.numero.50. & de receptori Domi. Ozaſc.conſilio.60.numero ſecundo & tertio,Marcus Vertran.in dicto tractatu de iura.liberor. capitu. decimoquarto colum.ſecunda.dicẽs.Bald.diſtinctionem eſſe ſuper uacuam,& euaneſcere,cum non ſatis conſtet quibus decurionum apellatio hoc tempore conueniat dicens Aquis ſextiis ita bis per Senatum prouinciȩ iudicatũ, quæ opinio ut receptiſſima, ita etiam æquiſſima,& ueriſſima eſt nam legem utilem, & fauorabilem Reipub.& ſobolis procreandȩ, & prouocandæ cauſa latam interpretatione adiuuari neceſſe eſt, ut Iuriſcõſul. ait in l. hoc modo 62. D. de conditio. & demonſtr. cui conuenit text.in capitu.dixit Sarra. 32. quæſtione quarta. Et ſecundum hanc opi-
* nionem ſemper iudicauit Senatus nulla diſtinctione facta inter decurionem, uel priuatum.

Ex quibus cõcordari poſſunt omnia iure,quæ in hac materia diſcordare uidẽtur, nempe,ut l.prima.C. de his.qui num. liberor.& l.2.§.numerus.de uacatio.mun. cum ſimilib.loquãtur generaliter, ita ut reg. ſit minorem numerum liberorum non excuſare puta duorum uel trium, cum in duobus, uel tribus pluralis numerus uerificetur.l.ubi numerus. D. de teſtib.l.uero . Nepotes.C.de his,qui nume.liber. loquatur ĩ perſonalibus muneribus,& l.ſi quis.decurio.C.de decurio.loquatur in decurione,& l.ſemper. §. demonſtratur. D. iure immunita. loquatur indiſtincte tam in perſonalibus,quam in patrimonialibus,ſed hæc ultima licet ponat exemplũ in numero ſexdecim liberorum, ampliatur etiam in numero duodecim, ita ut nulla ſit differẽtia inter decurionem,& priuatum, prout magis communiter Doctores uoluerũt,ut,ſupra dixi.

Sit igitur regula limitatiua præcedẽtis generalis regulæ numerum duodecim liberorum excuſare, & tribuere immunitatem ab omnibus muneribus, cuius immunitatis rationem adfert Imperator a Iureconſulto relatus in d.§.demonſtratur, ibi,

non eſt irrationabile, ut concedamus filiorum educationi remitti tibi onera.

Et ut pater libentius uacet procreationi liberorum Lucas de Pen. in d.l.ne potes.col. ſi.Rol.conſ.52.nu.14. lib.2. Rip.in l. ex facto nu.13.& 14.D.de uul.Bal.conſ.312.lib. 3.Rebuf.in d.l.ſi quis decurio. Ferdi. Paez. in d.trac.de excuſa.paren.nume.14 & aliquot ſequ.

Ampliatur primo hȩc regula,ut proce-
5 dat tam in liberis maſculis, quam in † fœminis, quia in fauorabilibus maſculinum fœmininum concipit, ſicut filiorum appellatione ueniunt filiæ. l.filii.84.l.iuſta. 201. l.liberorum.220. l. fina.D. de uerborum ſignifica.l.quis ita.16. in princip. D. de teſtamen. tutel. Rebuff. in l.1. uerſic. ſi quis hanc.D.de uerb.ſig.& eſt text.pro hac ampliatione in l.ſi. C. de his qui nume.lib. & in l.§. remittit uerſicu. non ſolum. D. de excuſatio.tuto.Roland. dicto conſil. 52. libro ſecundo ꝙ procedit etiam ſi filiȩ ſint nuptȩ, & alii emancipati. uel religionem ingreſſi,ut ſcribit idem Rol.in dicto conſil. 52.numero.5.& 7.quamuis in filiabus nuptis, quando extra domum parẽtis ductæ fuerunt, imo etiam in ſimpliciter deſpõſatis dubiter perdi. Paez. dicto tracta. num. 66. Nam uidetur deficere ratio educationis.Sed ergo uidi ſemper obſeruari, ut etiã proſint parentibus præſertim ſuperioribus
* annis in cã Antonii Matioti hoſpitis Taurini,& quo ad emãcipatos ex pulcher tex. in l.2.incolumes.D.de uocat.mun.

5 Amplia ſecundo, ut inter liberos† nepotes etiam contineantur & ipſi computẽtur in numero.12. liberorum. nam liberorum appellatione ueniunt nepotes tam maſculini,quam fœminini ſexus.d.l.liberorum. Et quamuis Rol.in dicto cõſ. 52.nume.7. uoluerit nepotes mortuo patre cõputari

pro



pro uno capite,immo tenuerint aliqui nõ facere numerum in hoc caſu ad immunitatem obtinenda,vt Thom.Parpal.in l. placet.nu.82.C.de ſacroſanc.eccle.Alber.ĩ rubri.de numer.& honor.nu.88.Imol. conſilio 77.& videatur tex.pro hac re in §.1. * iuncta gl.inſti.de excuſat.tutor.tamen, vt
* fauores amplientur,nõ erit ab iſta ampliatione recedẽdum,cum qua tranſiuit Senatus in cauſa Cernẽghi.1565.& anno.1589. 15.Iulij.motus æquitate, & quod militet eadẽ ratio educationis,& quod vt filij ſic & nepotes ſunt in poteſtate aui.

Amplia tertio , vt procedat hȩc regula
7 †etiã in legitimatis ſiue illi ſint legitimati per ſubſequens matrimonium ſiue per Principis reſcriptum, quoniam vtroq; caſu habẽtur pro vere,& proprie legitimis, c.tanta,qui filij ſint legitimi. Bar.in l.ſi is, qui pro emptore.quæſt.3.in princip.ff.de vſucap.Dec.conſi.399.n.5.& in terminis Ferdinan.Paez.in d.trac.de excuſat.parẽ. nu.55.& 56.Ruin.conſi.124.li.4.& ſecundum hanc opinionẽ iudicauit Senatus in cauſam cuiuſdam Pignens Comitatus Niceæ 1566.

Ampliatur quarto,vt procedat etiamſi
8 filij poſtea decedant,modo†tempore liberationis viuant,quia ſufficit ſemel cõditionem extitiſſe,quam ampliationẽ late firmat Iaſ.in l.ſciendum §.fin.n.3. & ſeq.ff. qui ſatiſda.cogan.Rolan.d.conſ.52. n.39. & 46.poſt Ioã.de And.Bal.Ful.Imo.Dec. Anan.Bolognin Ioan.de platea.& Alberi. Rip.in d.l.ex facto.n.14.& 17.dicens cõmunem,prout etiam de communi teſtaẽ
* & eam ſequitur D.Pancirol.conſi.2.n.50. & ita ſȩpius fuit iudicatum per Senatum. Imo ſi aliquis liberorum decederet in bello,& pro repu.& Principe ante libertatẽ, & immunitatem adeptam adhuc faceret numerũ pro liberatione, vt dicit Alberic. in d.rub.de munerib.& honor.n.88. Non tamẽ prodeſſent liberi in vtero adhuc exiſtentes.Rolan.conſi.52.n.6.& ita nos obſeruamus licet alias vẽter pro nato habeatur in ſui fauorem.l.qui in utero.ff. de ſtatur hominum.

Ampliatur quinto,vt ꝓcedat ſupraſcri-
9 pta regula etiamſi† pater,vel eius filij ſint diuites,vt per Rolan.d.conſ.52 Rip.in d.l. ex facto.ff.de vulg.quod tamen nõ habet locum ſi pater eſſet diues, & communitas cum qua cõtribuere tenetur eſſet exilis,& pauper iuxta gl.in dicto §. demonſtratur in verſi.ſexdecim legis enim ſunt ita ĩtelligendȩ,ne rem ad iniquitatem, & duritiã reducant & cum iſta ampliatione hoc mo
* do temperata tranſibat Senatus.1589.Mẽſe Iunij referẽre.D. Senatore Fenerio in cauſa Venaſij Vallis Secuſiæ.

Amplia ſexto, vt hæc immunitas adeo
10 priuilegiata ſit,vt communitas illam†tollere nullo modo poſſit,vt tradit Bologni. ĩ addit.ad Anã.in d.conſ.ult.& ita cenſuit
* Senatus,quãuis cõtradicere uideatur Bal. dicto conſilio 312.li.3.& procedit etiam in oneribus requirentibus ſumptum,vt p Alex.conſi.123.col.2.li.5.

Limita primo,vt non procedat ſupradi
11 cta regula,quando pater decedit† relictis illis duodecim liberi:nam tunc tali immunitate etiam patri iã quæſita liberi nõ gaudebũt,quia tale priuilegium eſt cõceſſum parentibus tantum,propter educationem liberorum,& quamuis ſit conceſſum propter liberos,& nõ defecerit principalis cõceſſionis cauſa,videretur dicendũ non ceſſare diſpoſitionem,prout videtur ſentire Guido Papæ,quæſtione 389.per multa iura,quȩ ibi adduxit, tamen hanc limitationem tenuit Socinus in conſilio,octuageſimoquarto,in principio.verſiculo, & vltra libro tertio . Feſtaſius in tractatu de ȩſtimo,& collectis.parte quarta,capitulo tertio,nume.ſeptuageſimo quarto, Aegidius Thomat.de collect.§.medici uero.nume. undecimo, & facit dictum Alberic.in l. cum ratio.§.fina.verſiculo,& ſic eſt argumentum.ff.de bonorum damnatorũ. vbi voluit,quod filij tunc habeantur pro plu-
* ribus familijs,& non vna,& ita cenſuit Senatus in cã Bugellȩ referẽte Domino Cortina 1590.27.Ianuari , etiamſi filij in eadẽ domo remanerẽt indiuiſi,vt dicit Alb. in dicta l.cum ratio . Illud enim priuilegium immunitatis fuit mere perſonale,& ea ratione,vt pater educationi filiorũ multorum magnæ familiæ vacare ſolus poſſit,ut in dict.§.demonſtratur.& Rip. in dicta l.ex facta.nume.13.de vulga. & pupil. Filij autem multi poſſunt multis negotijs, & artibus ſe immiſcere,& ſibi uictum quȩrere.

Limitatur ſecundo ſupradicta re.ꝙ numerus liberorum excuſet,vt nõ procedat

ſi extent

12 ſi extētit filij adoptiui, quia illi in numerum non proficiunt eorum liberorū, qui excuſare parentes ſolēt, vt Vlpianus ait in d.l.2.§.adoptiui.ff.de vacat.mune.Rolan. d.conſilio 52.nume.5.quod & ad naturales tantum extendunt aliqui.Rola.d.conſ. 52.nume.5.ad immunitatem enim concedendam requiritur, quod filij ſint in poteſtate parentū d.§.incolumes.naturales uero liberi in poteſtate parentū non ſunt. §.1.inſtit.de patr.poteſta.§.ſi aduerſus.in ſti.de nupt.

Limitatur tertio ſecūdum aliquos prædicta regu.vt non procedat quo ad onera
13 ordinaria,† a quibus numerus non excuſat, vt per Alberic.in rub.de muner. num. 88.& in l 2.§.ſextumdecimum.ff.ve uacatio.mune.Roland.dicto conſilio 52.num. 15.Rebuff.in d l.quis decurio.C.de decurio.vel in oneribus priuatis, vt per Ale.cōſilio 123 libro 5.quidem voluit, ſi ſit onus debitum ex natū cōtractus. Sed ego multum dubito de iſta limitatione propter generalitatem iurium in d.l. ſi quis decurio. & in d.§.demonſtratur, & propterea dicit Rolan.dicto conſi.52.numero 15 contrarium ſeruari, imo ſi eſſet conſtituenda differentia, magis dicendum eſſet ab ordinariis quam ab extraordinariis parentem ex-
* cuſari, & contra hanc limitationē vidi ſemper iudicatum, & obſeruatum.

Limitatur quarto in pedagiis & gabellis: ab iſtis enim non videretur immunem
14 † eſſe duodecim liberorum parentem, & ita obſeruat Camera ducalis in hac noſtra patria. Solet enim quādo præſentantur tales literæ immunitatis illas admittere, exceptis tamen dacitis, & gabellis ad Principem ſpectantibus, quæ tamen obſeruātia mihi nunquam placuit, cum reducere poſſit ipſam immunitate fruſtratoriam, cum multi ſint, qui prędia non poſſident, quo caſu nullam immunitatem conſequerentur, niſi diceremus eos ab huiuſmodi dacitis, & gabellis immunes eſſe, quod exemplificari poteſt in hac ciuitate in perſonis hoſpitum, qui ſatis egregias ſoluūt pro vino empto gabellas, & contra hanc limitationem tenet Ruin conſi.127.nu.10.in fi. lib.quarto.

Fallit quinto iſta regula iuxta aliquorū ſnīam, vt nō procedat in oneribus bellicis
15 & quæ cauſa belli† imponuntur, pro qua limitatione multa adduci poſſunt. Primō, quia talis immunitas eſt odioſa & reſtringenda, ad not.in l.prima.ff.de iure immunita.Alex.cōſi.123.circa primum colum. 2.libro quinto.Anch.conſilio 260.in quęſtione, quæ vertitur.colu.1. ſubdens eam lædere ius tertij. Secundo, quia cauſa belli omnes immunitates ceſsāt. Doc.in l.ſi ex toto.D.de lega.1.Hincque nec etiam domum auguſtam ab huiuſmodi oneribus liberari.l.prima.C.vt nemini liceat i emp. ſpecies.ſe excuſ. Et ipſa Eccleſia ab huiuſmodi oneribus nō excuſatur.l.nullū.C.de curſu publ.cap.2.de immun.eccleſi.& dixi ſup.deciſ.234.Eccleſia.in fi.poſt Ozaſ. dec.98.per totam Franciſc.de Eccle.inter conſilia feudalia variorum conſil.5.num. ſexto. Et hanc limitationem tenuit. Dyn. dicta l.ſi ex toto.quē ſequuntur Bald.Cuman.Alberic.Flor.Sali Alex.& Iaſ.in l.cū Aquiliana.ff.de tranſac.& ſubdit Iaſ.colu. 3.ibi hanc eſſe magis communem opinionem, & quod ita iudicaret, quia habet magnam æquitatē & ita etiam tenent Paul. de Caſt.Roma.Pariſ.Parpalea.Rui.Fel.& Natta.quos citat latiſſime Rolan.d.conſi. 52.numer.20.& 21.& ita ſentit Gui.Pap. quæſti.401.ſed quid de homine, & pro illa faciunt multa iura, & rationes, quas adfert Aegid.de collec.§.pauperes.nu.34.q ibi uideri poterūt, Quibus motus hāc ſententiam ego in facti cōtingentia defendebam in fauorem communitatis Aſt.Anno. 1553 Menſe Octob.

Sed iſta limitatio nō eſt ſine cōtrouerſia, & contrariū cōſuluit apertiſſime Natta in d.conſi.539.in fi.li.3.Rolan.d.conſ. 52.numero 20.& conſi.66.num.35. li.1. Et pro hac parte vidi cōſultum Vercellis per doctiſ.& famoſiſ.Iuriſ.Dom. Auguſtinum Molignatum poſtea Epiſcopum Petræ Honorij, & ſcriptum inter illius quiſquilias ca.21.tum quia liberorū educatio fauorem publicum reſpiciat, tū etiā, quia talis immunitas eſt a iure cōceſſa, vnde latam habere debet interpretationem.gl.4. in l.hæres.ff.de iudi.Ego tamen non recederem à priori opinione, pro qua cōſului, vt dixi ſup.& cum illa opinione, quod in tali caſu numerus liberorum nō excuſet,
* iudicauit Senatus.

Limitatur præterea, ut nō procedat in
16 ſubſidijs, & donatiuis, quæ† fiunt Principi,

&



& in taxa ordinario, qui ſoluitur quotannis in quo omnes concurrunt nemine excepto. Ex pacto conuento inter principē, ſubditos huius patriæ, potuit enim hoc princeps facere, cū talis immunitas ſit ex iure poſitiuo. Et præſertim in onere taxus ꝙ ſucceſſit loco ſalis in quo quanto maior eſt perſonarum numerus, eo plus ſoluere paterfamilias teneretur. Et ita de cōſuetudine patriæ Delfinatus ſeruari dicit Guido papæ.q 401.incip. ſed quid de homine habente 12.liberos.

## Vaſſali an poſſint cōſtituere officialē, q̄ ſit de loco, & an poſſint ipſi in caſtro ius dicere, etiā ubi ſunt plures conſortes.

### DECISIO CCLXVIII.

1 *Officialis, ſeu ius dicens non debet eſſe de loco, ubi iudex reputatur, limita ſi ſit conſuetudo in contrarium.nu.2.*

3 *Vaſſallus inueſtitus de iuriſdictione poteſt ipſe illum in ſuo caſtro exercere, et quid ſi habeat conſortes.nu.4.*

VASSALLI huius patriæ in ſuis caſtris, & uillis deputat caſtellanum, qui de iure
1 † communi non debet eſſe de loco.l.ſi eadem.D.de off. aſſeſſ. Paris de put. de ſindica.§. ſtatutum ciuitatis.nu.4. & hoc etiam decreto antiquo cauetur.capitu. quia pluribus. in rub. de caſtella uerſ.præterea, ubi late hoc examinat Domi.Anto. Sola in ſuis elegātiſſimis commentariis.

Hoc tamen non procedit primo i caſu
2 ubi eſſet cōſuetudo † in cōtrarium, ut eſt in ciuitate iſta Taurini, ac etiā in aliis multis caſtris paruis, ubi caſtellani, & officiarii forenſes uix poſſent ex emolumētis officii uictum parare, tunc enim talis conſuetudo eſſet obſeruanda, ut per Bertrand.i conſilio primo.uerſi. ad ſeptimum. num. 9.lib.tertio.Sola.in dicto decreto.gloſ.ſecunda, numero primo in fine. Secundo, ſi ipſe uaſſalus uellet per ſe cauſas cognoſcere, neque aliquem alium caſtellanum, uel
3 iuſdicentem deputare, uaſſallus † inueſtitus cum mero, & mixto imperio ac omnimoda iuriſdictione uidetur inueſtitus, ut ipſe iudicet.l.cui iuriſdictio. D. de iuriſ. om.iud. & ita ꝑ multa, quæ ibi allegat, tenet Dom.Sola in d.uer.præterea. num.3. Afflict.in conſtit.reg.rubr.71.nu.1.lib.1. & poterit talis uaſſallus perpetuo tale officium exercere cum ſit officialis, prout poſſet, & deberet ipſe Princeps, ſi iuſtitiæ miniſtrādæ uacare poſſet, ſed cum hoc nō ſit poſſibile, utuntur principes omnes conſilio, quod dedit Ihetro genero ſuo Moyſi, & diligunt uiros, qui huic miniſterio ſufficiunt bonos, ſcilicet, & ſapientes timentes Deum i quibus ſit ueritas, & qui oderint auaritiam, ut habetur, Exod.18.c.& ꝙ Dominus poſſit iudicare etiāſi agatur de ſuo intereſſe, ſeu emolumēto uidetur text. ad literam in auth.de quęſtore.circa.med ibi aut agricolarum Domini.

Sed quæſitum fuit, ſi talis uaſſallus non eſt dominus inſolidum, ſed ſunt alii cōſortes, ut plerunq; euenit in hac patria, & hoc
4 caſu† uidetur dicendum, ꝙ nō poſſit talis condominus conſtitui ab aliis caſtellanis per ea, quę adducit idem Domi.Sola in d. §.Preterea.nume.4. quia eo caſu uideatur militare ratio decreti, cum uidelicet in loco ſui patrimonii iuſdicat. Sed in contrarium facit, quod hic licet, habeat conſortes, tamen ipſe etiam eſt inueſtitus de iuriſdictione, quod ceſſat in eo, qui eſt ſubditus, & municeps eiuſdem oppidi, ꝙ nō eſt uaſſallus, licet habeat conſortes & cum iā ex perſona ſit capax illius officij, nihil prohibet, quin idē ſit lex perſona aliorum cōſortium, prout dicitur de duob; tutoribus quod quilibet poteſt tutelā exercere inſolidum, & ita iudicatum fuit per Senatum 28.Februarii.1586.Referēte illuſtriſ. Domi.Enuianum in cauſa Bagnolij, & productum arreſtum latū inter eaſdem partes Anno.1543.

Nec etiā obſtat authoritas Freciæ per Dominum Solā adducta, quia uerū eſt ꝙ Dominus, qui iudicauit in prima iſtantia non poterit iudicare in cauſa appellationis, ſed hic non loquimur de prima cognitione, a qua uaſſallus non remouetur, ſed ſi ab eo appelletur, ad ſuperiorem recurritur, uel ſi ipſe habeat duas cognitiones, ut habent comites huius patriæ, dabit iudicem appellationum qui de prima ſententia cognoſcat.

Maſcu-

Maſculinum quando fęmininũ cõcipiat in ſtatutis, ita ut filiorũ appellatione ueniãt filię. Vt quid ſi ſtatutum dicat quod uerba illius ad literam intelligantur.

## DECISIO CCLXIX.

1 *Statutum auferens liberam teſtandi facultatem an ualeat.*
2 *Coniecturis in dubio colligitur mens ſtatuentium.*
3 *Dictio ſi uero etſi aduerſatiua.*
4 *Filiorum appellatione filiæ continentur, et num. 10. & 11.*
5 *Statuta non ſunt ad literam intelligenda, quondo reſultat abſurdus intellectus.*
6 *Maſculinum concipit fæmininum non obſtante ſtatuto dicente, quod uerba ſint ad literam intelligenda.*
7 *Argumentum a contrario ſenſu non habet locum in ſtatutis, ubi induceretur correctio, iuris communis.*
8 *Statutum intelligitur ſecundum communem uſum loquendi.*
9 *Statuti uerba ſunt ricte interpretanda.*
12 *Statutum ſi dicat, quod uerba ad literam intelligantur, non procedit in propria uerborum ſignificatione.*
13 *Statutum Foſſani quo diſponitur, quod mater non poſſit teſtari niſi in fauorem filiorum, an ſit fauorabile, uel odioſum.*
14 *Maſculinum comprehendit fæmininum in materia fauorabile.*

FOSSANVM Ciuitas Pedemontium, pro qua cõſuluit Cumanus conſil. 151. incipi. in cauſa uertente quod conſilium reperitur etiam tunc ſcriptum manu propria ipſius Cuma. in archiuio eiuſdẽ ciuitatis, ex qua familiæ, & agnationis noſtræ nobilis, & antiquiſſima origo eſt, & de qua idẽ dicere mihi licebit, quod Vlpiano ĩ l. j. D. de cenſib. de Ciria Finice eius patria nobilis regionibus, ſerie ſeculorum antiquiſſima, armipotens, omniumque feraciſſima fæderiſque quod cũ Sereniſſimis Principibus Pedemontium, & Sabaudiæ Ducibus percuſſit tenaciſſima. Hanc enim Diuus Emanuel Philibertus Sabaudiæ Dux, & Dominus noſter, ob egregiã in eũ, pręcedenteſque Sabaudię Duces, inſignẽ fidẽ, Ciuitatis nomine decorandum cenſuit. & ob illius egregia bellorum tempore obſequia inſignia Sabaudię, Crucis ſcilicet argẽteæ in rubeo campo ipſius Ciuitatis inſigniis inſeri perpetuo ſuo diplomate cõceſſit, & de qua dicere cum Poeta paſſum vnico carmine illius laudes complectens.

*Terra antiqua, potẽs armi, atque uberæ glebæ.*

In hac (inquam) Ciuitate extat famigeratum ſtatutum inter cętera. in quo ſub rubrica de teſtando, legando, & ſuccedendo ita diſponitur *Item ſtatuerunt, ꝙ quæcunque pſonale Foſſano, & poſſe, & poſſint bona ſua mobilia & immobilia diſtribuere, legare, & alienare cui uoluerit, & ſi deceſſerit ſine ordinamento propinqui, qui de iure peruenire debent ad eius ſucceſſionem, ei ſuccedant & ſi non habuerit propinquos, commune ei ſuccedat, & ſaluo, ꝙ mulier habẽs maritũ, & non filios ex eo marito non poſſit facere ſiue fecerit ordinamentum, ſiue non, quin maritus habeat medietatẽ dotis liberam, & quietã, & expeditã ſine aliquo onere funeralis & propinqui mulieris habeant aliam medietatẽ, & communẽ ſi ei ſucceſſerit deficientibus propinquis faciat ipſam aptari, & prædicta omnia & ſingula ualeant, et teneãt ſaluis pactis, & conuentionibus factis, & habitis inter conſtituentes dotes, & recipientes in inſtrumentis dotalibus cõtentis. Et aliqua mulier maritata a patre, uel a matre, uel auo, uel fratribus, uel fratre, quæ dotem ſuã habuerit non poſſit perueniret ad ſucceſſionem paternam, nec maternam, nec ſorotinã nec aui tam filio uel filijs, maſculis exiſtentibus niſi in eo, quod et fuerit datum ſeu legatum & mulier habens filium, uel filios non poſſit facere, nec modo aliquo ordinare cum teſtamento, uel codicillo, quin eius filij ei ſuccedant in totum: poſſit nihilominus quælibet mulier in teſtamento legare decimam partem dotium ſuorum, & omnium bonorum ſuorum pro anima ſua cui uoluerit, ſi uero ipſe deceßerit inteſtato, filia, uel filia maritata, uel maritata ut ſupra non propterea ei ſuccedant niſi in legitima iure naturæ ſibi debita, ſed ei ſuccedant filii maſculi, & filiæ non maritatæ, ac filius, ſeu filia nõ maritata in reſiduo omnium bonorum ſuorum, tam dotalium, quam paraphernalium, &c. & Vicarius teneatur obſeruare, & obſeruari facere* ſere uinculo ſui iuramẽti præſens capitulo præciſe, & inconcuſſe, & iurare capitulatore quod ipſum capitulum in aliquo non minuet nec ei derrogabunt. De quo ſtatuto mẽtionem facit. D. Aymo Craueta Pedemontanæ noſtræ regionis lumẽ. cõſi. 307 & conſ. 588 & ſeq. lib. 4. & Rub. cõſi. 49.



Huius ſtatuti præſuppoſita ualiditate de
1 qua dubitari poſſet, cum ex eo† auferri uideatur matri libera teſtãdi facultas, ad not. p Doctor. in l. ſtipulatio, hoc modo cõcepta. 61. D. de uerb. obl. & in l. fi. C. de pac. licet ſtatuti diſpoſitionem in hoc caſu p multa iura & rationes ab eis relatas cõfirment Zabarel. conſ. 144. Anchar. inter cõſilia Calder. tit. de conſtitut. conſi. 2. Abb. cõſi. 63. lib. 1. Grot. conſi. 206. colum. 3. & uideo hoc ſtatutum dicatur fauorabile ab Anchar. in cõſi. 112. & Bal. 226 lib. 5. pro ut etiã ſimilis ſtatuti diſpoſitionem admiſit Senatus in ſtatuto Vercellẽ. prohibẽte mulierẽ teſtari de lucro dotis, quod marito defertur, ut dixi ſupra deciſi. 35. in fin.

Diſputatũ fuit in quadam facti ſpecie, in qua mater habens ſolam filiam quam inſtituerat hæredẽ factis legatis aſcendẽtibus ad ſummã ſcutorum. 325. cum ipſa nõ haberet in bonis niſi ualorem aureorũ 525. nolente filia ſtare huic teſtamẽto, ſed petere oĩa bona ſuæ matris iuxta diſpoſitionem ſtatuti pṛdicti relicta decima legata ſcutorum uigintiquinque nũquid ad filias fęminas extenderetur, ita ut nec ẽt in odium illarum, ſicut filiorum ſubſiſteret paternum, uel maternum teſtamẽtũ. Quęſtio hęc reperta fuit ĩ Senatu noſtro diſputabilis, & dubia, & propterea tã ob illius difficultatem, quã ut patriam meã amãtiſſimam innominatam in iſtis meis laboribus non relinquerem ſine aliqua ingratitudinis nota, uolui illam examinare ut noſtris ciuibus ex huius quęſtionis reſolutionẽ in poſterum ſuper illius ſtatuti interpretationẽ altercãdi cãm auferramus.

Et ꝙ ſtatuti uerba ſint in utroque ſignificatione accipiẽda tam de filiis maſculis, q̃ de fœminis, id uidetur ex ipſius ſtatuti coniecturata mẽte elici, ad quam ſemper
2 in iſtis controuerſiis eſt recurrendum, †ut dicit Lanfranch. de ſtatu. interpreta. colũ. 1. in tertio. præmiſſo. Menoch. conſil. 325 num. 25. libro quarto. Ioſeph. Maſcard. de probacio. libro. 2. concluſ. 1047. nu. 1. ubi hanc eſſe communem, & receptã opinionẽ ex Doctoribus inibi citatis reperitur. Et primo, quia ubi ſtatutum uoluit, quod maſculi ſolum uocati intelligerentur, id ſẽper expreſſit, prout uidere eſt ĩ multis capitibus ipſius uoluminis ſtatutorum, & ĩ iſto met ſtatuto. ib. *filio, uel filijs maſculis exiſtentibus*, ſub uerſi. *& aliqua mulier.* ſed in hoc capite nõ expreſſit ſtatutum de ſolis filiis, ergo filiorum appellatione, tam maſculi, q̃ fęminæ comprehenſi intelligũtur. argu. l. uni. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. gl. fi. in l tales pactum. D. de pact. quo argumẽti genere in ſimili caſu, quãdo teſtator in una parte tẽſtamẽti mentionem fecit de maſculis, & in alia de filiis nõ expreſſa qualitate maſculinitatis, utitur Bolognin. inter conſ. Ale. conſ. 53. num. 17. li. 4.

Secũdo id uidetur clare perſpici poſſe ex ipſi⁹ ſtatuti uerbis, ibi, *ſi uero mulier deceſſerit inteſtato filia uel filia, maritata, uel maritata*, ubi de fœminis expreſſa mentio fit, & ſubſequentia uerba ſtatuti indicant, & declarãt mentem ſtatuẽtiũ ĩ præcedẽtibus, ex gl. fi. & ibi Bar. in l. quiſquis. D. de leg. 3. & pręſertim ſtãte illa dectione, *ſi ue-*
3 *ro* q̃ †eſt aduerſatiua, & cõiungit ſubſequẽtia cum præcedẽtibus Bart. in l. in repetẽdis, in fi. D. de leg. 3. uti. de dictione *ſed ſi* concludũt oẽs poſt Bal. in l. oẽs populi. n. 22. de iuſt. & iur. ita. Dec. conſ. 386. nu. 7. Iaſ. in l. legato generaliter. nu. 9. de legat. 1 Natt. conſ. 570. nu. 8. li. 3. Simon de Præt. de interpret. ult. uolũt. li. 2. interpret. quarta. dub. 2. ſolu. 2. nu. 140. Brun. de ſtatu. articul. 7. quæſt. 4. nu. 2. & 3. qui loquuntur etiam in cauſa ſtatuti fœminam dotatam excludentis.

Tertio põderari poteſt pro hac intelligentia ſtatuti uerbum, propterea, ibi *nõ propterea ei ſuccedit*, quod uerbum cauſam denotat, & præſupponit, ad quam referatur. ut de uerbo propter ſcribũt Bal. & Bar. in l. uni. in fi. C. ſi ſer. exter. Bart. in l. non dubium. nu. 23 C. de legib. late Dec. conſ. 70 num. 5. li. 3. cauſa autem eſt in precedenti ſtatuti diſpoſitione, quaſi dicat ſtatutum ꝙ licet mater non poſſit ex ſuo teſtamẽto facere quin filii ſiue fœminæ, ſiue maſculi ſuccedat in totum, non propter a filia dotata ſuccedit niſi in legitima dotata cum maſculis admittitur in reſiduo.

Quartò pro hac parte adduco ego in
terminis conſiliū Bal. 226.li.5.incip.præ
miſſis verbis col.ult.ubi loquens in caſu ſi
mili,quando ſtatutū prohibet ne mulier
habens filios,uel filios ex filio poſſit teſta
ri extra perſonas filiorū ſub filiorum ap-
pellatione filiæ etiam cōprehēduntur po
nēs rationem ſatis concludentem. quod
cum tale ſtatutum ſit factum fauore filio
rum,quo caſu eſt fauorabile,maſculinum
concipit fęmininum, quod conſilium eſt
in terminis noſtris ualde notab.& ſingula
re.& idem conſuluit in eiſdē terminis An
charā.conſil.112.& in hoc ſtatuto Foſſa-
ni Crau.conſi.307. Et de ſtatuto excludē
te maritū propter filios,& quod etiā pro-
cedat in filia tenuit Rolā.a Valle de lucro
dot.q.55.& ſtatutū excludens matrem a
ſucceſſione filii ſtante maſculo excludit a
ſucceſſione filiæ.Ruin.conſil.36.in fi.li.5.
idem in ſucceſſione patrui tenet Gabriel.
conſi.14.cum ſeq.nu.23.

4 Quinto facit,quia ſub nomine† filij re
gulariter nedum maſculi, ſed fęminæ cō
tinetur.l.iuſta interpretatione.l. filij.iun
cta glo.fi. D.de uerb.ſig.l.quis quos.de le
ga.3.§.cæterum. inſti.de leg.agna.ſucceſ.
Dec.cōſi.414.nu.11.lib.3.facit.l.inter ſtu
diū.§.fi.D. de uerb.ſign.& l. 3. D.de pen.
legat. ſicuti hominis appellatio fęminam
etiam cōtinet.l.hominis appellatione.D.
de uerb ſignific.

Quod ampliatur multo magis ſi filiorū
nomen bis repetitū ſit in ſingulari, & plu
rali numero,ut eſt pulcher tex.in l.Heren
nius.alias incipit Seruius D.de uerb. ſign.
cum quo tex.uidetur ſe cōformaſſe ſtatu
tum noſtrum in illis uerbis *filium,uel filios*
quæ geminatio debet aliquid operari
arg.l.baliſta.D.ad Treb.late Corſe.in ſuo
tracta.de geminat.Et ſtatuta ſunt generali
ter de utroque ſexu intelligenda, ut ſuper
omnibus perſonis uniuerſaliter diſponant
prout facit lex.l.1.D.de legi.l 3.C.eod.c.
cum omnes de cōſtitutionib.Et quamuis
dici poſſit,quod uerba ſtatutorū ſunt ſtri-
ctè interpretanda, ita ut intelligantur,pro
ut litera ſonat,non autem extenſiue,uel in
terpretatiue,ſtante præſertim alio ſtatuto
eiuſdem ciuitatis,de quo meminit Craue.
in dicto conſilio 588.num.11. quod ſtatu
ta omnia uti ſcripta ſunt, ita ad literā ſunt
intelligenda nulla adhibita interpretatio
ne ut dicit Iaſ. in l. qui filiabus, numer. 18.
de lega.ſecundo,Corn. conſi. 335. colum
na ſecunda,libro primo,Alexan. conſi.45
columna prima,libro ſecūdo,tamen illud
5 uidetur cōmuniter limitari, ut non † pro-
cedat quando ex illa literali intelligentia,
abſurdus, ac prauus intellectus ſuboritur,
ut per Menoch.conſilio 325.numero 19.
Decia.conſilio 31.numero 51.& ſequen.
libro primo.Nat. cōſilio 52.Simō de Pre
tis.de interpretatio.ultimarum uolunta.li
bro primo,interpretatio.prima.dubio pri
mo.ſoluti.quarta.numero ſeptimo. & ſe
quen.& nume.11 Crauet. conſilio 641.
numero 11.& ſequen.per totum.& conſi
lio 683.numero 10.& ſequē.libr. quarto.
& aliter ad tale ſtatutū reſponderi poteſt,
ut per Aretin. in titulo de iuſtitia, & iure
Dec.conſilio 475.numero 37.Abſurditas
autem hic uidetur,quia excluderetur filię
& admitterētur extranei inſpectis uerbis
ſtatuti dantis facultatem ultra decimam
diſponēdi filiæ extent,& maſculi nō.Cer-
te hoc eſſet quodammodo iniquū, & in
humanum,neque talem fuiſſe ſtatuētium
mentem dicere debemus.

Et ſicuti in caſu inteſtati ſtatutū diſpo-
nit tam de maſculis,quam de fęminis, nō
eſt ueriſſimile,quod ī caſu teſtati id uolue
rit prætermittere,imo magis coniectuan
dum eſt in hoc caſu eodem modo diſpo-
ſuiſſe,quia tunc nullus eſt.qui uolūtatem
ſuam declaret,& interpretatio faciēda eſt
iuxta ius commune, de quo in l.maximū
uitium.C.de libe.præter.Item ſequeretur
aliud abſurdiſſimum, quod plus poſſet cō
ſequi filia ab inteſtato, quā ex teſtamen-
to.Item,quod ſi eueniret caſus quod filia
ſola extet patri, ubi matri illa p extraneū
inſtituendum excludatur cōtra legem na
turæ,& contra omnia iura mūdi.& quod
non obſtāte tali ſtatuto quod uult ad lite
6 ram eſſe faciendā interpretationem, † ma
ſculinum concipiat fęmininum tenent So
cin.iun.conſilio primo,numero 102.& cō
ſilio 23.numero fin. uolumine primo, Iaſ.
in l.quod filiabus,nume.18. de legatis pri
mo.Pariſ.conſilio 49 num.90 & conſilio
69.libro tertio.Alciat.conſilio 78.Dec.cō
ſilio 475.& hanc opinionem ueriorem eſ
ſe,& magis communem teſtatur Hieron.
Gabriel.cōſilio 14.numero 23. & Anton.
Gabriel.titu.de verborum ſignificat.lib.6.





concluſione ſexta.numero 131.Alex.con
ſilio 50.columna penultima & conſi.80.
numero nono,libro primo,Barbat.conſi.
91.column.16.libro tertio.Et iſtæ abſurdi
tates in ſtatutis ſunt omnino euitandæ. l.
nam abſurdum.de bon.liber.Bar.in l.om
nes populi,D.de iuſtitia.& iure, columna
nona.& in l.nō dubium.C.de legibus.Ri-
minal.ſen.conſilio 423.numero 17.cōſil.
40.nume.quadrageſimo.libro primo.im
mo potius verba ſtatuti impropriātur vt
abſurditas euitetur.Alexan.conſilio 52.vi
ſo themate columna ſecūda,libro primo.
Et præſertim,quia alias ſequeret̃ interpre
tatio contra ius commune in d.l.maximū
uitium.cōtra regulam communem,& re-
ceptam,quod ſtatuta debent interpretari,
ut minus lędant ius cōmune,quā ſit poſ-
ſibile,l.fi.ſerui veſtri.C.de noxal.Rimina.
ſen.conſilio 319.nume.18.libro ſecundo.
& 217.numero ſeptimo.eidem lib.& con
ſilio 20.numero vndecimo,libr.primo.Et
7 propterea dicitur,quod argumentum † a
contrario ſenſu non habet locum in ſtatu
tis,vbi induceretur correctio iuris cōmu-
nis Barto in l.omnes populi.in ſexta quæ
ſtione principali.D.de iuſtitia,& iur.Dec.
in l.prima.numer.53.D.de offic.eius. cui
manda.eſt iuſdict. Afflict.deciſione 324.
numero tertio.Riminal.ſenior conſ.262.
numero decimo,& conſilio 423.num.14.
Et hoc eſt admittendum in caſu noſtro,ſi
conſideremus rationem ſtatuti,quæ eſt vt
bona matris inter liberos conſeruarentur
ne mulieres propter fragilitatem ſexus in
extraneos diſponant, cū illę ſępius labo-
rent contra propria commoda.Burſat.cō
ſilio 37.columna ſecunda.libro ſecundo,
quæ ratio cū proculdubio militet tam in
filia,quam in filio,ideo ex idētitate ratio-
nis dabitur extenſio Curt.iu. cōſilio 340.
Ripa in l.ſi conſtāte.numero 79.C ſoluto
8 matrimonio.Facit,quia ſtatutum † debet
intelligi ſecundum propriam ſignificatio
nem verbi,& ſecundum communem ſen
ſum loquendi.Riminal.ſenior cōſil. 339.
numero decimo.& 32.libro ſecundo,late
Felin.in prima glo.decretal.colu.15 Iaſ.
in l.vltima.numero 22.ff.de ſucceſſ.edict.
Corn.conſilio 276.lib.quarto.Sed clarum
eſt quod ex cōmuni vſu loquendi verbū
filij,tam latino,quā vulgari ſermone pro
latum,vtrumque ſexum comprehēdit,cū
ſit nomen appellatiuum improprium, &
hoc eſt plus quam notorium per experiē
tiam.Præterea,vt dicit Rebuff.in l.prima,
pagina.12.verſi.nec refragatur.ff. de ver-
borum ſignificat.extenſio nō poterit fieri
in ſtatuto ab eo,qui non habet poteſtatē,
uerum cum lex extendat,erit ad legis ex
tenſionem ſtatutum accommodandū.l.ſi
uero.§.de viro.ff.ſoluto matrimon. & ſi
a ſimili iudicandum eſt in fideicommiſſis
hoc eſt certū ex magnis cōmuni Docto-
rum opinione, de qua dixi ſupra dec.88.
Conditio cum qua indubitate trāſibat Se
natus,quod filiorum appellatione veniēt
filię,etiam ſtante ſtatuto fœminarum ex
cluſiuo Burſat.conſi.157.nu.45.& 46.li-
bro 2.

In contrarium vero,quod ſtatutum in
telligatur tantum de filijs maſculis, ita vt
filia non ſit in illius diſpoſitione compre
henſa,& propterea nō exiſtente filio ma
ſculo poſſit mater ad libitū eo caſu diſpo
nere,facit primū,quod ſtatuti verba ſunt
9 ſtrictè† interpretanda,& ad literam,vt di-
cit aliud ſtatutum.Dom.Ozaſc.deciſione
21.numero decimoquarto.Menoch.caſu
321.numero ſecundo.Corn.conſi 14.nu
mero octauo.lib.ſecundo,Et ideo nō poſ
ſumus ipſius verba extēdere ad filias,cum
de filijs loquatur,niſi per viam quandam
extēſionis,cum dicent aliqui maſculinum
fœmininum concipere nō ex propria,ſed
ex impropria verbi natura.Iaſo.in l.qui fi-
liabus numero decimooctauo.ff.de lega.
ſecūdo,quo pro faciunt iura, quæ allegat
Rebuff.in l.prima.verſicu.gloſſa iſta.pagi-
na 20.ff.de verborum ſignificat. Alcia.de
verborum ſignificat.libro primo. nu. 25.
Alexan.conſilio 61.numero primo,lib.1.
Socin.conſilio 37.numero 3.libro quarto.
Purpura.conſilio 210.numero ſecundo.li
bro primo,& conſilio 427.numero ſecun
do,libro ſecundo.Burſat.conſilio primo,
numero 36.& conſilio 75.num.19. lib.1.
Nat.conſilio 291.numer.tertio,& in indi-
uiduo,quando ſtatutum dicit quod verba
ad litteram capiantur quod maſculinū nō
concipiat fœmininum,voluit Menoch.de
adipiſcen.poſſeſſ.remed.quarto nu. 223.
Curt.iu.conſil 177. numero quarto. Al-
ciat.in dicta l.prima, in fine. ff.de verbo-
rum ſignificatio.Alexand.conſilio 45.nu-
mero tertio.li.ſeptimo.ſtatutum etenim

realiter non ſictæ eſt intelligendum. l. ait prætor §. hæc uerba il ſecundo. ff. de negot. geſt.

Secundo facit, quod dicit Alberic. in l. liberorum. ff. de verborum ſignificatio. vbi 10 voluit, quod filij appellatione† nõ veniat filia quandoquidem diſpoſitio includens vnum ſexum eſt alterius excluſiua, quãdo ſumus in nomine appellatio filius, non communi per. l. Iulianus. §. quæſitũ. D. de lega. tertio. nam qualitas maſculinitatis filiabus non conuenit Barto. in l. cum auus. D. de conditio & demonſtratio. Bal conſil. 460. libro quinto. & conſilio 186. libro primo. Corn. conſilio 14. libro ſecundo. late Curt. iun. conſil. primo & conſil. 23. libro prim. Idque magis procedit, quando in ſtatuto facta eſt vtriuſque ſeparata mẽtio, vt hic, Menoch. conſil. 110. nume. 25. Et conſil. 111. numero 3. 49. & 50. libr. ſecundo. & hoc videtur receptum, quod in ſtatutis maſculinum nõ concepit fęmininum, cum de propria verbi ſignificatione filiorum nomine non veniant filiæ. l. pronũtiatio. ff. de verborum ſignificatio. Menoch. conſil. 150. numero 50. Cæphal. conſil. 525. numero 34. lib. quarto. Cur. iun. conſil. 311. nume. 23. libro ſecundo. Tob. Non. conſilio 32. numero 20. præſertim ſi ſit diuerſa ratio, vt dicit Riminal. iun. conſil. 176 numero 49. libro primo, quæ hic poteſt cõſiderari, cum nó ſit eadem ratio conſeruandæ familiæ, & agnationis in fœminis, quæ in maſculis conſideratur. Cur. ſen, conſil. 121. numero quinto. Rebuff. in dicta l. prima. pagina 15. verſic. tertio non procedit, & cum verbũ poſſit habere duplicem interpretationem, vnam propriã aliam magis propriam, attenditur magis propria. c. Rodulphus, de reſcrip. Matheſil. notab. 54. Rolan. in ſtatuto conſil. 55. numero 20. lib. primo. & facit dictum Caſt. quem ibi Rolan. allegat in conſil. 138. libro primo. Iaſ. conſil. 24. columna quinta. lib. 1.

Tertio, quia hic non ſumus in ſtatuto exorbitãti, quod recipiat interpretationẽ cõtra ius commune, ſed ſumus in ſtatuto quod conſeruat ius commune, remittẽdo in hoc caſu liberã teſtandi facultatem matri, quam de iure gentium habet cõfirmatam a iure ciuili, quam ſtante diſpoſitione ſtatuti ſublatã, & reſtrictam habebat. Ideo facienda illa interpretatio, quę pro libertate facit, & odioſam diſpoſitionẽ tollit, vt omnes Doctores in ſtatutorũ interpretatione vno ore admittũt. late Dom. Ozaſ. deciſio. 59. num. 12. & in propoſito ſcribit Rolan. conſi. 72. in vltimo dubio. libr. 1. & faciẽda interpretatio, quę nõ inducat correctionem, ita vt ſit vnica correctio, & nõ duæ. Rolan. conſi. 55. num. 15. Ozaſ. dicta deciſ. 49. num. 13. & cum ſtatutum alias eſſet exorbitans tollens liberam teſtandi facultatẽ, non eſt in ea parte facienda extenſio, ſed magis reſtringendum ad not. in l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb. obliga. Capr. conſi. 62. num. 10. Craue. conſi. 421. nu. 2.

Quarto in terminis iſtius ſtatuti videẽ clarum & apertum cõſilium Dom. Crau. dicto conſilio 588. & conſi. ſequen. vbi expreſſe voluit, quod iſtud ſtatutum Foſſani intelligatur, prout iacet, ita vt fęmininum a maſculino nõ comprehendatur, & filiorũ appellatione nõ ueniat filia, ita ut mater poſſit vltra legitimã iure naturæ debitam in quẽcunque uoluerit de ſuis bonis libere teſtari, & diſponere nulla habita ratione prohibitionis ſtatutariæ. Quod magis ſuadetur. quia huiuſmodi ſtatuta regulariter fiunt fauore agnationis conſeruandæ, ita ut liberi maſculi maternã cum paterna ſubſtãtia coniungat, & ditiores fiant ad maiorẽ familiæ ſplendorem, & domus perpetuationem, & ne mater poſſet relinquere extraneo in damnum ciuium, & reipub. cui expedit ciues habere locupletes quæ ratio ꝓculdubio ceſſat in mulierib. q̄ poſſunt nubere extraneo, & Rempub. iſto bonorum augumẽto priuare ideo nõ mirũ ſi in hoc caſu deberet res reduci ad iuris cõmunis diſpoſitionem, & interpretatio in ſtatuto agnationẽ conſiderãte fit in fauorem maſcularũ, & non feminarum vt dixi alias dec. 37. nu. 6. & ideo ad caſũ hunc tãquam mẽtis ſtatuẽtium proprium reſtringi debet Crau conſil. 656. nu. 4. Menoch. conſil 95. n 62. li. 1.

Deniq; cum ſimus in teſtõ iam cõdito, ſatis eſt interpretari ꝓ validitate actus q̄ ꝓ nullitate, ut act⁹ magis valeat, q̄ pereat.

Nec obſtãte poſſint ea, q̄ in cõtrariũ deducta fuerũt: nã ad primum ꝙ adducitur de ꝓſuntamente ſtatuentiũ dicit põt, ꝙ imo mẽs ſtatuẽtium ea eſt ut filiorum ap

pellatione



pellatione non ueniat filiæ, quia ſi ſtatutũ uoluiſſet filias comprehendere in hac diſpoſitione, id utique expreſſiſſet, prout in alijs capitibus, immo in hoc eodẽmet ſtatuto ubique, & ſic retorquetur argumẽtũ, immo cum ſit caſus omiſſus a ſtatuto, relinquitur, diſpoſitioni iuris communis ex reg. l. commodiſſime D. de libe. & poſthu. & per conſequens cum de iure communi matęr poſſit ad libitum diſponere, eadem facultas erit ſibi permiſſa cũ ſuper hoc caſu extante, ſcilicet filia, ſeu filiabus, fœminis ſtatutum nihil dixerit, ut in ſimili hoc argumento utitur Rola. dicto conſilio 55. nume. 27.

Ad ſecundum reſponderi poteſt, quod uerſiculum *ſi uero*, poſitum in ſtatuto non eſt poſitum aduerſatiue, prout ꝓſupponitur, ſed magis cumulatiue ad aliud caput diſpoſitionis ſtatutariæ demonſtrandum & ſic potius diuerſificatiue, & regula eſt, quod ex diuerſis nõ infertur. l. Papinianus exuli. D. de minor. & quod ſunt diuerſi caſus patet ad litteram, quia in uerſiculo, *Et mulier*, loquitur de ſucceſſione teſtati, quãdo ſcilicet uult facere teſtamentũ, ſed in uerſicu. *ſi uero*, loquitur ſtatutum de cauſa inteſtati, quo caſu nihil aliud poterat dicere ſtatutum, quam vt filiæ cum maſculis concurrerent ad ſucceſſionem, modo nõ eſſent maritatæ, immo hinc elicitur expꝛeſſa intentio ſtatuti, quæ illa uidetur fuiſſe, ut hoc modo agnationi, & maſculinitati cõſuleret, quo ſit ut nullo modo poſſit aliqua interꝓtatio ſum ex iſta particula ſtatuti in fauorem filiæ, ſed magis cõtrarium ex eiuſdẽ lectione ſuadetur, & ceſſant ea quæ de dictionib. aduerſatiuis tradũt. Doctor. ex aduerſo allegati.

Et ex iſtis poteſt reſultare reſponſio ad tertium fundamẽtũ, quod elicitur ex uerbo, *propterea* quia illud loquitur in cauſa inteſtati, quaſi dicat ſtatutum, licet in hoc caſu filia admittatur ad ſucceſſionem, non propterea poterit plus conſequi, quã legitimam, & illud uerbũ non refertur ad præcedentia, ſed ad dictionem, *niſi*, quæ ſubſequitur, quaſi intentio ſtatuẽtium illa ſola fuerit excludẽdi in hoc caſu maritatã de qua tantum loquitur fauore maſculorum & filię innuptę.

Ad cõſilium Bal. & Anchar. dici poteſt quod illi præcipuæ Bal. non loquũtur in caſu noſtro, & fundãt ſe, quod ſtatutũ ſit fauorabile, & fundatum ſuper iure cõmuni, quod nihil aliud deſiderare uideẽ, quam ſit filii hęreditatem parentum iure quaſi naturę delatam obtineãt, & propterea filiorum appellatione ueniãt fæminę, cum ſimus in materia fauorabili, ſed tantũ non erit tribuendum fauori filiorum, quin magis fauendum ſit uoluntati teſtãtium, quorum bona ſũt propria, & qui poſſent de illis ad libitum etiã in uita diſponere alias eſſet iniquum nulla exiſtẽte legitima cauſa, (quæ in caſu iſto, quãdo agitur de filia, conſiderari nõ poteſt) ut mater priuetur facultate teſtãdi cõtra quam nec quidem pactum admittitur, ut per Doctor. in d. l. fi. C. de pact.

Ad ultimum, quod filij appellatione et in ſtatutis ueniant filiæ, reſpõdetur id fieri quãdo eodem ratio ſubſiſtit, uel aliquid cõtra filias diſponeretur, quod illi damno eſſet nõ paruo, quod hic nõ eſt, eum poſſit eſſe, ut omnia bona mater relinquat, & libentius, quam ſi aliter per ſtatutũ aſtringereẽ cuius diſpoſitione odioſa ſtante, poſſent mulieres callidæ, & aſtutæ alienando bona ſua hanc conſtitutionem fraudare. ad nihilum redigere, cum ſit uera ſentẽtia illius Poetæ.

*Nitimus in uetitũ sẽper cupimusq; negata*

Præterea iſta interꝓtatio, q̄ hic ſequitur fit ex interꝓtatione extẽſiua, ut dicit tex. in l. proũnciatio de uer. ſig. quæ in ſtatuto non admittitur, ut ſupra dixi præſertim in noſtro, in quo extenſiua interpretatio expreſſe prohibita reperitur. Craue. dicto conſi. 588. nume. 11.

Nec ratio abſurditatis eſt cõſiderabilis quia nulla abſurditas oriri poteſt, admiſſo quod magis conſequatur ab inteſtato, quã ex teſtamento cum res ad terminos iuris cõmunis reducatur, in quo nulla cadit abſurditas, imo, ut quidã ex Dominis aduocatis dicebãt, abſurditas in contrarium oritur hoc admiſſo quia præſumerentur ſtatuẽtes ſe correxiſſe quod admittẽdũ non eſt ut per Crau. 870. nu. 9. & ſi quãdo maritata eſt filia vult ſtatutum illã excludere, qui fieri poteſt, ut etiam per matrẽ relicta legitima non excludatur.

Ex iſtis vidimus, quam ſit dubius iſte articulus, q̄ quidẽ ea redditur difficilior, ꝙ

de interpretanda mente illorum, qui non extãt, tractat. Solemus enim ut plurimũ interpretari leges, aut ſtatuta taliter, qualiter forte nunquam cõditores interpretari interpretati eſſent, imo nec ſomniaſſēt, uel totũ contrariũ reſpõdiſſent. Et propterea merito hanc quæſtionem in hoc caſu maximè dubiam dicit Gabriel. dict. conſilio 14. in princip. Verum, ut hæc quæſtio ſine noſtra reſolutione non tranſeat, exiſtimo Anchar. in dict. conſil. 112. conſiderãſſe id, quod nobis in hac facti ſpecie cõſiderandum eſt, nunquid ſcilicet in ſpecie huius ſtatuti maſculinum fœmininum complectatur, ita ut filiorum appellatione ueniat fœminæ: item an ſimus in fauorabilibus, an odioſis. Et pro reſolutione iſtius difficultatis, præſuppono illud eſſe de iure
11 cõi expeditum, quod filiorum † appellatione ueniunt filiæ, ut ſunt rex concludentes, & aperti in l. filij. 84. l. liberorum. 220. §. fin. l. quiſquis. 116. l. iuſta. 201. l. Seruius. alias Herennius. 122. D. de uerb. ſign. l. ſi quis ita. 16. in princip. D. de teſtamẽtar. tutel. Hinc Demoſthenes Græcus Orator in oratione contra Stephanum teſtem interpretat. l. Solonis huic noſtro ſtatuto quaſi ſimilem, per quam quis poterat bona ſua ad libitum cui magis placuiſſet relinquere, niſi filios haberet, ut ad filias etiam extenderetur. hoc quidem procedit non ex translatica, & extẽſiua, ſed ex propria uerborum ſignificatione, & ex cõprehenſiuo ſignificatu, attẽto communi uſu loquẽdi, ut poſt Bal. uoluit Alciat. in dict. l. 1. D. de verb. ſignif. & in dict. l. quiſquis. co. & in dict. l. Herennius. in ver. eundem ſexum. Ioan. Brech. in dict. l. iuſta num. 2. glo. in dict. l. 1. quam laudat, & firmat Baibat. inter conſilia Alex. conſilio 52. num. 7. lib. 4. Rebuff. in dict. l. 1. pag. 9. verſic. ego uero. Ancharan. dict. conſil. 112. col. 1. Curt. ſen. in additio. ad dictum cõſilium nonũ. in fin. & iſta eſt hodie magis communis opinio, ut uidere eſt per Doctor. ſupra in quinto fundamento primæ opinionis allegatos, & proptera merito hanc interpretationem iuſtam Iuriſconſult. appellat in d. l. iuſta quaſi dicat hanc eſſe ueram, & propriam, quia alias iuſta dici non poſſet, quo fit, ut etiamſi adſit ſtatutum, quod dicat uerba ſtatuti ad literã eſſe intelligen
12 da, per illud † cẽſebit excluſa iſta propria ſignificatio, quia illud procedit in extẽſiua, & impropria, prout ſenſit Alciat. in d. l. quiſquis. nu. 3. & alij ſupra citati, non autẽ impropria, & ex ipſa mẽte legis deſcẽdente ſignificatione: nam ut bene in caſu noſtro ſcribit Gabriel. d. conſi. 14. nu. 5. noluerunt per iſta uerba ſtatuentes tollere legitimas interpretationes, præſertim eas, quæ ex mente ſtatuentium proficiſcũtur, aliaſiudaice ſtatutũ intelligeretur, ut dicit Anch. dict. conſi. 112. col. 2. ſed tãtum uoluerunt tollere iniuſtam, & extenſiuã hominis interpretationẽ, nõ legis, quod probat authoritatibus Soc. iun. Pariſ. & Ruin. qui in iſtis terminis municipalis legis prohibentis interpretationem, ſeu gloſſationem loquũtur, imo dicit Aretin. ſatis ſubtiliter more ſuo conſi. 144. licet ſtatuto ꝙ quamuis ſtatuto dicatur ad literã eſſe ſtatuta intelligenda, non excludi interpretationem declaratiuam, ſeu expoſitiuam, & quod ſtatutum iſtam interpretationẽ tollere non poteſt, alias non ualeret per tex. in l. 2. §. his legibus ff. de orig. iur. Cur. ſen. dict. conſi. 9. col. 9. uerſi. cum igitur. Et ſtante hac prima concluſione nõ dubito, quin ſtatutum noſtrũ ex propria interpretatione concipiat feminum, ita, vt filiorum appellatione ueniant filiæ, non obſtante illo ſtatuto diſponẽte, quod ad litterã ſtatuta intelliguntur, & addi poſſunt, quæ ſcribit D. Ozaſc. decif. 21. num. 15. cum ſimus in interpretatione naturali, & literali, & ſecũdum naturam ita ueniũt maſculi ſicut fœminæ. l. maximũ uitium. C. de libe. præterit. Corn. conſi. 173. & 275. lib. 4. Rube. cõſil. 63. & hęc eſt cõmunis opinio, ut dicit Gabriel. dict. conſi. 14. nu. 23. ſiue numerẽtur, ſiue ponderentur Doctores. A. Gabr. li. 6. de uer. ſigni. conclu. 6. nu. 131. Tiraq. de retract. gl. 9. num. 205. & 236. quia illud non tollit legitimam interpretationẽ prouenientem ex mente ſtatuentium & legis Bar. in l. omnes populi. q. 7. C. de iuſt. & iu. Alex. conſi. 50. col. pen. & conſi. 80. nu. 9. lib. 1. Steph. de Fedric. de interpret. ſtatu. par. 1. nu. 27. & ſeq. & par. vlt. num. 95. & dixi ſupra; ſtantibus præſertim conſiderationibus & rationibus, de quibus in principio pro filia ſcripſi quibus re uera nulla poteſt dari commoda. & reſolutiua reſponſio, cum habeat ius commune, & mentem ſtatuentium pro ſe.

Quod



Quod pertinet ad ſecundam conſidera
11 tionem, quã faciat Anchar. an hoc † ſtatutum fauorabile, uel odioſum non eſt dubium quod in hoc ſtatuto ſunt duo capita unum odioſum, quia matri libera tollitur teſtãdi facultas, aliud fauorabile, ut filii ſoli hæreditatem capiant, quod nõ eſt abſonum, ut dicit Bertrand. conſi. 361. li. 1. ſed potentis eſt caput fauorabile, quod conſiderat ipſius naturæ ſtimulum & ordinem & conſilium pro liberis capit, ut imbecillitati mulieris prouideat, ideo concurrentibus iſtis duobus ſimul interpretatio faciẽda eſt pro parte fauorabili, prout cõcludit Anch. d. conſi. 112. & ſenſit Bal. d. conſil. 226. Gabri. dict. cõſi. 14. nu. 13. & 14. Curt. ſen. dicto conſi. 9. Colum. 8. qui dicit odiũ in capite odioſo eſſe rationabile, & proptera interpretationẽ nõ excludit, & in hoc
12 † caſu, quãdo ſumus in ſtatuto fauorabili maſculinum fœmininum comprehendit. Gabri. de uerbo ſignifica. conclu. 6. nume. 25. & ſeq.

Nec obſtat conſi. Craue. quia ibi D. Craue. non examinat quęſtionem noſtram ſuper hãc parte ſtatuti, ſed in primo capite ĩ materia l. hac edictali licet translatitie, & quaſi per tranſennam dicat in hoc ſtatuto maſculinum non concipere fœmininum, imo ipſe Crauet. ĩ noſtro caſu ſenſit cõtrarium in prædicto conſi. 307. Præterea ſi in terminis iſtis quæſtionis illud in primis cõſiderandum eſt an ſtatutum concernat fauorem agnationis, ita ut uelit, quod ſoli maſculi ſuccedant, hoc caſu uideretur facienda interpretatio ſtricta pro maſculis, & ad hanc interpretationem ius commune reſtringeretur, ſed hic ſi bene ponderemus ſtatutum, non cenſetur illud factum fauore agnationis, quia etiam feminas uocat in aliquo capite, ſed tantum uidetur factum, ut imbecilitati matris prouideat qđ elicio potiſſimũ ex eo, quia ſolam matrẽ iſta prohibitio tangit, non autem patrem, qui ſemper prudens conſilium pro liberis capit, ergo erit ad feminas extendendum hoc ſtatutum.

Cum fuiſſet diſputata hęc cauſa coram Senatu referente proceſſum Illuſtriſs. Cõ patre meo D. Antonio Sola Senatore meritiſſimo, auditis aduocatis partium, re bene diſcuſſa, & intellecta fuit dictum huius ſtatuti uerba eſſe tam filiis, fœminis q̃ de maſculis intelligenda annullando teſtamẽtum matris, quæ filiam inſtituerat grauando illam multis legatis. 1589. prima Decẽbris. In cauſa Pachiotti Foſſanen. Bonum tãtem eſt, ut iuxta hanc deciſionem declaretur ſtatutũ a noſtris decurionibus, ne in poſterum de hac re diſputari iterum cõtingat, & ita conſulo.

## Arma, & cognomẽ deferre alicuius an q.s grauari poſſit, & multa de inſignis, armis, & cimeriis.

### DECISIO CCLXX.

1 *Nomen, & arma alterius deferre quis grauari poteſt ſiue ex contractu ſiue ex teſtamento.*
2 *Inſtitutio eo modo facta ut quis deferat nomen, & arma dicitur conditionalis, & numero. 21.*
3 *Nomen, & arma alicuius an ſumenda ſint priuſquam adeatur hæreditas.*
4 *Sepulturam teſtatoris eligere quis cogi poteſt.*
5 *Momentanea nominatio nõ releuat. & numero 24.*
6 *Princeps non poteſt remittere conditionem deferendo nomine, & armis.*
7 *Conditio aſſumendi nomen, & arma tacite induci poteſt.*
8 *Comitatus inſignia an omnes filij comitatu apponere poſſint.*
9 *Arma aſſumere grauatus non tenetur ſua derelinquere niſi expreſſum ſit.*
10 *Conditionis aſſumendi nomen & arma plures effectus.*
11 *Conditio, quod filius aſſumat nomen & arma quomodo impleatur, ſi gemini naſcantur.*
12 *Colegij comitum genealogia.*
13 *Perplexitas an excuſet ab hoc onere.*
14 *Cimerium an ueniat ſub hoc onere.*
15 *Arma pingi debent etiam in capellis, & ſepulturis.*
16 *Turpia nomina non ſumenda.*
17 *Immutatio, uel alteratio nominis non permittitur.*
18 *Armorum, & nominis grauamen ceſſat, ſi grauatus deficiat.*
19 *Cauſa grauaminum attenditur & nu. 20.*
22 *Modus quando comparetur conditioni.*

 23. Actio

23 *Actio quæ competat contra in obſeruantē.*
25 *Interpellatio non requiritur contra grauatum.*
26 *Reuocatio agrauante an fiat.*
27 *Mora, & contumacia patris an noceat filio.& num.28.*
29 *Oldrad.conſi.21.declaratur.& nu.30.*
31 *Omiſſum pro omiſſo quomodo habeatur.*
32 *Extenſio de perſona ad perſonam quomodo fiat.*
33 *Nominum prænominum, & cognominum uſus antiquus.*
34 *Nobilitatis antiquæ conſeruandæ forma.*
35 *Humanæ res in continuo motu.*
36 *Diuiſio ab armis differt.*
37 *Impreſæ, & earum uſus.*
38 *Armorum ſeu inſignium ratio, et origo, & regum diuerſa arma, & num.39.*

NOMEN,& arma, ſeu cogno-
men aliænę familiæ deferre
1 quis obligari poteſt †non ſo
lum ex cōtractu.l.ex hoc iu
re.§.fin.de donatio. ſed etiā
ex teſtamēto,ut ſi quis inſtitutus ſit hæres
ſub cōditione,ut nomen,& arma teſtato
ris deferat.l.facta.63.§.ſi uero nominis.ff.
ad Trebell.Et hæc qualitas, ſeu cōditio in
inſtitutionibus,ſeu ſubſtitutionibus extra
neorum nūc frequens eſt, & in curiis iudi
ciorum multum agitata, ut per Docto.in
fra allegandos apparebit eſtque maximi
momēti,ut dicit Molin.de primogenit.li
bro 2.cap.14.in princi.& idcirco paulò la
tius de ea tractabimus.Solent enim ex co
gnomine,& armis,ſeu inſigniis familiarū
antiquarum ueſtigia conſeruari, ut inquit
idem Molin.dicto cap.14.in princip.& nu
me.5.facit tex ī.l.lex q̄ tutores.§.nec ve 3
ro.C.de adminiſtratio.tuto.& l. legatum.
ff.de adminiſtratio.rerum.ad ciuita. perti
nent per quem textum ita tenet Anan.cō
ſilio 113.Aboleri enim familias,& earum
inſigna lugubre eſt,& mali omnis.Decia.
conſi.2.num.323.& conſi.31 nu.95.Nec
in hoc eſt aliqua difficultas quin tale pa-
ctum,uel conditio in cotractibus,aut ulti
mis uolūtatibus adiecta ad unguē obſer-
uanda ſit,& hoc pro expedito ponūt Do
cto.omnes iā ſupra citati,& præter Guid.
Pap.quęſtio.251.& 467.Dec.cōſ.273.nu
mero ſecundo. Ancharan. conſilio 17. Io
ſeph.de Ruſticis an & quando liberi in cō
ditione poſiti.libro ſecundo. capit.ſexto.
ubi latiſſime,& ita obſeruat Senatus no-
ſter cum declarationibus de quibus infra.
Alias enim non poſſet quis inuito eo ad
quem ea inſignia antiquo iure ſpectāt de
ferre,ſed incideret in crimē falſi. Bar.in l.
eos.§.fina.ff.de falſ.additio ad Bart.in tra
cta.de inſign.& arm.in princ. adducēs ad
hoc,quod qui non eſt.Comes non poteſt
Comitis inſignia deferre per ea,quę ibi al
legantur:quinimo nō poteſt etiam rector
ciuitatis arma propria ſuæ familiæ rebus
publicis imponere impune.Alberic.in l.ſi
qui iudices,per illum tex.C.de oper. pub.
& audiui fuiſſe punitum grauiter quendā
Ducem Venetiarum,quia monetis publi
cis arma ſub ſculpi feciſſet.
Amplia igtur primo, ut talis inſtitutio
2 †cū hoc grauamine facta etiam ſine uer-
bo conditionis habeatur tamen pro cōdi
tione.Guid.Pap.dicta quæſtio. 251. Dec.
282.Benedict.in capitu.Raynutius.in uer
bo Raynutius numer. 44.de teſtam.Bolo
gni.conſilio 12.& late per Pariſ. conſilio
19.numero 28.lib.ſecundo.Ad quem, &
ad Mo.in dict. capitu.14.numero 11. ubi
copioſiſſime de hac ampliatione ſcribitur
me remitto, præſertim quod re etiā per
ſe in hoc primo capite ſatis clara ſit, & ſe
cundum eā communis,& indubitata Do
ctorū opinio eſt,& ita tenebat Senatus in
cauſa D.ſancti Amoris Burgūdi,in qua ip
ſius Senatus uotum petebatur referēte il
luſtr.D.Senatore Goucano,de quo latius
infra dicetur poſt num.19.Nec poteſt ta-
lis hæres habere hæreditatē niſi prius ip-
ſe grauatus ex ſui parte teſtatoris uolunta
tem adimpleuerit,&.ſic acceperit nomē
3 & arma.Guid.Pap.d.q.251.Imo† ſi adiue
rit hęreditatem antequam adimpleat,pri
uabitur hæreditate per l.fin.C.de reuocā.
donatio.Rolan.conſilio 80.numero 65.li
bro tertio.Soci. in l.quibus diebus.§.Ter
milius de cōditio.& demonſtratio. Pariſ.
dicto conſil.19.numer. 30.& ſequen.De
cia,dicto conſilio 31. nume. 95. uolumi-
ne primo.Melch.Paleaz.in tract.maiorāt.
par.ſecunda,quęſtio quarta.illatione 8.nu
mero primo.Molin.dicto capi.14.numer.
10.12.& ſequen.q multos ad hoc citat,&
late hunc articulum examinat ad partes.
Seruamus tamē nos in prędicta꜒ ꝙ inſtitu
tus ſub hac cōditione, ſolet coram iudice
proteſtari



proteſtari ſe paratum aſſumere nomen,&
arma,&c.prout ex tunc aſſumit, & de eo
actu rogantur iudiciales teſtimoniales vo
catis hic quorum intereſt ſi qui ſunt, prę
ſertim vero illis de illa familia, cum eorū 6
honorem concernat.Molin.d.c.14. n.17.
ex.l.prima.§.quamuis.ver.publice. D.de
vent.inſpicien.Quod tamen intellige,quā
do ceſſit dices adeūdę hæreditatis,ut per
Bertran.conſi.397.nume.5.libro ſecūdo.
Et talis conditio aſſumendi arma late etiā
extendenda eſt,cum ſit etiam utilis reipu
blicæ ad conſeruādas familias.Pariſ.dict.
conſ.16.nume.34.libro 2.Molin.dicto ca
pitu.14.nume.46.verſi.ſed cum familiam
per l.primā.§.quāuis.verſi publicæ enim
intereſt.ff.de uent.inſpicien.Quod proce-
dit niſi tractaretur de pœna inducēda.De
cian.conſilio primo.numero 163.lib. pri-
mo.
Ampliatur ſecundo prædicta regula,ut
ſi pariter teſtator adiecerit,quod cum no
4 mine,& armis quis eligat etiam† ſepultu-
ram ipſius teſtatoris, tenetur enim hæres
omnes prædictas conditiones adimplere,
& eligere etiam ſepulturā, alias ſi in vno
defecerit,hæreditatē nō conſequetur. So
cin.in dicto §.termilius,num. 19.authen-
tica hoc amplius.C.de fideicōmiſſ.iuncta
l.ſi hęredi plures.D.de condit.inſtit quē
ēt ſequitur Melch.Palaez.in d.trac.maio
rat.pa.2.q.8.n.4.
Amplia tertio,quod nō ſufficit ſemel ſe
nominare teſtatoris cognomine, & arma
illius deferre, niſi in ea nominis,& armo
5 rū delatione cōtinuet† Neque enim dicitˉ
ueniſſe,qui nō ſtetit,& ita conſuluit Bolo
gnet. conſil.12. numer 12. Momentanea
enim aſſumptio nō habetur in conſidera
tione quando ſucceſſiuū tempus requiri-
tur.l.ſiquis ita legauerit.D.de cōdit.& de
mōſtrat.l.fi.§.fi.C.de bon.quæ liber.Dec.
in cap.quoniam Abbas.col.2.in fi.gl.1.de
offic.deleg.Ang.in §.ſi quis agēs.col.4.in
ſtit.de actio.
Quod tamen non procederet ſi ſtatim 7
aſſumpto nomine,& armis hæres moriatˉ
ſine liberis,qui tunc non ſtat per eum, &
ſufficit,quod conditionē ſemel, & unico
momēto adimpleuerit ex his,q̄ dicit Are
tin.conſil.40.colum.3.verſicu.vnde vide
mus,& faciūt,quæ in hoc propoſito dicit
Dec.conſi.273.colu.tertia. Quod tamen
intellige,niſi de contraria contrahentium
uel teſtatoris mēte appareret,vt in caſu
de quo dicam infra poſt n.26.& 27.
Amplia quarto,vt talis cōditio nō poſ
ſit a Principe remitti†.Nam cum ſit ex cō
tractu,vel ex teſtamēto,quæ ſunt iuriſgē
tium,interſitque Reipub.(vt ſupra dixi)fa
miliarum nomina cōſeruari non poterit.
Princeps teſtatoris uolūtatem inanē red-
dere,l ſi teſtamentū.C.de teſtamē. & per
ea,quæ dicit Crauet.conſi.592. nu. 55. &
conſi.669.nume.7.& conſi.747.num.45.
Didac.variarum reſolutio.li.3.c.6. & om
nium latiſſime Molina de primogenitu.li
bro primo,cap.octauo,nu.28.cum multis
ſequen.vbi ad hoc late concordantes alle
gantur.
Nec obſtat textus in dicta l.facta.§.ue-
ro nominis.vbi dicitur.quod ſi quis graue
tur nomē ſuum,ſeu cognomen teſtatoris
aſſumere,poterit nō ſolum a Principe,ſed
a Prætore remiſſionē impetrare, quia ille
tex.loquitur,quando talis cōditio impoſi
ta eſt ei,qui in alterius fauorem inſtitutus
eſt,ut ſi quis inſtitueretur ea cōditione,ut
nomen deferat,& hæreditatē poſtea alte
ri reſtituat.Nam ſi is nolit hæreditatē alte
ri reſtituendam adire, & alterius nomen
aſſumere,concedit prætor in beneficiū fi-
deicommiſſarij,ut is inſtitutus adeat non
accepto teſtatoris nomine,& ita ibi illum
tex.ītelligit Bart.latius explicat Gofred.
Salig.Cæterum in eo,quod poſſet cedere
vtilitati hæredis īſtituti,talis remiſſio non
fiet:intereſt enim Reip.defunctorū men-
tes obſeruari.§.diſponat.in auth.de nupt.
Et ſecundum hanc opinionem, quod nō
poſſit Princeps ſimiles teſtatorum volūta
tes perturbare, iudicauit Senatus in cauſa
D.Claudij Malopere Cunienſi.15.Nouem
bris 1554.Referente Dom.Senatore Bo-
ba poſtea Cardinali,& etiam in multis a-
lijs cauſis,quæ poſtea contigerunt.
Amplia quinto,ut tale grauamen aſſu-
mendi nomen,& arma familiæ nedum ex
7 preſſis verbis,†ſed etiā tacite induci poſ-
ſit,vt in exemplo,quod ponitur per Moli-
nam dicto capitulo decimoquarto, nu-
mero tertio, & quarto,verſiculo ſed cum
familiarum, ſcilicet ex tanta conſuetu-
dine,ut eſt in Hiſpania,vt is,qui eſt primo
genitus, vel maioratum habet,non poſ-
ſit bona ad maioratum ſpectantia retine
re,niſi

re,niſi nomen, & arma aſſumat,& propria
deſerat, quia arma & inſignia manere de
bent ſolummodo penas principalem do-
mus,ut ibi per eum poſt Bal.in l.fin.C.pro
ſocio.& Petrū de Vbald.de duobus fratr.
parte 11.q.11.Tiraquel.in pręfat. ſuę pri-
mogenit. num.34. Quamuis in utroq; ca-
pite aliter obſeruetur in hac noſtra patria.
Siquidem nō ſolū ad primogenitum, ſed
& ad omnes filios eadem forma armorū
ſpectat,niſi in hoc, quod ſi primogenitus
8 filius habeat Comitum,† qui eſt in primo
genitura de ſuis armatis ſuperimponet pi
leum, ſeu coronam Comitalem. quæ eſt
in modum faſciolæ gemmulis ornatæ qđ
alij fratres, qui Comitatum nō habent,nō
facient,niſi abuti eo ornamento uoluerint
vt eſt etiam exemptum in Regibus, Duci
bus.& Principibus, & his omnibus qui ha-
bent Comitatū inſolidum,vt eſt apud nos
in Comitibus Creſcentini, & Pōderani, &
aliis multis,ac præſertim in Comitte Gat i
nariæ, qui ex teſtamento Illuſtriſſimi Mer
curini Gattinarię Vercellenſi, Inuictiſſimi
Caroli V. Imperatoris Magni Cancellarii
Comitatum accepit ſub iſtis cōditionibus
vt nō ſolum cognomen,& arma, ſed etiā
nomen proprium ipſius Mercurini ſuſcipe
re perpetuo ſucceſſores debeāt adhoc, vt
poſſint Comitatum illum cōſequi primus
enim ex filiis, ſeu nepotibus eſt Comes,
& pileū,ſeu coronam armis ſuperimponit
cæteri vero arma ſine pileo gerūt,donec
ad Comitatum peruenerint,ſed ſi omnes
fratres in dicto Comitatu participiāt, tūc
moris eſt(licet forte abuſiui,)vt omnes ēt
ſi plures ſint eodem pileo vtantur, vt eſt
exemplum in Comitibus Valpergię, Plo
xaſchi,Lucernę, Sancti Martini,& ſimili
bus,Item & in hoc diuerſa eſt conſuetudo
9 huius patriæ a Gallia,& Hiſpania,† Quod
ſi quis acceperit maioratum,vel hæredita
tem,ita vt nomen,& arma,&c. Tamē nō
tenebitur ſubderelinquere,ſed cū propriis
antiquis alia acquiſita inſerere,uteſt exem
plum in multis Baronibus huius patriæ,
præſertim in Marchione Meſſerani,qui cū
inſignibus domus Ferreriæ antiquæ ſuæ fa
miliæ defert etiam inſignia antiquiſſima
Domus Fiſcorum Ianuenſium, a quibus
Marchionatum habuit inſcribiturque Fer
rerius Fliſcus,& in Do.Varnoni qui armi
ſuis de Balbis & arma antiqua Tabuſſiorū
Cheriſium inſerit. Quinimo obſeruatur
paſſim,vt propria digniorem locum obti
neant & hoc niſi expreſſim a teſtatore di-
ſpoſitum ſit,vt omnino arma ipſius teſta-
toris ſincera pura, aut ſimplicia ſine ali-
qua itermixtione accipiat,ut eſt exemplū
in Dom.Comite Viſcatum,qui licet uoca
retur Ludouicus a Birago,deferretque no
men & arma antiquiſſimæ,& nobiliſſimæ
familiæ a Birago Mediolanenſis,tamen vt
Comitatum Viſcarum obtineret,debuit a
propriis armis,imo etiam a nomine,& co
gnomine abſtinere ex defuncti Comitis
Laurētii a S.Martino teſtamentaria diſpo
ſitione,tanta ſemper fuit proprij nominis,
& familiæ cuiuſq; vana, & ambitioſa dile
ctio,vt etiam uidere eſt ex tex.in d.§.ſi ve
ro nominis,& in l.cum filius.§.1.de lega.
2.& in l.vxorem.de manumiſſ.teſtam. &
alibi ſæpius.

Amplia ſexto,vt hęc conditio aſſumen
di nomen,& arma tantæ potentiæ ſit, ut
10 alios multos effectus pariat,† ſi quidem vi
detur ex ea teſtator inferre,vt talis graua
tus maioratum habeat,etiam ſi de hoc ni
hil dictum ſit,vt per Molinam dicto c.14.
num 7.

Et quod ex ea fœminæ propter maſcu
los excludantur,vt ibidem numero 5.poſt
Bar.Corn.& alios ibi citatos.Item inducit
prſumptionem,ꝙ teſtator voluerit habe
re rationem famil ę,& maſculorum,vt bo
na conſeruarentur in familia,Decian.con
ſi.7.nu.25.Item & inducitur ex hoc,quod
filii in conditione poſiti cenſeātur uocati
ſi extraneus ea demum conditione ſubſti
tuatur,vt nomen,& arma deferat.Burſat.
conſil.228.nume.4 poſt Menoch.cōſ.30.
numero ſexto.& conſilio 117.num.23. &
alios ibi relatos Riminald.iun.conſ.21.nu
mero 49.poſt Gratum.conſ.5.li.ſecundo,
& dixi ſup.Deci.96.Filii in conditione.nu
mero 25.Et quod teſtator hanc conditio
nem apponens videtur habuiſſe mentem
& voluntatem agnationis,& familiæ con
ſeruandę,Cæpha.conſ.191.nu.50.& ſeq.
poſt Rip.in l.Centu.num.174.Molin.d.c.
14.nu.8.poſt Bart.in tract.de inſing. & ar
ma.& alios ibi relatos. Item videtur indu
ci,vt bona nō diuidantur, ſed in vnū ſem
per remaneant.Decia.d.conſ.7.nume.26.
Et licet ipſe Molina.d.ca.14.num.26.iſtos
effectus ita paſſim non admittat,tamen in
pra



practica difficile eſſet ipſius Molinæ opi-
nionem obtinere,cum videatur in multis
contra Doctorum communes ſententias
concludere.

Amplia ſeptimo adeo ſuſtinendam te
ſtatoris voluntatē,vt ſi inſtituerit aliquā
ita,ut filium naſciturū nomine teſtatoris
11 appellet,& vno partu duos filios † ſuſci-
piat teneatur iſtitutus vtriq; nomē teſtato
ris apponere,& non vitiatur inſtitutio ra
tione incertitudinis.p l.duo ſunt Titij.D.
de teſtamenta tutel.Hanc opinionem in
his terminis firmat Guid.Pap.qſt.467. te
ſtator in teſtamēto.& tenet ualere ſubſti
tutionē,& quod hoc caſu primogenitus
erit vnicus hæres,& ipſi ſolus nomen, &
arma aſſumet dicens ita fuiſſe iudicatum
per Senatum ſeu parlamētum Delphina
tus. Quam tamē Deciſionem ita ſimplici
ter ſumptam ego putarem periculoſam:
nam ſi dixero filiū, qui ex primo Arethu
ſę partu naſcetur vel qui ex vxore mea ꝑ
gnāte naſcetur inſtituto,& duo naſcātur
nulli dubium,quod vterque hæres erit.l.
qui filiabus.§.primo D de legat.1.poteſt
tamen ſuſtineri opinio Guido.in caſu per
eum præſuppoſito, quādo ex coniecturis
& qualitate rei apparet de uolūtate teſta
toris quod bona nō diu derentur,tunc.n.
primogenitus admitteretur,ut ſi ageretur
de caſtro īdiuiduo,vel Comitatu aut alia
ſimilis re habente dignitatē indiuiſibilē,
vt maioratus in Hiſpania. Cæterū ambo
admitterentur per l.ſi quis ita.§.ſi quis fi
lios. D.de teſtamē.tut. vbi glo.licet aliud
eſſe in cauſa odioſa,vt in exhæredatione
l.2.D. de lib. poſthu.Et ſimilis caſus con
12 tigit in Caſtro collegij.1383.† Nam cum
Philippus de Sabaudia.Dominus Collegij
filius Lantelmi, qui fuerat filius naturalis
Philippi Prīcipis Achaiæ, timeret decede
re ſine prole, vouit Deo. & Diuo Anto-
nio ꝙ ſi filium ſuſciperet,Antonij nomini
illum uocaret, euenit,ut uoto facto uxor
conceperit,& uno partu geminos ſuſcipe
ret, dubitabaturque quis eorū Antonius
uocaretur tādem religioſa ſuperſtitione
ducti dubitātes in aliquo uoto ſuo defice
re ambos Antonij nomine uocauerūt,ſed
ut alter ab altero dignoſceret turrili agno
men Antonio ſecūdogenito ſuperadditū
fuit,itaq; placuit(ut credendum eſt,( Deo
hæc pia, & uoti exuberans executio, iuxta
illud *uouete,& reddite*.Et ex illo primo An
tonio natus poſtea fuit Michael, qui fuit fi
lius alter Antonius, a quo natus eſt Fran-
ciſcus,ex Franciſco, & Iacoba Ferreria ſo-
rore duorum Gardinalium Petri Franciſci
& Filiberti Antonius Maria Magnus Sere
niſſimi Emanuelis Philiberti Ducis Magi-
ſtri Hoſpitij. Qui ex Iulia de Obicibus no
biliſſ. familia Patauina ſuſcepit Emanue
lem Philibertum nunc Comitem Colegij
generum meum.Hoc tamē caſu putaſſem
ex ſentētia Guidonis Papæ dic.q.467.ſatis
adimpletum uotum ſi primogenitum ſo-
lum Antonium nominaſſet, per rationes
per eum allegatas.

Amplia octauo, ut quis tali onere non
excuſetur ratione ꝑplexitatis, uel cōcur-
13 ſus,† ut eſt exemplum in cauſa, quæ nunc
adhuc pendet inter Illuſtriſſimum Comi
tem Chiallāt Dominum Caſtilioni, & Do
minum Alfonſum Rotarium ſeu eius fi-
lium.D om.Bacini in Sabaudia: Nam cum
Dom. de Breſſu inſtituiſſet filium ex filia
ita quod deferret ipſius cognomen, & ar
ma ſimplicia ſine vlla intermixtione,ipſe
vero Dom.Bacini allegaret ſe id facere nō
poſſe quia tenebatur deferre nomen,& ar
ma Sancti Seuerini, a qua familia per auiā
maternam deſcenderat,& fuerat hæres in
ſtitutus ſub eadem conditione. vt arma S.
Seuerini ſine aliqua immixtione deferret,
diſputatur nunc an poſſit Dominus Rota
rius attēta ea perplexitate habere bona d.
Domini de Breſſu illius aui,ſeu proaui ma
terni,licet eius arma ſimplicia non defer-
ret cum impoſſibilis conditio reiicienda
ſit per alia multa quæ hincinde adduceba
tur,ſed quia cauſa nondum eſt per Senatū
deciſa,illam nunc non examino,ſed re
mitto ad ea,quæ alibi dicam,& habentur
in l.ſi.Titius.D.de condi. inſtit. & in l.vbi
repugnātia.D.de regu.iur.& in iſtis termi
nis delationis armorum late; & docte ſcri
bit Domi.Molina ſingulariter enim; & ex
profeſſo eam quæſtionē examinat d.ca.14
nu.26.Verum ſi in conditione illa non fuit
expreſſum,ꝙ arma, & nomē ſimplicia de-
ferrentur,tunc pōt grauatus ea immiſcere
& utriuſq; hæreditates accipere, & priorē
tempore præponere,niſi aliqua magnę di
gnitatis ratio præponderet,ut ibid.nu.25.
& nu.36.& 38 & ideo Magnus Philippus
Rex Catholicus in ſuis armis diuerſorum
Regno

Regnorũ, quorum Maioratus ad eum ex
defectu antiquæ lineæ ſuorũ ex materna
linea predeceſſorum uti proximiorem, &
antiquiorem pręuenerũt,diuerſa antiquo
rum Regum,& Regnorum inſigna defert.

Amplia nono ,ut talis grauatus non ſo
lum debeat ſuſcipere arma ſeu inſigna gra
uantis,quæ in ſcutis pingi ſolent , ſed etiã
14 illius acceſſorie, † vt eſt Cimeriũ,quod ar
mis ſuper imponere ſolebat ea familia ex
regula legis acceſſorium,& quia nil dicitur
actum,donec aliquid agendum ſupereſt l.
fina.D.in ius vocati,vt eant.l.penulti.C.đ
his,quib.vt indi.De qua re infra latius dicã
ubi Cimerii materiam proponam.

Amplia decimo, vt grauari etiam quis
poſſit,ut teneatur arma teſtatoris pingi fa
15 ceret etiam in domo† uel Capella,ut per
Io.de Ana.cõſi.86.pro expeditione.col.fi.
& ibi Bologn.in addi.ſuis Ancha.conſilio
113.& latius per Melch Palaez d.tract.ma
iorat.par.2.q.8.nu.4. & Molin. d.c.14.in
fi.ubi quomodo hoc fieri debeat, & intelli
gẽdum ſic declarat.Addo tamen , ꝙ ſi præ
poſiti eccleſia nolint ea arma ſeu inſignia
depingi in eccleſia, excuſaretur grauatus
ſiquidem non ſtet per eum , ſed per eccle
ſiaſticos qui nolunt Eccleſiam domũ ora
tionis facere vanæ iſtius humanæ gloriæ,
& ambitionis ſpectaculum, & cum eccle
ſia etiam non ſit hæredis grauati,ſed Dei
& ipſius prępoſiti, nõ poterit in re aliena
inſignia apponere ex his , q̃ dixit Ioa. de
Ana.d.cõſ.86.co.2.in.fi.& Bar.in trac.de
inſign.& arm.col.2.

Fallit primo ſupraſcripta generalis regu
la,(vt ad rem noſtram redeamus) ſecũdũ
16 aliquos,† vt nõ procedat,quando nomẽ
& arma ſunt turpia,tunc.n.nõ tenetur hę
res illa aſſumere , ſed admittiĩ ad hæredi
tatem reiecta illa conditione.l.1.D.de his
q̃.pœn.nomi.vbi Bar. Bal. & alii Io. Fab.
& Doct in §.pœnę.inſti.de leg.Corſe ſin
gu.255.prac.Didac.in c.Rayn. 1.num.7.
Bertazo.conſ.ciui.76.num.19.& 20.& ad
hoc ſolet allegari text.in.d.§.ſi uero nomi
nis.ſed clarior eſt tex.in l.ſciendum.§.fin.
D.ad Trebel.& hoc tũc demum procede
re putat Alciat.præceptor meus in rub.D.
ſolu.matr.in princip.quando is qui graua
tus eſt turpe nomen aſſumere eſt perſona
grauis , aut in dignitate conſtituta quod
etiam innuit Molina.d.c.14.nu.25.Sed iu
dicio meo exiſtimarem contrarium dicẽ
dum ea ratione, quia teſtatoris diſpoſitio
eſt pro lege habenda, vulg. §.diſponat in
authẽt. de nupt.& pulchrior text. eſt in l.
1.C.de ſacroſanct. eccleſ.Lex autem etiã
dura ſeruanda eſt.l.proſpexit.D. qui, & a
quibus neque enim quis cogit hęredem il
lum eſſe ſi non vult, & ſic cum hęc condi
tio a teſtatore impoſita nõ ſit impoſſibilis
nec adeo difficilis, videtur omnio dicen
dum aut eum debere teſtatores volũtatẽ
obſeruare, aut hæreditatem dimittere, cũ
illi liberum ſit,vtrum velit facere recuſan
do enim adimplere uoluntatem teſtatoris
cum eſſet in eius poteſtate , videĩ hæredi
tati,vel fideicommiſſo renunciaſſe.l.1.§.
prætermittere.D.ſi quis omiſſa cau. teſta.
Bart.in l.is,qui poteſt,in princ.uerſi.2.mo
do.D.de aquirẽ.heredi. nec eſt locus pœ
nitẽtiæ.Iaſ.d.l is,qui poteſt.colum.2.Rol.
conſil.70.numer.68.libro 3. Idque tanto
fortius dicendum eſt,quando quis đ con
ſequitur ex cõtractu , ut quando ita dona
tur,ut nomẽ, & arma quis ferat d.l.hoc iu
re.§.fi.D. de dona. ut in caſu de quo dicã
infra poſt numerum 19.Contractus enim
ab initio ſunt uoluntarij , ex poſt facto ne
ceſſarij.Nec ob.d.§.ſi uero nominis. & d.l.
ſciẽdum.§.fi.quia vt ſupra dicebamus ibi
tex. ille loquitur,quãdo heræditas illi gra
uato deferẽda erat nomine tantum,& nõ
re.Ideo nõ debebat cogi hæres nomẽ tur
pe accipere, & hæreditatem alij poſtea re
mittere , & ita declarat gl.in d.l. ſciẽdum
& Doct.in.d.§. ſi uero nominis,& ita cẽſe
* bat Senatus.1586.3.Iulij in cauſa mota ꝑ
Lexonas contra domin.Annibalem Guer
ram de Bechiis Senatorem, qui uirtute te
ſtamẽti facti a Nob. Antonio de Bechiis
ciue Taurienſi tenebatur nomen , & ar
ma teſtatoris aſſumere in quib. armis ade
rat hircus, q apud nos dicitur *Becco*, & co
gnomen etiam de Bechis, quod in hac pa
tria,& tota Italia habere neſcio quid igno
minioſum,quod ab antiquis originem du
xiſſe ſcribit belliſſime Pierius Valerian.in
ſuis hieroglificis.li.10. tit.de capra ſub eo
capite adulteræ uxoris maritus. Iõ Nob.
ille teſtator conſiderans in cognomine,ar
mis,cimerio aliquid ineſſe mali hominis
non inſulsè cimerio ſuo noſtra Pedemon
tana lingua inſcripſerat *o Dè n'ei*, quod eſt
Latine *o De us nos adiunet* Adducebatur





ꝑterea , quod nec cognomina ſi ſint anti-
qua,& in nobili proſapia.ita ſunt reijcien
da,aut abhorrenda,ſiquidem Fabriorũ,Pi
ſonum, Ciceronũ a Fabis,Lentibus,ipſis,
Ciceribus, vilibus ſcilicet rebus deducta a
magnis uiris accepta fuerunt,ſicuti etiam
cognomen aſinę,vel portij,vel beſtiæ,qđ
clariſſimis patricijs Romanis quibuſdam
contigerat. Sed & noſtra etiam ætate Co
glionorum cognomen familiæ Bergomẽ
ſis maximi,& clariſſimi æquitis,& militię
Ducis apud Venetos,ĩ qua urbe ænea ſta-
tua honoris gratia poſita eſt nõ ob id qđ
obſcetum nomẽ habeat ab aliquo ita in-
ſtituto reſpuẽdum erit, nec illius inſignia
quę sũt tet gemini colei,ſeu teſticuli,quo
cognomine,& armis poſteri ex magno il
lo Bartholameo Colliono deſcendentes
gloriantur , nec admittunt deriuationem
ab aliquibus turpis nominis uitandi cauſa
datã Coleoni,ideſt capita Leonum, ut ſo-
nat Veneta lingua id cognomen,ſed a co
leis,ut inſignæ coleorum demonſtrat,de-
ductam aſſerunt , nec id ſibi turpe ducũt,
ita eſt vnicunque naturalis φιλάυτια , &
ut in adagio eſt , *ſuum cuique pulchrum* ,
quod exornat , Eraſm.centu.2.Adag.15.
imo etiã ſuus cuique crepitus bene olet,
ut eſt apud eũdem, centu.4. adag.2. Ego
tamen in his cognominibus,quæ turpitu-
dinem omnino præſeferunt aliter crede-
rem per l.turpia.ff.de leg.1. & à Principe
grauamen illud remittendum conſulerẽ.

17 Cæterũ nec ferendus† eſt hæres graua-
tus , ſi id cognomen in aliquo immutare
vellet etiam minimo , ut quidam ex hac
familia Bechiorum fecerunt,qui ſublata li
tera H , Bechios in Becios conuerterunt,
quod ipſi quidem in re propria facere po
tuerunt ex vulg.reg. quæ colligitur ex ru
bro,& nigro.C de mutat.nomi. ſecus aũt
in his qui coguntur ex cõditione tale aſſu
mere nomẽ, cum ab his cõditio adimple
ri debeat in forma ſpecifica. Neque uero
nomẽ Bechij immutãdũ erat,ꝙ turpe q̱d
præ ſe ferret cũ & huius cognominis ma
ximi fuerint uiri in hac ciuitate Taurini , *
& inter conſ.Angel.conſ.244. in fi. adeſt
conſilium elegãs magni Docto. Franciſci
Bechi de Aret. ſicuti etiã apud Romanos
fuit Hircius Panza, fuitq; Capricorni inſi-
gne Auguſti Cęſaris ſchemma,ſeu ſtẽma,
& Magni Ducis Hetrurię Coſmi Medici.
Sed & Hircus in ueteri Diuina lege ani-
mal maximi miſterij denotat holocauſtũ
pro peccatis Principum . ut habetur in c.
inter hęc Hircum.il primo. & il ſecundo.
de pęnitent.diſtinctione tertia , qui text.
ſunt ſanctorum patrum Adamantij,& Iſ-
chij,& ibi notant gloſſ. & Doctor.quam-
uis aliter ſentiat Pier. dicto libro 10.c.de
capra.ubi tacita illorum Canonum men-
tio habetur.

Sunt etiam qui damnent voluntarij, &
proprij nominis alterationẽ , vt eſt apud
elegantiſſimum Poetã Ludouicum Ario-
ſtum ad Petrum Bembũ poſtea Cardina-
lem his uerſibus .

*Il nome che d'Apoſtolo ti denno ,*
*D'alcun,menor Santo i padri quando.*
*Chriſtiano d'aqua,e non d'altro ti fenno,*
*In Coſmico,in Pomponio uai mutando,*
*Altri Pietro in Pierio, altri Giouanni ,*
*In Iano,o in Iouinian ua racconciando*
*Quaſi che il nome i bon giudici inganni,*
*E che quel meglio ti habbia far Poeta.*
*Che non farà lo ſtudio de molt'anni .*

Tanto igitur magis nominum hęc alte
ratio,& mutatio fieri non debet cõtra mẽ
tem teſtatoris quãdo hæredis ita grauatĩ
nõ intereſt, niſi ex quadã imaginaria affe
ctione nimis delicati hominis, ſed ſi eſſet
conditio damnoſa quidem hęredi teſta-
tori uero, & familiæ parũ incõmode tũc
audiẽdus erit grauatus,ut erat exemplum
in cauſa eiuſdem Domini Senatoris Guer
ræ,& de Bechijs , qui fuerat ex teſtamen-
to grauatus habitare perpetuo domũ , in
qua teſtator mercator habitat: nam cum
probaretur eam domum magis mercato
ri , quam Doctori conuenire, neque eſſe
ſatis ſalubrem , fuit per Principis reſcri-
ptum declaratum, quod poſſet aliam do-
mum inhabitare nõ obſtãte teſtatoris uo
luntate , illudque reſcriptum Senatus cũ
cauſæ cognitioni auditis ſubſtitutis , & in
pęnam uocatis approbauit , & ut dici ſo-
let interinauit Referẽte Domino Senato-
re Crauetta 13 Martij 1589.ꝑ tex.in l.Ti-
tia centum.§ Titio centum D. de condi-
tio.& demonſtratio.l.1.§.quæ onerandę
libertatis D.quar.rer.act.non datur,& ex
his,quæ late ſcribit Melch.Palę Hiſpanus
in tract.maioratu. par.prima, quæſtione.

57.in fine.Crederem tamen hoc caſu ſi il
li de ea familia,aut alij ſubſtituti in pœnā
non deſerentis talia arma conſentirent,ꝙ
hæres ab eis abſtineret,ꝙ id facere poſſet
præſertim accedente Principis reſcripto.
quod,ne longior ſim,nunc non examino.
Fallit ſecundo ſi iuſſus aſſumere nomē,
18 & arma†non extiterit,vt exēplificat.Soc.
in conſi.259 verſ.& cōſideratis his.vbi ſi
teſtator inſtituit Lucium , & eius filiū ita
ꝙ & ipſe,& eius filius aſſumant nomen &
arma teſtatoris & in caſum,in quem d.Lu
cius,ſeu eius liberi voluerint aſſumere no
men,& arma,tunc,& eo caſu ſubſtituit Pā
philū,deinde decedat Lucius ſine liberis,
& ſic nō fuerit obſeruata voluntas teſtato
ris,tamen non admittitur ſubſtitutus, ſed
Lucius tranſmittit hęreditatem ad alios
ſuos hæredes,per iura,& rationes multas,
quas ſubtiliter cōſiderat Soc.d.conſ.259.
per tres col.cui conſilio etiam ſe ſubſcri-
pſit Franc. de Zoppis Iuriſc.Peruſinus.
Extenditur hęc Socini fallentia etiamſi
tali grauato deferēdo arma teſtatoris ſub
ſtituerit hoſpitale,& ſic piā cauſam, ut eſt
in exemplo ſuper quo conſuluit latiſſime
Dec.conſilio 272.in caſu propoſito,quem
ibi ſequitur Pariſien.dicens Decium bene
conſuluiſſe,quod credo verum niſi aliter
degrauantis voluntate appareret,vt in ca
ſu de quo mox dicam.
Et quoniam ad allegata per Soc.& De
ci.& alia etiam per nos ſupraſcripta mul-
tum congruit conſultatio ſeu reſponſum
Senatus noſtri quod ſuperiorib.annis ſub
nomine ipſius Senatus,& de illius manda
to a Clariſſimo Senatore , & collega no-
ſtro Do.Manfredo Goueano in dicta cau-
ſa Illuſtriſſimi Do.Sancti Amoris Burgun
di editum fuit,pro quo Sereniſſimo Dux
Parmæ alter maximo Philippo Hiſpania
rum rege delegatus de uoto ſuorum con-
ſiliariorum iudicauit reuocata priorum iu
dicū ſententia,opere pretium duxi reſpō
ſi illius particulā his noſtris laboribus tā-
quam gemmā inſerere , unde hæc noſtra
deciſio ornatior in lucem prodeat,& etiā
vt dici ſolet,tanquam ex vngue Leonem
agnoſcas:Et quam magno patre maior fu
turus eſſet filius niſi aulicus uiſcus latiores
illius pennas ſuper ethera volaturas inſper
ſiſſet multis uarijſque illum curialibus ne
gotijs occupando . Ipſum igitur Gouea-
num de re hac latius differentem audia-
mus.

PREMITTENDVM EST non
aliam fuiſſe cauſam impulſiuam iſtius
19 matrimonij conſiliandi,†neque aliam fi-
nalem huiuſce donationis conſcribendę,
quam vt nomen,inſignia,& memoria fa-
miliæ Popeæ,quæ cum ipſo Gulielmo do
natore omni prole deſtituto,breui peritu
ra,& collapſura erant , in aliam familiam
tranſlata propagarētur. Quia uiro dictus
Gulielmus in familia cognata, & in bono
rū ſuorum poſſeſſione,familiæ ſuę nomē
& memoriam commodius inſeri, facilius
coaleſcere,fœlicius,& diutius effloreſcere
poſſe putauit.Ideo nepotē nominis,& bo
norum ſucceſſorem hoc conſilio elegit,ei
neptem in matrimoniū magna mercede
adiūxit.Deſcendentibus ex illo matrimo
nio donationē bonorū ſuorū adſcripſit,
donationi hanc legem,& conditionem aſ
ſumendi,& deferendi nomen, & inſignia
domus ſuæ addidit,vt neptem,& filios ex
nepote,& nepte in nomē,& arma domus
Popeæ cooptando,quādam ſpeciem ado
ptionis adumbraret,per quam nomen, &
memoria nobiliſſimæ familiæ ſuæ quam
diutiſſime retineretur.
Ex quo apparet donationem hanc nō
eſſe fauore matrimonij accepto ferendā,
ſed econtrario matrimonium,& donatio
nem ferendam ad honoris, & memoriæ
ipſius donatoris, & familię ſuę conſerua-
tionē atq; propagationem & ſane pactū
& cōditionem in donationibus cauſam fi
20 nalem continere dicimus,†quoties fauo
rem donatoris reſpiciunt,& onus atq; gra
uamen donatarij continent.Doct.in l.Ti-
tio.in princ.D.de condit. & demonſtrat.
Barto.Ange.Imol.in l.ſi fundum per fidei
commiſſum.§.Iulianum.de legat. primo.
Barto.Ange.Caſtre.in l.2.§.vltimo. D.de
donatio.Corn.cōſilio 101.numero 17.vo
lum.primo.Crau.conſilio 619.num.quar
to.Dida.libro primo variarum reſolutio.
capitu.14.numero ſexto . & in terminis,
quòd fauor matrimonij nō dicatur cauſa
finalis donationis factæ in ipſo limine, &
auſpicio matrimonij ſcribit Oldrad.conſi
lio quinto per totū , quia ſcilicet donatio
facta ob cauſam,quæ nō reſpicit fauorem
& beneficium donantis , dicitur ſimplex,
&



& non ob cauſam, neque priuilegii dona
tionis ob caſum utitur,ut poſt Oldrad. cē
ſuit.Soc.conſi. 95.uerſic.Circa. ſecundā
difficultatem,uolum.2.Iaſ.conſi. 154.lib.
2.Tiraquel.in repetit.l.ſi unquā in uerb.
donatione largitus.nume. 85.Alexand.&
Dec.in l.ſi donatione C.de donatio. Cra-
ue.conſi.301.nu. 1.modern. Pariſi. in ad
ditio.Dec. conſi.21 in lit.C. neque poſ-
ſunt hęc uerba uideri poſita fauore matri
monii cum cōſtante matrimonio,& eius
oneribus durantibus , eorum uſumfructū
donator ſibi retinuerit. Qđ magis elucet
ex eo quod aliqua bona dūtaxat uoluit in
ſeruire matrimonii oneribus ferendis , eo
rumque dominium,& uſumfructum peni
tus donatario,& matrimonio addixit.
His ita poſitis pactum iſtud conditiona
le cēſendum eſt , tum quia in modū cōdi
21 tionis† diſerte fuit conceptum,(*à charge,
& condition*)tum quia ſuapte natura licet
habeat tractum ſucceſſiuum , in futurum
conditionē dicitur importare l.facta. §.ſi
uero nominis.D.ad Senatuſcōſul.Trebel.
l.hoc iure.§ fin.ff.de donatio Guid. Pap.
deciſio.251.De.cōſi.272 & ibi modern.
Pariſ.in uer.cognomen.Soci.ſen.in l.qui-
bus diebus.§.Termilius.nu.27.Bened. in
cap.Raynutius in uer. Baynutius.n. 44.de
teſtam.& alii quam plures inferius allegā
di Si ergo uerba ſonāt in conditionem,&
natura,& qualitas obligationis deductæ ī
pactum conditionem recepit, nihil eſt ꝑ-
fecto,quod a proprietate uerborum,& na
turæ rei deflectamus, uiolenta interpreta
tione cōditionē ꝓ modo accipiamus. Cū
que cōditionum aliæ ſint ſuſpenſiuæ,alię
reſolutiue. glo. in l.2.ff.de ī diē addictio.
Bar.in l.prima.& in l.quibus diebus.§.Ti
tio.ff.de conditio.& demonſtrat. Anch.
conſi.69.Socin.in l.pecuniā in ult.notab.
ff.ſi cert.pet.nihil prohibet hāc dici con
ditionem,ſi non ad ſuſpendendum , ſaltē
ad reſoluendum effectum donationis.
Sed etſi modalem hanc conuenientem
eſſe cō edamus,nihilominus propter eius
22 in obſeruantiam†irrita , & caduca dona-
tio redditur.Quia licet modus, & cōditio
in actus ſuſpenſione differant , tamen in
eius reſolutiōe par eſt utriuſq; poteſtas,ſi
modus cauſam finalē diſpoſitionis ut iſte
includat.gl.Bar. Bal.& Caſtrē.in l. prima.
C.de his, quæ ſub modo Bar. in dict.l.qui
bus diebus.§. Termilius. Bertra.conſ.27.
num.7.lib.4. Gabriel.conſ.5.nu.9. Alciat.
conſi.52.n.2.& 3.lib.8.Bero.conſi.30.nu
mero 15.lib.2.Burſat.conſ.221.nu. 16.li.
2.Bar.Caſtr.Iaſ.Alexand.in l. fin. ff. de cō
dict.cauſ.dat.Atque per inobſeruātias pa
ctorum donationibus appoſitorum ipſas
donationes non ſecus q̄ per grauiſſimas ī
gratitudinis cauſas reſcindi deſertiſſime
ſcriptum eſt in l.fin.C.de reuocand. dona
tio.licet ſingulari quodā priuilegio aduer
ſus eccleſiam non implentem modū aga-
tur ad implementum,nō autem ad reſci-
ſionem.capit.uerum de donatio.quæ ſub
modo.Didac.li. 1.uariar.reſoluit.cap.14.
numero 6.
Et terminis donationem euerti , ſi do-
natarius nomen,& arma donatoris, ut iuſ
ſus erat,nō aſſumpſerit,ſiue iuſſus in figu
ram modi,ſiue in figuram cōditionis fue
rit expreſſus,ſcripſerūt Soci.in dict.§.Ter
milius.num.10.& ibi Menoch in addit in
lit.D.Grac.conſi.5.n.77.& 78.uolu.2. Pa
riſ.conſilio 19. ꝑ totum.uol.2.Bolog. cō
ſi.12.per totum Riminal.iun.conſ.42. n.
128.& nu.129.uol.1.
23 Donatione autem†propter inobſeruā
tiam pacti rupta,& reſoluta datur donato
ri,ſi nolit agere præſcriptis uerbis ad ob-
ſeruantiā conditio cauſa dati cauſa nō ſe
quuta,ad repetendā rem donatam , cuius
poſſeſſionem in donatarium trāſtulit.l.di
ctam legem.C.de cond ct.ob.cauſ.dator.
Barto.Salic.Caſtren.Alexa.Iaſ.in l. fi. D.
de cōdict.cauſ.dat. Barto.Caſtr.Angel.in
l.2.§.fi.ff.de donatio.Socin, conſ.26. nu-
me.5.li.3.Corſet.ſingulari.61, Crauet. cō
ſilio 659.
Vel datur utilis rei uendicatio , qa ipſo
iure reſciſa donatione , dominiū redierit
ad donatorem l. prima.C.de donatio. q̄
ſub modo,& ibi Salyc.Bal. & Alber. Cur.
iun.conſ.126.nu. 14.uolum. 1, Clar.in §.
donatio,quæſtio fi.præſertim cum habea-
mus clauſulam,(& non aliter)quæ ipſo iu
re reſoluit,& reſcindit contractum.l.fi. &
ibi gl & Bar.C.de uēd.rer.ad ciuit.pertin.
Iaſ.in l.de his ff.de tranſact.Dec. conſilio
61.nu.2.Ozaſc.deciſ.165.num 13.Bero.
conſ.153.num.5.libro 3 & conſi.29.nu.
20.lib.2.Cæphal.cōſi.118.nu.14. Rolād.
cōſ.64.nume.33.lib. 4.& conſi 53. num.
29.li.4.

Vel

Vel denique ſi donatario nōdū res tra-
dita ſit,cōpetit donatori,poſſeſſioni rerū
donatarum inhærenti,& incūbenti reten
tio,& exceptio doli ad repellendum dona
tarium,qui nō impleuit,Bar.in dict.§.Ter
milius numero 13.& 15.Bolon.dict.con-
ſilio 12.n.17.& 28.Ripa.in l.fi.quæſt. 64.
uerſi.tamen ſcias de reuocā.donatio. qui-
bus non obſtat pactum de donatione nō
reuocanda,quod eam reuocationē nō ex
cludit, quæ fit ex inobſeruātia conuentio
num.Bar.in l.prima §.& parui.D.quod ui
aut clam Dec.conſi.44.Crauet. cōſ. 659.
numero 2.

Nec dubitari poteſt huic cōditioni, uel
modo nō fuiſſe obſequutum donatarium
qui ꝑpetuo,& ſucceſſiue nō detulerit no-
24 mē.†& inſignia familiā Popeæ, ut uidere
eſt ex conflictu probationum utrinque fa
ctarum.Nam delatio continuata,& ſucceſ
ſiua ſine intermiſſionę,requirebat in cō-
ditione tractum ſucceſſiuum habente cui
ſemel, aut iterum paruiſſe nō ſufficit.An-
gel.conſ.34.nu.6.& ſequen.Iaſ.Deci. Ale
xand.l.ſi quis hæredē.C.ad inſtitu. & ſub
ſtitu.Cor.conſ.7.uolum.1.Alexan. conſi.
56.li.6.Iaſ.conſi.4. uolum.1.Chaſſan. con
ſi.62.& in terminis noſtris. Socin.conſilio
259.lib.1.num. 2.Bologn.d.conſi.19.n.2.
Quod magis elicitur ex illis uerbis ī dona
tione appoſitis,*perpetuelle ment*, quæ cōti
nuationem ſine intermiſſione, uel interru
ptione deſiderāt.l.prima.§.ſi hoc interdi-
ctum.ff.de fur.l.prima.§.lacus.ff.ut in flu-
mine public.l.17.§.Labeo.ff.de act.empt.
quam cōtinuationem apertiſſime innuūt
uerba,quibus iubetur donatarius non ſo
lum ſemel aſſumere, ſed etiam aſſumpta
perpetuo deferre inſignia domus Popeę.

Neque ulla interpellatio hoc caſu fuit
25 †neceſſaria,cum non agatur de pœna, ſed
de implemēto.Iaſ.Rip.Alcia.in l.quod te.
ff.ſi cer.pet.Pariſ.in iſtis terminis dicto cō
ſilio 19.num.200. ſequen. uolum. 2. Bo
log.dicto conſil io 12.nume.15.cum præ
ſertim adſit iuramētum , quod habet uim
continuæ interpellationis.cap.1.de form.
fidel.impedit purgationem moræ. Guid.
Pap.conſilio 31.nume.19.Afflict. deciſio
174.Rip.in l.ſi inſulam.num.90.& 91.ff.
de uerbo.obligatio.neque ꝑ ſilentiū do-
natoris,qui cum eſſet in poſſeſſione,& in
telligeret exceptionem ſibi saluā eſſe nō
eſt cōqueſtus, remiſſa caducitas uideri po
teſt,etiamſi tacens contrauentionum acti
bus interueniſſet.l.ſicut §.non uidetur. l.
Titius.§.fin.ff.quibus mod.pign.ſoluit. Ti
raquel.de retract.municip.§.1 gloſſ.9. nu
mero.148.& 160.Crauet.in terminis. con
ſi.151.numero 8.

26 Neque dixerit aliquis,†reuocationē ſu
perſtite de notario fidei debuiſſe,cū reuo
catio neque hęredi,neque contra hęredē
competat.l.his.ſolis.§.actionem.l.fina. §.
hoc tamen.C.de reuocād.donatio. Nam
hoc locum habet in reuocatione,quę fit a
l.ex equo & bono.ob caſum ingratitudi-
nis nō autem reuocatione , quæ ex inob
ſeruantia pactorum & cōuētionum, fit iu
re contractus per text.clarum in l.dictam
legem l.ſi ut ꝓponis.l. eo lege l.ſi repetē-
di.C.de cōdict.ob cau.dator. Doctor.in l.
fina.C. de reuoc.donatio.& ibi Salic. nu.
4.Alb.nu.2. Ang.nu. 3. Quinimo licet ex
cauſa ingratitudi nis non detur reuocatio
aduerſus hęredem ingrati, datur tamē re
tentio & excepto Rip. in dicta.l.fina.quæ
ſtio 64.num.214 quę exceptio , & reten
tio ſufficit in iſto caſu ad excludendum
actricem.

27 Sed hic elegās† īcidit dubitatio nū Ay
monis primi donatarii culpa & inobſer
uātia Gulielmo,eius filio aſcribi, & office
re potuerit Hæredes enim deſcēdētes ex
illo matrimonio uocatos eſſe,& q̄dē gra
datim,atque ordine ſucceſſiue uocatos eſ
ſe non eſt obſcuri iuris,tum quia quotiēs
uocatur aliquis,& eius deſcendentes non
dum nati, non poſſunt uideri uocati filii ſi
mul,& ſemel cum patre.Doctor.in l.Gal-
lus.§.quidam recte. ff.de lib.& poſthum.
& ibi Socin.ſen. nu.3.Alciat.n.33. Socin.
iun.conſ.40.num.2.uolu.quarto. Dec.cō
ſilio 248.numero 4.tum quia hæredes,de
ſcendentes alicuius non, poſſunt intelligi
uocati,niſi poſt mortem illius, cum uiuen
tis nulli poſſint hęredes eſſe.ita Iaſ.ī d. §.
quidem recte.nu.38.

Reſpondetur multis modis.Primo qui
dem modum impoſitum pluribus ſucceſſi
ue,ſi per primum non fuerit impletus , re
pellere alios ab agēdo.Soc.conſ.259.n.1.
li 2.Bologn.conſ.12.nu.12.Præſertim ſtā
te illa clauſula,(& non aliter,)quę eſt prę
ciſa & reſolutiua, ſi modus adiectus non
impleatur , ut ſuperius late diſſeruimus.





Secundo reſpondetur, in deſcendenti
bus requiri qualitatem hęreditariam. Af-
flict.deciſio.140 & deciſio.191.& deciſio.
240.Moder.Pariſ.in addit. Ad Dec.conſil.
395.Gabriel.de verborum ſig nificat. con
cluſ.tertia.numero quinto.& numero no
no.Clarus in §.feudum quæſtio.9. verſic.
quādoque in quibus bonis factum patris
nocet filio.Afflict.dicta.deciſi.340.nu.10.

Tertio reſpondetur,filium Gulielmum
non fuiſſe,in rerū natur. quo tēpore eue-
nit propter inobſeruantiam caſus reſciſio
nis donationis,ſubſtitutionis ſuæ . Nam ſi
Titio.& eius filijs alijs aliq̄d fuerit relictū
debetur Titio,& filio nato tempore cedē
tis legati,vel fideicom miſſi,filijs vero po
ſtea ſuperuiuentibus nihil debetur ꝑ tex.
in l.interuenit.ff.de lega.præſtand.l. cum.
pater.§.hæreditatem.ff.de legat.ſecūdo.l.
prima.§.cum triplici.C de caduc.tollendi
vbi nati poſtquam ceſſit dies vel cōditio,
legati,vel fideicommiſſi non admittūtur,
ita Alexand.conſil.22.numero quarto. li
bro tertio.Corn.conſilio.17.libro quarto.
Soc.conſilio 113.libro primo. Iaſo. conſi
lio.206.numero primo.libro ſecundo Ro
man.conſil.408.Ruin.conſil.212.numer.
6.Tiraquell.de retracta.munic.§. primo.
gloſſ 9.numero 82.& ſequen.ſi enim ī le
gatis puris familiæ, vel agnationi relictis
admittunt duntaxat nati,vel concepti tē-
pore mortis teſtatoris.l.ſi cognatis. D. de
rebus,dub.l.cū ita legatur.§ in fideicōmiſ
ſo.D.de legat.2.Ita in conditionib.admit-
tendus eſt procreatus tempore eueniētis
conditionis,atqui cū ipſo iure propter in
obſeruātiam,modi vel conditionis fuerit
reſoluta donatio in perſona primi donata
rij,& tēpore reſolutionis nullus fuerit ſe-
cundus donatarius,in cuius perſona dona
tio continuari,& conſeruari poſſet,ea pro
culdubio euanuit, & dominiū bonorum
donatorum (quod in ſuſpenſo eſſe nō po-
tuit, nec in nullius bonis cōſiſtere ) ſtatim
atque primo donatario fuit ablatum , ad
donatorem poſſeſſioni incumbentem eſt
deuolutum,ſeu potius reuolutum , a quo
iterum ſine nouo facto diſcedere non po
tuit.Idque uerissimū eſt hoc caſu,quo nō
apparet de voluntate donatoris extēſa, &
porrecta ad multos gradus ſubſtitutionū,
Alexand.conſilio.118.volum.2.Dec.cōſ.
95.numero quinto . Curt. iun. conſilio
57.Cęphal.omnino videndus conſi. 262.
num.14.

Poſtremo reſpondetur,hāc donationē
petitam fuiſſe ex perſona filij tanquā hæ
redis patris nō tanquā vocati in donatio-
ne.Imo vero ius,quod competebat filio,
tanquam filio apertiſſime in actis ſæpius
repudiatum eſſe.

Sed & ſi Aymo quādiu fuit inhumanis
huic legi donationis ſtudioſe,& officioſe
28 paruiſſet,†tamen cum ipſe, & eius filius
acerbo fato præuenti,alter in ipſo uitæ li-
mine alter in ipſo ætatis flore deceſſerint
cauſam finalem donationis,& ipsā dona
tionē defeciſſe dicendum eſt. Donator
enim iubendo nomen,& inſignia familiæ
Popeę per Aymonē,& omnes eius dēſcē
dētes in perpetuum aſſumi,deferi,& rele-
uari ad effectū,& perpetuitatem delatio-
nis reſpexit alioquin aſſumptione dunta-
xat imperaſſet,quę vno actu perficiat, nō
etiam delationem , uel releuationē iusſiſ-
ſet quæ cōtinuationem,& tractum habet
in futurum,tum ex ipſis,tum additio ver-
bo in perpetuū,multoque magis hoc one
re omnibus deſcendentib.iniuncto, quod
nomen deſcendentium , extenſionē vltra
trinepotes habet,quo caſu ad infringēdā
donationem nihil intereſt,vtrum grauati
noluerint vel non potuerint , ſine morte,
ſiue alio impedimēto ītercedēte cōditio-
nē adimplere,ſi modo effectus ille , cuius
contemplatione facta eſt donatio non ſe
quatur,quia tunc neque volūtatem , neq;
impoſſibilitatem grauatorum attendi-
mus,ſed ipſius grauaminis implementum
intuemur. Bartol.& poſt eum omnes Do
ctor.in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff.
de liberis,& poſthumis. Dec.in leg. cum
proponas, ſecunda. C. de pact. Crauett.
conſilio 151. numero decimo. Cum
que donator poſteriore capite conuene-
rit vt Aymone decedente ſine liberis,qui-
bus delatio in perpetuū erat iniuncta, ca-
duca fieret donatio, apertiſſime declara-
uit hanc eſſe legem,& conditionem dona
tionis,ut quoquo modo nominis , & ar-
morum delatio ceſſaret , ſiue ꝙ grauati
nollēt,ſiue quod morte præuenti nō poſ-
ſent ea ꝑpetuo deferre,euaneſcere dona
tio.

Ex q̄bus licet interpretationi poſterio
ris pacti vt Aymone ſine hr̄di. ex illo m̄ri

monio decedēte bona ad Donatorem reuertātur clariſſima lux effulgeat, ſingularis tamen,& diſtincta de eo diſputatio eſt inſtituenda. Quia in re liberaliter lugēdū eſt generalem regulam inualuiſſe, ut ſubſtitutio ſine liberis morienti facta per exiſtentiam filii tempore quo grauatus moritur adeo extincta, & perempta intelligatur,ut per mortem filii ſtatim poſt decedētis nō recōualeſcat, neque reuiuiſcat. Doctor.in l.Lucius.D.de hære.inſt.l.ex facto §.pen.D.ad Senatuſconſ.Trebel.l.filius famil.§.cum quis D.de lega.1. quā in rem in ultimis uoluntatibus uulgo in ore om-
29 nium eſſe ſolet ſolennē† conſi.Oldra.21 & 141. & ī donatione inter uiuos celebris deciſ.Cy.in auth.ſed & ſi quis.C.de ſecū.nup.quibus mirifice applaudunt uulgatæ & decantatæ regulæ, caſum omiſſum cōtractibus haberi pro omiſſo,l.ſi cum dote D.ſolu.matri.l.ſi extraneus D.de condi.ob.cau.l.commodiſſime.D.de li.& poſthu.& extēſionem de perſona ad perſonā non admitti.Doct.in l.ſi quis ita.§.pe.D.de teſta.tu.in l.Gallus.§.quid ſi tātum.D.de.lib.& poſth.l.cum res.D.le.1.

Verum ab iſtis generalibus regulis, & aſſertionibus ſpeciali ratione edictāte,ſingularibus coniecturis ſubdentibus, cōtraria uoluntate diſponētis cogente deſcedere ſolemus. Atqui hoc caſu hæ omnes cōiecturæ certatim cōcurrūt, quarum ſingulæ ſatis ſuperq; docerent hanc cōditionē ita exaudiendam eſſe, ut ſine Aymo, ſiue eius filius ſiue liberis donatori præmorerentur, bona ad eum ſuperſtitē redire debeant. Primo namque uerū eſt donationi iſti ad mixtam cōditionem de ferēdis nomine, & inſignibus familiæ Popeę in eſſe quæ cōditio,ut ſuperius late diſſeruimus donationem tāquam cauſa finalis expreſſit,& extorſit.Hæc cauſa finalis,quæ legē & uires contractui inſpirat,non minus filio Aymonis,quā ipſo Aymone ſine ꝓle ante donatorum moriēte expirat.Vtroq; enim caſu uerum eſt nomine donatori ſuperuiuere,qui memoriam,& dignitatē familię ſuæ per aſſumptionem nominis,& inſignium delationē repreſentare ualeat. Secundo uidere eſt filios Aymonis,nō ſolū eſſe poſitos id conditione,ſed ēt fuiſſe diſpoſitiue uocatos & nominatim ſuper re cōditione grauatos.Cū autem filij ſimpliciter ſint poſiti in cōditione,euentum cōditionis duntaxat attendimus ad excludendam, & repellendam ſubſtitutionem ubi uero uocati ſunt,atq; etiā diſerte grauati non tantū euentū conditionis ſed et effectum cōſideramus ad quem conditio directa,& inſtituta erat.Neq; hoc caſu ſufficit per natiuitatem filiorū cōditionem euentum ſuum eſſe ſortitam, niſi ēt ꝑ eorum diuturna ſuper uiuentia effectū ſuū conſequatur. Tertio plurimū refert utrū liberi,uel hæredes, & deſcendentes poſiti ſint in conditione. Nam conditio ſi ſine liberis deceſſerit momētanea liberorū natiuitate aboletur; cōditio ſi ſine hęredibus uel deſcendentib.requirit permanentem hæreditatis aditionem,& cōſtantem facti perſeuerātiā.Hoc autē caſu non ſolū liberi poſiti ſunt in conditione appellatione hæredū,ſed ēt ſub appellatione deſcēdētium.Quod nomē ad liberorū liberos, & poſterorū poſteros latiſſime, & fuſiſſime ꝑmanat.Ex quo nō obſcure intelligimus non eſſe in conditione momentaneā liberorū natiuitatē, ſed eorū poſt donatorē ſuperuiuentium.Neq; mortē ſolis Aymonis ſine liberis fuiſſe a donatore cōſideratā ſed extinctionem ,& interitū totius lineę,ut euidētius apparet ex uocatione omniū deſcendentium in perpetuū,oneratione aſſumendi,& deferendi nomen, & arma in perpetuum,& in alijs,quę ſuperius uberime colligimus de ꝑpetuitate iſtius conditionis hoc in loco cōmodiſſime repetenda,& omnino transferēda.Quarto bona donata Aymoni,& eius deſcendētibus in perpetuū ea lege & cōditione de qua ſup. nō poterāt in extraneos,ne quidē poſt mortē donatoris alienari multo ergo minus ipſo uiuo in eos per hanc ſucceſſionē ab inteſtato alienari potuerunt. Quinto ſi donatur præferi uoluit hæredi extraneo Aymonis ſine liberis morietis, multo magis pręferri uoluit hęredi extraneo filii cogniti, & minus dilecti,ne meliorem, & fauorabiliorem cōditionē filii quā patris minus dilecti, ꝙ magis dilecti donator feciſſe cenſeat.Sexto ſi ſubſtitutus eſſet aliqs agnatus Aymoni ſine liberis morienti , natiuitate filii ſtatim de medio ſublati conditionem nō eſſe extinctā defenderemus ut bona agnatū deferātur multo magis idem dicendum eſt cū

ipſemet



ipſemet donator fuerit ſubſtitutus,ut bona ad eum deſerant, alioquin donatoris, fragilitatē ſua ſpe eluſam, ſua expectatione & uoto fruſtratā bonis ſuis omnibus exutā,& abdicatā ludibrio extranei, & incogniti hæredis, exulis, & opimis ſpolijs Popeæ familiæ penitus extinctæ,& ſepultæ,familiam ſuam ornantis, contra æquitatem,& pietatem obiiceremus.

His,& longe leuioribus cōiecturis ducti quinetiam altera ex iſtis contendi Do-
30 ctores noſtri†ab opinione Oldra. receſſerunt,& conditionem illam(ſi ſine liberis deceſſerit)duplicem eſſe uoluerunt, & locū eſſe ſubſtituto, ſiue primus inſtitutus, ſiue eius filij deceſſerint ſine liberis Caſt. conſ.343.lib.1.Craue. conſ.98.nu.12. & ſequ.& conſi.326.num.16.Cur.iun. conſ.121.numero 15.Rui.conſi.9. nume. 8.libro primo.Soci.iun.conſi.42 nume. 5. & numero 25.uolu.primo.Guid. Pap. deciſ. 531. Grat.conſi.quinto uolu.2. Dec. conſi.270.& conſ 480.& conſilio 585.& cōſilio 594 Iaſ.conſilio 61.in fi.uol.3.Caſſ. deciſio prima de teſta. latiſſime Marzar. conſi.4.numero 6.& ſequen.Gabr. tit. de fideicomm.conclu.7.numero 4.5.6.& ſequen.Manti.de coniect.ulti.uolun. li. 11. titu.6.nume.6.& 7.Simon de Præt.de interpret.ult.uolun.libro tertio.ſolu. 3. nu. 10.11.& ſeq.Zanc.in repe.l.hęredes mei. §.cum ita.num.752.& 739. Odd. Peruſi. de compend.ſubſtit.par.ulti.quæſt.in ſecunda parte.art.2.per totā,apud quod uidere eſt accuratiſſimè & ſtudioſiſſimè relatas, & collectas Doctorum innumeras pro iſta opinione authoritates.

Neq; obſtat deciſio Cy.in terminis donationis in d.auth.ſed & ſi quis. C. de ſecū.nupt.Nam ibi contrariū cenſuit Sal. ſi in conditione fuerint poſiti non quidē liberi,ſed hęredes deſcendētes, qa iſta uerba hæredum,& deſcendentium tractū habēt ſucceſſiuum in futurum. Saliceti opinionem amplectitur.Ale. conſi. 54. uolumi.ſexto.interuenientibus coniecturis cōditionem hāc duplicem eſſe ſuadentibus. Alexandrum ſequitur Chaſſ.conſ. 62. numero 12.Qui adeo frigidus uidentur,hāc opinionem defendere contra Cy. quoniā præter nomē hæredum, & deſcendentiū alias coniecturas nō habebant, ex quibus contraria uoluntas diſponentis tam clarè, & euidenter,quàm in caſu noſtro cōciperetur, tunc enim omnis dubitandi ratio conquieſcit.

Neque etiam negotium facit, quod in contractibus omiſſum pro omiſſo habea-
31 tur† omiſſum.n.non dicitur, quod ex ueriſimili mēte diſponentiū in caſu expreſſo cōtineri poteſt Cur.ſen.conſi.57. Rui. conſilio 170.libro ſecundo.Pariſ. conſil. 75.& conſilio 76.libro ſecundo.Menoch. conſilio 76. nume. 25. uolumine primo. Imò caſus cōprehenſus in diſputatione dicitur,ꝗ uenit ex tacita mente contrahentiū.l.ſi extraneus. D.de condict. cau. dat. præſertim ſi ex natura cauſæ finalis caſus ille tacite,prouiſus eſſe dicatur.Iaſ. in d.l. ſi extraneus,num.primo. ubi generaliter ſcribit regulam caſus omiſſi in contractibus nūquam militare, quoties ratio cauſæ finalis utrunque caſum comprehēdit. Nam omiſſus caſus includitur in expreſſo ex identitate rationis, non ꝑ extenſionē, ſed per intentionē, neque per ampliationem,ſed per declarationem. Rui. conſil. 143.numero 5.libro 2.Soc.iun.conſi. 39. numero quarto.lib.3.Rol.conſ.14. numero 82.libro tertio.Burſat conſi. 50. num. 21.libro primo.Port. conſilio 102. num. 24.Craue.conſi.62.numero 14. Menoch. conſi.86.numero 46.libro primo.Rol.cōſil.14.numero trigeſimo.uolum.3. hic uero non ſolum eadem ratio,ſed longe maior,& grauior ſuadet, ut donator,qui præmortui Aymonis ſine liberis extraneo hæredi uoluit præferri, Gulielmi quoq; filij ſine liberis præmortui, extraneū hæredē in bonis donatis excludat, quemadmodum ex ſupradictis locupletiſſime comprobatur.

Deniq; regula prohibens extenſionem de perſona ad perſonā in hac facti ſpecie
32 † inſuper eſt habenda,nam etiam in correctorijs iuris communis,& in ſtatutis excluſionis fœminarum, uel cognatorū ex identitate rationis, excluſio unius ꝑſonæ producitur ad alteram Bart. & Salic. in l. 1.C.de in ius uocan. Caſtren.conſil.40.& conſilio 262.libro ſecundo.Dec. conſilio 453.Iaſ.in l.de quibus. ff. de legib. & in l. 2.§.ff.1.de in ius uocan. Crau. conſi.355. Curt.iun.conſi.12.numero 14.ubi uidere eſt excluſionē nepris porrigi ad excluſionem amitæ. Ergo ſi extranei heredes Ay

monis excluduntur ex pacto per donatorem ſuperuiuentem, multo magis extranei hęredes Gulielmi filij ꝑ eundẽ excludi debent,quod proculdubio cõtrahentes reſpõdiſſent,ſi de eo fuiſſent interrogati. l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.Dec.cõſ.227. nu.10.Neuiz conſ.30.nu 6.Rol.conſi.62. num.25.lib.3.Neque dixerit aliquis referre,utrum bona peruenerit ad extraneos, cũ etiã fœminæ deſcendentes ex Aymone fuerint appellatione deſcendentiũ, q̃ latiſſime patet in donatione uocatæ, per quas neque memoria,neq; dignitas nominis,& familiæ Popeæ poterat retineri.Reſpondetur.n.nihil faciendã hanc obiectionem cum uideamus expreſſo pacto excluſos hærede extraneos,& uocatus omnes Aymonis deſcendentes,cũ onore ſæpius in hoc reſpõſo repetitæ,& inculcatæ conditionis.Secundo reſpõdetur uocatis deſcendentibus alicuius cũ onere deferendi nomen,& inſignia,ſolus ex natura conditionis maſculo, & inter maſculos primogenitos intelligi vocatos,ita elegãter Guido Pap.deciſ.467.Bened.in repet.c. Ray. in illis uerbis,(in eodem teſtamento relinquens)nu.164.de teſta.Tiraq.de iure primogeni.quæſt.64.

*Hactenus Goueanus.*

SED etiam receptui canamus, & primam harum noſtrarum deciſionũ partem tandem abſoluamus, ut in Sereniſſimum Principem,& Dominum meũ Colendiſſimum oratio unde initium ſumpſit etiam deſinat iuxta illud Horatii.

*Prima dicta mihi ſumma dicenda Camena*

Poſtquam in inſignium,atq; armorum tractatum incipimus, proponenda nobis eſt illuſtris quæſtio ſatis ſuperq; agrauiſſimis Doctoribus agitata,quã Sereniſſimus Dux noſter Carolus Emanuel diſputãda propoſuit)ut illius moris eſt aliquid ſemper inter epulas a circuſtantib. in omni bonarum diſciplinarum genere quærere ne unquã omnino,aut mente, aut corpore ocioſus ſit)eſſe ne antiqtus preſertim durãte Romana republica,uel ante, armorum atque inſignium aliquis uſus, qui familias a familiis ſepararet,& agnationum antiquas nobilitates præſe ferret Cognominum enim nulli dubium fuiſſe obſeruationem antiquitus,ut in familia Scipionũ Iuliorum,Brutorum Fabiorum, & ſimiliũ
